



Acerca de este libro

Esta es una copia digital de un libro que, durante generaciones, se ha conservado en las estanterías de una biblioteca, hasta que Google ha decidido escanearlo como parte de un proyecto que pretende que sea posible descubrir en línea libros de todo el mundo.

Ha sobrevivido tantos años como para que los derechos de autor hayan expirado y el libro pase a ser de dominio público. El que un libro sea de dominio público significa que nunca ha estado protegido por derechos de autor, o bien que el período legal de estos derechos ya ha expirado. Es posible que una misma obra sea de dominio público en unos países y, sin embargo, no lo sea en otros. Los libros de dominio público son nuestras puertas hacia el pasado, suponen un patrimonio histórico, cultural y de conocimientos que, a menudo, resulta difícil de descubrir.

Todas las anotaciones, marcas y otras señales en los márgenes que estén presentes en el volumen original aparecerán también en este archivo como testimonio del largo viaje que el libro ha recorrido desde el editor hasta la biblioteca y, finalmente, hasta usted.

Normas de uso

Google se enorgullece de poder colaborar con distintas bibliotecas para digitalizar los materiales de dominio público a fin de hacerlos accesibles a todo el mundo. Los libros de dominio público son patrimonio de todos, nosotros somos sus humildes guardianes. No obstante, se trata de un trabajo caro. Por este motivo, y para poder ofrecer este recurso, hemos tomado medidas para evitar que se produzca un abuso por parte de terceros con fines comerciales, y hemos incluido restricciones técnicas sobre las solicitudes automatizadas.

Asimismo, le pedimos que:


- + *Haga un uso exclusivamente no comercial de estos archivos* Hemos diseñado la Búsqueda de libros de Google para el uso de particulares; como tal, le pedimos que utilice estos archivos con fines personales, y no comerciales.
- + *No envíe solicitudes automatizadas* Por favor, no envíe solicitudes automatizadas de ningún tipo al sistema de Google. Si está llevando a cabo una investigación sobre traducción automática, reconocimiento óptico de caracteres u otros campos para los que resulte útil disfrutar de acceso a una gran cantidad de texto, por favor, envíenos un mensaje. Fomentamos el uso de materiales de dominio público con estos propósitos y seguro que podremos ayudarle.
- + *Conserve la atribución* La filigrana de Google que verá en todos los archivos es fundamental para informar a los usuarios sobre este proyecto y ayudarles a encontrar materiales adicionales en la Búsqueda de libros de Google. Por favor, no la elimine.
- + *Manténgase siempre dentro de la legalidad* Sea cual sea el uso que haga de estos materiales, recuerde que es responsable de asegurarse de que todo lo que hace es legal. No dé por sentado que, por el hecho de que una obra se considere de dominio público para los usuarios de los Estados Unidos, lo será también para los usuarios de otros países. La legislación sobre derechos de autor varía de un país a otro, y no podemos facilitar información sobre si está permitido un uso específico de algún libro. Por favor, no suponga que la aparición de un libro en nuestro programa significa que se puede utilizar de igual manera en todo el mundo. La responsabilidad ante la infracción de los derechos de autor puede ser muy grave.

Acerca de la Búsqueda de libros de Google

El objetivo de Google consiste en organizar información procedente de todo el mundo y hacerla accesible y útil de forma universal. El programa de Búsqueda de libros de Google ayuda a los lectores a descubrir los libros de todo el mundo a la vez que ayuda a autores y editores a llegar a nuevas audiencias. Podrá realizar búsquedas en el texto completo de este libro en la web, en la página <http://books.google.com>

34. G. 8.

MENTEM ALIT ET EXCOLIT



K. K. HOFBIBLIOTHEK
ÖSTERR. NATIONALBIBLIOTHEK

34.G.8

JACOBUS
MENOCHIVS
DE
IVRISDICTIONE
IMPERIO ET POTESTATE
ECCLESIASTICA AC SECVLARI
ET DE
IMMVNITATE ECCLESIAE

AT 100 11

27. 11. 1871



JACOBI
MENOCHII
PAPIENSIS IVRIS

EXCELLENTISSIMI,
REDITVVM EXTRAORDINARIORVM REGIAE
*Cathol. Majest. Praefidis, ac Secretioris Intimique Consilij Consiliarij Mediolanensis, & olim
in Nobilissimo Gymnasio Patavino Iuris Casarei Primarij Interpretis,*

DE
IVRISDICTIONE,
IMPERIO ET POTESTATE
ECCLESIASTICA AC SECVLARI

LIBRI TRES.

Accessit Liber Quartus

DE
IMMUNITATE ECCLESIAE
pro ad eam confugientibus;
OPVS POSTHVMMVM,

Haftenus summopere expetitur, & nunc demum in lucem editum, studio & opera A. I. V. D.



LUGDUNI.

Sumptibus J. A. CRAMER & P. PERACHON.

M. D. C. XCV.

1750000



ELENCHVS TOTIVS TRACTATVS

D E

IURISDICTIONE, IMPERIO

ET POTESTATE ECCLESIASTICA AC
SECVLARI &c.

Contentorum, brevem & accuratam delineationem
complectens.

S V M M A C A P I T V M

LIBRI PRIMII.

IURISDICTIONE quid sit & quotuplex, seu quando sumatur latissime, late, & strictè: Quæ illa sint, & dicantur Iurisdictionis, & apud quos hæc sint, seu tractari possint, diligens, & accurata explanatio.

II. Imperium quid sit, & quotuplex, seu quando sumatur latissime, late, & strictè; & ibidem de Imperio mero, cur sic dictum, & quid sit, apud quos sit, & an proprium eorum sit, qui illud exercent, & quæ meri Imperii esse dicantur, diligenter explicatum.

III. Imperium mixtum cur dictum, & quid sit, & apud quos nunc sit, & quæ mixti Imperii esse dicantur, dilucidè explicatum.

IV. De potestate, & quæ potestatis sint tam quò ad profana, quam quò ad Ecclesiastica, & Spiritualia.

V. Potestatem in Republica Christiana esse duplicem, spiritualem, scilicet, &

profanam, & spiritualem esse profanâ majorem, & digniorem.

VI. Iurisdictionem, Imperium, & potestatem Ecclesiasticam Sæculari, & profanæ conjunctam esse posse, & ab uno Ecclesiæ Prælato exerceri licere.

VII. Iurisdictionem, Imperium, & potestatem in spiritualibus à Deo concessam, & tributam esse Pontifici Maximo.

VIII. Pontificum summam olim, & multò majorem hodie, esse potestatem in his, quæ ad Religionem, & Sacra pertinent, & alia nonnulla Sæcularia.

IX. Pontifex Maximus lege Divinâ consecutus an sit Iurisdictionem, Imperium, & potestatem quoad res temporales, quæ hujus Sæculi sunt.

X. Pontificem Maximum habere potestatem directivam, & coactivam in Ecclesia Dei, cujus est Vicarius.

XI. Imperator an recognoscat Iurisdictionem, Imperium, & potestatem

Summa Caputum.

Summi Pontificis Romani.

XII. Imperii meri, seu gladii potestatem quomodo, & à quibus in pœnis indicendis exercent Iudices Ecclesiastici.

XIII. Regum Hispaniæ, & Galliæ iurisdictionis, Imperiæ, & potestas an sit immediatè à Deo, vel à Papa, vel ab Imperatore; atque ità an prædicti Reges subsint Papæ, vel Imperatori.

XIV. Clericorum personæ in his, quæ verè spiritualia, & Ecclesiastica sunt, an à potestate, & Iurisdictione Principis Sæcularis jure divino exemptæ sint.

XV. Clerici quoad temporalia, profanaque crimina exempti an sint à iurisdictione, Imperio, & potestate Principis Sæcularis Iure divinò, vel humanò.

XVI. Clericorum res, & bona Iure divinò, vel humanò exempta an sint à Iurisdictione & potestate Sæculari.

XVII. Clerici Iure Pontificio quoad eorum personas, & bona eximi an poterint à Iurisdictione & potestate Sæculari, & profana sine Principis Sæcularis consensu, & licentia.

XVIII. Princeps Sæcularis, an consuetudine, vel præscriptione acquirere possit Iurisdictionem adversus Clericorum personas, & bona.

XIX. Principem Sæcularem tueri, & defendere posse Sæculares, & Clericos adversus iniurias, & oppressiones Prælatorum, & Iudicum Ecclesiasticorum illis illatas; & ibidem de validitate, interpretatione, & utilitate Legum, & Constitutionum Hispaniæ, Lusitaniæ, & Neapolis editarum ad repellendum, & coercendum iniurias, & violentias Iudicum Prælatorum Ecclesiasticorum adversus Sæculares, ac etiam Clericos.

XX. Clericorum, & Religiosorum nomine qui veniant, & comprehendantur, ut fruantur privilegiis concessis, Clericis & Religiosis.

SUMMA CAPITVM.

LIBRI SECVNDI

I. Leges Principum Sæcularium superiorum, an & quando, & quomodo ligent Clericorum personas, res, & bona.

II. Leges seu Statuta Principum Sæcularium inferiorum & Populorum, an, & quando ligent Clericos.

III. Leges Principis Sæcularis pro communi bono, & utilitate tam Clericorum, quàm Sæcularium editæ, an, & quando ligent etiam ipsos Clericos, eorumque res, & bona.

IV. Clerici sinè justa causa recusantes parere legibus à Principe Sæculari pro communi bono, & utilitate latis, à quo iudice cogi, compelli, & quibus pœnis affici possint, & debeant.

V. Leges, & Statuta Principis Sæcularis circa actus Iudiciales coram Iudice Sæculari, an, & quando ligent etiam Clericos, & Ecclesiasticos.

VI. Leges, & Statuta Principis Sæcularis de servanda certa solemnitate, & forma in conficiendis, & celebrandis contractibus, an, & quando ligent Clericos.

VII. Leges, & Statuta Principis Sæcularis de servanda certa forma, & solemnitate in conficiendis ultimis dispositionibus, an comprehendant, & ligent Clericos.

VIII. Leges, & Statuta principis Sæcularis circa successiones morientis sine testamento, an, & quando comprehendant, & ligent Ecclesiam, & etiam Clericos.

IX. Lex, & Statutum Principis Sæcularis circa præscriptiones, an, & quando comprehendat, & liget Clericos.

X. Libertas Ecclesiæ, an, & quando lædi dicatur Legibus, & Statutis Principis Sæcularis.

XI. Iu-

Summa Caputum.

XI. Iudex Ecclesiasticus quibus remediis uti possit ad tollendum Leges, & Statuta Secularium contra libertatem Ecclesiasticam edita.

XII. Clerici originarii Civitatis, vel in ea habitantes, an dicantur Cives, de populo: districtuales, & subditi Principis Secularis illius Civitatis Domini.

XIII. Cause omnes spirituales, tam facti, quam Iuris, an coram Iudice Ecclesiastico tractari debeant, vel potius ea, quæ facti sunt, peragi quoque possint coram Iudice Seculari.

XIV. Pontifex Maximus, & Episcopus, an, & quando in ditione Principis Secularis leges condere, & edita promulgare possint, quibus Laici delinquentes ligentur.

XV. Pontifex Maximus, an fiscum habeat, & quid de Episcopo dicendum sit an & ipse habeat fiscum.

XVI. Iudex Ecclesiasticus, an, & quando multam indicere possit, & cui adjici illa debeat, quando imponitur.

XVII. Summi Pontificis, & Episcopi Fiscus, quid, & quantum consequatur ex publicatis, confiscatisque delinquentium bonis.

XVIII. Clerici, quando, & quibus in casibus eorum Iudice Seculari in causis Civilibus, & pecuniariis possint, & non possint conveniri.

XIX. Secularis fidejussor Clerici, an conveniri possit, & debeat coram Iudice Ecclesiastico, vel potius coram Seculari, & quid de Clerico fidejussore secularis.

XX. Clerici, an, & quando de crimine, & delicto coram Iudice seculari accusari, & ab eo puniri possint.

XXI. Iudex Ecclesiasticus, an, & quando, ac quomodo inhibere possit, & debeat Iudici Seculari, ne de causa adversus Clericum vel Secularem cognoscat, vel in ea procedat.

XXII. Confessio Clerici accusati coram Iudice Seculari facta, an, & quando ei noceat coram Iudice Ecclesiastico.

SUMMA CAPITVM.

LIBRI TERTII

I. **Q**uibus in casibus Clericus actor convenire debeat Secularem coram Iudice Seculari, non autem coram Ecclesiastico.

II. Casus qui sint, in quibus Laicus à Clerico conveniri potest in utroque foro Seculari scilicet, & Ecclesiastico in causa Civili & pecuniaria.

III. Iudex Ecclesiasticus, an, & quando cognoscat, & judicet de causa vel Civili, vel criminali communi Clerici, & Secularis.

IV. Delictum, peccatumque merè profanum, merè Ecclesiasticum, & mixtum quid sit, & an de mere profano cognoscat etiam Iudex Ecclesiasticus, & de merè Ecclesiastico, Iudex secularis.

V. Delicta, crimina, & peccata mixti fori, Ecclesiastici scilicet, & Secularis, quæ dicantur, & de singulis eorum poenis diligens explanatio.

VI. Ecclesiasticus prævenire an possit Iudicem Secularem, & è contra in causa mixti fori, Civilis, & Criminalis, & quando dicatur prævenisse, ac quis sit præventionis effectus.

VII. Actor, vel Accusator, qui in causis mixti fori, coram Iudice Ecclesiastico agere, vel accusare cœpit, atque ita prævenit Iurisdictionem Iudicis Secularis, an, & quando mutare possit forum, & Iudicium, sicque reum convenire, vel accusare possit coram Iudice Seculari, & è contra.

VIII. Reus conventus, vel accusatus pro causa Civili, vel Criminali mixti fori coram Iudice Seculari, an, & quando mutatio statu conveniri, & accusari

Summa Caputum.

accusari possit, & debeat coram Iudice Ecclesiastico, atque ità, quando liceat ipsi Reo mutare forum, & iudicium.

ix. Delictum mixti fori punitum à Iudice Ecclesiastico, puniri an etiam possit à Iudice Seculari, & è contrà.

x. Absolutus à Iudice Ecclesiastico de crimine mixti fori, inquiri, & accusari an denuò possit coram Iudice Sæculari, & è contra; & alia multa de liberatis, & absolutis à criminibus non reaccusandis.

xi. Iudex Ecclesiasticus quando usu, & consuetudine dicatur acquirere jurisdictionem adversus Sæculares in casibus ad forum sæcularem alioquin spectantibus.

xii. Præscripsisse jurisdictionem in sæculares certis in casibus quando dicatur Iudex laicus.

xiii. Iudicem Ecclesiasticum vel spoliatum, vel perturbatum in quasi possessione jurisdictionis Regiæ, & ad Iudicem Sæcularem pertinentis, restitui, reintegrarique an jure possit, & ne perturbetur experiri.

xiv. Iudex Ecclesiasticus, vel Sæcularis, an, & quando de causis pecuniariis, civilibusque, ac capitalibus adversus Iudæos, & infideles cognoscat, judicet, pœnas indicat.

xv. Iudex Ecclesiasticus, vel Sæcularis cognoscere quis debeat, quando dubitatur ad quem eorum pertineat jurisdictio.

xvi. Princeps, Iudexque Sæcularis, an, & quando in terris, & ditone Ecclesiæ pro Clericis, & adversus Clericos; & è contrà Princeps, & Prælatus Ecclesiasticus in Sæculares, & profanos, ac in terris, & ditone Principis Sæcularis exercere possit ea, quæ sunt Iurisdictionis voluntariæ.

xvii. Sæcularis, quæ, & quando negotia Spiritualia, & Ecclesiastica suò quodam jure, & nomine tra-

ctare, cognoscere, & expedire possit, & valeat.

xviii. Sæcularis pertractare an possit negotia Ecclesiastica administrando ea, tamquam simplex gestor, & minister Ecclesiæ, & Clericorum nomine. pag. 254.

xix. Clericus quæ negotia Sæcularia tractare, cognoscere, ac expedire possit. pag. 255.

xx. Sæcularis habere, & possidere, an, & quando possit bona Ecclesiastica, & quæ aliquid in se habent spiritualitatis. pag. 262.

xxi. Iudices Ecclesiastici familiam armatam, quâ suas exequi valeant Sententias, habere, an jure possint. pag. 263.

xxii. Auxilium brachii Sæcularis, an, & quando peti, & concedi debeat Iudici Ecclesiastico pro executione Sententiæ à se prolatæ; & è converso an, & quando auxilium brachii Ecclesiastici possit, & debeat concedi Iudici Sæculari. pag. 268.

xxiii. De immunitate Ecclesiæ, & Clericorum ab oneribus, quoad ipsius Ecclesiæ bona, & personas. pag. 279.

xxiv. De exemptione, & immunitate bonorum patrimonialium Clericorum. pag. 286.

xxv. Immunitas concessa Ecclesiæ, & Clericis, an eorum Vassallis, & emphyteutis prodesse possit. pag. 288.

xxvi. Immunitas concessa Ecclesiæ & Clericis, eorumque rebus, & bonis, an, & quando transeat ad Sæculares ipsarum rerum, & bonorum emptores. pag. 289.

xxvii. Immunitas concessa Ecclesiæ vel Clericis, eorumque rebus, & bonis, an, & quando profit Colonis, & Conductoribus bonorum ipsius Ecclesiæ vel Clerici. pag. 291.

xxviii. De conservatoris munere, & officio. pag. 292.

xxix. De Economi Regii munere, & officio diligens explanatio. pag. 294.

SVM-



SVMMA CAPITVM

LIBRI QVARTI.

DE

IMMVNITATE ECCLESIAE,

pro iis, qui ad eam post patratum aliquot
crimen confugiunt.

I. **I**MMUNITAS, & libertas Ecclesiae pro ad eam confugientibus quò jure inventa, constituta, & ordinata fuerit, diligens, & accurata explanatio. pag. 296.

II. Confugientes ad Statuam Principis, vel domum, vel figuram, an, & quãdo immunitate ne inde extrahi possint inviti, gaudeant, & de his, qui obviam habent Cardinalem. p. 298.

III. Ius Pontificium, non Cæsareum, esse spectandum in definiendis Controversiis confugientium ad Ecclesiam. pag. 300.

IV. Favorabilis, vel odiosa an sit hæc immunitas, ita ut extendi, vel restringi debeat.

V. Ecclesiae nomine qui locus contineatur, ut ad eam confugiens tutus sit, ac si in ipsammet Ecclesiam confugisset.

VI. Iure Pontificiò, an taxative sic excepti sint quatuor Casus, in quibus tributum non est Ecclesiae immunitas ad eam confugientibus, ut cæteris omnibus censeatur tributa.

VII. Debitor pecuniarius ad Ecclesiam confugiens, an, & quando gau-

deat illius immunitate.

VIII. Casus criminales, pro quibus concessa est Ecclesiae immunitas delinquentibus, ad ipsam Ecclesiam confugientibus.

IX. Casus Criminales, pro quibus Concessa non est Ecclesiae immunitas confugientibus ad eam.

X. Quibus pro suae personae qualitate, & conditione permillum, vel non permillum sit gaudere immunitate Ecclesiae illis in casibus, pro quibus immunitas ipsa concessa est.

XI. Casus aliqui, quibus is, qui ad Ecclesiam confugit, vel confugere nitur, ipsius Ecclesiae immunitate gaudet, vel non gaudet.

XII. Adversus fugientem ad Ecclesiam quid agi, fieri possit, & non possit, dum in Ecclesia ipsa manet.

XIII. Quibus permilla, dataque est facultas extrahendi, seu extrahi faciendi confugientem ad Ecclesiam.

XIV. Refuga, qui asseritur publicus latro, vel agrorum depopulator, extrahi an possit à Iudice Sæculari, & postea cognosci an talis sit.

XV. Iudicem Sæcularem suâ auctori-

Summa Capitum.

thoritate extrahentem refugam ab Ecclesia cuius gaudet immunitate, puniri.

XVI. Quis dicatur violenter extrahere eum, qui ad Ecclesiam Confugit.

XVII. Excusari an possit à pœna aliquando, is qui refugam ab Ecclesia extraxit.

XVIII. Refuga extractus ab Ecclesia à Iudice Sæculari, & deinde ab eodem relaxatus, an præhendi possit, vel potius ipsi Ecclesiæ restitui.

XIX. Si Prætoris familia dixit præhendisse aliquem extra Ecclesiam, &

præhensus negat, cui adhibenda sit fides.

XX. Iudex quis sit, quando dubitatur, an refuga gaudere debeat, vel non immunitatæ Ecclesiæ.

XXI. Clerici armistueri, & defendere an possint refugam, ne ab Ecclesia à Iudice Sæculari extrahatur.

XXII. Extractio refugæ ab Ecclesia quòd jure facta sit, justificari an possit ex informationibus deinde sumptis.

XXIII. Refuga, si ab Ecclesia abstrahatur, an puniri, & quâ debeat, pœnâ, pro delicto, propter quod ad ipsam Ecclesiam confugit.



IACOB



D. JACOBI
MENOCHII

J. C. EXCEL. PAPIENSIS,

REGIÆ CATH. MAIEST. REDITVVM EXTRAORDINARIORVM

Præfidis, ac Secretioris, intimique Consilij Consiliarij Mediolanensis, & olim in
Nobilissimo Gymnasio Patavino Juris Cæsarei Primarij Interpretis.

DE

JURISDICTIONE, IMPERIO

ET POTESTATE ECCLESIASTICA AC SECVLARI,

LIBRI TRES.

ACCESSIT LIBER QVARTVS DE IMMVNITATE ECCLESIE PRO
ad eam confugientibus.

OPVS POSTHVMMVM.

LIBER PRIMVS.

CAPVT PRIMVM.

Jurisdictionis quid sit, & quotuplex, seu quando sumatur latissimè, latè, & strictè. Quæ illa sint, & dicantur jurisdictionis, & apud quos hæc sint, seu tractari possint, diligens, & accurata explanatio.



JURISDICTIONIO latissimè sumpta, est illa potestas, quæ privatis personis adversus sibi subjectos competit, ut illa Patri contra filios, & illa patroni in servos, vel liberos, sicuti sumitur *in l. servi, & filii ff. de furtis*, & apertissimè *in l. 2. C. de libertis & eorum liberis*, & hæc quidem jurisd. dicitur impropria, non autem verè & propriè jurisdictionio. Hac de jurisdictione nostra non est disputatio, non enim de hac agitur in titulis de jurisdictione omnium Iudicum, in Pandectis, vel Codice.

Jurisdictionio latè sumpta est illa potestas, quæ magistratibus de publico constitutis competit, & de qua nunc agendum est, eo dicitur hæc propriè jurisdictionio, quæ quidem aliquando sumitur in genere, aliquando verò in specie, sicuti adoptio. Sumitur in genere, & in specie. *l. 2. ff. de adoptio.* Sic & cognatio, quæ aliquando ut genus, aliquando ut species consideratur. *l. inter Agnator. ff. unde legit.* Ità pariter legitima hæreditas generis, & speciei nomen obtinet *l. obvenit. de verborum significat. juncta l. 3. §. de illo ff. Pro socio,*

& denique, pactum, generis nomen quandoque obtinet, quandoque verò speciei, *l. 1. §. conventionis ff. de pactis*, & declarat Decius *in rubrica C. de pactis.* Jurisdictionem itaque in genere sumit Papin. *in l. 1. in principio ff. de officio ejusd.* Cum dicit quæcumque specialiter lege, vel Senatus-Cons. vel Constitutione Principum tribuuntur mandata jurisd. non transferuntur. Accipit hic Papinianus jurisdictionem in genere, alioquin si de jurisd. in specie loqueretur, frustra dubitaret an sub illa contineretur merum Imperium, quod ab ipsa jurisd. est omnino separatum *l. solemus §. Latrunculator ff. de Iud.* Ità etiam hac de jurisd. in genere loquitur idem Papinianus *in d. l. prim. §. mandatam, ff. de officio ejus*, & cum hanc traditionem probent *l. 3. ff. de postulando. §. §. sed hoc jure in instit. de Attili: tuto: juncta l. mureo §. Tutoris datio ff. de Tutelis*, confert *l. 1. in princ. & si quis jusd. non obtemp.* cum Ulpianus dixerit omnibus magistratibus, non tamen duumviris secundum jus suæ potestatis concessum est, jurisd. suam defendere pœnali judicio &c. Jurisdictionem in genere sumit hic Ulpianus pro omni illa sua potestate, & Imperio, ac si dixisset concessum est Prætori tueri suam potestatem præcepto pœnali, atque ità correctione aliqua. Ità pariter sumitur jurisdictionio in genere *in l. 1. in l. 2. & in l. si quis ex aliena ff. de Iudiciis*, sic & *in l. 2. ff. de jurisd. omn. Iud.* Cum dicit Juris Cons. cui data est Jurisdictionio ubi sumitur pro potestate magistratus, alioquin excluderetur facultas defendendi Imperii. Causas sibi commissas, & propterea exponi sic potest. Cui Jurisdictionio, idest jurisdictionis potestas data est. De jurisd. in specie

A c i e

cie loquitur Vlpianus in *l. Imperium in fine*, ac etiam in *Verbo mixtum ff. de iurisd. omn. Ind.* cum dicit, mixtum Imperium est, Cui Iurisdicatio inest. Hic iurisd. in specie sumit Vlpianus, nam mixtum non conficitur, nisi duæ concurrant species: sicuti contingit in mulso, quod ex duabus speciebus, melle scilicet, & vino componitur §. *si duorum materia in instit. de rerum divis.* & ideo mixtum Imperium dicitur, quia partem habet ab Imperio, partem à Iurisd. quæ si inesset tanquam genus, non faceret novam speciem, quemadmodum in homine, cui tanquam in specie inest genus, idest Animal, & tamen non dicitur homo mixtus. Et hæc ipsa consideratio itea quidem opinione solidior est ad hanc rem demonstrandam, quã sunt illæ Decii in *d. l. Imperium Col. 1. & Ludo. Charond. in libello de Iurisd. & Imperio num. 3.* Et primo errat Decius, quod si verum esset in mixto Imperio fuisse iurisd. in genere, Sequeretur quod idem esset dicendum de mero Imperio, & ita merum Imperium esset mixtum, quod omnino verbis Vlpiani repugnat. Hæc Decii consideratio, & levis, & Cavillosa est, nam præsupponit Decius in mero Imperio, inesse iurisd. in genere, quod falsum est, cum merum Imperium nullam comprehendat iurisd. sed ab ea omnino separatum est, sicuti suis locis dicemus. Inquit Decius quod quando Iurisdicatio inest mixto Imperio, passivè inest, & ideo non videtur adaptari ad genus, quod activè speciem continet. Est falsa hæc argumentatio, cum verius sit genus posse contineri passivè sub sua specie, sicuti genus ipsum activè continet suam speciem. Exemplum est. Homo species est, & tamen continet genus suum, idest Animal, ita è contra Animal absolute pronunciatum ut genus, continet species, ut hominem, leonem &c. Tertio, dicebat Decius, quod si Iurisd. esset genus, & Imperium species, sequeretur quod Iurisdicatio esset major, & dignior mero Imperio, cum nobilior sit genus omni sua specie, & propterea deberet dici mixta Iurisdicatio, non autem mixtum Imperium. Verum responderetur quod Iurisdicatio, quæ inest mixto Imperio, etsi inest tanquam genus, attamen inest Cause ipsius Imperii, atque ita quodammodo ei deserviens, & propterea non dicitur nobilior ipso Imperio, cui deservit Iurisdicatio, arg. *l. etsi non sint §. perveniamus ff. de auro, & argento l. & in §. si quis tamen alienam purpuram, Instit. de rerum divis.* sicuti è contra videmus iurisdictionem, cui deservit Imperium magis considerari, quam Imperium ipsum *l. 1. §. ult. & l. ult. ff. de officio eius &c.* Dum dicitur Imperium, quod iurisd. coheret, mandata iurisd. transferri: Præterea stat simul, quod genus inest suæ speciei, & quod species sit eo casu nobilior ipso genere. Exemplum in homine, qui tanquam species continet genus, idest Animal, & tamen illud genus non est ipsa specie nobilior.

Iurisdicatio latè sumpta ita definitur ab Accursio in *l. 1. & Bartolo n. 3. ibi. ff. de iurisd. omn. Ind.* ut sit potestas de jure publico introducta, cum necessitate iudicandi, & æquitate statuat. Quæ sanè definitio continet genus, & suas differentias, nam genus est Verbum illud potestatis *l. Potestatis verbo ff. de verborum significatione*, ubi Alciatus, & probat Textus num ibi merum Imperium est habere gladii potestatem, & *l. 2. §. Populo deinde ff. de origine juris.* differentia causa posita sunt illa verba de jure publico, ad differentiam scilicet illius iurisd. quæ habet Dominus in servum, Pater in filium, quæ quidem Iuris privati esse dicuntur, hæc autem nostra Iuris publici esse dicitur *l. 1. §. huius studii ff. de just. & jure, l. 2. §. post originem ff. de origine juris*: Præterea illi verba cum necessitate iudicandi posita sunt ad differentiam illius iurisdictionis, quam exercet Pater in filium, & Dominus in servum, quæ quidem necessitatem exercitii non continent, cum tamen nostra hæc contineat *ff. de qua re, l. de*

Iud. & l. munerum §. iudicandi ff. de mun. & honor. & in authen. ut differentes Iudices, marfil. singul. 127. qui declarat non procedere in arte peritis. Verum adversus definitionem hanc multæ excitantur dubitationes, & difficultates.

Prima quod illa potestas, quam habet Pater in filios, Dominus in servos, ac etiam Tutor in pupillos iuris publici dicitur *l. 3. ff. de iis, qui sunt sui, vel alieni juris, & in instit. de patria potestate in principio*, ubi de patria potestate ita scriptum est. Et de potestate Domini in servos probat *l. manumiss. ff. de Iustitia, & jure.* De potestate vero Tutoris in pupillos probat *l. 1. ff. de Tutelis.* Est enim tutela munus publicum auctoritate, privatum verò utilitate *L. Athleta ff. de excus. Tut. & l. 1. in fine ff. de mun. & hon.* Verum responderetur ex Sententia Angeli in *d. l. r. ff. de iurisd. omn. Ind.* illa verba posita in definitione, cum necessitate &c. dissolvere dubitationem hanc, non enim cogitur Pater iudicare in filios, nec Dominus in Servos, tamen illi manus illa regia ab eorum manibus dempta non fuerit *l. 1. ff. de iis, qui sunt sui, vel alieni juris. l. in suis in fine ff. de lib. & posth. l. servi, & filii ff. de furtis, & l. si certus §. ult. ff. ad sen. Conf. Syllan.* Extat & ille titulus *C. de emen. servo*, qua de re scripsi *lib. 2. de arbitrariis Iudicium, casu 364.*

Secunda excitatur difficultas (prætermis de industria aliis multis) quod Iudex iurisd. habet in sibi concessis suo arbitrio, & tamen iudicare non cogitur *l. non quidquid ff. de iud.* Verum præter responsiones Curtii junioris, & Bolog. in *d. l. 1. n. 2. ff. de iurisd. omn. Ind.* responderi facile potest, quod etiam in Iudicis arbitrio aliqua posita ita, tuat, ut possit is pro sui libito pronunciare, pronunciare tamen cogitur, ut declaravi *lib. 1. de arbitr. Ind. &c. quæst. 41.* ubi rationibus comprobavi.

Tertia excitatur dubitatio ab Alciato in *d. l. 1. ver. 18. n. 4.* Definitio, Scribit ille, æquitate verbum in hac definitione positum esse superfluum notat, cum jus æquitatem ipsam in se contineat; est enim Ars boni, & æqui *l. 1. §. Ars ff. de just. & jure.* Et præterea sequeretur, quod sententia injusta esset nulla, tanquam lata sine iurisd. & ita valet *l. pen. §. Prætor ff. de Iust. & jure.* Ità, & statutum iniquum tenet. *cap. omnes de constit. & ibi Doctores.* Rursus sæpissimè Iudex æquitatem non sequitur, sed rigorem *l. placuit C. de iudiciis.* Cæterum responderetur verba posita in definitionibus superflua dici non posse, dum essentiam definiti declarant, alioquin dicendum esset iuris definitionem superflue continere illa verba, boni, & æqui, cum sui natura Ius sit bonum, & æquum. Quod verò ait Alciatus, sententiam injustam, esse sententiam, & statutum injustum esse statutum, concedimus esse verum, donec usque detegatur injustitia; nam interim pro illis stat præsumptio *l. Heretrinus §. Caia ff. de evictio.* Cum similibus. Quod verò dixit Alciatus Iudices persæpè sequi rigorem *d. l. placuit* intelligitur quod ad se per æquitatem iudicare debere, etsi juxta rigorem in lege scriptum iudicant. Iudex enim sollicitus esse debet, ut pro negotiorum qualitate æquitatem sequatur *l. sed si quis §. Idem habeo ff. de relig. & sumpt. fun. & tradit Albericus Bolog. de Iure, & equit. cap. 33. n. 7.* qui declarat. Et spectatur quod fieri debet, non autem quod sit *d. l. pen. ff. de iustitia, & jure, & l. sed licet ff. de officio Praefidis.*

Quarta excitatur difficultas ex *l. 2. ff. de officio Procons. & leg.* ubi datur iurisdicatio, quæ tamen appellatur voluntaria. Verum responderetur dici voluntariam respectu partium, ut Accursius ibi declarat, non autem respectu Iudicis, & magistratus, qui cogitur suum officium impertiri, sicuti scribunt omnes in *d. l. 2. præsertim Bald. n. 3.* de hac iurisd. contentiosa dicimus infra *lib. 2. cap. 3.* Neque itaque Accursii recepta magis definitio

nitio fati defendi jure potest. Per plures alias definitiones commemorare possem, sed de industria, ne tantum temporis conteram prætereo.

Definiri autem præ cæteris ita potest jurisdictio Latè sumpta, est potestas juris reddendi, vel decernendi vel iudicandi inter disceptantes de Civili, vel Criminali negotio. Dixi etiam de negotio Criminali, cum jurisdictio Latè sumpta, contineat Causas Criminales, sicuti affirmarunt *glos. in §. iusjurandum in fine in verbo jurisdictio in Auth. l. de defensione Civit. Bal. in tit. de pace constantia in princ. in verbo Romanorum in glos. Jurisd. Bart. hic n. 4. Dec. n. 26. Corralius in rub. hujus tit. n. 3. Duare. lib. 1. disp. annivers. cap. 13. in fine. Ludovicus Charondas in libello de jurisdict. & Imperio n. 11. Gillotus in tractatu de jurisdict. & imper. lib. pr. cap. ult. & Goveas lib. 2. de jurisdict. pag. 1. Quorum quidem traditio probatur responso Papin. in l. 1. §. Qui mandatum ff. de officio ejus &c. dum dubitat Papinianus an mandata jurisdict. à Proconsule suo legato transeat merum Imperium: Quæ sanè dubitatio supervacanea esset, si jurisdictio latè sumpta utramque causam, pecuniariam scilicet, & Capitalem non contineret. Et confirmatur ex d. l. 1. in princ. eo tit. perpendendo, ut supra in initio declaravimus, ac etiam in eo exemplo publicorum judiciorum, & accedit l. ult. ff. de officio ejusd. cum ait Paulus jurisdict. mandata, transire Imperium, quod non est merum hoc est modicam Correctionem, sine qua Jurisdictio mandata exerceri non posset, ergo jurisdictio hæc Criminales etiam causas continet, nisi dicamus hæc in responso dici ex necessaria quadam consequentia, ut, scilicet, causa possit expediri.*

Confert tertio inscriptio tituli de Jurisdictione omnium Iudicum; est enim inscriptus simpliciter de jurisdict. & tamen in l. Imper. eo tit. agitur de mero Imperio, hoc est de causis capitalibus, cum merum Imperium versetur in graviore maleficiorum correctione l. scilicet in princ. verbo nec enim, & l. si quid enim ff. de officio Procons. & l. 1. & probat l. 2. §. Exactis deinde regibus ff. de origine Juris. Ita enim legimus in C. esse inscriptum titulum de jurisdict. omnium Iudicum, & tamen in l. 5. illius tituli de causis Capitalibus agitur, nisi dicamus dictam l. 5. correspondere secundæ parti rubricæ, quæ est de foro competenti. Accedit quarto l. 1. §. 1. ff. quod quisque juris. Ille titulus Quod quisque juris spectat etiam ad eam adversus quem dictum fuit iniquum jus in causis criminalibus; esset enim alioquin absurdum quod in causa civili tantum haberet locum & tamen in d. §. 1. Et ait Iurisc. Ulpianus dari adversus eum, qui ex sua jurisdictione jus dixit inique: ergo jurisdictione respicit causas tam criminales, quam Civiles.

Suffragatur quinto l. Divus sa. 2. ff. ad l. Corneliam de falsis, quo loco Calistratus ait Iudicem pro sua jurisdictione punire eum qui suspecta instrumenta in iudicium à se producta non probavit. Ecce jurisdictione versatur etiam circa causam illam pœnalem l. scilicet Cornelia de falsis, quæ est aliquando Capitalis, ut scripta lib. 1. de arbitrariis. Casu 306. & 316. Huc facit sexto l. 2. §. Deinde Cornelius Sylla, in fine ff. de Origine juris, cum Modestinus ait decem & octo Prætores illos inter quos connumerantur & illi, qui causis Capitalibus præerant jus dixisse, jus reddidisse in Civitate Romana; Jus dicere ergo, quod idem est, quod ipsa jurisdictione ad causas Criminales refertur.

Rursus, & septimo ad rem facit §. Iusjurandum in fine in Auth. de defenso; & ibidem glos. in verbo jurisdict. defensor Civitatis exercere potest ea, quæ sunt jurisdict. simplicis, & tamen in d. §. Iusjurandum, constitutum est defensorem non cognoscere de his, quæ jurisdict. habent, quia ad Præsid. spectant. Jurisdictione ibi civiles, & Criminales complectitur, alioquin ad defensorem etiam spectarent. Et demum hæc spectat au-

thoritas Clau dii Suetonii in vita Augusti Cap. 33: qui ita scribit. Ipse jus dixit assidue, & in noctem nunquam, si parum corpore valeret, læticâ pro Tribunali collocatâ, vel etiam Domi cubans. Dixit autem jus, non diligentia modo summâ, sed & lenitate; si quidem manifesti parricidii reum ne Culeo insueretur, quod non nisi confessi afficiuntur hac pœna, ita fertur interrogasse: Certè patrem tuum non occidisti? &c. Ità & Alconius Pedianus in commentariis ad actionem 4. Ciceronis in Verrem de Præura Siciliensi, cujus verba adscripti. Itaque post hæc duo criminum genera persequitur ad extremum. Primum de Heraclio ab expressis honoribus, ab invictis de Epicrate Bidino, deque rebus capitalibus, ubi de Sopatro, de Schenio, quæ omnia sunt de jure dicendo: His intelligimus contrariam opinionem malè probasse Robert. Aurelian. lib. 4. Sentent. Juris cap. 22. Equivarium Baronem de jurisdict. & Imperio pag. 42. 43. 44. & Gasparem Valalcum d. l. Imperium n. 34. ea ratione adductos, quòd apud Romanos, cum crearentur Magistratus, tributa, eis tantum facultas fuit cognoscendi, & pronunciandi de causis civilibus, qui sanè Magistratus, ob id, quòd jus dicebant, nomen Iudicentis consecuti sunt l. 1. de jurisdict. omn. Iud. dictique sunt obtinere jurisdictionem, quæ de civilibus tantum causis est. Quod autem de causis criminalibus non cognoscerent Magistratus, vel ex eo intelligimus, quòd illa dicitur extraordinaria animadversio l. ult. ff. de privatis delictis, & l. ult. ff. de furtis; Quod quidem iudicium non retinebat formam nec ulli certo Magistratui tributa erat; eam enim potestatem populus Romanus apud se tantum retinebat, & cum de crimine erat tractandum, quæstores creabat, qui non observato ordine cognoscerent l. 2. §. exactis deinde regibus ff. de origine juris. Populò deinde auctò, potestas hæc animadvertendi in facinorosos homines, tributa fuit Prætoribus nonnullis, ac etiam Præfecto Urbis d. l. 2. §. deinde Cornelius Sylla ff. de origine juris, & l. 1. ff. de officio Præfecti Urbis. Et ij quidem illum ordinem extraordinarium observabant §. 1. instit. de publ. jud. Non ergo jurisdict. verbum ad causas ipsas Criminales adaptatur. Cæterum huic considerationi responderetur quod, etsi certis tantum Magistratibus permessa fuerit à populo Romano animadversio, hæc non tamen fit, quin sub nomine jurisdictionis latè sumptæ comprehendatur, sicuti probat ille locus Modestini in l. 2. §. deinde Cornelius Sylla de origine. juris, quem, & supra explanavi. Et textus ille est etiam perpendendus, dum ait Præfectum Urbi jus dixisse, & tamen is Præfectus de causis capitalibus cognoscebat. Et apertius probat l. 1. §. in initio ff. de officio Præfecti Urbis juncto princ. illius textus ubi Præfectus urbis de criminibus cognoscebat, & tamen ind. §. in initio dicitur quod extra urbem suam non est notio. Illa dictio notio, sumitur longè præ jurisdictione, ut infra dicemus, ergo significat Ulpianus Præfectum in urbe ipsa jurisdictione exercuisse. Et quanquam de causis criminalibus extraordinaria sit cognitio, seu animadversio, at tamen sub jurisdictione significatione latè sumpta continetur. Et probat l. si in aliquam §. cum plenissimam ff. de officio Procons. & leg. cum ait Ulpianus ad Procons. eorum partes pertinere, qui Romæ vel quasi magistratus, vel extra ordinem jus dicunt. Et extat integer titulus ff. de variis & extraordinariis cognitionibus, in quo de causis pecuniariis agitur, & tamen extraordinaria, est cognitio. Extat & cognitio extraordinaria de causis fideicommissi, ut probat l. pecunia verbum §. Actionis, de verborum significat; & scribit Corralius in d. l. 2. §. deinde Cornelius Sylla n. 21. & tamen causæ hæc sub jurisdictione nomine continentur l. 2. C. qui pot. in pig. habea; & §. instit. de fideicom. & ibi explicat Baldus, & scribit Suetonius in Claudio cap. 23. consuevisse Claudium de fideicommissis jurisdictionem quotannis, & in Urbe tantum magistratibus de le-

gare, cum antea à populo in perpetuum delegari consueverit. Nihil ergo repugnat quod extraordinaria sit cognitio, & tamen iurisdictionis nomine contineatur.

Iurisdictionio strictè sumpta à notione in specie differt; & sanè notio est quædam nuda causæ cognitio, quæ illis competit, quibus nulla concessa est iurisdictionio *l. ai Prator in prim. ff. de rei iud. & Cicero in oratione pro domo sua ita scribit, Omnis notio Pontificum cum adoperaret esse debuit*; notionem pro nuda cognitione dixit Cicero, cum Pontifices nullam haberent iurisdictionem sed ipsorum munus erat animadvertere, an omnia iuste, & legitime fuissent observata. Et traditionem hanc probarunt Boet. *l. 2. de iurisd. & Imperio, & Conna. lib. 1. commen. Iuris cap. 16. n. 4.* cum verò notionis nomen latè; sicque in genere sumitur, etiam in genere, & latè complectitur *l. de omnibus ff. de officio Præsidis, & l. 1. §. in initio ff. de officio Præsidi Urbis l. ult. in fine ff. de art. & obligat. l. notionem ubi Alciatus de verborum significat. & l. placet l. 1. C. de peda. Iud.* ità etiam dicimus, quod cognitionis verbum in genere, sicque latè acceptum iurisdictionem etiam continet *l. 3. §. cognoscit ff. de officio Præsidi Vigil. l. 4. de officio eius, & l. 1. §. l. et si non cognitio C. si contra jus, vel util. cum verò cognitio in specie, sicque strictè sumitur, de sola nuda cognitione sumitur, leg. solens ff. de offic. Procons. & leg.*

Iurisdictionem à jure, & dictione dici aliqui scripserunt, & Gregorius Holander, qui inscriptiones ità edi voluit, & cum littera C. excuderentur, dixit que, componi ex iure, & dictione; dicitio verò est nomen verbale significans actum sui verbi, quasi sit actus ipse iurisdictionis, & ob id iuridici dicti sunt à jure dicendo, ut docuit Equinarius Baro, in *rub. ff. de officio Iudici Alex.* Et apud Ciceronem pro Flacco in optimis codicibus legitur iurisdictionio, cum hac littera C. Altera fuit opinio Fulgostii, & Rasii in *rub. de iurisd. om. Iud. & prius glos. §. iusiurandum in fine in verbo iurisdictionis. in Auth. de defens. civit. qui dixerunt iurisdictionem sine littera C. scribi, & componi ex jure, & ditione est enim dicitio Imperium & potestas §. quorum unamque viam in proemio instit. l. 2. §. captà deinde Sardinia ff. de origine juris l. 2. C. de liber. & eorum lib. & apud Virgilium in primo Aeneidos. *Vastabat Cyprum & victor ditione tenebat.* Et Cicero in oratione pro lege Agraria ità scribit, *Coercere, opprimere, & in potestatem, & ditionem aliquam redigere.* Præterea hic alia, Ciceronis loca. Dicere nos facile possumus, iurisdictionem sine littera C. esse scribendam, cum in genere sumitur, ut causas meri, ac mixti Imperii, ac etiam iurisdictionis significet, cum dicitio sit potestas illa, quæ ut generalis omnia complectitur *d. l. 2. C. de lib. & eorum lib.* Cum verò in specie sumitur, scribendum esse cum littera C. ut significet iurisdictionem illam quæ solum versatur circa causas civiles, quasi quod, ut attigimus supra, iurisdictionio in specie est secundum Bart. in *l. Imperium n. 23.* quæ iudicis officio mercenario ad privatam utilitatem exercetur. Quæ sanè definitio facile subvertitur; Nam aliquæ extant iurisdictiones quæ expediunt per actiones, quæ tamen publicam respiciunt utilitatem principaliter etiam in quovis particulari, quemadmodum in interdicitis quæ publicam ob utilitatem fuerunt introducta, ut est de via publica, & ne in flumine publico *l. 2. §. publica autem utilitatis ff. de interdicitis, & tamen hæc per viam actionis expediuntur §. ult. ubi glos. instit. de interd. Præterea est secundò, vel ex eo rejicienda definitio hæc, quod aliqua sunt iurisdictionis, ut causa ingenuitatis, & libertatis, ut ex Bart. & aliorum sententia, & tamen, hæc officio iudicis nobili expediuntur *l. 1. §. per hanc ff. de rei vend. ut scribit glos. in l. si duo in princ. ff. de iureiurand. in glos. alter in fine.***

Secunda est definitio Alciati in *l. pecunia §. actionis de verbor. significat. lib. 2. paradox. cap. 8. & in dicta l. Imperium n. 49.* cum dixit iurisdictionem esse illam, quæ in actionibus versatur. Verum retinenda non est hæc de-

finicio, cum iurisdictionio versetur etiam in accusationibus *l. 1. §. damus ff. de susp. tuto: Præterea petere & consequi, seu dare bonorum possessionem in actione consistit, & tamen non iurisdictionis, sed mixti imperii est ut probat Ulpianus in d. l. Imperium, dum declarat, quod sit mixtum Imperium.*

Tertia est definitio Duareni *lib. 1. disput. annivers. cap. 53.* qui dixit iurisdictionem in specie esse iurisdictionem, vel iudicis dandi potestatem, seu licentiam. Definitio hæc probatur in *l. Imperator in fine ff. de iurisd. om. jud. & l. 1. damus ff. de susp. tut.* ubi mandata iurisdictionis totum officium iurisdictionis mandatur, & ab hac definitione non multum recessit Petrus Loriotus *de iurisd. & imperio axio 38.* dum dixit, iurisdictionem esse officium iurisdictionis jure magistratus concessum, & Eguinar. Baro: in *rub. ff. de iurisd. om. jud.* dixit, iurisdictionem esse publicam iurisdictionis potestatem & Lud. Charond. *de iurisd. & imperio n. 5.* dixit, iurisdictionem esse iurisdictionis licentiam, atque ità inquit legi in antiquis codicibus in *d. l. Imperium in fine,* sicuti etiam legunt Corrasius *ibid. n. 27.* & Vigilius in *§. præterea in instit. quibus non est permittum facere testamentum.* Hæc itaque magis recepta est definitio, nempe quod iurisdictionis in specie sumpta sit potestas iurisdictionis, vel dandi iudicem. Hic intelligunt omnes propriè jus dicere esse de causis civilibus; Nam in his dicitur, quid juris sit. In criminalibus autem imperium versatur, ut mox dicemus. Ex his satis intelligimus, iurisdictionem in specie, & strictè versari circa cognitionem, & definitionem causarum civilium. Quocirca concessa fuit iurisdictionio hæc Magistratibus illis, apud quos causarum civilium cognitio, & definitio extabat, sicuti apud Præsides, Prætores, Præfectos Urbis, quemadmodum etiam apud inferiores magistratus, ut Duumviros *l. an. ff. si quis iusd. non obtemp.* Apud defensores civitatis *§. judicare in Auth. de defensor. civit.* ac etiam apud Procuratorem Cæsaris *l. ult. ff. de officio procurat. Cæsar.* Cæteros omitto.

CAPVT. II.

Imperium quid sit, & quotuplex, seu quando sumatur latissime, late, & strictè. Et ibidem de Imperio mero, cur sit dictum, & quid sit, apud quos sit, & an proprium eorum sit, qui illud exercent, & qua Imperii meri esse dicantur diligenter explicatum.

Imperium latissime sumptum tam privatam quam publicam potestatem continet, & significat *l. liber homo la. 2. in princip. ff. ad l. Aquil. & l. idonei ff. de testibus.* Hinc potestas illa, quam exercet Dominus in servos dicitur imperium *l. 2. C. de lib. & eorum lib. & apud Plautum in Pseudol. Nam necesse est inquit ille, hodie Sicyonime esse, aut cras mortem exequi, ità herus meus est imperiosus,* id est severe nimis suum in me exercet imperium. Hinc etiam Imperium latissime sumptum dicitur illa potestas, quam obtinet patronus in libertum Medicus qui medicinz operas prestare tenetur *l. medicus ff. de oper. lib. dum legitur imperantes, non autem implorantes, ut legunt Alciatus lib. 7. parerg. juris cap. 13. & Duarens lib. 1. descript. annivers. cap. 54. & idem significat quod potestas l. lege Julia ff. ad l. Juliam de pub. Et præterea Imperium latissimè suam significatione significat universam ditionem, seu principatum, *l. uni §. si plures ff. de portio qua lib. conced. atque ità etiam sumitur in l. 1. ff. de Const. Princip. & in l. 1. C. de summa Trinitate, & fide Casb. & scribit Cornesius lib. 3. Miscellaneorum juris cap. 17. n. 2. qui, & illud Virgilianum citavit.**

Noſte

Liber I. Caput I.

Nocte pluit tota, redeunt spectacula mane
 Divisum Imperium cum Iove Caesar habet.

Imperium ita latissime acceptum non differre à latissima jurisdictione re ipsa, sed verbis tantum, scriptum reliquit Claudius Cantinucella *lib. 2. de officio Iudicis* 9. 6. n. 20. à quo non dissentit Bolog. *hic* n. 8. & probat *l. 2. C. de lib. & eorum lib.* inquit tamen Claudius jurisdictionem in eo videri differre ab imperio, quod iudictio sonet in potestatem jure regulatam, imperium verò in absolutam, & coactivam.

Imperium latè sumptum à Bartolo diffinitur in *l. imperium ff. de iurisd. om. Iud. n. 5.* ut sit iudictio, quæ exercetur officio iudicis nobili. Valiacus *ibidem* n. 2. addit ad publicam, vel privatam utilitatem: Verum diffinitio hæc velex eo recipienda non est, quod imperium exercetur officio iudicis mercenario, sicuti in aculatione, ut docuit Bart in *l. Index postea quam n. 2. ff. de re iud.* Item in missione in possessionem ex primo decreto, ut infra demonstrabimus in diffinitione meri imperii. Et præterea ait Bartolus imperium esse jurisdictionem, cum tamen ab ea differat, nisi dicamus Bartolum accepisse jurisdictionem in genere.

Secundò sic diffinit Bolognini. in *d. l. imperium n. 49.* Imperium est, ait ille, *iurisdiclio, qua ex solo iure iudicis super persecutionibus expeditur:* verum suboscure, & falsa est diffinitio hæc, nam excluduntur actiones simplices reales, ac etiam accusationes, in quibus versatur etiam Imperium latè sumptum.

Tertiò Lud. Charon *lib. de iurisdic. & imperio n. 12.* dixit imperium esse potestatem, & iussum magistratus, cui omninò parendum est. Cæterum nec diffinitio hæc recipienda est, cum iussum Domini in servum sit eiusmodi, ut parendum ei omninò sit, & tamen non est imperium latè sumptum.

Quartò Petrus Loriotus *de iur. & imperio axio: 15.* Gillotum quem commemorat, scribit, imperium esse iussum cui obtemperari oportet, sed eadem ratione qua & præcedens diffinitio hæc confutatur.

Quintò Ant. Porreas *de iurisdic. & imperio* sic diffinit. Imperium est potestas magistratus faciendi ea, quæ privatus facere non potest. Verùm ita diffiniendo hoc imperium nihil differt à iurisdictione latè sumpta, cum & illa sit potestas magistratus. Crediderim ego diffiniri sic posse: imperium est potestas magistratus iubendi & cõcercendi, quæ versatur etiam tam circa causas civiles, quam criminales. Dixi, esse potestatem, quia imperium iure nihil aliud est, quam præceptum quoddam à sola voluntate imperantis pendens. Et dixi versari tam circa causas civiles, quam criminales, ob ea, quæ infra explicabimus in diffinitionibus meri, & mixti imperii.

Imperium merum cur dictum sit, ambigitur. Antonius Gomez. *de iurisdic. & Imperio,* & alii nonnulli dixerunt merum Imperium dici summum, ut quia vehementissimum *l. un. ff. de officio præf. prætor;* ubi potestas Dictatoris summa appellatur, & tamen potestas illa in animadversione consistebat *l. 2. §. populo deinde aucto ff. de origine iuris,* & confert locus Ciceronis in oratione pro Cecinna, *Idè,* inquit Cicero, *quod omnia iudicia aut distrahendarum controversiarum, aut puniendorum malefactorum recepta sunt, quorum alterum levius est, propterea quod minus lædit, alterum est vehementissimum, quod ad graviores res pertinet, & vim inducis, severitatemque requirit.* Et forte hoc illud est; quod dixit Paulus in *l. ni. ff. de officio eius,* dum respondit modi eam illam coercionem non esse meri imperii, sentias merum imperium esse positum in gravi, vehementique castigatione. Ità, & in simili dicimus illud esse merum quod summum est, ut in *l. si quis forte ff. de penis.* Dixit utriscon. meram rationem pro summa ratione. Alii scripserunt imperium merum ea ratione dictum, quod admixtam non habeat jurisdictionem: at què ita est à iurisdictione separatam. Ità sanè Bartolus in *l. imperium n. 6.* & apertius Abbas in *cap. quod sedem col. 2. de officio ordin.* Hos sequuti Corratius in

d. l. imperium n. 6. lib. 3. miscell. iuris cap. 17. n. 3. Loriotus *de iurisdic. & imperio axio. 4.* Duar. *lib. 1. disput. annivers. cap. 53.* Ludovicus Charondas *de iurisdic. & imperio n. 13.* Robertus Aurelia *lib. 4. sentent. iuris cap. 22.* quorum sententiam manifestè probat *d. l. imperium vers. merum, inuncto vers. mixtum ff. de iurisd. om. iud. & l. 1. §. ult. & l. ult. ff. de officio eius.* Sic dicimus meram pœnam, quæ nullam rei aut cuius interest, persecutionem continet *l. an, in fine ff. si quis in sed. non obtemp. & §. ex malefactoribus in Inst. de Act. I.* an eum factum quod est ob omni datione separatam *l. qui res §. mihi Roma ff. de solut.* Et mera conditio illa appellatur, quæ sine mixtura dandi, vel faciendi consistit *l. cum servus ff. de condit. Et deum.* Et horum sententia mihi magis probatur.

Imperium merum varè à nostris diffinitur. Prima est diffinitio Bartolini *d. l. imperium n. 6.* qui dixit, Imperium merum esse iurisdictionem, quæ exercetur officio iudicis nobili, vel per actionem, publicam utilitatem respiciens principaliter. Cæterum reprehenditur ab Alciato in *d. l. imperium n. 62.* Longoval. *n. 12.* & Loriotus *de iurisdictione, & Imperio axio: 91.* dum inquit Bartolus, merum imperium consistere in officio iudicis nobili, quia officium iudicis nobile sine actione exercetur *l. qui per collus §. 1. ff. de art. empta. 1. §. ad nutricia ff. de variis, & extraord. cognit. Et tamen cõ. cõ. & alia quæ merum imperii sunt sine actione, & aculatione regulariter non si *cap. inquisitionis §. 3. vers. quin immò de accusat.* Ne sit idem iudex cum accusatore contra *cap. qualiter ver. ex quibus da accusat.* Præterea verum non est quod scribit Bart. merum imperium principaliter respicere publicam utilitatem, nam delictorum cõ. cõ. quæ meri imperii est *l. solet in princip ff. de officio Procons. & leg.* in consequentiam tantum publicam respicit utilitatem *l. vulneratus in fine ff. ad l. Aquiliam.* Item cum privata sunt delicta non omnibus iudicandi ius competit, ut inquit *glos. in rubr. ff. de popul. act. on.* Quod sanè ius comperet, si principaliter publicam utilitatem respiceret *l. 3. §. ult. ff. de oper. no. nun.**

Secundo scribit Angelus, merum imperium diffiniri Ulpiano in *d. l. Imperium,* cum dixit esse, habere gladii potestatem ad animadvertendum in facinorosos homines; ut scilicet sit potestas cognoscendi, & iudicandi de quibuscumque causis criminalibus. Placuit hæc diffinitio Alciato in *d. l. Imperium n. 77. & lib. 2. paradox. cap. 7.* Corratius *hic* n. 6. & *lib. 3. miscell. Iuris cap. 17. n. 8.* Duareno *lib. 1. disput. annivers. cap. 53.* Longoval. *n. 49.* & Roberto Aurelio *lib. 4. sententiarum iuris cap. 22.* qui tamen dixit esse potiùs descriptionem, quam diffinitionem, quæ sanè diffinitio, vel descriptio, & mihi placet. Dixit Ulpianus esse potestatem. Est sanè loco generis positum, cum potestatis verbum, ut dicam *infra cap. 4.* amplum sit *l. potestatis verbo. de verborum signific.* Dixit gladii, ut significaret majorem, & severam ipsam potestatem; quam Seneca in *lib. 1. de clementia cap. 11. expressit his verbis. Præstitisti Caesar. (ad Neronem scribebat) Civitatem incruentam & hoc quod magno animo gloriatus est, nullam te toto orbe stillam cruoris misisse, eo maius est, mirabiliusque, quod nulli, inquam; citius gladius commissus est.* Habuit gladii hæc potestas originem ab ordinatione Augusti Cæsaris; cum enim Cæsar ipse Romanum Imperium assumpsisset nè solus imperare videretur, Provincias populo Romano subjectas divisit & partem sub sua administratione retinuit, ut Lusitanicam, Lugdunensem, Celticam, Cyprum, & alias nonnullas; partem verò voluit subesse administrationi populi Romani. Magistratus itaque qui à populo Romano suis in provinciis mittebantur, sine veste militari ac sine gladii potestate mittebantur, hi appellabantur Proconsules, de quibus in *tit. ff. de officio Procons. & legat.* Magistratus verò, qui à Cæsare suas in Provincias mittebantur, quique vel Præsides, vel Proprætore dicebantur, vestibus mili-

taribus induebantur, gladioque cingebantur. Hic gladius, quo Præsides isti cingebantur significabat potestatem sibi datam esse animadvertendi in homines facinorosos. Ità manifestè legitur apud Dionem *lib. 53. histor. Roma.* Eandem postmodum gladii potestatem concesserunt Imperatores aliis Magistratibus Provincia- libus, nempe Proconsulibus *l. solet ff. de officio Pro. & legat. & l. illicitas §. qui univers. ff. de officio Præsidis.* Et si quidem gladio tantum, non telo, non laqueo, non etiam veneno poterant animadvertere *l. aut damnnum §. 1. ff. de pœnis.* Id quod est secundum Augusti Cæ- laris ordinationem, quod & temporibus Imperii Cara- callæ observabatur; is enim, ut in illius vita Spartianus scripsit, cum iussisset, Papinianum gladio percuti, & à Carnifice securi fuisset occisus, Carnificem illum re- prendit Caracalla his verbis. *Gladio, & non se- curi oportuit te exequi iussum meum.* Verum illi iidem Divitres alio teli genere, vel veneno, vel laqueo, vel securi hos Præsides posse animadvertere in facinoro- sos statuerunt *d. 2. l. aut Dominum §. 2. ver. Divi.* Qua ex re intelligimus & ea crimina, quæ alio genere pœnæ, quam gladii plectuntur, ad meri Imperii po- testatem pertinere, sicuti manifestum est in parricidio, quod nec gladio, nec securi, aliove telo puni- tur, sed graviore pœnâ, ut sancitum est in *§. alia instit. de pub. & scripti in lib. 2. de arbitrar. Ind. caus. 356. n. 5. & 6.* Secundum novas impressiones Coloniensem, & Taurinensem, & tamen nemini dubium est, quin parricidii causa meri sit Imperii, cum inter publica iudi- cia connumeretur *d. §. alia.* Publica autem judicia esse meri Imperii nemo dubitat *l. 1. in principio ff. de officio eius &c.* Ità falsi crimen ad merum Imperium spectat, & tamen falsarius non gladio, nec securi punitur, sed deportatione *l. 1. §. ult. ff. ad l. Cornel. de falsis;* Quocir- ca dicemus, hac in definitione gladii nomine in- telligi quascunque pœnas capitales, & graves, ut mor- tis, exilii, deportationis, & alterius similis coërcitio- nis juxta *l. capitalium ff. de pœnis & l. edicto §. 1. de bo- norum possessione.* Vnum ac alterum nunc addo, quod aliquando leges, ut significant gravissimâ aliquâ pœnâ certum atrox crimen vindicari, dicunt jura an meri, si- cuti in *l. quisquis C. ad. l. Iuliam majest.* sicuti etiam in *l. cum vir nubit C. ad. legem Iuliam de adulterio* de cujus sensu, & interpretatione plura scripti in *libro de arbitrariis Ind. caus. 286. n. 20.* Alterum, quod nunc addo est, gladii pœnam aliquando etiam sumi pro alio genere pœnæ, quemadmodum est illa, qua quis ad gla- dium damnatur quod idem est, ac si diceret ad ludos gladiatores, & quæ pœna alio nomine appellatur ad fer- rum, Ità probat *l. si quis filio §. irritum ff. de inins. rnp. & irrit. testam. & l. si quis mihi bona §. planè ff. de acqui- rend. hered. juxta l. eius qui §. ult. ff. de testam. & declarat. Hotom. in commentariis verborum in ver- bo gladium.*

Dixit etiam Vlpianus ad animadvertendum & osten- dit animadversionis verbum habere potestatem in ca- put, & vitam *l. si quid ff. de officio Procons. & l. 1. §. ult. ff. de officio eius etc. & l. ult. de furtis l. aut damnnum §. 1. & l. recipiendum §. ult. ff. de pœnis, & l. non dubito §. ult. de capt. & postlim. revers.*

Cæterum advertens hanc definitionem multæ obijciuntur difficultates, quibus dissolutis certa erit definitio.

Primò obijcit Lorio. *de iurisdic. & Imperio axio. 14.* dictionem compositam non plus significare, quam si- gnificant partes illæ, ex quibus componitur, ut in *Instit. quibus modis recontrahitur obligatio.* Cum ait Iustinianus ex his dictionibus meum, & tuum compo- ni mutuum, nec plus significant illa verba composita, quam ipsa simplicia; atqui Imperium de se non signi- ficat gladii potestatem *l. 2. in princ. ff. de adopti:* sed solum auctoritatem, ut ibi, vel iustum, ut diximus supra: Ità nec metam de se potestatem ostendit *l. uni.*

in sine ff. si quis Ind. non obtemp. & diximus supra, ergo nec merum Imperium significabat gladii potestatem. Huic objectioni respondetur immò merum Imperium significare gladii potestatem. Ità manifestè ait Vlpia- nus in *d. 1. Imperium.* Er falsum est, quod verbum hoc, merum Imperium sit unum verbum tantum composi- tum, imò sunt duo separata. Verbum Imperium est genus, comprehendens omne Imperium, quod sanè genus ostendit potestatem tam circa causas civiles, quam criminales: Cum vero adiicit, merum significat summum & vehemens illud Imperium, quod versatur circa causas criminales, Præterea falsum est, quod dicebat Lorio. composita non plus significare quam sim- plicia, ex quibus fit compositio; nam verius est com- posita interdum plus, interdum quid diversum à suis simplicibus significare; quatuor enim modis verba componuntur, ut significat Quint. *lib. 1. cap. 9. insti- tutionum orat.* Primò ex duobus integris, ut superfici super fugi. Secundò ex duobus corruptis, ut pediffè- quus. Tertio ex integro, & corrupto, ut malevolus. Quarto ex corrupto, & integro, ut noctivagus. Quæ sanè composita, ut re ipsa videmus, quid diversum, & quid plus significant, quam ipsa simplicia. Ergo idem dicendum est in casu nostro, ut hoc compositum si- modo compositum est, ex duobus integris, significet quid plus, & quid diversum à suis simplicibus.

Secundò monet dubitationem Lorio. in *d. axiom. 14.* quòd gladii pœna hæc, dicitur pœna a cæteris coër- ctionibus separata *l. solet. ver. nec enim ff. de officio Pro- cons.* Atqui merum Imperium dicitur de coërcitionibus præter mortis naturalis pœnam sicuti de deportatione, relegatione, & similibus, ergo Vlpianus non diffinit merum Imperium sed unum casum tantum unumque effectum meri Imperii ponit. Cæterum respondetur gladii significationem ab Vlpiano latè sumi, ut omnem pœnam capitalem sive de vitæ ademptione, sive de de- portatione agatur huc repugnat *l. uni damnnum §. 1. ff. de pœnis,* quia ibi fit distinctio inter unam, & alteram pœ- nam & ob id nomen, gladium sumitur in specie, ut quid separatim ab illa coërcitione cujus statim meminit.

Tertio arguit idem Lorio. in *d. axio. 14.* illud ver- bum. *ad animadvertendum &c.* intelligi posse pro cognitione, & executione, quandoquidem animad- vertere est etiam damnatos afficere pœnâ ipsâ, *l. non dubito in sine ff. de capt. & postlim: revers. & l. 4. §. item Decius ff. ad l. Corneliam de sicariis.* In dam- natos autem non cognitio, sed executio versatur *l. si quis fortè ver. Cæterum ff. de pœnis,* & ob id animadver- tendi verbum in execut. non autem in cognitione con- sistit *l. 1. l. ult. de iuda pœnis. & extra: Exemplum in lè- gato Proconsulis, qui potest de criminibus cognoscere d. 1. solet in princ. ff. de officio Procons. & legit; & l. un. C. eo: & tamen non potest animadvertere *l. si quid & d. 1. solet de officio Procons.* Ergò malè dicit. merum Imperium diffiniri, ut intelligatur de cognitione, & executione. Verum respondetur, Vlpianum illo verbo animadvertendum, utrumque significasse; Nam ver- bum animadvertere in eo differt à verbo punire, quod punire dicitur sive jure, sive iniurie, animadvertere verò ritè, & rectè. Ita scribunt Laurent. Valla *lib. 3. elegant cap. 67.* & Corrafius in *d. l. 2. §. exactis deinde de regibus n. 16. de origine iuris.* Ritè autem, & rectè pœ- ni affici quis non diceretur, nisi prius adhibita fuisset cognitio causæ. Ergo Vlpianus per verbum animad- vertendi significat cognitionem & executionem.*

Tertia est definitio considerata à G. lorio *lib. 2. de iurisd. & Imperio cap. 5.* ut merum Imperium sit iustum, cui obtemperandum sit, nulli jurisdictioni, idest nul- li causæ cognitioni conjunctum. Ab hac definitio- ne non dissentit Ludov. Charond. *de iurisd. & im- perio n. 15.* qui dixit, merum Imperium esse putam po- testatem, nullà mixtâ jurisdictione, idest cognitione

Vult ergo Gillotus, merum Imperium consistere in sola executione, sive causa sit criminalis, sive civilis, cum in executione necessaria non sit cognitio causae *l. si quis forte ff. de poenis*. Ea est ratio, ne post cognitum crimen aliqua arte, dolo, poena effugiatur *l. cum reis C. de poenis*; imò à lata sententia amplius non receditur *l. Index postquam ff. de re iud.* Cæterum dubia est hæc distinctio, quia inò in mero Imperio consideratur præcedens aliqua cognitio de admisso crimine, alioquin non esset Imperium juris, atque ita justum, sed impium & iniquum. Cognitionem autem de crimine versari in mero Imperio probant *l. solet, & l. si quid ff. de officio Procons.* & clarè *l. 1. in princ. ver. etsi familia ff. de officio eius, cui mandata est jurisdictio*: Quæ sanè cognitio ob id non adhibetur in sola executione quia jam ante mandata executionem, adhibita illa fuit, alioquin executio mali mandata fuisset, *l. 1. C. de exec. rei iud.* & si executio, nulla antecedente cognitione commissa fuisset, tanquam de facto mandata, nullius esset, aut saltem infirmæ autoritatis *l. si ut proponis, & l. pen. C. de execut. rei iud.* quandoquidem per carnificem potius, quam per ipsum Magistratum diceretur exequi *l. ult. ff. de iudicis*. Ius autem gladii summum est, & maxime tantum magistratibus concessum, & maxima cum prærogativa *l. i. ff. de off. eius*. Quocirca valde absurdum esset dicere, tantam vim, & potestatem esse datam sine aliqua cognitione iuxta *l. ult. C. ubi, & apud quem*. Ego verò hac in re as scilicet gladii potestas, seu merum Imperium includat cognitionem, vel non, tria tempora considerare soleo, quorum primum est, quando vel lex, vel princeps concedit magistratui merum Imperium id est gladii potestatem. Hoc sanè tempore, & casu crediderim, hanc potestatem includere causæ cognitionem. Ratio est manifesta, quia alioquin absurdum esset, tantam vim, & potestatem sine causæ cognitione datam fuisse juxta *d. l. ult. C. ubi, & apud quem*, & propterea ne huic magistratui detur causa delinquendi, ut mox dicam, quia esset infirma auctoritas, esset enim potius Executor, & Carnifex, quam Magistratus *d. l. ult. ff. de iud.* Hoc in casu procedit opinio eorum qui dixerunt, merum Imperium continere cognitionem. Secundum est tempus, atque ita secundus casus, quando hic Magistratus agit de exequendo hoc mero Imperio, hoc est, hac gladii potestate, ut puta vult in homicidam animadvertere. Hoc etiam casu merum Imperium habet annexam cognitionem, est enim cognoscendum an homicidium fuerit commissum, alioquin iniqua, & iniusta esse posset executio ipsa, contra *l. 1. C. de execut. rei iud.* Et dixi supra, animadversionem præsumere rectitudinem quandam, quæ in cognitione causæ versaretur. Hoc etiam in casu procedit opinio eorum, qui dixerunt merum Imperium comprehendere hanc causæ cognitionem. Tertium est tempus, quando à Magistratu pronunciatum suum hoc Imperium, vel ab executore exequendum est, hoc sanè casu, & tempore, Imperium separatum est ab ipsa causæ cognitione; nam fieri potest, ut causæ cognitio sit adhibita per alterum, quam per ipsum Magistratum imperantem, ut est exemplum in *d. l. solet, in princ. ff. de officio Procons. & leg.* Ità etiam cum exequendum est Imperium reicitur causæ cognitio *d. l. si quis forte categorum ff. de poenis*. Et ratio est, quia jam causæ cognitio adhibita fuit per ipsum Magistratum, qui imperavit, vel per alterum eius nomine, ut in legato Proconsulis. Et hoc in casu procedit opinio Gilloti in *lib. 2. de iurisdict. cap. 5.* Charond *de iurisdict. & Imperio n. 29.* & Lorio: *de iurisdict. & Imperio axio: 14.* dum dixerunt, merum Imperium esse positum in executione, quæ rejicit omnem cognitionem.

Ego tandem sic diffinirem, vel saltem describerem. Merum Imperium est potestas, vel iussus Magistratus castigandi facinorosos homines, cui causæ cognitio co-

hæret. Dixi esse potestatem, ut significarem facultatem illam sumptam in potentia, & abstracto, antequam scilicet Magistratus devenit ad actum illum Imperandi jubendique. Dixi, vel iussum, ut ostenderem præceptum ipsum deductum ad actum. Dixi causæ cognitionem coherere, quia verè cognitio coheret, cum Magistratus imperando non adhibita causæ cognitione inique & injustè pronunciare posset. Et nudus executor, atque viator diceretur juxta *dictam l. ult. ff. de iudic.*

Imperium merum apud quos sit, solet dubitari. Dicam prius apud quos olim fuerit, deinde exponam, apud quos nunc sit, illud autem ante omnia sciendum est, nos aduersus Bartolum in *l. Imperium n. 7. ff. iurisdict. om. iud.* & eius sequaces nullam constituere differentiam graduum ipsius Imperii ex sententia Longovallii *d. l. Imp. n. 177.* Gilloti *n. 2. de iurisdict. & Imperio cap. 7. ac Lotiotti de iurisdictione, & Imperio axio: n. 11.* Ea ratione hoc dicamus, quia etiam aliqui sunt Magistratus, qui Majus Imp. cæteris habent *l. 4. ff. officio Præsidis*, sicuti Consules, & Prætores, ut scribit Gellius *lib. 13. noct. ast. cap. 13.* Attamen hoc procedit, quando inter Magistratus fit comparatio *d. l. 4. de officio Præsidis, & l. Iudicium ff. de iudicis*. Et plus, ac minus non constituit diversas species *l. ult. ff. de fund. instruat. & c.* In seipso autem Imperium, vel merum vel mixtum, vel iurisdictio maiorem non habent, nec gradum.

Imperium itaque merum olim fuit apud Dictatores *l. 2 §. populo inde aucto ff. de origine iuris*. Apud Consules, & Proconsules *l. 2. §. deinde Cornelius Sylla ff. de origine iuris l. 1. in princ. ver. etsi a familia ff. de off. eius & l. liberorum ff. de accusat.* Et inter multas bonorum Auctorum auctoritates una est apud Plutarchum in vita Ciceronis, cum scribit Lucinium Macrum peculatus, & Manilium repetundarum apud Ciceronem Prætoiem postulatos fuisse. Apud Præfectum Urbis erat merum Imperium *l. 1 ff. de off. Præfecti Urbis l. 2. ff. de in ius vocando & l. 1. §. generaliter ff. de poenis, & l. nam solus §. generaliter ff. de poenis, & l. nam solus §. cognoscit, ff. de off. Præfecti Vigil.* ac etiam in *l. ult. C. eod. ubi Præfectus Vigilum remittit ad Præfectum urbi eos, quos graviter noctis tempore errasse reperit.* Apud Præsides Provinciarum erat etiam hoc merum Imperium *l. illicitas §. sciti & §. qui universas ff. de officio Præsidis, & l. si quis forte ff. de poenis*. His enim ut antea ex Dione *lib. 53. histor. Roma.* diximus à Cæsare Augusto data fuit potestas gladii, ut supra diximus; nec repugnant *l. 1. §. à Præfecto de leg. 3. l. si quis filio §. eius qui adoptat ff. de iniust. rupt. test. & l. 2. ff. de poenis* ubi Præles non potest deportare, ergo nec morti tradere. Nam respondetur ex sententiâ Bartoli in *l. relegatus ff. de interdicitis, & relegatis.* Alciati in *d. l. Imperium n. 133.* Et Contrarii in *d. §. qui universas in fine*, Præsidem non deportare in insulam quam habebat in sua Provincia; si autem habuisset, & deportare posset *l. inter §. 1. & §. Præsides & l. relegatorum §. 1. ff. de interdicitis, & relegat.* Præfectus quoque Augustalis merum obtinuisse Imperium probat *l. 1. ff. de officio Præfecti Augusti*, cum ait, hunc Præfectum habuisse præ Imperium cum Proconsule, & apertius probat *l. 2. C. de officio Præfecti Augusti.*

Hodiè autem merum Imperium sine controversia reperitur primò apud summos principes, & apud summum Pontificem, Cæsarem, & Reges, nam quemadmodum Pontifex, & Cæsar, unus in spiritualibus, alter in temporalibus sunt Domini totius Mundi juxta *l. deprecatio ff. ad l. Rhodiam de iactu.* Ità etiam Reges in suo Regno dicuntur Monarchæ, ut ait Bal. in *l. exemplo. C. de probat. & in rubr. qua sint regalia, in usibus feud.* Secundò merum Imperium est apud Duces, qui in suis Principatibus iura Imperii obtinent, sicuti de Duce Mediolani scribunt Romani *sing. 457 Ang. in Const. 217, de Duce Sabaudiz, & aliis multis scriptis in*

conf. 2. n. 65. & multis seq. lib. p.

Tertio reperitur merum hoc Imperium apud illos Magistratus, qui Provinciis præfunt, sicuti olim erat apud Provinciarum Præsides *l. illicitas §. qui universas ff. de officio præsidis*, & scripti supra. Nec obstat *lex. 2. in principio ff. ejus &c.* quo loco ait Papin. merum Imperium competere iis, quibus specialiter à lege; vel S. C. concessum est; quæ sanè specialis concessio hinc facta non reperitur: Nam responderetur, satis specialem, & nominatam concessionem factam eo ipso quod Magistratus iste fuit præpositus Provinciæ, cui coheret merum hoc Imperium jam à supremis Principibus collatum, & declarat Baud. *in l. 1. n. 3. C. de Metropol. Beruit. lib. 11. & Ang. in l. ult. C. de præscript. long. temp.*

Quarto merum Imperium extat apud Magistratus vel larum Civitatum, quæ vel concessionibus Principum, vel præscriptionibus sunt Imperium hoc consecutæ: Quemadmodum Roma ex sententia Bartoli *in l. Imperium n. 7. ff. de iurisd. om. iud.* qui probat responso Ulpiani *in l. 1. §. cum Urbem ff. de officio præfecti Urbis & Roma est communis patria l. Roma ff. ad municipal.* atque ita caput Provinciarum dicitur. Ità etiam Brixia, Mantua, Verona, Vicentia, & aliæ nonnullæ, quæ enumerantur *in sit. de pace Constantia §. nomina.* His enim concessum fuit merum Imperium, ut docuit Baud. *in d. l. Imperium n. 7. & in l. 1. n. 3. ff. de damno infecto quæ ceteri præter omnes secuti sunt.* Cæterum dissentit Baldus *in cap. 1. de natura feudi*, cujus opinio videtur satis probari verbis illius Constitutionis de pace Constantiæ *§. 1. ibi sicuti ab antiquo habere consuevistis, vel habetis;* Quæ sanè verba sunt relativa, & confirmativa potestatis, & meri Imperii jam competentis. Et propterea si confirmat, nil novi tribuit, & dum refert, fides non adhibetur, nisi de relato constet. *Ausb. si quis in aliquo C. de eden.* Verùm responderetur, quod quando verba hæc, sicut, prout, secundum, & similia, quæ sui natura sunt relativa, proferuntur ab eo, qui potest ea de re, super qua prolata sunt, dispensare, & statuere, assertivè, & dispositivè, stant, non relativè. Ità docuit Bart. *in l. admonendi n. 7. ff. de jure iur.* & declarat Decius *in d. Ausb. si quis in aliquo col. ult. n. 40.* Ità etiam Papia, quæ mihi est patria, merum Imperium consecuta fuit à Federico primo Aeneobarbo, vulgo appellato Barbarossa. Nam Civitas hæc constantissimè semper secuta est Cæsaris partes, & ab illo Comitatus dignitate cum meri & mixti Imperii potestate illustrata fuit, ut testatur Baldus *in cap. 1. n. 5. de natura success. feudorum.*

Quinto merum Imperium extat apud Civitates, quæ sunt liberæ, & quæ loco Provinciarum habentur, sicut de Civitatibus Florentiæ, Pisarum ac Senarum scribunt *glos. in l. ult. C. de præscript. long. temp. in Verbo una Provincia, & ibidem Baud. Aug. & Decius in l. Imperium n. 34.*

De municipiis, & Castris, Vicisque est dubitatio, & hæc nunquam obtinere merum hoc Imperium scribunt Bart. *in d. l. Imperium n. 7. & Decius n. 74. & Abbas in cap. quod sedem de officio ord. & Calcal. in conf. 26. n. 7.* nam si subsunt Civitati, non habent merum Imperium ob id, quod à Civitate ipsa moderantur *l. qui ex vico ff. municip. l. nulli C. de Episc. & Cleri, & l. 3. C. de natural. liber.* Si vero Civitati non subsunt, tunc eam solum habent potestatem quam exercebant defensores Civitatum, ut probat ille titulus. *C. de magis. municip. qui immediatè sequitur titulum C. de defenso. Civitatum.* Declaratur tamen, ut non habeat locum quando Castra hæc, & municipia præscriptione, & consuetudine acquisivissent sibi hoc merum Imperium ut sentit Bart. *in d. l. 1. in fine ff. de damno infecto, & in conf. 189. lib. 2 & confert sex. l. iuris, ubi idem Bart. C. de divers. offic. lib. 12. idem respondit Decius conf. 197. n. 3. cum dixit præscriptione acquiri his Castris merum Imperium, &*

cætera regalia, sicuti ius venandi.

Ex prædictis sequitur, quod supremus Princeps non potest aliquid novi statuere in his Castris, nec ea, in vita Civitate cui subsunt separate, ex quo illi Civitati jam quæsitum est merum Imperium & potestas in Castris illis. Ità Alex. *Conf. 1. lib. 5 & Ruin. in conf. 39. n. 17. lib. 1.*

Sexto extat merum Imperium apud Rectorem gymnasii *Ausb. habit. C. ne filius pro patre.* Extat, & apud Doctores, ut ibidem est sancitum. Hodie tamen consuetudine abolita hæc esse scripuit Bart. *in d. l. Imperium n. 9.*

Septimo, & ultimo merum Imperium habent Episcopi in sua diocesi, ut scribit Baldus *in l. sine pens. in fine C. de dilat. Guiel. de domo in conf. 5. in fine,* Marcus Antonius Petegrinus *in tractatu de iure fiscali lib. 1. de his, qui iura fiscalia habent n. 105. in fine.*

Imperium merum quod his Magistratibus, & Iudicibus competit, an proprium eorum sit, an autem solum exercitium solusque usus, quæri, & dubitari poterit. Recepta magis opinio est eorum proprium esse. Ità Azo *in summa C. de iurisd. om. iud.* qui hac de re disputationem habuit cum Lotario I. C. & cum eo tempore Henricus, Germanorum Rex Bononiam venisset hac de controversia electus est Iudex, deposito prius equo apud sequestrum, ut victoriis cederet. Henricus auditus Azone, & Lothario, pronunciavit, atque ità Azo equum amisit. Undè conqueritur præcitato in loco Azo se amisit equum, licet non fuerit æquum. Hanc Azonis opinionem probarunt fere ceteri omnes, & veram esse attestantur Aiciatus *in d. l. Imperium n. 89. lib. 2. paradox. cap. 7.* etiam ipse, ut suo loco dicemus dissentit, Bellonus *lib. 1. supp. iuris cap. 1. Corras. d. l. Imperium n. 11. & Bolog. n. 35.* Horum sententia, quæ, & mihi placet, multis iuribus, & argumentis sic probatur:

Et primo quidem egregio illo responso Papiniani *in l. 1. in princ. ff. de off. eius*, cum enim apud Papinianum esset dubitatum, an illis Magistratibus, quibus meri Imperii cause commissa sunt, alius mandare possit, respondit ille mandare posse, cum iusta aliqua de causa impeditur, ubi ob abstinentiam; Si ergo merum hoc Imperium non esset apud illos, frustra esset dubitatum an mandare possent; Nam nemo dat, quod non habet *l. traditio ff. de acquirendo rerum dominio.* Nec repugnant, quæ Aiciatus *in d. l. Imperium n. 90.* scribit, Papinianum respondisse, hos Magistratus habere meri Imperii exercitationem, quæ usum tantum, non autem dominium significat. Et idem legitur *l. un. ff. de officio Proconf. & leg. ibi, potestatem exercere in l. ult. ff. de priv. delict. & in l. C. de officio recto Provin.* Nam per ipsum Aiciatum *n. 92.* Respondetur in Magistratu duo considerari, nempe Imperium in se, seu in potentia residens, & Imperium deductum ad actum seu exercitium, sicut in quolibet rei Domino considerantur rei dominium, & ipsius dominii usus; dicimus enim argentarium solum exercere argentariam per se, per servos *l. Prator ait. §. 1. ff. de eden.* Non ergo sequitur; Habet meri Imperii exercitationem: ergo non habet dominium; cum enim utrumque habeat, unum aliud non excludit. Ita sentit Bell. *in d. lib. 1. supp. iuris cap. 1. & his accedit, quod si aliter diceremus, Imperator ipse non diceretur obtinere merum Imperium uti proprium, cum exercere illud dicitur Clem. ne Romani, prope finem de iure iuran.* Præterea perpendatur illa Papiniani verba, iurisdic. suam mandare, prononcia suam dominium significat *l. cum sua, & l. subsequenti, ubi Bartolus de leg. 3. & idem Bartolus in l. 15. qui suis ff. de manumiss.* Nec hic repugnat, quod prononcia suam possit intelligi pro usu, ut inquit *glos. in l. si fundi ff. de condit. indeb. vel pro detentione, ut scribit *glos. in l. 2. in princ. in verbo non quia Papirius ff. de origine iuris, & docuit Iason in rub. de novi operis nunciat. num. 6.* Ità dicimus, Canonicum habere præbendam suam*

suam ratione scilicet administrationis *cap. tibi absentis de praben. n. 6.* & declarat Decius in *cap. quia Viri 8. notab. de iudiciis.* Nam respondetur pronomen *sums* secundum subjectam materiam aliquando significare dominium, aliquando usum, aliquando detentionem, & alia similia, ut declarat Bartolus in *l. 2. §. argento n. 6. 7. 8. ff. de auro, & argento legato.* Hic autem ex subiecta materia, & quia verba in dubio sumuntur in potentiori significato *l. 1. §. qui in perpetuum ff. si ager vel tigi. gal. vel emph. pes.* dicendum est sumi pro dominio.

Secundò confert *l. 3. de officio eius etc. ibi, non tamen pro suo Imperio agit &c.* Ergò à sensu contrario quando Magistratus est ordinarius, pro suo Imperio agit nec huic argumentationi obstat consideratio Alciati in *d. l. Imperium n. 90.* quod in *d. l. 3. Imperium* sumitur pro ipso iussu seu iubendi potestate in genere *l. liber homo la. 2. ff. ad legem Aquiliam;* atque ità interpretatur *glos. in d. l. 3.* Et hoc manifestius apparet, ex quo loquitur Iuricons. ille de Delegato in quem merum Imperium non transit. Et illud pronomen *sua* ob subjectam materiam significat solum usum & detentionem, ut supra dixi ex Bartolo in *d. l. Quintus §. argento n. 8. de auro, & argento leg.* Nam respondetur, quod si Imperium, in genere est proprium Magistrat^o, ergò, & ipsum merum Imperium, quod est species. Et pronomen *sum* sumitur in potentiori significato, & ut diximus supra.

Tertiò suffragatur *l. 4. ff. de officio Praefidis,* cum ait Ulpianus, Praefidem maius Imperium habere in ea Provincia post Principem, & de Proconsule, idem ait ipse Ulpianus in *l. & ideo ff. de officio Procons. & leg.* Ut ergo exceptio sit in genere regulæ iuxta *l. nam quod liquide §. pen. ff. de penis leg.* & tradit Decius in *l. 1. n. 22. ff. de regulis iuris.* dicendum est, quod cum Princeps habeat Imperium proprium ante Praefides sicuti in Principe proprium Imperium esse dicitur, ita eorum in ipso Praefides. Nec obstat consideratio Alciati in *d. l. Imperium n. 91.* dum scribit in *d. l. 4. Imper. sumi* pro ipsa exercitatione & usu. Nam respondetur, imò sumendo in potentiori significato intelligi pro ipso dominio, & quod ait idem Alciatus, illa verba non esse posita ad excipiendum, sed potiùs ad excludendum, ut sit sensus, quod Princeps habet proprietatem meri Imperii, Praeses vero usum, & exercitationem, non satis hoc convenit verbis illius textus, qui verè idem Imperium tribuit Praefidi quod Principi, etsi Praeses successivè post Principem veniat.

Quarto hic facit *l. illicitos §. qui universas ff. de officio Praefidis,* ibi, *ius gladii habent.* Verbum habere ad jus refertur *l. habere de verborum signifi.* non autem ad exercitium, quod dicitur esse quid facti. Et idem habetur in *l. si quid ff. de off. Procons. & leg. & in l. 1. in princ. verb. est à familia ff. de officio eius, & in l. 2. ff. de in jus vocan.* Habet ergo dominium non autem usum solum, nec hic obstat: quod ait Alciatus in *d. l. Imperium n. 93. & in lib. 2. paradox. cap. 6* verbum habere latissimè sumi, ut etiam solum detentionem & usum rei significet *l. stipulatio ista de verbor. obligat.* Et idem quod ad Princeps, sumitur pro iure ipso, & Dominio. Quò verè ad Magistratus pro solo exercitio. Nam respondetur in dubio, verba esse sumenda in sua propria significatione *l. non aliter de leg. 3.* cum vulgatis similibus, ac etiam sumuntur in significatione potentiori *l. 1. §. qui in perpetuum ff. si ager vel tigi. vel emph. pesa:* Verbum itaque hoc, *habere,* pro iure & dominio sumi debet.

Quintò probat *l. un. ff. d. officio Praefecti August.* ubi legitur Praefectum Augustalem non prius deponere Imperium sibi datum, quam successor venerit in Provinciam, & in *l. solet in princ. ff. de offic. Procons. & in l. nemo potest ff. de orig. iuris,* ubi legitur, quod nemo potest gladii potestatem sibi datam ad alium transferre, & in *l. 1. §. qui mandatum ff. de officio eius ibi, quod lege datur,* verbum *dare,* significat dominii translationem

l. ubi autem non aparet §. ult. ff. de verb. obligatio. & in *§. sic itaque Instit. de actionib.* nec obstat, quod ait Alciatus in *d. l. Imperium n. 91.* verbum *dare,* hic non significare dominii translationem, ex *l. 2. ff. de iurisd. om. iud. & l. ultima ff. de offic. Praetoris.* Nam respondetur verbum, *dare,* ex sui proprietate significare dominii translationem, à qua proprietate in dubio recedendum non est, ut dixi supra, nec repugnat textus *d. l. 2.* qui potius contrarium probat, cum iurisdictione data, ut ibi appellatur propria, *l. 1. §. qui mandatum ff. de officio eius:* Atque ità verbum *dare* significat dominii translationem. Et *ad d. l. ult. de officio Praetor.* respondetur ex subjecta materia omninò impropriari, etenim inquit ibi Iuricons. Praetorem non posse dare se ipsum in tutorem. Ibi subjecta materia manifestè ostendit significare non translationem dominii, sed constitutionem, & assignationem tutoris ad administrandum bona pupilli. Sic etiam loquitur *l. 5. ff. de officio Praefidis.*

Sextò sententiam hanc præter cæteros comprobo responso illo Papiniani in *l. 1. §. qui mandatum ff. de officio eius,* cum ait, qui mandatum iurisdictionem suscepit proprium nihil habet, sed eius &c. Dicitio, *sed,* sui natura, adversatur præcedentibus in totum, ut scribunt Bartolus in *d. l. Lucius §. qua habebat ff. ad Trebell. & in l. hoc amplius §. de his n. 1. ff. de damno infecto, & Gomez in §. actiones n. 16. Instit. de actionibus;* cum ergo ait Papinianus, iurisdictionem non esse propriam delegati adversativè, qui subiungit, & significat esse propriam delegantis. Et licet eo loco loquatur Papinianus de iurisd. attamen idem est dicendum de mero Imperio, cum diversa ratio reddi non possit. Et sicuti iurisd. efficitur propria Magistratus, cui à lege, vel à Principe conceditur, ità etiam efficitur merum Imperium, ex quo eadem est potestas legis vel Principis in transferendo mero Imperio, quæ est in transferenda iurisdictione.

Septimo suffragatur *d. l. ult. ff. de officio Procons. & leg. coniuncta r. illius tituli.* In ea lege ult. scriptum est Consullem ingressum deponere Imperium, & in *l. 1. dicitur,* egressum Provinciã retinere insignia Consularia, atque ità Imperium retinere, non tamen exercere potestatem. Ecce ergo quod Imperii exercitatio separatur ab ipso iure Imperii, utrumque quorum reperitur esse apud ipsum Proconsulem; cum in Provincia non est. Non ergò in eo adest solus usus, & exercitatio, sed etiam dominium, alioqui Provinciã egressus nihil retineret.

Ultimò accedit *l. legatus ff. de off. Praefidis,* ubi Praeses abdicando à se Imperium nihil agit, sed debet renunciare in manibus Principis. Ergo habet dominium & proprietatem Imperii; quia si haberet solum usum & exercitium posset se, solà voluntate, eò private *arg. l. si ususfruct. ff. de iure dos. & l. si quis vi §. differentia ff. de rerum possessione.*

His argumentis confirmatâ, ac receptâ sententiâ, superest, ut confutemus argumenta illa omnia, quæ deferuntur pro opinione eorum qui opinati sunt, his Magistratibus competere solum usum, & exercitium meri Imperii, qua quidem in opinione una cum Lothario antiquo Iurisc. fuerunt Alciatus in *d. l. Imperium n. 80. lib. 2. paradox. cap. 6.* Purpur. in *l. 1. n. 424. ff. de officio eius,* Petrus Loriotus *de iurisd. & Imperio, axio. 12.* & Moderni Parisienses in *consuet. Parisiensis tit. 1. §. 1. glos. 5. n. 58*

Primò assertur textus *l. 1. in princ. ff. de officio eius &c.* perpendendo altero de tribus modis. Et primo dum Papinianus appellat exercitationem. Secundo dum dicit, Delegatam significans usum tantum mandari. Tertio dum utitur illo verbo, *tribuuntur.* Quod sanè verbum illud significare dicitur, quod verbum concedo, ut ibidem exponit, Bartolus; atque ità sumitur apud bonos auctores, ut apud Ciceronem *lib. 11. Epist. in 27. Epistolâ*

Epistola ad Martinum. Cæterum respondetur, & illi primæ considerationi jam supra satisfacimus. Illi secundæ dicitur in optimis Codicibus legi delatam, non autem delegatam, & propterea sicuti verbum, *concedo* significat dominii translationem *l. uxori §. ult. de leg. 3.* & ibidem Bartolus, & idem in *l. ult. ff. de donat.* Baldus in *l. cum virum col. 2. C. de fideicom.* Et confert *lex, prohibere §. planè ff. quod vi aut clam.* Ità, & verbum *delata*, juxta Bartoli expositionem. Ità quoque respondetur tertiæ considerationi, quia verbum, *tribuo*, sumitur pro verbo, *dare §. juris præcepta instit. de justitia, & jure.* Præterea *d. lib. 1. §. qui mandata*, ait Papinianus, merum Imperium à lege dari, quod sanè verbum *dare* significat, ut diximus, dominii translationem.

Secundò affertur textus *l. Secularis §. sunt præterea ff. de extraord. criminibus*, quo loco dicitur merum Imperium pertinere ad executionem Præsidis. Ita in *l. ult. §. executores C. ut nemo privatus sit*, & manifestè in *l. ult. ff. de privat. delictis.* Si ergo ii sunt executores, sequitur, dicendum non esse Dominos; nam Executor dicitur merus mandatarius, undè delegatus dicitur executor, *l. apertissimi C. de judiciis, & cap. si quis contra Clericum de foro compet.* Verum respondetur in Sententia Alciati in *d. l. Imperium num. 92.* quod etsi his Magistratibus permessa est meri Imperii executio, non atamen inde fit, quin & Domini sint, cum ex executione Dominus præsumatur, sicuti Dominus quis præsumitur, ex possessione *l. si coloni C. de agricol. & cens. lib. 11.* Præterea executoris nomen significat etiam cognitorem *cap. si quis contra Cleri, ff. de foro competenti*, & apertius in *cap. sciscitatus, ubi Decius de rescriptis*, apud quem sanè cognitorem dici esse iurisdictione propria, ut diximus supra.

Tertiò urgere videtur, quod ii Magistratus in jure passim appellantur administratores. Ità in *l. uni. C. ne sine jussu Princ. liceat certis Iud. bona confisca, in l. ult. C. de modo mult. in l. omnes C. ut dignit. ord. Sev. lib. 12. in Auth. ad hac C. de jud. in Auth. ut Indices sine quoquo suffragio in l. uni. §. ult. C. ut omnes Iudices tam civiles, quam milit. Ibi, jure administrationis, & in §. 1. in Auth. ut inju. quod prest. ab iis, & alibi sapissimè. Atqui administrator is propriè dicitur, qui non habet jus in rem, sed solum exercitationem *l. in leg. in fine ubi Alciatus ff. de verborum signifi. & glos. in rub. C. de administr. rerum public.* Ergò ii Magistratus non censentur Domini hujus meri Imperii. Respondet, non esse à ratione alienum, quod Dominus rei hoc etiam nomine appelletur administrator; Nam Cicero *lib. 1. de inventione* dixit, rem familiarem administrare, significans ipsum rei dominium. Et idem de natura Deorum dixit, Deos administrare, & regere Mundum. Et propterea Salvator noster *Matthæi cap. 20.* appellat se ipsum ministrum, & quod dicitur in *d. l. un. §. ult. C. ut omnes Iud. tam civiles &c.* habere jure administrationis, refert ad ipsam Provinciam, quam jure administrationis obtinet, sed Imperium, & Jurisd. qui illa administrant, eorum proprium est.*

Quartò perpendi solet *l. 1. ff. de constit. Princip.* cum ait, Principem habere omne Imperium, & omnem potestatem, quæ erat apud populum Romanum in eum translata esse; Et idem probat *l. 1. §. cum enim antiqua C. de veter. vir. enucle. ex l. 1. ff. de officio Præfetti Prato. & l. 2. §. novissimè ff. de origine juris, & propterea dicimus, omnem Jurisd. & potestatem esse apud Principem *l. 1. C. de legibus*, atqui dominium rei non potest esse in solidum apud duos eodem tempore *l. si ut certò §. duobus vehiculum ff. commodati.* Ergò ii magistratus non censentur Domini. Cæterum respondetur, & facillè, conceditur omnem potestatem, & omne Imperium sua origine, & principaliter esse apud Principem, qui deinde suis Magistratibus ea com-*

municat, nam Magistratus hos in sollicitudinis partem vocare dicitur Princeps, juxta *cap. valde 94. distincti. & cap. multum stupeo 3. q. 6.* Et communicatio hæc non aliter dicitur facta à Principe, quam illa communicatio aquæ, quam fons suis rivulis facit. Eadem sanè aqua est in rivulis, quæ in fonte; Nec hic obstat, quod una res esse non possit apud duos dominos in solidum *dic. §. si duobus vehiculum*; Nam responderetur fieri hoc posse juris intellectu juxta *L. Merivius §. Sed si vers. namque de leg. 2. & confert l. Magistratibus ff. ad municipal.* Et optimè hic facit *l. 2. C. de officio Præfetti Vrbi*, ubi annotavit Bartolus, iurisd. in solidum competere Præfecto Vrbi, & præfecto annonæ, & hoc dicitur esse factum, ait Bartolus, cumulativè, non autem privativè. Idem scripserunt Ielinus in *cap. cæterum num. 4. de iudiciis, & Decius in conf. 3. n. 3.*

Ità ergò in nostro casu dicendum est, Principem cumulativè communicasse suum hoc Imperium. Præterea, & secundò dicimus dominium, sive directum, sive utile esse posse apud duos in solidum consideratis diversis respectibus, & personis, sicuti contingit in dominio feudi; Nam Princeps, qui priori loco feudum concessit, directus dominus appellatur, & tamen ejus Vassallus &c., Vassalli Vassallus, qui altero Vassallo subinfudavit, dicitur quoque obtinere dominium. Ità scribunt Io. Fab. in *§. adeo n. f. in it. de locato*, & Moderni Parisienses in consuetudine Parisiensi *tit. 1. §. 1. gloss. 6. n. 4.* Immo & aliquando directum dominium est apud utrumque ut de Rege Apuliæ una cum Decio in *l. 1. nu. 4. C. unde legit.* dicemus infra. Ità nostro in casu Princeps, dum concedit suis Magistratibus merum hoc Imperium, dicitur, remanere dominus directè, & illi Magistratus respectu subditorum in quos Imperium hoc exercent, dicuntur pariter domini. Rursum, & tertiò dicemus, apud Principem esse dominium, & potestatem in universum, apud verò Magistratus esse potestatem particularium. Ità declarant Bartolus, & Angelus in *l. 1. §. ult. ex illo textu ff. de rei vend. Iason in l. 3. & contrario n. 80. de acqui. possess.* Huc spectat, quod dicimus Imperatorem esse dominum totius Mundi in universum *l. deprecatio ff. ad leg. Rhodiam de jactu & scribit Bartolus in l. apud hostes ff. de capt. & postlim. revers.* Subditi verò dicuntur esse domini in particulari. Ità declarant Soc. Sen. in *l. 1. n. 27. de acqui. possess.* Decius in *l. 1. num. 4. C. unde legit.* qui de Rege Apuliæ idem ait post Bartolum, *ibi, in fine*, & communem asserit idem Decius in *conf. 517. Vaccovius lib. 4. declarat. juris cap. 137. & Didacus in cap. peccatum, parte 2. §. 9. num. 6. de reg. juris in 6.*

Quintò afferri posse videtur hæc ratio, quod dominus dicitur arbiter, & moderator rei suæ *in re mandata C. mandati*, & ad sui libitum potest Dominus de re sua disponere *l. sed etsi l. §. consulti ff. de petitio. hered.* quod & præclarum Nervæ Cælaris responsum apud Flavium Philostratum *lib. 2. de vitia.* Sophistarum comprobat. Scribit ille Atticum Herodis patrem ingenti invento thesauro ità ad Cæsarem scripsisse. *Theaurum domi meæ Imperator comperui, quid de eo faciendum esse jubes.* Nerva Cæsar, qui tunc temporis Imperabat, humanissimè respondit. *Vere eis, quæ invenisti.* Et cum Atticus in eadem cautione perulteret, scriberetque se magnitudine thesauri superari. Adjunxit Cæsar abutere invento, quando tuum est. Nostro autem in casu Magistratus ii, quibus concessum est merum Imperium, non possunt de eo ad libitum disponere, sed tantum urgente necessitate alteri mandant. *d. l. 1. in princ. ff. de offic. ejus, &c.* Ergò sequitur, hos Magistratus jure proprio non obtinere hoc merum Imperium. Cæterum responderi potest quod etsi dominus rei possit ea ad sui libitum disponere, atamen intelligitur, servatis juris regulis, ut probant *l. ult. C. de pactis, & l. nemo potest de leg. 1.* Ità declarat

Ripa lib. 2. resp. cap. 25. num. 12. & propterea dicimus, quod et si Vassallus potest de feudo tamquam dominus utilis disponere, attamen intelligitur, observata legis formâ. Itâ scribit Ripa in d. cap. 25. num. 13. Simile tradit Bartolus in l. ex meo ff. de servis. rust. prad. Respondetur & secundò distinguendo, quod aliqua sunt, quæ jus publicum respiciunt principaliter, sicuti est justitiæ administratio. Hoc jus et si Magistratui est concessum, non tamen pro sui libito potest hoc jure uti, cum jus publicum perverti non possit l. ius pub. ff. de pactis. Hoc in casu locum habet nostra hæc disputatio. Aliqua verò sunt, quæ jus privatum respiciunt principaliter, sicuti quod quis possit re sua familiari uti, et si in consequentiam, atque secundariè respiciat jus publicum. Quarè dicimus, quod quis, principali causâ consideratâ potest re suâ malè uti. d. §. consuluit, & favori suo liberè renunciare l. pen. C. de pactis. In consequentiam tamen Reipublicæ interest, nè quis re suâ malè utatur §. pen. Instit. de iis, qui sunt sui, vel alieni juris. Sicuti in consequentiam quandam Republicæ interest, subditos fieri locupletes §. 1. & §. consideramus in Auth. Ind. sine quoquo suffrag. Et hic casus ad rem nostram non pertinet.

Differamus nunc, quæ causæ meri Imperii dicantur. Membri abscissio est meri Imperii, sicuti affirmant Accursius in S. Imperium in glos. 3. ff. de jurisdic. om. Jud. & ibidem Bartolus num. 8. ver. Secundo est Imperium, Jason. n. 24. Decius n. 42. Purpur. n. 221. & Vallascus num. 157. eâ ratione primâ n. uti sunt, quod merum Imperium est ipsa gladii potestas ad animadvertendum in facinorosos d. l. Imperium. Porro cum per membri abscissionem animadverteretur in scelestos, sequitur dicendum, ipsam membri abscissionem meri Imperii esse. Præterea confert l. 2. C. de officio eius, qui vices alterius gerit, ubi Accursius interpretando Constitutionem illam scribit Rectori Provincie, permissam esse Jurisdic. omnem citrà ultimum supplicium, & membri abscissionem. Et ad rem magis confert Constitutio Justiniani in §. ad hæc prohibemus, in Auth. C. de collat. est novella 128. Et demum facit, quod animadvertit dicitur de quavis pœna corporis afflictiva l. ult. §. ult. ff. de §. ejus cui &c. l. Prætor edixit §. quid ergò ff. de injuriis, in l. ult. C. de furtis, in l. nemo C. de summa Trinit. & fid. Cath. in l. si quis in hoc genus C. de Epif. & Cler. & in l. 1. C. de emend. propin.

Cæterum dubitari solet, an hæc pœna abscissionis membri sit capitalis, vel non. Recepta magis opinio Doctorum est, capitalem non esse. Itâ sanè Bartolus in l. 2. nu. 12. ff. de pub. jud. Bald. & Aretinus, quos sequitur Decius in l. Imperium num. 42. ff. de jurisd. om. Jud. & ibidem Curtius junior nu. 84. Vallascus nu. 158. & Alciatus n. 126. in fine idem in l. lucet, l. 2. num. 3. ff. de verborum significat, & in l. transigere nu. 15. de transact.

Altera est opinio eorum, qui capitalem pœnam hanc censuerunt, ut Dynus, quem refert Bartolus in l. 2. nu. 12. Castrenf. & Alex. in l. transigere C. de transact. & ibidem Curtius junior. num. 23. Ego verò conciliando has opiniones, distinguo, atque considero tres pœnarum gradus. Primus est, qui maximas continet pœnas, quæ capitales propriè dicuntur, & ultimum asserunt supplicium, veluti ad furcam damnatio, vivi crematio, capitis amputatio l. si quis, forte §. ult. l. aut damnatum §. 1. l. capital. & l. qui vult. ff. de pœnis. Huc quoque refertur damnatio ad gladium l. ejus qui §. ult. ff. de Testam. & l. si quis filio §. irritum ff. de in iusto, rupto, & irrito testam. Quâ de pœna scripsi nonnulla supra in hoc capite. Idem dicimus de damnatis ad bestias, sicuti prædictis in responsis habetur, & in l. ad bestias ff. de pœnis, quod egregium responsum explicant in l. 2. cap. 28. & lib. 9. cap. ult. parerg. juris. Tiraquellus de pœnis legum &c. causa 50. Didacus Covar-

ruvius variar. resolut. cap. 9. nu. 6. Hoc de gradu pœnæ non est illa abscissionis membri, ut satis manifestum est. Et hoc quidem in casu rectè procedit prima illa opinio Bartoli, & sequacium. De hoc pœnæ gradu loqui intelligo Paulum in l. 2. ff. de pub. judicis: ibi, ex quibus pœna mors. Secundus est pœnæ gradus, qui est de pœnis morti proximis quales sunt servitus, deportatio in Insulam, & metalli coëctio. Hæc est quasi capitalis, non autem verè, & propriè; Non enim itâ damnatus capite plectitur, hoc est morti naturali non traditur, sed civiliter morti dicitur, cum caput, civiliter amittat, quemadmodum discretè respondit Paulus in d. l. 2. ff. de pub. judicis his verbis, aut exilium, hoc est aquæ, & ignis interdictio; per hos enim pœnas eximitur caput de Civitate, & Vlpianus in l. 2. ff. de pœnis, & Modestinus in l. licet la. 2. ff. de verborum significat. Hoc de gradu pœnæ non est membri abscissio, cum verè caput de Civitate non eximatur, atque itâ civiliter non moritur, & hoc pariter in casu locum habet communis illa Bartoli, & sequacium opinio. Tertius est gradus pœnæ, quæ et si non inferit mortem naturalem, nec civilem, attamen ob sui gravitatem capitalis appellari solet, sicuti est coëctio aliqua corporis, religatio ad tempus justum, castigatio notæ infamie. l. aut damnatum l. veluti, l. relegati, & l. capitalium §. 1. ff. de pœnis, & l. licet la. 2. de verborum significat. Hoc de gradu pœnæ esse dicimus membri abscissionem, cui ob sui gravitatem hoc nomen meretur, et si impropriè capitalis sit. Itâ existimo accipiendum esse responsum Pauli in l. licet la. 2. ff. de verborum significat. dum pœnam irrogationis infamie capitalem appellat. Et relegationem pœnam esse capitalem respondit Vlpianus in l. his accusare ff. de accusatione. & dicimus infra.

II. Dicitur deportationis pœnam meri esse Imperii. Scribunt. Bartolus in d. l. Imperium n. 9. ff. de jurisdic. om. Jud. & ibidem Decius n. 46. Purpur. n. 238. & Alciatus n. 133. Ea ratione prima ij uti sunt, quod hæc pœna semper capitalis enumeratur l. Sed et si in princ. ff. si quis cautio, l. edito ff. de bonorum possess. juncta l. 1. §. si quibus de leg. 3. & l. 2. §. 1. ff. de pœnis. Idem legitur in l. 2. ff. de pub. jud. Est ergò deportatio meri Imperii, sicuti sunt aliæ pœnæ capitales. Præterea est secundò deportatio mortis loco habetur l. 1. §. ult. ff. de bonor. possess. contra tab. & l. lex Julia in fine ff. ad l. Juliam repet. §. cum autem instit. quibus modis jus patria potest solvitur. Porro mortis pœna ut manifestum est, meri est Imperii, sic etiam deportatio. Cæterum dubitationem tacere videtur, quod Præses, qui merum Imperium obtinet, & ad mortem naturalem damnare potest l. illicitas §. qui universas ff. de officio Præsidis, deportare non potest l. 2. §. ij. quibus de leg. 3. l. 2. ff. de pœnis, & l. int. pœnas ff. de interdicitis, & relegat. Non ergò deportare est meri Imperii, sed potius majoris potestatis. Huic dubitationi satisfacit Bartolus in l. relegat. ff. de interdicit. & relegat; ex illo textu, & prius glos. in l. illicitas §. qui universas ff. de officio Præsidis, Prætidem Provincie deportare non potuisse, quia Insulam non obtinebat; quod si contingebat, eam vel habere, vel jure suo, vel sibi à Principe concedi, deportare poterat d. l. relegat. §. 1. & confert. l. 2. §. relegandi ff. de officio Præfecti Urbis, & hanc interpretationem probavit Alciatus in d. l. Imperium num. 133. & supra retuli ejusdem opinionis fuisse Corralium. Præterea responderi potest, ut alias supra declaravimus, in hac materia Jurisdic. & Imperii non licere argumentari: Potest ille Magistratus quod plus est, ergò etiam quod est minus l. Solemus §. larrumculator ff. de judicis, Socin. in d. l. 2. n. 27. ff. quis, & à quo appella. Decius in l. non debet cui n. 5. de regulis juris, & in specie nostra itâ docuit Iacobus Cujacius in l. si quis filio §. sed et si quis ff. de iniusto, rupto, & irrito

irrito testam. Etsi ergo potuerit Præses ea, quæ meri sunt Imperii, non tamen sequitur, ergo potuerit etiam deportare. Cæteras interpretationes Alberici, & aliorum prætereo. Legi illæ possunt apud Curtium jun. in *diçl. l. Imperium, num. 93.* Purpur. *num. 238.* & Bologn. *num. 75.*

III. Relegationis quoque pœnam esse meri Imperii scribunt Accursius in *l. nulli C. de senten. & interlocr. omn. Iud. & in §. relegat. Instit. quibus modis jus patriæ potestatis sit.* Bartolus in *d. l. Imperium, num. 10.* & ibidem communem esse testatur Purpur. *num. 243.* Vallascus *num. 170.* & Bologn. *num. 78.* Ea ratione motus est Bartolus, quia relegatio expeditur officio Iudicis nobili, & respicit publicam utilitatem, ergo est meri Imperii, juxta distinctionem Bartoli. Verum levis est argumentatio, cum facile negare possimus, veram esse distinctionem Bartoli, quemadmodum à cæteris penè omnibus esse rejectam supra diximus. Secundò itaque & rectius probatur ea ratione, quod relegationis pœna capitalis saltem improprie dicatur *l. hos accusare §. idem dicendum ff. de accusat.* Dicitur sanè improprie capitalis, ex quo relegatus retinet Civitatem, & libertatem *l. 4. ff. de interd. & relegat.* Cum tamen gravis sit pœna, & maxima castigatio, sequitur dicendum esse meri Imperii. Et propterea accedit, quod pœna relegationis enumeratur inter pœnas legis Iuliæ *§. item lex Julia. Instit. de pub. jud.* Est autem clarum pœnas, legis Iuliæ esse meri Imperii *l. in princ. ff. de officio ejus & c.* Hinc intelligimus male sentire eos, qui scripserunt relegare non esse meri Imperii, sed mixti, quæ quidem in opinione fuerunt speculator à Bartolo relatus, Decius in *l. Imperium nu. 47.* Primò ea ratione, quia hæc relegationis pœna non connumeratur inter pœnas capitales relatas in *l. 2. ff. de pub. jud. & l. edito ff. de bonorum possess. & aliis in locis supra commemoratis.* Non ergò est meri Imperii. Cui quidem argumento facile est respondere, quod etsi inter pœnas vere capitales non connumeratur, attamen saltem improprie capitalis est ob sui gravitatem, cum corpus ipsum acriter castiget, atque coerceat, & idèd meri Imperii esse dicitur. Secundò affertur *l. 4. & l. relocatorum §. est hæc differentia ff. de interd. & relegat.* quibus probatur relegatum non amittere, nec Civitatem, nec libertatem, non ergo est meri Imperii. Verùm facile responderetur, quod etsi relegatus non amittat Civitatem, nec libertatem, non tamen inde sequitur, quin sit meri Imperii, cum & aliæ sint coercitiones, quæ meri Imperii sunt, sicuti aliquem torquere, ut infra dicemus, & tamen illæ non privant eum Civitate, nec libertate, qui illis afficitur. Tertio, & ultimò affertur textus, *leg. absentemp §. 1. ff. de pœnis* quo probatur pœnam relegationis æquiparari pœnæ pecuniariæ, quemadmodum ergo pœna pecuniaria non est meri Imperii, ita nec pœna relegationis. Cæterum responderi potest, imò ibi non æquiparari pœnam relegationis pœnæ pecuniariæ, sed relegationem majorem esse sentit Vlpianus, dum dicit absentem posse damnari pœnâ pecuniariâ, & usque ad relegationem. Rursus dicere possumus, æquiparationem illam in eo solo factam esse, quod sicuti pecuniaria revocari potest, ita & pœna relegationis, non tamen inde fit, quin relegatio sit pœna gravis, & consequenter meri Imperii. Et propterea admissio, quod æquiparatur absolute pœnæ pecuniariæ, non tamen est clarum, ipsam pœnam pecuniariam non esse meri Imperii, nam permulti existimant, esse meri Imperii, ut suo loco dicemus.

IV. Damnatus in metallum est pœna meri Imperii, cum sic damnare permissum sit specialiter Præfecto Urbis *leg. aut damnatum §. Præfecto planè ff. de pœnis.* Porro ea, quæ meri sunt Imperii, specialiter concessa dicuntur *l. 2. ff. de officio ejus & c.* ergo & c. Et rursus damnatus in metallum servus pœnæ efficitur *leg. quidam ff. de pœnis, & leg. in metallum ff. de boni præscript.* Atqui

pœna amissionis libertatis est meri Imperii *leg. illicitas §. qui universas ff. de officio Præsidis,* ergo pœna damnationis in metallum meri est Imperii.

V. Banni pœnam esse pariter meri Imperii tradunt Vallascus, & Purpur. in *diçl. l. Imperium de jurisd. omn. jud.* ille enim *num. 178.* iste *num. 249.* & verè idem senserunt Bartolus in *l. 1. in fine C. de hered. instit. & Ripa in lex facto §. ex facto nu. 14. ad Trebell.* dum dixerunt bannire idem esse, quod deportare. Cujus sanè deportationis pœnam diximus supra meri esse Imperii. Existimo, hos rectè sensisse, tamen verum non sit, bannire idem esse, quod deportare, vel relegare, sicuti scripsi in *lib. 2. de arb. jud. caus. 530. nu. 25.* ubi diligenter explicavi, quid sit bannire, & qua pœna punietur bannitus.

VI. Carceris pœnam meri esse Imperii scribunt Bald. Salicetus, & alii nonnulli, quos referunt, & sequuntur Decius in *d. l. Imperium num. 45.* & ibidem Vallascus *nu. 162.* & Purpur. *num. 225.* Existimo rectius distinguendos, atque constituendos esse tres casus. Primus est quando carcer adhibetur ad solam custodiam in causa civili, & pecuniaria. Hoc sanè casu carcer non est meri Imperii, sicuti tradunt Bartolus, & alii, quos statim referam. Secundus est casus, quando carcer adhibetur ad custodiam in causa criminali. Hoc casu carcerem esse meri Imperii affirmant Baldus, Salicetus, Decius, Vallascus, & Purpur. supra commemorati, quorum quidem opinio probatur responso Vlpiani in *l. 1. ff. de custod. reor.* cum dicit, Proconsulem cognoscere, an carcerari quis possit ob delictum; & idem iudicatur de causa præparatoria, quod de ipsa principali *l. quoties, & l. ordinarium,* ubi Doctores *C. de rei vindicat.* Et accedit Constitutio Iustiniani *§. si verò etiam in anth. de exhib. reis.* Qui statuit hanc carcerandi facultatem non transire, mandatâ jurisdictione. Et propterea dum apud Romanos non magistratus omnes hanc prehensionis potestatem exercebant, sed tantummodo Consules, & Tribuni Plebis. Auctor est Gellius in *lib. 13. noct. atti. cap. 12.* His intelligemus, veram non esse contrariam opinionem Bartoli in *d. l. Imperium nu. 8. ver. sed juxta,* qui opinatus est, præhensionem, & carcerationem hanc non esse meri Imperii, propterea quòd etiam inferioribus Magistratibus, ut Civitatum defensoribus, qui tamen gladii potestatem non habeant, permessa sit *l. Divus §. de servis fugit, & §. audient. in Anth. de defensoribus Civit.* quam sanè considerationem non admittunt Vallascus, & Purpur. præcitat in locis, cum (scribunt ii) bona non sit consequentia. Competit hæc facultas minoribus magistratibus, ergo non est meri Imperii, cum modica coercitio, quæ meri est Imperii, eis permessa sit *l. ult. ff. de officio ejus,* quod fortè verum non est, cum illud Imperium de quo in *diçl. l. ult.* non sit merum, sicuti Vlpianus ipse respondit. Rectius dicere possumus, Bartoli considerationem non probari eo responso Vlpiani in *d. l. Divus ff. de servis fugit.* cum loquatur de privatis, qui Præsidis licentia delinquentes in prædiis alienis perquirunt, & ob id ad meri Imperii causas nil id pertinet. Ita quoque ad rem non facit Constitutio Iustiniani in *d. §. audient,* quæ loquitur, quando defensor Civitatis carceri inducit delinquentem, ut ad Præsidem transmittat, atque ita meri executoris officio fungitur defensor ille. Tertius casus, quando carcer est ad pœnam, & contingit aliquando ad tempus, quòd jure nostro permissum est, aliquando perpetuò quòd jus Pontificium tantummodo concedit, sicuti explicavi in *lib. 1. de arbitr. jud. q. 89. ad finem.* Hoc itaque casu pœna hujus carceris perpetui, meri est Imperii, quemadmodum scribit Bartolus in *d. l. Imperium num. 8.* & reliqui ibi sequentes. Ea est ratio, quia carceratus perpetuò æquiparatur damnato in metallum *l. aut damnatum §. solet, & §. ult. de pœnis,* quæ quidem damnationis pœna est meri Imperii, ut diximus supra. Prætereà damnatus ad perpetuum carcerem amittit libertatem *l. 2. ff. de lib. hom. exhiben. & l. post*

certi C. de liberali causa; Atqui pœna amissionis libertatis est meri Imperii *l. illicitus §. qui unversas ff. de officio Presidis, l. 2. ff. de pub. iud.* ergo damnare in metallum est meri Imperii, & propterea diximus, hunc carceratum æquiparari damnato in metallum, qui pœnæ servus efficitur *l. quidam ff. de pœnis, §. l. in metallum C. de bonis prescript.* His infertur, damnatum perpetuo carcere censerī capitali pœna damnatum, ut scribunt Bartolus *in l. 2. nu. 9. ff. de pœnis*, Alex. & reliqui *in l. transigere C. de transact.* & ob id amittere testamenti factionem, sicuti tradunt Bartolus *in l. ejus §. 1. ff. de testam. & Marfil. in sing. 565.*

VII. Torturā, quā latinè quæstionē appellam⁹, meri esse Imperii, censent multi. Rectius cum Bartolo *in dict. l. Imperium num. 10. in fine*, distinguendi sunt tres casus. Primus est, quando tortura pœnæ causa, & nomine indicitur. Hoc casu meri est Imperii, cum sit atrox pœna, quā membra, artusque ipsi penè dissolvuntur *juxta text. §. ult. in Auth. ut nulli Iud.* Illa autem quæ gravem infligunt pœnam meri esse Imperii certū est *leg. si quid erit ff. de officio Procons. §. leg. ut diximus supra.* Hunc casum admittunt omnes.

Secundus est casus, cum tortura adhibetur ad eruendam veritatem in ea causa, quæ meri Imperii est, uti si ageretur de indicenda pœna capitali. Hoc etiam casu conveniunt Bartolus, & cæteri omnes, torturam esse meri Imperii. Et affertur ratio præter alias, quia sive consideremus causam ipsam principalem, sive accessoriam, utraque continet gravem corporis castigationem, quam meri esse Imperii diximus supra. Quod idem judicamus de causa præparatoria, quod de causa principali *l. ordinariis C. de rei vend. nisi sit diversa ratio ut dicemus infra.*

Tertius est casus, quando tortura adhibetur ad eruendam veritatē in causa, quæ jurisdictionis est, ut in causa pecuniaria. Exemplum est in casu *l. Divus ff. de Quæstor.* ubi servi in causis civilibus torqueri possunt ad eruendam veritatem: Sic & in homine libero, si causæ civili admixtum est aliquod crimen *cap. 1. de depos.* Et scribunt Alex. *in cons. 77. lib. 1.* & Marfilus *in dict. l. Divus.* Hoc in casu sunt opiniones.

Prima fuit Bartoli *in dict. l. Imperium num. 10. in fine*, qui affirmavit, & torturam ipsam esse simplicis jurisdictionis, sicuti est ipsa causa principalis. Illum secuti sunt ibidem Albericus, Curtius *jun. num. 95. Sapia num. 42. Alciatus num. 135. & Bologn. num. 72.* Primò ea ratione, quia non consideratur id quod est, sed id, propter quod est *l. etsi non sint §. perveniamus ff. d. auro, §. arg.* Atqui tortura isto in casu non est propter se, sed propter exercitiū jurisdictionis, atque ita est quid accessorium ad ipsas causas principales, ergò considerari debet ipsa causa principalis, cujus naturā sequi debet hoc accessorium *l. cum principalis de reg. juris, §. cap. accessorium de reg. juris. in 6.* Verum responderi potest in pœnalibus locum non habere hanc regulam *l. cum principalis*, sed principale, & accessorium considerantur, ut duo separata. Ita probat *text. l. multa ff. de condit. §. demonstr. ubi Socin. nu. 1. §. num. 2.* multis comprobat. Præterea & secundò responderetur, accessorium non sequi naturam sui principalis, quando diversa est ratio, ut declarat Decius *in dict. l. cum principalis numer. 3.* Hic autem diversam esse rationem clarum est, cum causa ipsa civilis, sicque pecuniaria non inferat aliquam corporis castigationem, coercionemque, cum tamen tortura ipsa sit castigatio gravis, quippe quæ membrorum infert dissolutionem, quæ gravior est pœna abscissionis utriusque manus *juxta §. ult. in Auth. ut nulli Iud.*

Secundò affertur textus *in §. si verò ignoti in Auth. de testibus* quo loco Iustinianus concedit, & administratoribus, & locorum defensoribus facultatem subji-
ciendi testes quæstionibus, ut veritatem detegant. Est autem certum, ut alias diximus, locorum defensoribus, & inferioribus magistratibus permissam non esse gladii

potestatem, sicque meri Imperii causas. Si hoc subijcere quæstionibus testes in causis pecuniariis, est meri Imperii, ergo est jurisdictionis, Cæterum responderetur, non esse bonam consequentiam, Defensores Civitatum non habent merum Imperium, sed Defensores possunt subijcere testes quæstionibus, ergo hæc tortura non est meri Imperii, sed jurisdictionis. Hanc consequentiam falsam omnino esse statim demonstrabimus.

Secunda fuit opinio eorum, qui existimarunt, torturam etiam hoc in casu esse meri Imperii. In hac opinione vitus est esse idem Bartolus *in l. cum servus ff. de condit. ob causam, §. in l. inordinum §. qui fure. ff. de furtis*, quem sic refert, & sequitur Decius *in d. l. Imperium num. 47. & Riminald. Junior. num. 450.* hi enim dixerunt, torturam absolutè, atque ita quovis in casu esse meri Imperii.

Primò moti ii sunt *text. l. defensores nihil C. de defens. Civit.* quo loco Defensoribus Civitatum non conceditur hæc facultas subji-
ciendi reum quæstionibus, ergo subijcere quæstionibus meri Imperii est, quia aliouī permissum hoc esset defensoribus his ad eruendam veritatem pro causæ pecuniariæ diffinitione. Verum Decius, ubi supra, opinatur *in dicta l. Defensores loqui*, quando tortura est loco pœnæ. Idem enim eadem Constitutione prohibetur, Defensores indicere multam pecuniariam, quæ pœnæ loco est *l. 2. C. de Spon.* Qua de re infra dicemus. Quod comprobatur alia Iustiniani Constitutione *in d. §. si verò ignoti, in Auth. de testibus.* Nec repugnat consideratio Decii, cum dixit, ob id dubitabile hoc videri, quod necesse minimè fuerit in casu *d. l. Defensores*, Defensores prohiberi indicere torturam loco pœnæ, ex quo certum erat, illos caruisse illa facultate imponendi pœnam *§. & judicare, §. si audierit, in Auth. de defensor. Civit.* Non inquam hoc obest, quandoquidem constitutio illa *Auth. de defensoribus Civitatum*, est longè posterior ea *l. Defensores*; nam lex *Defensores* promulgata est imperantibus Valentiniano, Theodosio, & Arcadio multos annos antè editam à Iustiniano Constitutionem *dict. Auth. de Defensor. Civit.*

Secundò adducitur textus *in §. qui, in Auth. ut nulli Iud.* quo loco dicit Iustinianus, membrorum dissolutionem esse graviolem pœnam abscissionis utriusque manus. Atqui manus abscisso meri est Imperii, ergo & tortura meri Imperii est. Cæterum Bologn. *in dict. leg. Imperium num. 79.* scribit *dict. §. ult.* loqui de membrorum perpetua dissolutione, non autem de tortura, quæ cum adhibetur cum moderatione juxta *leg. de minore §. tormenta ff. de quæstionibus*, non dissolvit artus, vel membra. Quæ interpretatio recipienda non est, cum negari non possit, quin tortura hæc contineat gravem corporis coercionem, quæ meri Imperii creditur *leg. si quid erit ff. de officio Procons. §. legat.* ut diximus supra. Rectius itaque dici potest in casu *d. §. ult.* illam membrorum dissolutionem esse ad pœnam, non autem pro exercitio jurisdictionis, de quo nos loquimur.

Tertia itaque est opinio, quam nos excogitavimus, ut tortura, quæ hoc in casu adhibetur, non sit nec meri Imperii, nec jurisdictionis, sed potius illius Imperii, quod ab Vlpiano *in leg. ult. ff. de officio ejus*, non merum appellatur, & de quo etiam loquitur Papinianus *in l. 1. §. ult.* & ut dicitur species quædam separata à mero, & mixto Imperio, ut scribit Vaccons. *in l. 6. declarat. cap. 68. col. 2. verb. §. quia*, & Corral. *in l. Imperium num. 29. §. in l. magistratibus nu. 12. ff. de jurisd. omn. Iud.* & Petrus Loriottus *de jurisd. §. Imperio axio. 29. in fine.* Cum enim concessa, vel mandata est jurisdictio, consentur permissa & ea, sine quibus jurisdictio exerceri non potest *l. 2. ff. de jurisdictione omn. Iud.* & propterea transit mandata jurisdictione coercitio illa modica, quæ Imperii quidem est, sed non meri, nec mixti *d. l. 1. §. ult. §. l. ult. de officio ejus &c.* Et hoc ipso
B Imperio

Imperio utuntur Defensores Civitatum, atque ita inferiores Magistratus, dum de causa pecuniaria secundum eorum jurisdictionem cognoscunt *d. §. si verò ignoti*. Et quamquam tortura hæc sit coercitio satis gravis, attamen lex eam aded gravem esse non existimavit, quin adhiberi possit à Magistratibus his, qui jurisdictionem exercere possunt.

VIII. Multa indicere meri esse Imperii, scribunt multi; Verum priusquam hoc explicem, sciendum est, multam differre à pœna; Nam pœna dicitur tam de pecuniaria, quam de corporis afflictiva; multa verò solum de pecuniaria *l. aliud §. inter multam, & l. si qua pœna ff. de verborum signif.* Et multa inde est dicta, ut scribit M. Varro *lib. 9. rerum hum.* quod cum olim pecuniaria peccati pœna una tantum exigi solebat, ut semis, aut as, multa, seu multiplex postea exigi cœpit, & vinum, atque oleum addi. Erat autem olim maxima multa triginta bouum, & duarum ovium; minima autem unius ovis, ut scribit Gellius *lib. 11. Noct. attic. cap. 1.* Postea vero lege Aternia cœptum est in pecunia multari, & oves singulæ denis assibus, boves centenis æstimari &c. ut eodem in loco testatur Gellius. Hodie multa arbitraria est, *d. l. aliud §. inter multam de verborum significat.* Non tamen legitimum modum egredi debet *d. l. si qua pœna ff. de verborum signif.* Et hic ipse modus diffinitus est, atque determinatus in aliquibus Magistratibus, qui jure ordinati Provincias moderantur, ad duas uncias auri: Proconsulibus Comitibus Cajetanis, & Præfecti Augustalis: Cæteri vero spectabiles ad tres usque multare poterant, cæterique Magistratus Illustres ad sex uncias. *l. ult. in princ. ff. de modo multæ. & l. ult. C. de Spore.* Ius autem indicendæ multæ non omnibus Magistratibus datum est, sed iis tantum, qui publicè iudicium, vel ut in aliis Codicibus legitur, publicum iud. exercere possunt *l. 2. §. ult. ff. de iudicis*, sicuti Magistratibus Urbis Romæ, & Præsidibus in Provinciis *d. l. aliud §. ult. de verbor. significat.* Nam ii publicum iudicium habent, hoc est potestatem cum Imperio *l. 2. ff. de in jus vocando, & l. cum Prætor §. 1. ff. de iud.* Magistratibus verò municipalibus, ut Duumviris, Defensoribus Civitatis, ac cæteris Municipalibus, permissam minimè fuisse hanc facultatem indicendi multam probat *l. un. ff. si quis Insd. non obtemp.* et si in contumaces alius remediis uti possunt *l. consumacia ff. de re iud.* ne sua jurisdictione eludatur juxta *l. ult. ff. de officio eius Sc. & cap. ex litteris ff. de offic. deleg. nisi sit Principis Delegatus cap. de causis §. ult. de offic. delegat.* & præsertim contra executores, qui plus debito exigunt *l. ult. C. de Sporeulis*; Non enim Arbitri indicere possunt multam, nisi compromisso à partibus permissum id sit. Sic intelligendum est Pauli responsum in *l. non ex omnibus §. 1. ff. de recept. arbit.* Quæ de re aliqua suo loco dicemus.

His expositis ad rem revertamur. Dicimus, receptam esse interpretum opinionem, indicere multam esse meri Imperii. Ita Bartolus in *d. l. Imperium nu. 12. & ibidem Riminal. Sen. num. 27.* Curtius junior *nu. 99. Sapia nu. 45. Vallascus num. 181. in fine. Purpur. nu. 269.* His addo Socinum in *l. 1. num. 84. ff. quis, & quo appellat. & Iacobinum à Sancto Georgio in investitura feudali, in verbo, cum mero, & mixto Imperio num. 8.* Et ii quidem moti sunt responso *l. un. ff. si quis Insd. non obtemp.* quo loco Vlpianus scribit, Duumviris permissam non esse hanc facultatem indicendi multam. Est ergò meri Imperii, quia alioqui, & his, & his permissa esset. Verum aliqui Codices habent, omnibus Magistratibus, non tamen Duumviris, atque ita, & Duumviri ipsi in ea potestate indicendi multam includuntur. Existimo tamen recedendum non esse à communi lectione, quam probavit & Antonius August. *lib. 3. emend. juris, cap. 6. in fine.* Re&ius dici potest, non esse bonam consequentiam, Duumviri

ri multam indicere non possunt, ergo multa est meri Imperii; nam fieri potest quòd his negata fuerit hæc facultas, & tamen multa non sit meri Imperii. Erant quidem Duumviri summi Magistratus in Coloniais, & Municipiis, sicuti Romæ Consules *l. 1. ff. de albo scribe. & l. Duumvirum C. de Decurion. lib. x.* Et his cura publicorum negotiorum mandabatur, ut locatio vectigalium, pecuniæ publicæ tractatio *l. in honorariis. §. ult. ff. de actio. & obligat.* Item, & tutores dare poterant. *l. jus dandi ff. de tutoribus, & curat. datis ab his, & l. 1. §. si inter ff. de Magis. conven.* Et rursus cognoscere poterant de electi Arbitri controversia *l. ult. C. de Ind.* Poterant & jubere cavere de damno infecto *l. 4. §. duas ff. de damno infecto.* Iurisdictionem etiam exercere potuisse probat responsum Vlpiani in *d. l. 4. §. duas de damno infecto*, cum dicit, duas res Magistratibus Municipalibus Prætor junxit, actionem, & possessionem; cætera jurisdictioni suæ servavit. Dixit Vlpianus permissam fuisse his actionem, id est legis actionem, & apertius probat locus Pauli *lib. 2. Sentent. quam ad rem hunc citavit Cujacius in d. l. Duumvirum C. de Decurio lib. 10.* Qui autem legis actionem obtinent, ii plena jurisdictione funguntur *l. magis ff. de adoptio, & l. 2. l. 3. ff. de officio Procons.* Sic Vlpianus in *d. l. un. ff. Si quis Insd. non obtemp.* cum dicit omnibus Magistratibus, non tamen Duumviris permissam jurisdictionem suam pœnali præcepto defendere. Hinc frustra exciperet Duumviro Vlpianus, nisi & ipsi jurisdictione fungerentur. Frustra etiam eos collocasset inter Magistratus, qui verè dicebantur illi, qui jurisdictionem exercere poterant, ut Prætores, & similes. Verum tamen carebant ii Duumviri mero, & mixto Imperio *l. 4. §. si forte ff. de damno infecto, & l. ea qua ff. ad municipal.* Non ergò sequitur, Duumviri multare non possunt, ergò multa est meri Imperii: Nam mixti esse posset, cum & eo caveant, Rursus vel ex eo destruitur consequentia, quod fieri potest, ut aliqua, quæ meri Imperii sunt, permissa fuerint Duumviris, sicut deinde fasces ab Imperatoribus concessi illis fuerant *l. Duumvirum C. de Decurio. lib. 10.* & tamen non fuerit concessa facultas multandi. Præterea jus indicendi multam datum fuit his, apud quos publicum iudicium erat *l. 2. §. ult. ff. de iud.* Publicum autem iudicium habere dicebantur soli Magistratus Romani *l. 2. ff. de in jus vocan. & l. cum Prætor la. 1. ff. de iud. & mox dicemus.* Non ergò ex eo multare poterant Duumviri, quòd multa esset meri Imperii, sed quia non erant populi Romani Magistratus, quibus solis permissum fuerat multam indicere.

Secundo perpendi solet *d. l. 2. §. ult. ff. de ind. quo loco dicit Vlpianus*, jus indicendi multam competere, quibus publicum est iudicium, non autem aliis, nisi specialiter eis fuerit permissum. Ergo multam indicere est meri Imperii, alioqui cæteris Magistratibus, qui jus dicunt, competeret. Præterea dicit, multam posse irrogare illos, quibus est publicum iudicium. Quod sanè iudicium publicum ad merum Imperium pertinet *l. 1. ff. de officio eius, & Instis. de pub. Ind. §. item lex Julia.*

Cæterum Longavallius in *d. l. Imperium n. 163. in d. §. ult.* Solet definire, eos posse multam irrogare, qui jus dicere possunt juxta *leg. aliud §. inter multam de verb. signif.* Non tamen sequitur, multa solum indicitur ab his, qui jus dicunt, ergò est meri Imperii, quia & Duumviri defensores Civitatis jus dicunt de aliquibus causis, & tamen multam indicere non possunt, cum illi non sint in numero Magistratum Populi Romani. Præterea facile dici potest, Vlpian. in *d. §. ult.* voluisse solum declarare, jus indicendi multam esse ex pub. *mixta l. 2. C. de Sporeulis*, & ob id imponi non posse à quovis privato, ex quo non sequitur, meri esse Imperii. Nec obstat illa cõsideratio, de publico iudicio, quia non est sensus illorum verborum, ut dixi in argumeto, alioqui

repugnaret *l. un. ff. si quis Insd. non obtem.* cum dicit Vlpianus, omnibus Magistratibus datam esse hanc facultatē.

Tertiò affertur *l. ult. C. de modo multæ*; ubi ordinatiis tantum Magistratibus, atque ita Majoribus, qui Meri Imperii potestatem habent, multandi potestas data videtur, ergo multare est meri Imperii. Verum *d. l. ult.* non solum majoribus, sed etiam minoribus Magistratibus tribuit facultatem indicendi multam: Nam (ut etiam admonui supra) Magistratus Illustres, sicque majores ad sex uncias auri, Spectabiles ad tres, alii ad duas multare poterant ex *d. l. ult. consit.*

Quartò perpenditur textus in *l. 2. C. de Sportulis*, ubi Majoribus tantum Magistratibus videtur concessa hæc facultas indicendi multam. Cæterum respondere potest, imò nullā adhiberi ibi indicare differentiā, sed indistinctè omnibus Magistratibus tributam esse facultatē hanc.

Secunda est opinio, quod imò indicare multam non est meri Imperii, sed potius jurisdictionis; & hæc quidem opinio his argumentis defendi posse videtur.

Primò *tex. l. non ex omnibus ff. de recept. Arbitr.* ubi Arbitri, qui solam notionem, non autem jurisdictionem obtinent, multam indicare possunt. Non ergo est meri Imperii, quia alioqui eā arbitri indicare nō possēt.

Verum facile responderetur, Arbitros non id pro suo jure, ac jurisd. qua carere diximus, facere, sed cum ex compromisso ea facultas indicendi multam data est, cum nihil plus possint Arbitri, quam quod eis compromisso permissam est *l. non distinguemus §. de offic. ff. de recept.* Nec illa dicitur propriè multæ, sed pœna, ut tradit Bartolus in *l. Arbitr. certo die ff. eo. de recepto. Arbitr.* Existimavit etiam Aleiatus in *d. l. Imperium n. 154. dicta l. non ex omnibus.* Præterea dici potest, Arbitrum in contumacem carere alio remedio, quam multæ juxta *l. contumacia, ubi gl. ff. de re iud.*

Secundo urget *tex. l. 2. ff. quis, & à quo appell.* quo loco respondit Venuleius, legatum Proconsulis posse multam indicare, & tamen is non habet gladii potestatem *l. solet in princ. & l. si quid ff. de offic. Proconsul. & leg.*

Verum responderi forte potest ex sententia Goveani in *l. 1. de jurisd. omni. iud. & in lib. 1. lect. variar. cap. pen. d. l. 2.* loqui de multæ levi, quæ est loco coercitionis, quam legatus adhibet, ut suam jurisdictionem exercere possit juxta *l. ult. de offic. ejus*: Gravem autem multam, quæ pro delicto imponitur, solus Proconsul imponebat *d. l. solet ff. de officio Proconsul.*

Verum quod dicit Goveanus *d. l. 2. ff. quis, & à quo appell.* non concedere appellationem, sed sine appellatione Proconsulem cognoscere de legati iniquitate, quemadmodum sic observari solet in cæteris interlocutoriis inique à Delegato prolatis *l. Arbitri, ubi Bal. col. pen. ver. in gl. magna ff. qui satisfacere coguntur, & Francus in cap. delicto q. 27. in fine de appellat.* Hæc sane consideratio vera non videtur; Non enim satis est, certum Proconsulem cognoscere de iniquitate Sententiæ sui legati sine appellatione; Nam responsum illud *d. l. 2.* de ipsa appellatione loquitur. In initio enim de appellationis remedio agit, & clausula, quæ subjicitur, & illi principio cohæret, intelligi debet de ipso remedio appellationis. Hoc idem indicat titulus ipse, sub quo collocata est *l. 2. juxta l. Imperator ff. de in diem addict. & tradit Alex. in l. 1. in 3. notabilis ff. est certum petatur.* Et propterea si vera esset Goveani interpretatio dicendum foret *d. l. 2.* debuisse collocari sub titulo. *Qua sententia sine appellatione rescind.*

Responderi secundo potest in casu *d. l. 2.* Proconsulis legatum potuisse multam indicare, cum a fortè permissum specialiter fuerit à Proconsule; Non enim hæc est gravis animadversio, quæ mandari legato non possit juxta *l. solet ff. de officio Proconsulis, & legati.* Cum vero multare visum fuerit, legatum excessisse modum irrogandi, ab ejus sententia appellavit.

Tertio huic opinioni videtur suffragari, quod o-

lim Ediles multam indicere poterant, ut scribit Aulus Gellius *lib. 10. noct. asti. cap. 6.* Ita pariter, & Tribunis Plebis data fuit hæc multandi facultas. Auctor est idem Gellius *lib. 7. cap. 19.* Et tamen uterque eorum meri Imperii potestate carebat. Verum dici potest, quod cum multandi jus, & facultas competat illis, quibus specialiter fuit concessa *lib. 2. §. ultim. ff. de iud. & d. l. aliud est §. inor multam de verbor. significat.* dicendum est, merum Imperium non esse, quod Edilibus, & Tribunis plebis competeret hæc facultas, utpotè eis specialiter permittā; tamen gladii, sicque meri Imperii potestas data fuerit. Præterea & ex explanatione Budæi *ad l. 2. §. ultim. ff. de judicis*, dicere possumus apud Tribunos plebis non fuisse liberam facultatem indicendi multam. Illi sanè solum multam indicebant, quæ postea populi suffragiis, vel irrogaretur, vel abrogaretur, vel etiam remitteretur. Id quod de ipsis Edilibus dicendum esse existimo.

Tertia est opinio, quam novi præter alias considerari, ut duos casus distinguamus.

Primus est, quando multæ dicitur, & irrogatur à Magistratu, cui ea facultas est concessa, ut suam jurisdictionem tueatur juxta *l. un. ff. si quis Insd. non obtemp.* Hoc in casu multæ non est meri Imperii, sed illius Imperii, quod non merum appellat Vlpianus in *l. ultim. digest. de officio ejus.* Cum vero sit concessa hæc multæ irrogatio, ne eludatur jurisdicatio. Quæ sententia vel ex eo comprobatur, quod ait Vlpianus in *d. l. unica ff. si quis Insd. non obtemp.* omnibus Magistratibus exceptis Duumviris permissum esse irrogare hanc multam. Id quod factum est, quo suam tueantur jurisdictionem. Et tamen est certum, non omnibus Magistratibus datam fuisse potestatem gladii, sicque meri Imperii, ut supra diximus. Hoc in casu procedere potest opinio adversus communem. Ita etiam hoc in casu loquitur *d. l. 2. ff. quis, & à quo.* juxta sensum Goveani, ut rectè.

Secundus est casus, quando multæ irrogatur ob delictum. Hoc casu crediderim, multam esse meri Imperii, sicuti animadvertere in delinquentem meri esse Imperii aliàs diximus, & pro delictis posse indicare multam probant *l. & in multis C. de appellat. & l. si qua pœna ff. de verbor. significat.* ubi gl. ultima quæ multa jura in hanc sententiam commemorat, & præsertim *tex. l. 2. C. de Episc. audien.* Similia sunt, huic casui, quæ diximus supra de carcere, & tortura, quæ si irrogantur ad pœnam delicti, meri sunt Imperii, si ob jurisdictionem exercendam Imperii non meri dici debent.

IX. Publicationem bonorum meri esse Imperii affirmat Baldus in *l. 3. ff. de officio Prefecti Vigilum*, Riminal. Sen. in *d. l. Imperium n. 26. & ibidem Alciatus n. 140.* Idem affirmavit Purpur. in *l. 1. n. 646. ff. de officio e-jus, cui &c.*

Primò vel ex eo moti sunt, quod pœna hæc est, & quidem gravis, cum amissio bonorum æquiparetur pœnæ mortis *l. propter liter. ff. de excusat. tutor. ubi Bartolus, & idem in l. 4. in fine ff. de cond. ob turpem causam, & confert tex. in §. item propter literam in Inst. de excusat. tuto.* Cum ergo pœna mortis, ut notissimum est, sit meri Imperii, ita & hæc publicationis bonorum.

Secundò pœna *l. Iulia* est meri Imperii *l. in principio ff. de officio ejus, cui mandata est jurisdicatio*, atqui pœna illa aliquando est publicationis bonorum *§. item lex Julia in Inst. de pub. iud.* ergò bonorum publicatio meri est Imperii.

Tertiò apertius probatur *l. un. C. ne sine iussu Princip. liceat certis iudicibus confiscare*, cujus responsi verba hæc sunt. *Nulli ergò Iudicum liceat, exceptis iis, qui in sum-*

ma administrationis sunt positi potestate, proscriptiois semper se totius substantia, aliquam percellere, nisi ad nostras aures hoc ipsum referatur. Hæc ibi. Quæ sanè constitutione aperte demonstratur, ad solum Principem, vel solos magistratus, qui, ut exponit glossa ibi, *exercent Imperium*, pertinere bonorum publicationem.

Hæc sententia locum habet, si vè loquamur de bonorum publicatione jam à lege constituta, atque sancita pro aliquo perpetrato crimine, si vè de publicatione non sancita; Sicuti duplicem hanc bonorum publicationem distinguunt Azo in summa *C. ne sine iussu Principis*, & gloss. in *d. l. uni*, quos secuti sunt à me commemorati in commentariis de *arbitrariis Iudicium lib. 1. q. 98. n. 4.* ubi inter alios retuli Jasonem in *l. Imperium n. 24. de iurisd. omn. Iudicium*. Cum enim itrogata jam est à lege publicatio hæc bonorum, quicumque Magistratus, qui de eo crimine cognoscit, & sententiam fert, eam quoque pœnam publicationis infert, seu potius declarat, & exequitur: Cum vero non est à lege sancita, major potestas, nempe illa Principis requiritur *d. l. unica C. ne sine iussu Principis*. & ideo cum causa ipsa criminis meri sit Imperii, ita & hæc, sic pariter bonorum publicatio meri Imperii censetur.

X. Pœna corporalis loco pecuniariæ solius esse Iurisdictionis affirmarunt Bart. in *d. l. Imperium nu. 25.* & ibidem Purpur. *n. 334.* qui hanc esse receptam opinionem affirmat. Ea ratione usi sunt, quod delegari causa hæc potest, cum tamen delegari minimè possit, quando esset Imperii meri, vel mixti. Quæ sanè ratio non multum concludit, cum clarum non sit, causas mixti Imperii delegari non posse. Altera fuit opinio Decii in *d. l. Imperium num. 62.* & Vallaschi *num. 235.* qui distinguunt, quod aut pœna venit loco debiti ex contractu, & tunc dicitur simpliciter jurisdictionis: aut venit ex delicto, pro quo erat imposta pœna pecuniaria, & in pecuniæ defectum pœna corporalis, & tunc dicitur esse meri Imperii. Tertia est opinio, quam nuper consideravi, ut in omni casu causa sit hæc meri Imperii. Hanc sententiam credo satis probati responso Pauli in *d. l. ultima C. de in ius vocando*; quo loco libertus, qui sine venia in jus vocavit Dominum, punitur pœna pecuniaria, quam si præstare non potest, castigatur pœna corporali, non quidem à quovis Iudice, sed à Præfecto Urbis. Est ergo meri Imperii, quia si solius esset jurisdictionis, quilibet Index pœnam illam posset indicare. Accedit *l. si quis iniuriam ff. de iniuriis*, quo in loco responsum est, Prætozem pœnâ gravi pecuniariâ castigare eum, qui gravem injuriam intulit alteri, & si is non habet in ære, pœna indicitur corporis afflictiva. Cum itaque consideretur hic finis, & effectus, dicendum est, causam esse meri Imperii, nam quando pœna pecuniaria in corporalem vertitur, dicitur retinere effectum pœnæ corporalis. Ita Bart. in *l. 2. num. 3. ff. de pub. iud. & in l. 1. ff. de cust. reorum*, & Decius in *d. l. Imperium num. 62.* Et accedit, quod docuit Baldus in *d. l. data opera num. 14. C. de iis, qui accusare non possunt*, cum dixit, pœnam pecuniariam dici corporalem consideratâ potentia, & futurâ eventu. Et Baldus secutus sum libro primo de *arbitrariis Iudicium caus. 20. num. 21.*

CAPUT III.

Imperium mixtum cur dictum, & quid sit, & apud quos nunc sit, & que mixti Imperii esse dicantur; dilucide explicatum.

Imperium mixtum cur dictum sit, variant Doctores. Una fuit opinio Bartoli in *d. l. Imperium num. 14.* & ibidem Decius *n. 5. de Jurisd. omn. Jud.* qui opinati sunt, ob id dictum fuisse mixtum Imperium, quia participat de mero Imperio, & de iurisd. cum mixtum ex duabus speciebus conficiatur, sicuti actio mixta illa dicitur, quæ participat ex duabus speciebus *l. actiones §. ult. ff. de actio. & obligat. & in §. sequen. Institut. de actionibus*. Item aqua vino mixta efficit vinum esse mixtum; ergo *l. si eo loco §. ult. ff. si servit. vend.*

Alterâ fuit opinio Curtii junioris in *d. l. Imperium n. 101.* & Belloni *lib. 3. supp. iuris cap. 5. num. 3.* qui affirmarunt, Imperium mixtum, ex Imperio, & jurisdictione dici. Et ab hac opinione visi sunt non dissentire Duarenus *lib. 1. disput. annivers. cap. 53.* Lud. Charond. *de Jurisd. & Imperio n. 19.* & Corraius in *d. l. Imperium n. 9.* Nam Imperium in genere dividitur in merum, & mixtum. Merum à Iurisdictione separatum est, mixtum verò jurisdictionem continet. Et horum opinio satis probari videtur *tex. l. subere hoc titulo*, cum dicit Vlpianus, *subere cavere, & in possessionem mittere Imperii magis est* &c. Ecce dixit, *magis Imperii simpliciter*, non autem *magis Imperii meri*. Ita etiam legitur in *l. 1. §. qui mandatam, & in l. ult. ff. de officio eius, & l. ea que ff. ad municip.* Hæc opinionem; quæ verbis, non sensu differunt, conciliari sic possunt. Mixtum Imperium componitur ex Imperio, quod alias, dempra jurisdictione remanet merum, atque ita si consideratur, ut Imperium, sub nomine generis, dicitur simpliciter Imperium: Si verò sub nomine speciei, dicitur sublatâ jurisdictione merum; adjectâ autem jurisdictione appellatur mixtum. Et horum sententia mihi etiam probatur.

Tertia fuit opinio Vallaschi in *d. l. Imperium num. 223.* qui dixit mixtum Imperium esse quoddam compositum partim ex Imperio, partim ex jurisdictione, non tamen esse vel Imperium, vel jurisdictionem, sicuti apud Grammaticos participium, quod capit partem à verbo, partem à nomine, non est verbum, nec nomen, ita participans de sexu masculino, & fœminino, non dicitur, nec masculus, nec fœmina, sed tertium compositum, hoc est, Hermaphroditus, *l. queritur ff. de Status. hom.* Ita nullum confectum cum melle, & vino, non dicitur vinum, nec mel, *§. si duorum tamen mæstia Institut. de rerum divisione*. Hæc opinio levis est, quia nec Vlpianus, nec Iurisperites scripserunt esse simpliciter Imperium, vel simpliciter jurisdictionem, sed dixerunt esse mixtum Imperium, servatâ nomine Imperii, tanquam nomine digniori.

Quarta fuit opinio Alciati in *d. l. Imperium num. 167.* qui dixit, non dici ab id mixtum, quod partem capiat ab aliquo, sed ratione similitudinis, quia quoad quid est simile mero Imperio, quoad quid est simile jurisdictioni, sicuti in simili sumitur mixtum in *l. 2. in fine ff. ad l. Aquil.* Non placet hæc opinio, cum verius sit, mixtum Imperium capere partem ex Imperio, & partem ex Iurisdictione. Exemplum est secundum Vlpianum in *d. l. Imperium*, in danda bonorum possessione versatur Imperium mixtum. Nam quatenus agitur de re pecuniaria, ei inest jurisdictione, quatenus verò adest iussus, dum scilicet iubet Prætor illum possidere, ac etiam coercet impediens possidere, versatur Imperium, ut sub loco dicemus.

Impe-

Imperium mixtum multipliciter à nostris diffinitur. Bartolus in *d. l. Imperium nu. 15.* dicit, merum Imperium esse jurisdictionem, quæ officio Iudicis nobili expeditur ad privatam utilitatem. Hanc diffinitionem multis argumentis rejiciunt Lorientus *de jurisd. & Imperio, axio. 27.* Alciatus in *cap. quod sedem nu. 49. de offic. ordin. & lib. 2. paradox. cap. 8.* qui scripsit, mixtum Imperium esse, cui Jurisdictio inest, hoc est, quod consistit in his, quæ neque simplicis jurisdictionis sunt, ut actio, neque Imperii meri, ut accusatio, sed perfectionis *l. pecunia §. actionis, & l. possessaris ff. de verborum signifi.* Cæterum & diffinitionem hanc rectè improbarunt Lorientus *locò præcitato, axio. 28.* Jo: Gilloetus *lib. 2. de jurisd. & Imperio cap. 11.* qui dixit, mixtum Imperium esse, quod cum jurisdictione conjunctum est. Hanc diffinitionem vili sunt probare, & jure quidem Corrasius in *d. l. Imperium nu. 2.* ubi Alciatus *nu. 168.* & Goveanus, idem *Cov. lib. 3. miscell. juris cap. 17. num. 15.* & Robertus Aurelia. *lib. 4. Sententiarum juris cap. 22.* Dicitur Imperium hic conjunctum Jurisdictioni altero de duobus modis, unum dum cohæret *l. 1. §. ult. ff. officio ejus*, idest quia jurisdictione sine illo Imperio exerceri, atque explicari non potest *l. ult. ff. eo. de offic. ejus.* Et ideo jurisd. concessa, illud Imperium trahit *l. 2. ff. de jurisd. omn. Jud.* quod quidem intelligitur pro modo jurisdictionis *l. un. in princ. ff. si quis Jud. non obtemp.* & hoc casu non dicitur Imperium mixtum. Secundò modò dicitur conjunctum, quia Jurisdictio dicitur inesse Imperio, hoc est per quam res adjudicatur, præcedente, tamen causæ cognitione, & jussu ipso, seu coërcitione subsequente. Nec huic interpretationi obstat, quod objicit Carond. *de jurisd. & Imperio nu. 19.* cum ait, dationem bonorum possessionis esse mixti Imperii, ut ait Ulpianus in *d. l. Imperium*, & tamen in ea non versatur coërcitio etiam modica. Nam responderetur imò in danda bonorum possessione versari coërcitionem saltem modicam, in potentia, & habitu, etsi non semper in actu, cum impediens eum, qui possessionem est consecutus, à Prætoribus coërceri possit. Cæteras diffinitiones de industria præterco,

Dubitari hic contingit, apud quos olim fuerit hoc mixtum Imperium, & apud quos nunc sit. Consules olim mixtum Imperium obtinuisse certum est, & inter alios annotavit Govea. in *d. l. Imperium, & l. 2. §. exactis deinde Regibus ff. de origine juris.* Quo loco Pomponius ait, potestatem habuisse Consules coërcendi, & carcerandi. Prætores quoque obtinuisse mixtum Imperium manifestè probat *l. 1. ff. de jurisd. omn. Jud.* Ubi Ulpianus ait, Iusdicentis, hoc est Prætoris juxta *l. si filius qui. de vulg. & pub. subst. esse latissimum*, & in danda bonorum possessione versari. Quæ sanè bonorum possessio mixti Imperii esse ait Ulpianus in *d. l. Imperium*, & in *l. jubere ff. eo: ut suo loco dicemus.* Idem apertius *l. 4. §. si forte ff. de damno infecto*, juncta *d. l. jubere.* Prætores Provinciarum mixtum Imperium exercuisse scripsit idem Goveanus, ubi supra, & manifestè probat *l. 3. l. 4. ff. de offic. Præsidis.* Defensores Civitatum obtinuisse mixtum Imperium affirmavit Bartol. in *d. l. Imperium num. 22. ex §. nulla. in Auth. de Defens. Civit.* quæra tamen textum contrarium probare sensit ibi Accursius in *glos. in verbo, jurisdictione.* Quocirca à Bartolo dissentit Corrasius in *d. l. Imperium nu. 29.* adductus responsò Pauli *l. ea, que ff. ad Municip.* dum Paulus ait, Magistratus Municipales tractare ea non posse, quæ Imperii magis sunt, quam jurisdictionis. Imperii magis esse ea dicimus, quæ mixti Imperii sunt, & tamen inter hos Magistratus Municipales connumerantur Defensores Civitatis. *l. 1. ff. Si quis Iud. non obtemp. & l. ult. C. de jud.* Idem clarè probat textus *l. 4. §. si forte ff. de damno infecto.* Nec dubitationem movet, quod

defensores ii possent modicè castigare *§. audieris in Auth. de Defens. Civit.* nam responderetur ex sententia Corrasii in *d. l. Imperium numer. 29. & in l. Magistratibus ff. de jurisd. omn. Jud.* quod modica hæc castigatio illa est, nec meri Imperii est, nec cohæret jurisdictioni, sed quid aliud ab illis divisum, & quæ causis pecuniariis æquiparatur *l. ultim. ff. de feriis*, & hanc obtinebant Defensores isti.

Nunc apud quos sit mixtum Imperium dubitant Doctores. Una fuit opinio Bartoli in *disto l. Imperium numer. 16.* qui dicit, competere illis, quibus competit, & merum Imperium ex textu in *§. audieris, ubi glos. in Auth. de Defens. Civit.* Et propterea si iis permissæ sunt causæ meri Imperii, quæ majores cæteris sunt, multò magis concessæ videntur causæ mixti Imperii, quæ sunt minores juxta *l. non debet cui ff. de orig. juris.* Verum opinio hæc jure non probatur; Nam dum Justinianus in *d. §. audieris.* loquitur de Defens. Civit. significat, ut dixi supra, apud eum non fuisse causas meri Imperii, & consequenter, ex Bartoli interpretatione, nec mixti. Non etiam repugnat argumentum ex regula *d. l. non debet cui*, quia in materia hac jurisdictionis, & Imperii non procedit *l. solennis §. lairunculatores ff. de jud. & declarant Decius in d. l. non debet numer. 5. vers. 3. reg. & Socin. in l. 1. num. 17. ff. quis, & à quo appell.*

Secunda fuit opinio Vallaschi in *d. l. Imperium numer. 225.* qui scriptum reliquit, mixtum Imperium concedi tantum hodiè minoribus Magistratibus, & propterea *d. l. ea, qua,* solum ait Magistratibus municipalibus non esse concessa ea, quæ magis Imperii sunt, non tamen ex hoc inferitur, quod cæteris omnibus Magistratibus majoribus concessa hæc sint.

Tertia opinio fuit Io. Longovallii in *d. l. Imperium num. 141.* qui dixit, mixtum Imperium esse apud illos Magistratus, qui de causis civilibus cognoscere possunt. Eà usus est ratione, Longovallius, quia regulari jure permissum est Magistratibus suam jurisdictionem tueri, & exercere pœnali etiam præcepto adhibito *l. uni. ff. si quis Jud. non obtemp.* Excipiuntur hic aliqui Magistratus inferiores, quales sunt Defensores Civitatis, seu Duumviri: Nam etsi habent hi jurisdictionem *§. si. Auth. de Defens. Civit.* atamen pœnale hoc præceptum adhibere non possunt,

Nunc disseramus, quæ dicantur mixti Imperii.

Appellationem à lata sententia mixti esse Imperii affirmarunt multi, quos statim referam. Prius observandum est hac in re duos esse actus, qui in causis appellationum solent confici. Unus est ipsius actus appellandi, & admittendi appellationem. Alter est cognitionis, atque ita prosecutionis, diffinitionisque appellationis. Ille primus, qui fit à parte appellante à Sententia contra se lata respectu ipsius appellantis non est nec mixti Imperii, nec jurisdictionis, cum sit actus personæ privatæ. Actus verò qui fit ab ipso Iudice admittente appellationem, non etiam est mixti Imperii, cum nullam contineat coërcitionem, sed simplicis est jurisdictionis, cum solum cognoscat, an admittenda sit, vel non, appellatio, & aliquando eam admittit, aliquando rejicit. Quæ ex re intelligimus, minus rectè sensit Io. Bolognetum in *l. Imperium nu. 101. de jurisd. omn. Iud.* qui existimavit hunc actum esse mixti Imperii, & eo magis opinio hæc rejicienda est, quòd & ipse sensit cum Comensii, de qua statim dicemus, quòd ubi causa principalis est simplicis jurisdictionis, ita quoque ipsa cognitio appellationis, & tamen vult ipse Bolognerus,

absolutè hunc actum admissionis appellationis esse mixti Imperii.

De Secundo actu appellationis dicendum nunc est, nempe an cognitio causæ appellationis sit mixti Imperii, vel jurisdictionis, & quidem dicendum est, quòd si causa appellationis fuit mixti Imperii, ut pura si appellatum est à sententia de danda bonorum possessione, quam cerè scimus esse mixti Imperii *d. l. Imperium verb. mixtum.* ipsa quoque causa appellationis erit mixti Imperii. Ita è contra si causa principalis erit meri Imperii, vel simplicis jurisdictionis, sic etiam erit ipsa causa appellationis. Hanc sententiam, quæ mihi summopere placeat, probarunt Canens. *in l. i. §. solent ff. quando appellat. sit.* & ibidem Angelus, Aretinus, & Castren. *in l. ult. C. de pedan. Ind. Socin. in l. i. num. 89. ff. quis, & à quo appell. Iason. in d. l. Imperium num. 29. in fine, & ibidem prius Caccialupus num. 60. deinde, & Bologn. num. 101. vers. si verò consideratur.* His accedit Præpos. *in rub. extra de appell. Col. 17. nu. 50.* Et id quidem velle eo adducti sunt, quòd appellatio non mutat naturam causæ principalis; Si ergo causa principalis est simplicis jurisdictionis, ita etiam erit ipsa appellatio. Illud antecedens, quod scilicet causa appellationis non mutat naturam causæ principalis probat *l. cum apud ff. iudicatum solvi*, ubi fideiussor, qui promisit in prima instantia, tenetur, & in causa appellationis, si fideiussit pro eo, quod fuisset iudicatum à Iudice primo, & suo successore, ad quod non teneretur, si causa esset diversa. Idem apertius probat *l. i. ff. an per aliud causa appellat.* Quo loci manifestè respondet Ulpianus, quòd causæ appellationis agi possunt per procuratorem quando & in prima instantia per eum tractari potuerunt. Et ibi Angelus scriptum reliquit, quod si causa principalis est summaria, ita quoque summaria est causa appellationis. Et Angelum secutus est Felinus *in cap. cum re. in primo notab. de offic. de leg. Confert l. iun. etis C. de procuratoribus*, ubi Doctores præsertim Iason, col. 2. scribunt, generalem, procuratorem, causæ tenei prosequi appellationem; cum sit eadem causa. Præterea & secundò accedit, quod magistratus municipales non possunt exercere ea quæ mixti Imperii sunt *l. 4. §. si forte ff. de damno infecto, & l. ea que ff. ad municip.* & tamen ii magistratus municipales possunt cognoscere causas appellationum, cum appellatum fuit à sententiis Iudicum à se datorum *l. i. & l. ult. ff. quis, & à quo appell.* quæ jura locum etiam habent in magistratibus municipalibus, cum generaliter loquantur, ut magistratus illi appellentur, qui Iudices dederunt, vel jurisdictionem mandarunt. Id quod convenit municipalibus. Nec repugnant rationes, & argumenta eorum, qui opinati sunt, causas appellationis esse semper mixti Imperii. Quæ sanè in opinione fuerunt Bartolus *in l. i. §. solent col. i. ff. quando appell. sit.* Angelus *in l. i. §. quia in fine ff. de jurisdictione omn. Iud. Alex. in l. Imperium num. 33. cod. titulo.* qui ejusdem opinionis recenset Baldum *in rub. extra de offic. deleg.* Et hanc quoque probavit Purpur. *in d. l. Imperium num. 308.*

Primò ea ratione moti sunt, quia hæ causæ expediuntur officio Iudicis nobili ad privatam utilitatem, id quod convenit mixto Imperio secundum diffinitionem mixti Imperii à Bartolo traditam, quæ sanè ratio non urget, cum ut jam sæpius diximus, illa diffinitio tradita à Bartolo vera non sit.

Secundò adducitur ratio, quòd causæ appellationis jure civili inspecto delegari non possunt. Ita *glos. in l. eas. C. de appellat.* Et secundum jus Pontificum delegari possunt, ut inquit *glos. in dict. cap. super questionum §. intentionis de officio deleg.* Ergo causæ appellationis sunt mixti Imperii, quòd delegari non possunt. Verum respondent aliqui, imò causas appellationis posse delegari etiam secundum jus ipsum Cæsareum. *auth. ad hæc C. de iudiciis secundum glosa interpretationem*, cum ait, Iudicem appellationis posse quidem totam ipsam causam

appellationis delegare, partem verò illius non, & ibi aliqui eam recipiunt. Quæ interpretatio mihi non placet. Idem etiam probatur *in l. precipimus §. huic saluberrime, C. de appellat.* ubi constitutum est, quòd causæ appellationis devolvantur ad Præfectum Prætoris, qui alii Iudicibus cognoscendas delegare potest. Nec dicendum est *d. §. huic saluberrime.* Loqui in Principe, quasi quod in inferioribus magistratibus diversum sit, nam respondet, quod ex quo non apparet, Principem specialiter id ex sua persona tanquam Princeps esset, dicitur voluisse uti jure communi ordinario juxta *l. digna vox C. de legibus.* Et propterea cum hoc sit clarum jure Pontificio *cap. interposita §. ille de appell.* Idem est dicendum in jure Cæsareo, cum in dubis lex civilis non dedignetur imitari sacros Canones. *cap. i. de oper. nov. nunciat.*

Tertiò affertur argumentatio hæc. Restitutio in integrum, & appellatio æquiparantur. *l. Præfecti ff. de minoribus;* Atqui restitutio mixti est Imperii *l. ea que ff. ad municip.* Ergo, & appellatio est mixti Imperii. Cæterum facile respondetur, quod etsi appellatio, & restitutio à pari procedant in aliquibus *l. Præfecti §.* Non tamen in omnibus facta est æquiparatio, ita quod tumi debeat argumentum ab uno ad aliud juxta tradita ab omnibus *in cap. transiato de Constit. ubi Decius; & tradunt Alexand. in l. si quis maior num. 10. C. de transact. & Iason. in l. 2. nu. 19. ff. de iur. iuran.* Concedimus, itaque appellationem à pari procedere cum restitutione quo ad effectum impediendi iudicatum *d. l. Præfecti, & l. i. C. si adversus rem. iud.* Quomodo etiam dicimus de supplicatione, quæ iudicatum suspendit, & rescindit, sicuti ipsa appellatio *Auth. qua supplicatio C. de precibus Imper. offerendis.* Non tamen hinc sequitur appellationis cognitionem mixti esse Imperii, & fortè sunt restitutio, & supplicatio, de quibus suis locis dicemus.

Quartò, & ultimò adduci solet hæc ratio quòd quando lata est sententia, etsi causæ sui natura est jurisdictionis, attamen sumit postea auctoritatem sententiæ, de cuius correctione deinde agitur, quæ sanè correctio ad eò est in consideratione, ut ob illam non possit appellari, nisi superior *l. precipimus C. de appellat. & §. ult. in Auth. de appellat.* Verum facile respondetur, quod etsi in appellatione tractatur de correctione sententiæ, non tamen mutatur natura ipsius causæ principalis, ut demonstravimus.

Diffiniri hîc etiam potest, & illa juris quæstio, quæ huic nostræ affinis est, an causæ nullitatis sententiarum sint mixti Imperii, vel jurisdictionis, & esse mixti Imperii scripserunt multi commemorati à Iasone *in dict. l. Imperium num. 30.* & ibidem Purpur. *num. 309.* & Bologn. *nu. 102.* qui asseruit hanc esse receptam opinionem. Ego existimo, ut paucis dicam, quod sentio, verior em esse opinionem illam, quam sentit Iason. *in d. l. Imperium n. 30. in fine,* cum dixit, esse distinguendum, ut dictum fuit supra, de causis appellationum, hoc est, quòd si causa principalis est mixti Imperii, ita etiam mixti Imperii erit causa nullitatis. Si verò causa principalis est jurisdictionis, ita etiam jurisdictionis erit causa nullitatis. Ea est solida hujus sententiæ ratio, quòd nullitas à pari procedit cum ipsa appellatione, imò dicitur quædam appellatio, nam in appellatione inest quodammodo nullitas *leg. quadam mulier ff. famil. ercisc. & l. Cornelia pia ff. de iur. patr. & tradunt Alex. in l. 4. §. condemnatum col. 3. nu. 14. ff. de re iudicata, & ibidem Ripa nu. 26.* cum dicunt nullitatis exceptionem ita impedire executionem sententiæ, sicuti impedit appellatio. Hinc fuit, quod sicuti attemptata, appellatione pendente, revocantur *toto tit. ff. nihil pendens. appellat. Novari.* Ita etiam revocantur æventura, pendente causâ nullitatis, ut scribunt Bartolus *in l. i. col. 2. C. de bonorum possessione secund. tab. & ibidem Iason nu. 1.* hinc Abbas *in cap. delicto num. 1. de appellat. & ibidem Francus num. 21. & apertius Baldus in l. ab executione*

num. 13. C. *quest. appell. non recip. quem secutus est Aretinus* *cons. 75. col. ult. ver. praterea.* scripserunt nullitatem dici, & nominari posse appellationem. Idem sensit Bartolus *in l. 1. num. 11. cap. quando provocat: non est necesse.* Quemadmodum ergo appellatio non mutat, ut diximus supra naturam causæ principalis, ita neq̄ ipsa nullitas.

II. Revisionem, recognitionemque sententiæ per supplicationem ad Principem esse mixti Imperii scribunt Bartolus *in dict. l. Imperium num. 18.* & alii commemorati, ac secuti à Curtio juniori *num. 107.* Vallasco *num. 229.* Purpur. *num. 301.* Alciato *nu. 198.* & eandem opinionem probavit ibidem Caccialupus *nu. 54.* Ea ratione ii adducti sunt, quod soli Principi conceditur recognoscere sententiam è supplicatione. *Auth. qua supplicatio C. de precibus Principi offerendis.* Imò nec Præfectus Prætorius; tamen si supremum obtineat magistratum, recognoscit sententiam ex supplicatione, ne contingat, eum esse Iudicem suæ causæ adversus *rex. l. qui iurisdict. ff. de iurisdict. omn. Iud. § l. 1. C. ne quis in sua causa sibi ius dicat.* Libellus quidem supplicationis porrigitur Præfecto Prætorio, ne à se latam, vel ab alio sententiam executioni mandet; sed cognitio ipsa à solo Principe fit *l. 1. C. de sententiis Præfect. Prætor.* Sic etiam intelligendus est textus *l. si quis adversus C. de precibus Imper. offerendis,* & idè *in dict. qua supplicatio.* Solùm agitur de libello offerendo ipsi Præfecto Prætorio, sicuti etiam ejus Consiliariis, seu Assessoribus afferri potest, ut ibi scriptum est, apertius *in Novella 119.* ut donatio propter nuptias §. *aliud ad hac,* ex qua desumpta fuit *dict. Auth. qua supplicatio.*

Verum ratio hæc non concludit, cum non sit bona consequentia, cognitio sententiæ ex supplicatione est, reservata Principi, ergo est mixti Imperii. Nam videmus legis condendæ facultatem esse Principi reservatam *l. ult. C. de legib. & tamen non est mixti Imperii, vel solius potestatis, ut dicemus infra in subsequenti capite.*

Secunda est opinio, recognitionem hanc simplicis esse jurisdictionis, quam quidem defendi fortè ea ratione posse scripsit Alciatus *dict. l. Imperium num. 198.* quòd sicuti appellatio succedit loco causæ principalis, & illius naturam non mutat *l. cum apud ff. judicat. solvi, § l. 1. ff. an per alium causa appellat. redd. poss.* Ita etiam supplicatio quæ appellationis loco subrogatur *dict. l. si quis adversus C. de precibus Imperatoris offerendis.* Cum autem subrogatum sapiat naturam ejus, cujus loco subrogatum. *l. cum qui §. qui iniuriarum ff. si quis cautio.* Dicendum est recognitionem esse ejusdem naturæ cujus fuit causa appellationis; atqui causa appellationis esse potest simplicis jurisdictionis, ergo, & cognitio hæc est simplicis jurisdictionis. Verum respondet Alciatus præcitato in loco, in hac jurisdictionum materia, & tractatione non semper subrogatum sapere naturam ejus, cujus loco facta est subrogatio, ut docuit Abbas *in cap. super questionum §. si verò de offic. deleg. & illo textu, & post Alciatum in cap. quia v. num. 6. de judiciis, & scripsi in commentariis de arbitrariis Iudicium lib. 1. q. 54. num. 32.* Præterea responderi potest argumentum non concludere, causam reductionis esse simplicis jurisdictionis, sed vel jurisdictionis, vel mixti Imperii, vel etiam meri, sicuti est ipsa causa principalis, quemadmodum de ipsa appellatione diximus.

Tertia est opinio, quam præter alios in medium profero, ut distinguamus duos casus, sicuti duo sunt actus in ipsa recognitione ex supplicatione. Primus est actus, atque ita casus, quando ipse Princeps recepto libello supplici admittit, atque ita concedit revisionem, recognitionemque sententiæ. Hic actus non est nec jurisdictionis, nec Imperii, sed potestatis, cum sit gratia quædam, & liberalitas Principis, & quid ipsi Principi tum permissum *dict. l. 1. Cad. de senten.* Secundus est

actus ipsiusmet revisionis, & recognitionis: hic actus est vel jurisdictionis, vel mixti Imperii, sicuti est ipsa causa principalis. Ea est ratio, quia etsi in multis hæc cognitio, seu revisio quantum ad suos effectus à principio initii differt ab appellatione, ut declarat *laton in dict. l. si quis adversus C. de precibus Imper. offerendis,* & alii à me commemorati *lib. 1. de arbitrariis Iud. quest. 70 num. 23.* ut est illa sententia, quod appellatio suspendit executionem sententiæ; recursus verò, seu revisio non suspendit, attamen quantum sit ad ipsius recognitionis processum, & similia, illa revisio, cognitioque regulatur secundum terminos appellationis, ut tradit *glos. in dict. l. 1. C. d. senten. Præfect. Prætor.* quam singularem dixerunt *Martilius singulari 88. statutum &c.* & alii à me relati *in d. l. quest. 70. num. 27.* Non enim revisio immutat naturam ipsius causæ principalis, sed solum efficit, ut hic revisor de ea cognoscat, & judicet, sicuti cognoscere & judicare debuit ille primus vel secundus Iudex. Quemadmodum ergo appellatio est mixti Imperii, vel jurisdictionis, quando causa principalis ita fuit, sic & hæc ipsa cognitio ex supplicatione.

III. Restitutionem in integrum esse mixti Imperii affirmant Bart. *in dict. l. Imperium num. 19. de iurisdict. omn. Iud.* Decius *num. 56.* Curtius junior *num. 109.* Sapia *num. 51.* Vallascus *num. 230.* Corrasius *num. 30* & Bologninus *num. 96.* Idem scripsit Loricus *de Imperio & jurisdictione axio. 29. in fine,* & horum sententia quæ mihi pariter placet satis clarè probatur textu *l. ea que, in fine ff. de municip. quo loci respondet Paulus magistr. municipales non posse facere ea, quæ sunt magis Imperii, quam jurisdictionis, atque ita, quæ mixti Imperii sunt, sicuti Interpretes penè omnes exponunt.* Affert exemplum *Vlpianus,* ut restituere in integrum. Et fortè ea est ratio, quod restitutio hæc non conceditur, nisi causâ cognita *l. in causa l. 1. §. causa cognita ff. de minor.* Ea autem quæ causæ cognitionem desiderant, magistratibus municipalibus concessa non sunt, sed Prætori reservantur *l. 4. §. si fortè ff. de damno infecto.* H. uc Iuriconsultus in *l. nuncunque ff. de regulis juris* respondit, quod ubicunque causæ cognitio requiritur, ibi Prætor desideratur. Et *Vlpianus in l. 4. §. causa cognita ff. de bonorum possess. & in l. 2. §. dies ff. quis ordo in bonorum possess. servetur,* respondit ea, quæ causæ cognitionem postulant, Prætozem pro Tribunali cognoscere. Nec obstat consideratio *Longavallii in d. l. Imperium num. 126.* cum dixit *in d. l. ea que* adferri exemplum illud restitutionis in integrum pro exemplo mixti Imperii, sed veluti quid magistratui principali minime competens. Nec finis illius responsi cohæret principio, ut principium cum ipso fine jungatur, sed sunt separata, cum interposita sit clausula complectens multa, quæ ad magistratum municipale non pertinent. Non inquam repugnat hæc consideratio, quandoquidem finis pendet à capite, & illi omnino cohæret; Nam posteaquam Paulus generalem quandam sententiã proposuit, qua dixit magistratibus municipalibus concessa non esse ea, quæ sunt magis Imperii, quam jurisdictionis, subjunxit, declarando, quæ ea essent, quæ his magistratibus permessa non sunt. Quam declarationem si non subjunxisset, obscuram, & confusam omnino reliquisset generalem illam sententiã.

Contrariam opinionem, quòd restitutio in integrum non sit mixti Imperii, sed potius jurisdictionis probavit *Longavallius in dict. l. Imperium num. 128.*

Primò ea ratione, quòd mixti Imperii causæ modicam in se habent coercionem *l. 2. §. ult. & l. ult. ff. de officio ejus, cui mandata est jurisdictionis.* Atqui in concedenda restitutione nulla intercedit coercitio, cum amissa tantum actio restituatur, *l. ult. C. ex quibus causis maior in integrum restitui.* Ergo restitutio hæc non est mixti Imperii, sed simplicis jurisdictionis. Verum satisfacit *Loricus in dict. §. axio. 24. in fine,* dum dicit fieri posse, quòd mixti sit Imperii; & tamen nulla adsit coercitio,

cum Imperium coercionem non significet *l. quod iustus ff. de re jud. & modica coercitio*, ait ille, mixtum Imperium non est, sed Imperii species *l. jubere cavere de iurisdictione omnium Iudicum*. Quæ sanè consideratio recipienda non est, cum verò Imperium in coercionem positum sit in *l. soles ff. de officio Procons. & l. 1. Imperium ff. de iurisd. omn. Iud.* & diximus suo loco. Rectius fortè dici potest, imò in hac integritate restitutione, coercionem considerari posse, cum coercionem opus sit, quando minor sua possessione privatus restituitur, invito, & reluctante possessore, qui de possessione non vult recedere juxta *dist. l. ea qua in ultimis verbis ff. ad municipalem*. Id quod senserunt, & Curtius junior in *dist. l. Imperium num. 109. & Bologn. num. 96.*

Secundò solet perpendi *lex in l. causa la. 2. §. ult. ff. de minoribus*, quo in loco respondit Ulpianus, Præfectum Urbi, & cæteros magistratus pro sua iurisdictione in integrum restituere. Verum responderetur, illa verba, pro sua iurisd. debere exponi, idest, pro sua potestate, quemadmodum diximus supra, *cap. 1. sumi in l. 3. in princ. ff. de postulan. in l. 3. §. etsi fortè ff. iudicatum solvi, & in §. sed hoc jure in Instit. de Astisano tuere*, quibus in locis scriptum est magistratus pro sua iurisdictione dare tutores. Accipitur, ibi, Iurisdicatio pro potestate. Præterea & secundò interpretari possunt hæc verba, pro sua iurisdictione, ut referantur ad eos, quibus conceditur restitutio, & contra quos datur, ut sit sensus, magistratus restitutionem concedere illis, & contra illos, qui sub sua iurisdictione sunt; Non autem aliis, vel contra alios.

Tertiò fulciri videtur hæc opinio Constitutione illa *l. ult. in fine C. ubi, & apud quos in integrum restituit. agit. sit*, ubi causa restitutionis in integrum potest delegari, quod alioqui permissum non esset si mixti esset Imperii, cum illa delegari nequeant. Et rursus diffinit eo loci Iustinianus, restitutionem hanc posse peti apud quoscunque Iudices, & ibi excipiuntur Arbitri, & reliqui, qui solà notionem habent. Est ergo restitutio hæc Iurisdictionis simplicis, alioqui non omnis Iudex eam concedere posset. Cæterum dici potest falsum videri, quod dictum est, meri Imperii causas delegari non posse; Verius enim creditur posse, sicuti docuit Longavallius in *d. l. Imperium n. 146. & dicemus suo loco*. Non etiam obstat, iurisdictionem posse peti apud quoscunque Iudices, quia responderetur, intelligi de Iudicibus, qui iurisdictionem obtinent, quæ quidem iurisdicatio intelligitur latè sumpto vocabulo, ut significet mixtum Imperium, ut conveniat cum *dist. l. ea qua in fine ff. ad municip.*

Quartò, & ultimò assertur textus *cap. causa de in integrum restit.* quo loco manifestè scriptum est causam restitutionis in integrum coram Delegatis tractari posse, sive delegatio specialis, sive generalis facta fuerit. Est ergo restitutio hæc simplicis iurisdictionis, alioqui delegari non potuisset. Respondit Longavallius in *leg. Imperium num. 130.* Pontificem maximum eo in loco errasse, cum dixit, causas restitutionis in integrum posse tractari coram Delegatis. Est sanè error, cum repugnet *dist. l. ea qua*, & alia supra commemorata. Et error iste improbat ex eo, quod eodem in loco dixit Pontifex, Arbitros posse in integrum restituere, cum tamen hoc omnino falsum sit. *l. ult. C. ubi, & apud quos in integrum restit. petit deb.* Et hoc mirum videri non debet. Nam & in his profanis aliàs sæpe errasse Pontifices in eorum Constitutionibus scriptum reliquit Doctissimus Alciatus in *l. 2. disput. juris cap. 23. & 24.* Verum hæc Longavallii consideratio recipienda non est, cum non ita facile affirmare debeamus, Pontificem errasse. Quid enim prohibet, quin dicere possimus, errasse potius Iuriconsultum & ipsum Iustinianum, nam & aliàs eos esse deceptos perspicimus, sicuti Iuriconsultorum aliquot errores detexerunt Accursius in *l. filiusfamil. §. Divi. de leg. 1.* Baldus in *l. ult. §. sed eum in secundum in fine C. de furtis*, & copiosè Tiraquell. in *tractatu de nobilitate cap. 30. num. 535.*

Gomez. in *§. fuerat col. 1. in Instit. de actio.* Et rectè ut itaque dici potest, verum non esse, quod statuerit Pontifex in *dist. cap. causa.* restitutionem in integrum posse tractari coram Delegatis, quandoquidem jure ipso Pontificio clarum est, causas mixti Imperii sine controversia delegari posse *cap. ult. de officio ordin. & cap. licet de off. Vicarii. in 6.* ac dicemus infra suo loco.

IV. Mittere in possessionem ex secundo decreto esse mixti Imperii, scripserunt Bart. in *l. Imperium num. 19. de iurisd. omn. Iud.* & ibid. Decius *num. 55. Purpur. num. 313. Longavallius num. 120. Corrasius num. 30. & Bologn. num. 96.* Idem affirmarunt Decius in *l. jubere, num. 3. & ibidem Corrasius in fine & Eguinarius Bato in commentariis de iurisd. pag. 42.* Et ii quidem adducti sunt primo responso illo Pauli in *l. ea qua ff. ad municip.* cujus verba hæc sunt. *Ea qua magis Imperii sunt, quam iurisdictionis, magistratus municipalis facere non potest, magistratibus municipalibus non permittitur in integrum restituere, aut bona rei servanda causa jubere possidere &c.* Ecce ergo quod mittere in possessionem est magis Imperii, sicque mixti, quam iurisdictionis. Verum respondet Decius in *dist. l. Imperium num. 56.* dictam *l. ea qua* non loqui de missione in possessionem ex secundo decreto, cum ibi agatur de missione in possessionem causa rei servandæ, quæ summariam causæ cognitionem exigit, & ob id potest delegari *l. 4. §. ut bonorum ff. de officio ejus.* Quæ sanè consideratio, si vera est, magis confirmat argumentationem. Nam si missio illa in possessionem, quæ causa rei servandæ conceditur, mixti est Imperii *dist. l. ea qua.* secundum Decii explanationem, multò magis mixti esse debet Imperii illa missio, quæ fit ex secundo decreto, cum possessio vera, imò & dominium aliquando transferratur, ut declaravit Bartolus, & reliqui in *l. si finita §. Iulianus ff. de damno infecto*, & declaravi in *commentariis de arbitrariis Iudicum lib. 2. casu 8.*

Secundò assertur textus in *l. jubere cavere ff. de iurisd. omnium Iudicum*, cum respondit Ulpianus, jubere cavere, & in possessionem mittere Imperii magis esse, quam Iurisdictionis. Hic textus à fortiori probare videtur hanc opinionem. Nam loquitur de missione in possessionem ex primo decreto, siquid inquit, *jubere cavere, & in possessionem mittere.* Mittere in possessionem est ex primo decreto. Jubere verò possidere est ex secundo *l. si finita §. autè §. non autem statim §. si quis autem, & §. sequen. & §. si de vecligalibus ff. de damno infecto.* Quibus in locis Ulpianus differentiam constituit inter mittere in possessionem, & jubere possidere; Nam mittere in possessionem dicitur Prætor, cum primum decretum interponit; jubet verò possidere, quando secundum decretum adhibet, quemadmodum illis in locis glos. exponit. Et missus in possessionem non efficitur Dominus, nec possessor, jussus verò possidere dominus verè, & possessor efficitur. Si ergo missio in possessionem ex primo decreto est mixti Imperii, multò magis in illa missio ex secundo decreto est mixti Imperii.

Tertiò assertur textus in *l. 4. §. si forte ff. de damno infecto*, ubi si daretur, idest differatur, non caveri ab eo, qui cavere jussus est à solo Prætorè, vel Præsidente; non autem à Duumviris, actor in possessionem mittitur, causâ cognitâ. Hoc intelligitur, cum de secundo decreto agitur. Et *d. §. si forte* loqui de secundo probatur, quia Dominus ille de sua possessione decedit. Id quod contingit in secundo decreto *l. si finita §. si quis forte cum §. sequenti ff. eod. de damno infecto.* Cum ergo solus Prætor mittat in possessionem ex secundo decreto, dicitur illa missio mixti Imperii, alioqui à cæteris municipalibus, idest Duumviris qui iurisdictionem obtinent. *l. 1. ff. si quis Iud. non obtem.* fieri posset.

Secunda fuit opinio Antonii Goveani in *dist. l. jubere de iurisd. omn. Iud. & in lib. 1. de iurisd. pag. 10.* mittere in possessionem esse simplicis iurisdictionis. Et motus est Goveanus

Goveanus *tex. l. 1. ff. de damno infecto* ubi cum res damni infecti claritatem desiderat, & periculosa dilatio Prætori videtur, Prætor missionem ipsam in possessionem alteri delegat. Est ergo missio hæc jurisdictionis, alioquin non posset delegare. Nam responderetur, textum illum contrarium potius probare, dum vult Prætozem ex causa tantum, nempe ob celeritatem, delegare posse missionem in possessionem, quod arguit esse mixti Imperii, alioquin si simplicis esset jurisdictionis, liberè posset delegari. Et dum ibi dicitur, Prætozem reservare jurisdictionem, sumitur ibi jurisdictio latè pro ipso Imperio mixto; sicuti etiam summitur *in l. Prætor §. ait §. de eo opere ff. eod. de damno infecto*.

Tertia fuit opinio Roberti Aureliani *in lib. 4. sententiarum juris cap. 22.* qui dicit mittere in possessionem ex secundo decreto non esse Imperii mixti, nec Jurisdictionis, sed decreti, quo quidem in decreto aliquod extat Imperium instar animadversionis, quæ in gladio posita est *l. solet de officio Procons. & l. Imperium de jurisd. omnium Judicum*, & ob id dicitur Imperii magis esse, quam jurisdictionis. Cæterum opinio hæc jure non probatur, non etiam apud Jurisconsultos, vel bonos auctores scriptum legi decretum esse quartum genus potestatis, ut sit species distincta à Jurisdictione, & Imperio, imò aliquando pro ipsa jurisdictione sumitur, *in l. Prætor ait §. de eo opere ff. de damno infecto*, ubi Jurisconsultus jurisdictionem appellat decretum, atque ita his omnibus abutitur.

V. mittere in possessionem ex constitutione *l. ult. C. de edicto Divi Adriani tollendo*, esse mixti Imperii scripsi *in commentariis de adipiscenda possessione remedio 4. qu. 53.* quando nullus extat contradictor, qui impedire velio hæredem scriptum in testamento mitti in possessionem. Hujus opinionis retulit Bart. *in d. l. ult. num. 13.* Jañonem *num. 16.* Decium *num. 31.* & Curtium juniorem *num. 58.* & alios qui eâ usi sunt ratione, quod missio hæc in possessionem expeditur officio Judicis nobili ad privatam utilitatem, ergo mixti est Imperii juxta definitionem traditam mixti Imperii à Bartolo *in d. l. Imperium*. Verum ratio hæc non est satis solida, quandoquidem illa definitio tradita à Bartolo rejicitur à reliquis penè omnibus, sicuti suo loco diximus. Rectius itaque dici potest, quod hæredem missum in possessionem ex remedio illius *l. ultima* verè possessorem effici, sicuti tradunt omnes *in dict. l. ult.* sed jubere possidere mixti est Imperii *l. jubere de jurisd. omnium Judicum*, ergo missio hæc mixti Imperii est. Ita diximus superiori quæstione de missione in possessionem ex secundo decreto. Quando verò extat contradictor, qui impedire nititur, hæredem mitti in possessionem ex remedio *dict. l. ult.* non videtur esse mixti Imperii, quandoquidem à quolibet magistratu municipali fieri posse creditur. Ita Bartolus *in d. l. ult. num. 13.* & ibidem Jacobinus à Sancto Georgio *num. 22.* Ea ratione moti sunt, quod missio hæc jure actionis, non autem officio Judicis nobili conceditur, ob id mixti Imperii non est, sed jurisdictionis. Nimirum si possunt magistratus municipales hanc missionem facere *l. ea qua ff. ad municip.* Hanc rationem rejiciunt Covat. *in d. l. ult. num. 10.* Ricard. *num. 274.* quia recepta magis est sententia adversus Bartolum missionem hanc existente contradictore concedi officio Judicis nobili. Cæterum sive Bartoli, sive aliorum rationem probamus. Non inde sequitur, quod missio hæc in possessionem sit Jurisdictionis, vel mixti Imperii, sicuti ex jam explicatis facile est intelligere. Secunda ratione usus est Ricardus *in d. l. ult. num. 274.* missionem hanc celeritatem desiderare, ut scriptum est *in d. l. ultima, & in l. ult. ff. de appellat. recip. & in l. quisquis C. quorum appell. non recip.* Illa autem quæ requirunt celeritatem, à magistratibus municipalibus expediti possunt *l. 1. ff. de damno infecto*, & tradit post alios Decius *in l. jubere num. 14. ff. de jurisd. omn. Jud.* Verum nec ratio hæc concludit, nam si vera esset

idem dicendum foret ex superiore casu. Rectius forte dici potest, hanc missionem in possessionem existente aliquo contradictore, esse mixti Imperii, cum hic exercere magis possit Imperium quam superiore casu. Hic extat, quem coercere possit Prætor, superiore verò casu non. Et propterea missio hæc in possessionem dicitur debere esse magis mixti Imperii, quam illa, de qua in superiori casu diximus.

VI. Bonorum possessionem dare mixti esse Imperii scribunt multi. Existimo distinguendum esse duos casus secundum duo tempora, antiquum scilicet, & novum, quibus diversimodè dari consuevit bonorum possessio. Antiquus bonorum possessio solemniter ex decreto Prætoris peti, & dari consuevit juxta *l. ventre ff. de acquirend. hered. l. si duobus §. ult. ff. de bonorum possessione contra tab. & l. ultima §. sequitur C. de veter. Jur. enuc.* & post alios scribit Decius *in l. ult. num. 5. cap. qui admittit.* Hodie verò non requiritur decretum, vel alia solemnitas in petenda, & decernenda hac bonorum possessione, sicuti crebrius nostri affirmarunt teste Decio *in d. l. ult. num. 4. C. qui admittit*, & novam hanc defendunt opinionem Petrus Stella Aurelianensis *in repe. leg. nec quidquam §. ubi decretum num. 28. de officio Procons. & leg. & Bellonus lib. 4. supp. juris cap. 1.* et si dissentiant multi, inter quos Alciatus *in l. 1. num. 22. ff. de jurisd. omn. Jud. & lib. 2. parad. c. 13.*

Primus itaque est casus, quando consideratur datio bonorum possessionis secundum tempus antiquum, quo tempore, ut diximus, requireretur solemnitas decreti. Hoc casu recepta est Doctorum opinio, dare bonorum possessionem esse mixti Imperii. Ita Bart. *in d. l. Imperium num. 20.* ut cum ibi declarat Vallaſcus *num. 231.* & communem testatur ibidem Alciatus *num. 25.* Eguinarus Baro *in dict. l. Imperium, & ibidem Corraſius num. 27.* Duarenus *lib. 1. descript. annivers. cap. 53.* & Charondas, *de jurisd. & Imperio num. 22.* Primò sic respondit Vlpianus *in l. Imperium ff. de jurisd. omn. Jud.* dum dixit, mixtum Imperium esse, cui jurisdictio inest, quod in danda bonorum possessione consistit. Nec hic repugnat lectio Goveani, qui existimavit, ita esse legendum, mixtum Imperium est, cui jurisdictio inest: deinde inceptive subjungit Vlpianus, quod in danda bonorum possessione consistit, jurisdictio est; nam huic lectioni repugnant Codices omnes in quibus legitur, mixtum Imperium est, cui jurisdictio inest, quod in danda bonorum possessione consistit. Præterea si Goveani interpretatio probaretur, supplenda essent reliqua verba; Esset enim opus ista supplere, & legere: Mixtum Imperium est, cui jurisdictio inest, quod in danda bonorum possessione consistit, jurisdictio est, est etiam Judicis dandi licentia. Esset itaque opus supplere duo illa verba, *est etiam*, quæ tamen suppletio nisi magna ex causa admititur, sicuti tradunt Imola *in l. 1. §. sin autem ff. de hered. Insti. & Ripa in rub. ff. ad Trebell. num. 1.*

Secundò idem Vlpianus *in l. nec quidquam, §. ubi decretum ff. de officio Procons. & l. secundum* interpretationem gloſæ, ibi responder. Sanè illo in loco Vlpianus, quod ea, quæ requirunt decretum, Proconsulem per libellum expedire non posse. Per libellum, idest, per rescriptum delegationis exponit ibi Accursius, & cum eo alii multi. Non ergo causa bonorum possessionis potest delegari, & per consequens est mixti Imperii. Verum ut ingenue dicam quid sentio, non placet hæc interpretatio, sicut eam rejiciunt, & rectè Alciatus *lib. 2. parad. cap. 3.* & Petrus Stella, ac idem Alciatus *in d. §. ubi decretum*, & Vacconius *lib. 6. declarat. juris cap. 232.* apud eos.

Tertiò sententiam hanc rectius probat *l. 4. §. ut bonorum ff. de officio ejus l. jubere cavere ff. de jurisd. omn. Jud. & l. ea qua ff. ad muni.* In eo §. ut bonorum, Jurisconsultus à pari voluit procedere, dare bonorum possessionem, mittere in possessionem, jubere cavere. Atqui jubere

Iubere cavere, & in possessionem mittere mixti sunt Imperii, *d. l. ea qua*, ergo dare bonorum possessionem mixti Imperii est.

Quartò suffragatur *l. 4. §. si forte ff. de damno infecto, juncta l. 3. §. si causa cognita ff. de bonorum possess.* cum aliquod expediendum est, causâ cognitâ, ut est iubere possidere, id Prætori reservatur; nec permissum illud est Duumviris, atque illis magistratibus, qui Jurisdictionem aliquam obtinent. Atqui bonorum possessio, non nisi causâ cognitâ concedi olim consuevit *in d. l. 3. §. si causa cognita*, ergo dare bonorum possessionem est mixti Imperii, alioqui eam Duumviri, non adhiberâ causæ cognitione concedere potuissent.

Nunc superest, ut diluamus, atque confutemus argumenta eorum, qui opinati sunt dare bonorum possessionem esse solius jurisdictionis. Qua quidem in opinione fuerunt Longavallius *in d. l. Imperium num. 132.* & Govea *in l. iubere cavere*.

Primò moti ii sunt responso illo Vlpiani *in d. l. Imperium* secundum lectionem Goveani. Verum abundè satis demonstratum fuit supra lectionem illam recipiendam non esse.

Secundò affertur *l. 4. ut possessio bonor. ff. de officio ejus, cui &c.* quo loci respondit idem Vlpianus, potestatem hanc dandi bonorum possessionem mandari, atque ita delegari posse. Est ergo solius jurisdictionis, quia si mixti esset Imperii, delegari non posset. Cæterum responderetur, imò causas mixti Imperii posse delegari ex multorum sententia, sicuti suo loco dicemus. Et satis clarè hoc probat *d. §. ut possessio*.

Tertiò adducitur hæc argumentatio, quod in mixto Imperio versatur coercitio aliqua *d. l. 1. §. ult. & l. ult. ff. de officio ejus*. Atqui in danda bonorum possessione nulla fit coercitio, ergo dare bonorum possessionem, non est mixti Imperii. Verum responderetur imò in danda bonorum possessione considerari coercionem, in habitu saltem, & potentia, quando scilicet adversarius impedire vellet ipsius possessionis restitutionem, vel executionem.

Secundus est casus, quando consideratur bonorum possessio secundum tempus novum, quo non requiritur solemnitas, & decretum, ut olim. Hoc sanè casu existimo veriore opinionem, qui existimarunt hanc bonorum possessionem esse solius jurisdictionis, qua quidem in opinione fuerunt Vallascus *in dist. l. Imperium numer. 231.* & Bellonus *lib. 4. supplet. juris cap. 3. in fine*.

Primò adducitur *l. ult. C. qui admitti*, quo loci constitutum à Constantino, bonorum possessionem agnosci, petique posse apud quoscunque Judices & etiam apud Duumviros. Atqui Duumviri sunt magistratus municipales inferiores qui mixti Imperii causas diffinire non possunt juxta *l. ea que ff. ad municip.* & declarant Corraus, & Goveanus *in dist. l. magistratibus ff. de jurisd. omn. Iud.* & Cujacius *in l. Duumvirum C. de Decurionibus lib. 10.* & probatur *l. 4. §. si forte ff. de damno infecto*, ubi Duumviris permissa non sunt ea, quæ causæ cognitionem desiderant, atque ita quæ mixti sunt Imperii, ut explicavi supra. Quibus intelligimus, verum non esse, quod ad rem hanc scripsit Alciatus *in l. 1. num. 26. ff. de jurisd. omn. Iud.* cum dixit, hos Duumviros non esse magistratus municipales, sed majores. Et Alciati traditio confutatur etiam *ex l. 1. ff. si quis Iud. non obtemp.* qua probatur, hos Duumviros obtinere solam jurisdictionem simplicem, quam nec pænali præcepto possunt tueri. Et rursus *in ea l. ult. C. qui admitt.* constitutum est, bonorum possessionem peti, cognoscique posse coram quibuscumque Judicibus. Est autem certum, non omnes Judices posse ea, quæ mixti Imperii sunt. Nec obstat, si dicatur, intelligi de-

bere de quibuscumque Judicibus habilibus, quem admodum diximus, verba universaliter restringi de habilitate *l. ut gradatim §. 1. ff. de muner. & honor.* nam responderetur, imò non posse restringi, ex quo aperte exprimit etiam apud Duumviros peti, & agnosci posse bonorum possessionem, significans permissum, hoc est apud Judices quoscunque inferiores, & alioqui verba illa, quoscunque essent supervacanea. Hæc sola argumentatio visa est mihi solida, qua opinio hæc defendi possit, reliquæ quæ à Vallasco considerantur, leves sunt.

Nec obstant nunc rationes, & argumenta eorum, qui opinati sunt hoc in casu bonorum possessionem esse mixti Imperii, cum scilicet à Prætore petitur decerni. Qua in opinione fuerunt Bartolus *in l. 1. num. 4. ff. de jurisd. omn. Iud.* & ibidem Alex. *num. 13.* Decius *num. 11.* & Curtius junior *num. 32.*

Primò ea usque sunt ratione, quod expressè non est immutatum, stare non prohibetur *leg. precipimus, in fine C. de appellat.* Est enim fugienda legum correctio, quantum fieri potest. *Auth. quas actiones C. ne sacros. Ecclesiis.* Cum autem, inquit Bartolus, expressè correctum non sit, quin decretum in cognitione bonorum possessionis adhiberi possit, sequitur dicendum adhuc vigere jus antiquum, ergo est mixti Imperii, ut olim.

Responderetur uno verbo, quod imò jus antiquum in agnitione bonorum possessionis correctum est. *d. l. ult. C. qui admitti.*

Secundò adduci solet ratio hæc, quod ita hodiè, ut olim decretum interponitur in danda bonorum possessione si ex decreto decerni petatur. Juxta *text. l. 3. §. missum ff. de carbon. edicto*, ergo dare bonorum possessionem ita est mixti Imperii hodiè sicut olim.

Cæterum responderetur, quod cum hodiè non requiratur decretum, etiam si petatur interponi, non erit necessarium, juxta traditionem glossæ *in §. multi, vers. servi in verbo: transitus, in Institut. de libertinis, & text. in leg. uni. in principio C. de rei ux. art.* & tradit Ripa *in rubr. de leg. 1. num. 2.* nec obstat *textus dist. l. 3. §. missum ff. de carbon. edicto*, quia responderetur loqui in confirmatione, quando scilicet decretum interponitur ad confirmandam ipsam bonorum possessionem jam agnitam, & acquisitam, quo in casu non versamur; nos enim loquimur de bonorum possessione de novo agnoscenda, in qua quidem non requiritur hodiè aliqua decreti interpositio, sed sufficit qualiscunque testatio agnoscentis apud quoscunque Judices.

Tertiò, & ultimò adducitur argumentum, quod is, qui petit à Prætore bonorum possessionem, uti velle videtur jure antiquo, quo jure dare bonorum possessionem erat mixti Imperii, & idèd via illa, quam is est ingressus patere ei debet, juxta *leg. si mulier §. ult. ff. quod metus causa*, & tradit Decius *in l. ult. numer. 31. C. de edicto D. Adrian. tollen.* Verum responderetur primò, hunc sic petentem petere potius ad confirmationem, quam ut de novo detur, cum sola ipsa cognitione quæ sita ei fuerit bonorum possessio ipsa *dist. l. ult. C. qui admitti.* Non ergo mixtum Imperium potest considerari in hac ipsa confirmatione, cum nec olim in confirmanda sed in danda bonorum possessione versaretur. Præterea & secundò responderetur, hodiè sublatum aded esse decretum, ut nec eo quidem uti quis possit, etiam si velit. Id quod demonstratur ex verbis *leg. ult. C. qui admitti*, quo loci Constantinus sustulit captiones illas verborum, quibus olim opus erat in agnoscenda, petendaque bonorum possessione, & ad similitudinem illius correctionis addit, & correctionem decreti, quod non

fit adhibendum. Ergo ut similitudo sit bona, dicendum est, quod sicuti uti quis non potest, etiam si velit, illa verborum formulâ, ita nec uti possit ipso decretò. Est simile quod à Justiniano constitutum est in *l. ult. §. sin autem dubius*, & *§. hac quidem C. de jure delib.* jure antiquo, si hæres dubitabat adire hæreditatem, dabatur tempus ad deliberandum *1000. iis. ff. de jure delib.* Justinianus statuit in *d. §. sin autem dubius* necessariam non esse deliberationem, & nil aliud dicit, & tamen hoc intelligitur, quod non sit necessaria etiam ex voluntate *d. §. & hac quidem*. Ergo idem dicendum est in casu nostro, ubi non modo dicit Constantinus, necessarium non esse decretum, sed etiam illud excludit. Hoc fusius declarat Bellonus in *d. lib. 4. supput. juris cap. 3.*

VIII. Tutorem remove ab administratione tutelæ mixti esse Imperii affirmarunt Bartolus in *l. cognitio, in princ. ff. de officio ejus*, & in *l. 1. §. suspecti ff. ad Turpill.* Vallacius in *l. Imperium num. 238. ff. de jurisd. omn. Jud.* qui relatis testatur esse receptam opinionem. Idem scribunt Eguinarius Baro, in *Instit. de suspecto tuto. in princ.* & Corralius in *d. l. cognitio*. Ea ratione prima usus est Bartolus, quia officio Judicis nobili expeditur ad privatam utilitatem, id quod mixto Imperio convenit, secundum mixti Imperii diffinitionem à Bart. traditam.

Verum facile responderetur, quod cum vera non sit illa diffinitio mixti Imperii, quam attulit Bartolus, non etiam est vera hæc argumentatio. Affertur secundo, quod cognitio suspecti tutoris, remotioque ipsa solum cognosci potest pro Tribunali à Præsidente *l. 1. §. suspecti ff. ad Turpill.* ergo est mixti Imperii, alioqui & ab inferioribus Magistratibus Municipalibus cognosci posset. Responderi potest, argumentum non concludere, quia hac consideratione inspectâ, dici posset esse meri Imperii, postea quam illius causæ non nisi à Majoribus Magistratibus cognosci, & diffiniri possunt. Tertio itaque & rectius dici potest, suspecti tutoris postulationem, atque accusationem mixtam quandam naturam obtinere, sicuti de querela inofficiosi testamenti scribunt *glos. in l. Papinianus in princ. ff. de inofficioso testam.* & Cagnol. in *rub. eo. nu. 4.* Nam & privatum pupilli commodum, & privatam vindictam respicit. Et licet aliquando gravius, aliquando vero mitius puniatur *l. 1. ff. solent ff. de officio Præf. Urbis*, & *l. 1. §. suspecti ff. ad Turpill.* non tamen ejus natura immutatur. Cum itaque remotio ipsa ab administratione, causa pecuniaria sit, habeatque pœnam, & coërcitionem admixtam, dicendum est mixti esse Imperii.

Secunda fuit opinio Abbatis in *cap. venerab. de offic. deleg.* qui existimavit, hanc suspecti tutoris remotio-nem esse meri Imperii. Ea motus est ratione, quod gravis tutori remoto inferatur pœna, nempe infamiae, & propterea non nisi à Præsidente cognosci potest *d. l. 1. §. suspecti ff. ad Turpill.* Tertia fuit opinio Nigri in *d. l. cognitio n. 1. ff. de officio ejus*, qui distinguit duos casus ex mente Bartoli in *d. §. suspecti num. 1.* Primus est, quando tutor removetur propter dolum, ut puniatur. Hoc casu rectè procedit opinio Abbatis, ut scilicet hæc remotio sit meri Imperii; Nam tunc solus Præles Provincie cognoscit *d. §. suspecti*. Et Romæ solus Præfectus Vrbis *l. 1. §. solent ff. de officio Præf. Urbis*. Secundus est casus, quando tutor removetur ad solam pupilli utilitatem, cum scilicet tutor non est idoneus administrare tutelam, tunc civiliter agitur, & propterea dicitur mixti Imperii, & hoc casu procedit p^a. illa magis recepta opinio. Ea prima ratione usus est Niger, quod in causâ hac remotio suspecti tutoris intervenire potest procurator *l. non solum §. ult. ff. de procurat.* cum tamen procurator in causis criminalibus non admittatur *l. servum quoque §. publica ff. eod. de procurat.*

Quæ sanè ratio non satis concludit, cum multis in casibus procurator admittatur in causis criminalibus, sicuti quando pro illo crimine indicitur pœna usque ad relegationem, ut tradunt permulti à me congesti in *commentariis de arbitr. Jud. lib. 1. q. 80. num. 86.* Secundo moveatur Niger ea ratione, quod agi sic potest ad tutoris remotionem, ut nihil aliud quis petat, nisi privatum commodum, & utilitatem pupilli, atque ita civile à criminali eò potissimum cognoscitur, & distinguitur, quod in civili agitur de commodo privato; in criminali, pœna Fisco defertur. Ita post alios scripti in *lib. 2. de arbitr. Jud. caus. 265. num. 4.* cum ergo hoc in casu remotio fiat solum pro pupilli utilitate, & nulla irrogetur pœna, civilis est causa.

Removendi autem suspectos tutores potestatem habent permulti, si à lege ipso jure sit, *juxta l. cum qui C. de suspect. tuto*: Conceditur etiam legato Proconsulis *l. 1. §. damus ff. de susp. tuto.* & in *Instit. v. d. tit. in princ.* Si verò sit remotio mediante sententiâ, hanc faciunt solum Præles in Provincia, & Præfectus Urbis Romæ *d. l. 1. §. solent ff. de officio Præf. Urbis*, & *l. 1. §. suspecti ff. ad Turpill.* ubi Bartolus sic declarat. Corralius in *d. l. cognitio, in princ. ff. de officio ejus, cum mandata est jurisd.*

Excommunicare mixti esse Imperii affirmat Abbas in *repet. cap. si quis contra num. 35. de foro compet.* motus autoritate Iasonis in *cap. transmissam in fine de e. lect.* qui tamen solum scribit, judicem ordinarium, hoc est Episcopum habere merum Imperium, & quod id posse excommunicare; Non autem asserit, excommunicationem esse mixti Imperii: Crediderim Abbatem rectè sentire, cum in excommunicatione concurrant Jurisdictio, & Imperium, ex quibus mixtum conficitur Imperium, ut declaravi supra in principio hujus capituli. Concurrit sanè jurisd. quia priusquam proferratur ipsa excommunicatio, adhibetur causæ cognitio, sicuti post alios scripti in *lib. 2. de arbitr. Ind. casu 542.* Quam quidem causæ cognitionem jurisd. esse dicemus in sequenti capite. Adhibita autem cognitione ipsius causæ exercet Episcopus gladium illum spiritualem, quem meri esse Imperii ostendimus *precedente in capto* ubi de mero Imp. diximus.

CAPUT IV.

De potestate, & qua potestatis sint tam quoad profana, quam quoad Ecclesiastica, & Spiritualia.

Differendum est nunc de potestate, quæ aliquando est temporalis, seu secularis, aliquando spiritualis, seu Ecclesiastica. Et quidem primum de Seculari agendum est. Hæc latissimè, latè, & strictè sumitur. Et sanè accipitur latissimè dum significat potestatem, & facultatem illam, quam habet quilibet de rebus suis disponendi, sicuti latissimam testatoris potestatem appellat Pomponius in *l. verbis legis ff. de verb. signif.* Sic quoque latissimè sumitur patris potestas in filium, & Domini in servum *l. potestatis verbo*, & ibidem Alciatus, & Rebuffus *eod. tit. ff. de verbor. significatione*. Ità pariter in latissima significatione accipimus, cum dicimus, aliquid esse in facultate nostrâ, hoc est nobis licere, nobis datam esse licentiam sic agendi *l. Imperium in fine ff. de jurisd. omn. Ind. junctâ l. à Indice C. de judic.* Censur Imperator Gordianus in *d. l. à Indice*, Judicem datum, Judicem dare non posse; tamen Vlpianus in *d. l. Imperium in fine*, appellat his verbis, Jurisdictio est Judicis dandi licentia.

Potestas latè sumitur, ut significet merum, & mixtum Imperium, ac Jurisd. Pro mero Imperio Sumitur in l.

in l. 2. §. Exatō deinde Regibus ff. de Origine juris, quo loci ait Pomponius in Dictatore fuisse omnem potestatem. Et ibid. subiecit, illum potuisse animadvertere in homines facinorosos, quod merum Imperium significat d. l. Imperium. Sic & in l. Julia ff. ad l. Inliam de vi publica, cum ait lege Julia de vi publica teneri eum, qui cum Imperium potestatemve haberet, Civem Romanum adversus provocationem necaverit, verberaveritve. Pro mixto Imperio accipitur in l. si quis missus ff. ne vis fiat ei, qui in possessionem missus est, ubi si quis missus in possessionem fideicommissi servandi causa, non admittatur, potestate ejus inducendus est, qui eum misit. Potestas ibi appellatur mittendi, & inducendi in possessionem, cum tamen Vlpianus in d. l. vers. mixtum, dixerit, mittere, seu dare bonorum possessionem mixti esse Imperii. Et manifestius idem Vlpianus in l. subsequenti, sic respondit. Jubere cavere Prætoriam stipulatione, & in possessionem mittere, Imperii magis est, quam jurisd. Sic pariter potestatis nomen largè sumptum significare jurisd. respondit Vlpianus in l. 1. de offic. Procons. & leg. Sicuti exponit ibi Accursius. Ità quoque apud Sacræ Theologiæ Doctores potestatis nomen largè sumitur, dum eam dividunt in potestatem ordinis, & jurisdictionis, ut dicemus infra.

Potestas verò strictè sumitur pro ea facultate, in qua non versatur, nec animadversio, nec inter de re pecuniaria contentiones cognitio, & diffinitio, sicuti accipitur in l. Nec Magistratibus, in fine ff. de injuriis.

Differamus nunc, quæ dicantur potestatis Secularis.

I. Legem concedere potestatis esse, non autem Imperii, vel jurisd. scribunt Jafon. in l. omnes populi, in 2. lectura n. 7. ff. de justitia, & jure, & Joannes Longovallius in l. Imperium n. 140. ff. jurisd. omn. Jud. & ibid. Alciatus n. 110. Rarius num. 12. & Corrasius num. 32. Idem placuit Jo. Gilloto in lib. 2. de jurisd. & Imperio. cap. 21. & Riminaldo jun. in rub. C. qui admitti ad bonorum possessionem num. 49. Et jure probatur, nempe responso Vlpiani in l. 1. ff. de constit. Principum, ubi omnis potestas, quæ apud populum erat, translata fuit in Principem, qui solus facultatem habet ferendi legem l. ult. C. de leg. Præterea & secundo accedit, quod etiam antiquis illis Jurisc. ut Scævola, Paulo, Vlpiano, & reliquis data fuit facultas respondendi de jure, quæ responsa vim legis obtinuerunt §. responsa Instit. de jure nat. gent. & civili. Non tamen exercere ii poterant jurisd. & Imperium. Ex quo sequitur facultatem hanc ferendi legem fuisse, esseque solius potestatis. Rursus, & tertio populi, & Collegia jurisd. & Imperio carent, & tamen leges suis de rebus terre possunt l. omnes populi ff. de justitia, & jure, ubi Jafon in 2. lectura n. 7. & num. 37. Est ergo ferre legem solius potestatis. Et demum confert, quod in condenda lege nemo punitur, atque ita gladii potestas non exercetur. Non etiam contententibus de re pecuniaria jus dicitur. Non ergo condere legem est meri Imperii, non mixti, non jurisdictionis, ergo potestatis.

His intelligimus veram non esse opinionem Bartoli in l. Imperium num. 8. ubi Purpur. num. 208. scribit, reliquos secutos esse Bart. dicentem concedere legem esse meri Imperii, cum nulla exerceatur gladii potestas. Sic multò magis erravit Decius in l. Imperium num. 40. cum dixit condere legem esse meri Imperii liberi, & absoluti, quod non continetur sub divisione, quam constituit Vlpianus in d. l. Imperium. Et sanè est falsa opinio hæc, cum nullum aliud merum Imperium reperitur, quam illud, de quo Vlpianus in d. l. Imperium; Non etiam hæctenus legi jure sancitum aliquid de Imperio mero, libero, & absoluto.

II. Veniam ætatis dare, & concedere potestatis esse, non autem jurisd. vel Imperii affirmant Alc. &

Corrasius in d. l. Imperium, ille enim n. 181. iste n. 33. & Gillo. lib. 1. de jurisd. & Imperio cap. 11. Et ii rectè quidem, cum in cõcessione hac non versetur Imperium, quod est animadvertere in facinorosos. Non enim facinus aliquod fuisse perpetratum hic præsupponitur. Non etiam versatur jurisdictionis, cum quia nulla lis, nullavè de re pecuniaria cõtentio inter litigantes dirimitur; tum etiam quia ex parte concedentis, nempe Principis nulla est necessitas concedendi veniam hanc, cum pro sua voluntate possit concedere, vel recusare juxta l. Princeps. ff. de leg. Quæ quidem libera facultas non est in Iudicante, cujus munus coactum est l. de qua res ff. de jud. & l. munerum §. judicandi ff. de mun. & honor.

His intelligimus, minus rectè sentisse Barr. in d. l. Imperium num. 17. cum dixit dare veniam ætatis esse mixti Imperii maximi, ex quo solus Princeps concedit. l. 2. C. de iis, qui veniam ætat. impetr. Cum Bartolo senserunt Jafon. in ead. l. Imperium num. 27. Decius num. 54. Curtius. jun. num. 104. & Purp. num. 291. qui ea minùs verà ratione usi sunt, quod ætatis venia conceditur officio Iudicis nobili ad privatam utilitatem juxta diffinitionem mixti Imperii. Hæc sanè ratio vera non est, cum minimè vera sit diffinitio illa mixti Imperii à Barr. considerata, ut diximus præcedente in capite. Rejicienda magis est altera opinio Baldi in d. l. Imperium col. 3. dum dixit, concedere veniam ætatis, esse meri Imperii; Non enim hoc in casu versatur aliqua animadversio in facinorosos.

III. Restituere natalibus esse solius potestatis, & facultatis rectè scribunt Longovallius, & Corrasius, ille num. 14. iste num. 33. Sic & Cagnolus in l. ult. num. 26. ff. eod. tit. de jurisd. omn. Jud. Eà ratione ii usi sunt, quod in legitimatione nulla adest cõcercio corporis; Non ergo est meri Imperii. Non etiam adest de re pecuniaria contentio in judicio, ergo non est simplicis jurisdictionis, & consequenter non est mixti Imperii, ergo solius est potestatis. Præterea accedit, quod Comitibus Palatinis competit hæc legitimandi facultas, & idem possunt, quod ipsemet Princeps, qui eis eam dedit facultatem, ut scribunt multi, quos congesti in conf. 20. num. 14. lib. 1. Et tamen certum est, hos Comites Palatinos carere Imperio, & jurisdictione. Rursus, & tertio confert Constitutio Iustiniani in §. illud, & §. pen. in Auth. quibus modis natural. Fil. efficiunt. legia. In eo enim §. illud statutum est, quod pater, qui vult filium suum legitimare, afferre debet preces Imperatoris Majestatis, quæ pro sua voluntate, & munificentia illegitimum natalibus restituit, ut habetur in d. §. pen. nulla itaque hic versatur jurisdictionis, quæ in jus dicendo est, tribuendo unicuique, quod suum est, ut diximus supra in cap. 1.

Quibus satis intelligimus, veram non esse opinionem Bartoli in d. l. Imperium num. 27. afferentis legitimare illegitimè natum, esse mixti Imperii, & idem affirmarunt ibid. Purpur. num. 296. & Alciatus 186. & idem sentit Baldus in l. gesta. col. 1. C. de re judicata. Horum sanè opinio vera non est, cum Constitutio illa Iustiniani in d. §. illud, & §. pen. in Auth. quibus modis natural. efficiantur sui, qua Bartolus, & reliqui moti sunt, contrarium probet. Intelligimus etiam, veram non esse Abbatis alteram in cap. per venerabilem nu. 9. extra, qui filis sine legitimi, opinionem, qui dixit, legitimos reddere illegitimè natos, esse simplicis jurisdictionis. sicuti adoptio, & mancipatio, à quibus ad legitimationem licet ducere argumentum, ut scribunt Bartolus, & reliqui in l. ult. C. de emancip. liber. Non, inquam, vera est opinio hæc, cum jure cautum non sit, hanc legitimationem esse simplicis jurisdictionis. imò ejus naturæ non convenit, cum nullum reddatur jus inter de re pecuniaria contententes, quod jurisdictionis proprium esse diximus supra in capite primo. Et quod de adoptione, ac de arrogatione, & emancipatione

Et quod de adoptione, ac de arrogatione, & emancipatione dictum est, contrarium verius esse statim apparebit.

IV. Adoptare, vel verius arrogare esse potestatis, & jurisdictionis esse docuit Joannes Corrasius in *dict. leg. Imperium num. 33.* cum reservata sit soli Principi, qui pro sui voluntate, & arbitrio ea facit, sicuti diximus supra de restitutione natalium, & concessione venie ætatis. Nec inter partes hic jus dicitur, sed Princeps ipse partibus sic volentibus arrogationem facit, uniturque Princeps jure Populi Romani, qui arrogationes ipsas facere consueverat *l. 2. in fine ff. de adoptio*, & egregie explicat Gellius in *lib. 5. attic. noct. cap. 19.* Hinc constat minus recte sensisse Bartolum in *dict. l. Imperium num. 17.* Purpur. *num. 292.* & Alciatum *num. 183.* affirmantes ob id esse mixti Imperii, quod soli Principi reservata sit *l. 2. C. de adoptio*, & §. *Cum si illud Instit. eod.* Quam sanè rationem contrarium probare diximus.

V. Emancipare esse solius potestatis ostendunt verba satis clara *leg. ult. C. de emancipatio. lib. 161. quibus permixtum est.* Et accedit, quod hic actus est partium voluntarius, in quo non jus dicitur, nec gladii potestas exercetur, nec coercitio aliqua adhibetur, ut dici possit simplicis jurisdictionis, sicuti minus recte docuit Longovallius in *dict. leg. Imperium num. 123.* adductus textu *leg. pen. C. de emancipat. liber.* de quo statim. Vel dicitur mixti Imperii secundum Bartolum in *dict. leg. Imperium num. 17.* & reliquos commemoratos à Purpur. *num. 293.* eà ratione motos, quod soli Principi permixtum hoc sit *dict. leg. pen.* Quæ sanè ratio, ut diximus, ostendit contrarium esse verius,

VI. Decretum in manumissione esse solius potestatis, ex eo semper credidi, quod in *l. ult. C. de ven. lib.* scriptum legitur, decretum hoc interponi à Magistratibus illis, quibus hoc jus datum est; jus, idest, facultas, & potestas juxta *leg. apud Julianum §. si quis de leg. 1.* & scribit ex aliorum traditionibus Decius in *leg. emancipata num. 12. C. qui admittit.* Et accedit ratio supra commemorata, quod nulla hic exercetur vel gladii potestas, vel coercitio, vel jurisdictio inter contententes. Quocirca satis intelligimus, veram non esse opinionem Bartoli in *dict. leg. Imperium num. 22.* asserentis, hujus decreti interpretationem esse mixti Imperii, & Bartolum secuti sunt reliqui, ut testatur ibidem Curtius jun. *num. 114.* & Vallascus *num. 240.* qui ea ratione minus verà uti sunt, quod decretum hoc ad privatam utilitatem solo Judicis officio interponitur, quod est proprium mixti Imperii secundum ejus definitionem à Bartolo ipso traditam. Est sanè minus vera ratio hæc, cum definitio illa jure defendi nequeat, ut diximus in præcedenti capite. Non etiam huic opinioni Bartoli suffragatur *l. 2. ff. de officio ejus, cui mandata est jurisdictio*, quo loci respondit Ulpianus, consilium, idest auctoritatem, ut exponit ibi Accursius, delegari non posse, ergo mixti est Imperii. Nam si esset simplicis jurisdictionis, mandari posset. Non equidem suffragatur hic locus, cum non sit bona consequentia, delegari non potest, ergo est mixti Imperii. Etenim si argumentari sic liceret, possemus etiam dicere, esse veri Imperii, quod delegari nullo modo potest. Et rursus non est absolute verum, quod causæ mixti Imperii delegari non possint, ut diximus supra. Præterea auctoritas interponendi hoc decretum mandari ob id alteri non potest, quia Prætoris industria videtur electa, ut is videat, & cognoscat, an debeat interponi, vel non, decretum hoc juxta *l. nec quidquam §. ubi decretum ff. de officio Procons. & leg.*

His etiam intelligimus, veram non esse opinionem Longovalli in *dict. leg. Imperium num. 142.* opinantis, hanc decreti interpositionem ob id esse simplicis jurisdictionis, quod ea, quæ mixti sunt Imperii, majoribus Magistratibus permixta non sunt *leg. ex qua. ff. ad municip.* Atqui Magistratus inferiores decretum hoc interponere non possunt *l. ult. C. de jurisdict. liberat.* Et tradunt recentiores in *leg. 1. ff. de officio ejus, cui mandata est jurisdictio*, ibi inter alios Niger *num. 95.* Ergo hæc decreti interpositio est jurisdictionis. Hæc sanè argumentatio vera non est, cum *dict. l. ult.* contrarium probet, ut diximus supra; ubi etiam demonstravimus in hac decreti interpositione, nec actu nec habitu esse aliquam coercionem, sine quâ mixtum Imperium dici non potest.

VII. Decretum interponere in alienatione bonorum minoris esse potestatis recte docuit Joan. Corrasius in *l. 2. ff. de off. ejus.* Nam, inquit ille, lex nominatim, & specialiter mandavit Prætori, & Præfidi *l. 1. & l. magis puto S. passim. ff. de rebus eorum, & l. 1. C. de prædiis minorum,* & ob id quæ specialiter tribuuntur, mandata jurisdictione non transferuntur *l. 1. in princ. ff. de officio ejus.*

His intelligimus, minus recte sensisse Goffredum in *tract. de liber. p. 7. Rubr. de S. C. Clement. num. 4.* Simoncelum in *tract. de decretis lib. 1. tit. 1. in spec. 1. num. 75.* quæ opinati sunt, hoc decretum interponi à Judicibus illis, qui facere possunt ea, quæ veri, vel mixti sunt Imperii. Illa asserri potest ratio, quod hujus decreti interpositio delegari non potest *l. 2. ff. de off. ejus & c.* Ergo mixti est Imperii, & propterea non requiritur, hic diligens causæ cognitio *d. l. magis puto §. ne possim,* & copiose scripti in *lib. 2. de arbit. Judicium casu 171.* Porro ea, quæ causæ cognitionem requirunt, Prætori referuntur, sicuti mixti Imperii causæ *l. 4. §. si forte dicitur ff. de damno infecto*, ut scripsimus supra. Verum facile diluuntur hæc rationes. Nam non ex eo delegari prohibetur, Prætorique reservatur hæc decreti interpositio, quod mixti sit Imperii, sed quia nominatim, & specialiter Prætori, vel Præfidi concessum est, ut supra demonstravimus.

VIII. Restituere famæ, & honori, solius potestatis, & facultatis esse scribunt Jason. in *dict. l. Imperium num. 31.* & manifestius Vallascus *num. 250.* hanc enim concedit solus Princeps *l. 1. C. de senten. post. & restit. cum aliis multis.* Et rursus nulla hic etiam adest coercitio, nulla castigatio, nulla etiam de re pecuniaria inter litigantes contentio, ut sit vel mixti Imperii, vel jurisdictionis, & ob id dicitur potestatis, quam quidem exercere potest, quæ Principis locum, & personam sustinet, sicuti Senatus *l. 1. §. de qua re ff. de postulan. & l. 1. §. ult. de quest. & scribunt Alber. in rubr. C. de generali abolitione, Felinus in cap. cum te num. 11. de senten. & re judicata, & Rubeus in consil. 50. colum. 1.*

IX. Tutorem dare solius, & simplicis esse potestatis scribunt Accursius in *l. pen. ff. de offic. Procons. & leg. & in l. 1. ff. de tuto. & curat. dat. ab his, Salicetus in l. cognitio ff. de offic. ejus, cui mandata est jurisdictio, Castrensis in l. 1. ff. de jurisd. omn. Ind. Et ibid. Curtius jun. *num. 43.* Alciatus *num. 35.* Eguinarius Baro in *princ. & Bologn. num. 33.* Marius Salomonius in *l. 1. num. 4. ff. de officio ejus, Longovallius in l. Imperium n. 135. ff. de jurisd. omn. Ind. & ibidem Corrasius num. 31. & idem in lib. 5. miscellaneorum juris. cap. 24. Goveanus lib. 2. de jurisdictione, & Imperio, Vaccanius lib. 6. declarat. juris. cap. 236. secundum impressionem antiquam, Ludovicus Charond. de jurisd. & Imperio num. 18. Petrus Lucciorus de jurisd. & Imperio axio. 9. Camillus Plautius in l. 1. in principio in 1. declarat. num. 92. de officio ejus, & Joan. Gillotus lib. 2. de jurisd. & Imperio cap. 13. num. 5. Et horum quidem sententia, quæ, & mihi maxime probatur, multis ar-**

gumentis demonstrari potest sic.

Primò Ulpiani responso in *leg. muto §. tutoris datio ff. de tutelis*, cujus verba hæc sunt. *Tutoris datio nec Imperii, nec jurisdictionis est, sed ei soli competit, cui nominatum hoc dedit vel lex, vel Senatus-consultum, vel Princeps.* Dixit Ulpianus dare tutorem non esse neque mixti Imperii, neque jurisdictionis, negativè loquitur Ulpianus. Solet negativa negare omnem potestatem, & plus ipsa negat, quam affirmativa affirmet *leg. hoc genus ff. de condit. & demonstr.*

Dum ergo negat esse Imperii, nec jurisdictionis, dicitur primum negare esse mixti Imperii, cum mixtum componatur ex ipso Imperio, & Jurisdictione *dist. leg. Imperium.* Negare etiam dicitur, esse meri Imperii, nam ex quo removet genus, nempe Imperium, dicitur, & removere species, idest merum Imperium, quemadmodum cum negamus esse animal, dicimus negare esse hominem, vel equum, vel quid simile. Et propterea perpenduntur illa verba, quæ subjungit Ulpianus. *Sed ei soli competit, cui nominatum hoc dedit vel lex &c.* Illa dictio, *Sed*, stat secundum sui naturam adverbative, ut significet dare tutorem non pertinere ad illos Magistratus, qui vel de causis pecuniariis jus dicunt, vel gladii potestatem, hoc est, merum Imperium obtinent, sed ad illos tantum spectare, quibus specialiter fuit data hæc facultas, atque potestas.

Secundò vel eâ ratione comprobatur hæc sententia, quòd in datione tutoris considerari non potest nec Imperium mixtum, vel merum, nec jurisdicatio; nam merum Imperium quod est in castigatione, & animadversione positum, ut jam diximus, in dando tutore non versatur; Non etiam jurisdicatio, quæ exercetur inter contendentes, versatur, cum nulla hic sit contentio, sed volenti, & potenti datur; Non etiam versatur Imperium mixtum, quod ex Imperio, & Jurisdictione componitur, ut aliàs declaravimus, cum ipsa simplicia hic non esse demonstravimus.

Tertiò conferunt duo Ulpiani responsa nempe *leg. pen. ff. de offic. Procons. & leg. & l. 1. §. 1. ff. de tutor. & curat. datis ab his*, quibus in locis dixit Ulpianus legatum Proconsulis posse dare tutorem, & tamen certum est, legatum hunc carere Imperio, imò, & Jurisdictione, nisi à Proconsule mandetur *leg. legati ff. de officio Procons. & leg.* etiam enim creatis à populo Romano Consulibus assignarentur legati, qui cum illis in Provincias proficiscerentur, non tamen legati jurisdictionem prius aliquam obtinebant, quam in ipsam Provinciam, pervenissent, & Proconsulibus mandaretur, quod in *dist. leg. legati*, declarat Corraus, & reliqui.

Quartò huc pertinent *l. 3. & l. ubi absunt §. 1. ff. de tuto. & curat. datis ab his* ubi Magistratus Municipales possunt dare tutores. Idem probat *l. 1. §. inter ff. de magis conven.* & tamen illi careat Imperio *leg. ea qua ff. ad municip. & l. 4. §. si forte ff. de damno infecto.* Quibus in locis responsum est ab eodem Ulpiano, Magistratus Municipales non posse jubere cavere, mittere in possessionem, vel dare bonorum possessionem, quæ tamen Imperii sunt, idest mixti *l. Imperium, & d. l. jubere ff. de jurisdictione omn. Ind.*

Quintò urget magis *text. l. ubi absunt in princ. de tuto. & curat. datis ab his*, cum dicit, Decuriones posse dare tutorem, & tamen certum est Decuriones nec Imperium, nec Jurisdictionem obtinere, cum magistratu non fungantur *l. honor. §. si ff. de muner. & honor. & leg. pupillus §. Decuriones ff. de verborum significat.* Ex ordine enim Decurionum Magistratus creabantur *dist. §. honores l. 7. §. 2. ff. de Decur. & filii eorum*, declarat Hottoman, in commentariis verborum juris, in verbo, *Decuriones.* Hæc itaque opinio jure, & ratione firmata

retinenda est.

His intelligimus, veram non esse opinionem eorum, qui existimarunt, dationem tutoris esse mixti Imperii. Quæ quidem in opinione fuerunt Bartolus in *l. 1. num. 6. de jurisd. omn. Jud. Alex. Jason. & alii*, & ibidem Riminaldus Senator *num. 13.* asseruit communem esse. Idem affirmavit Vallascus in *leg. Imperium num. 234. d. jurisd. omn. Jud.* Quæ sanè opinio nec lege, nec ratione probatur.

Primò moti sunt illo responso Ulpiani in *dist. leg. muto §. tutoris datio ff. de tutelis*, dum dixit, dationem tutelæ non esse nec jurisdictionis, nec Imperii, ergo mixti, nam quando lex dicit, Imperii, intelligitur, meri, & quando dicit, jurisdictionis, intelligitur minimi, atque ita simplicis. Ita interpretantur glosa, & reliqui in *leg. jubere ff. de jurisd. omn. Jud.* & ideo glosa in *dist. leg. muto §. tutoris.* exponit illa verba, *nec jurisdictionis, nec Imperii*, idest nec jurisdictionis tantum, nec Imperii tantum, ergo mixti Imperii, cui jurisdictionis inesse dicitur.

Verum ex jam dictis responderetur, non esse bonam consequentiam.

Non est Imperii, nec jurisdictionis, ergo est mixti Imperii. Nam cum neget Ulpianus esse Imperii, intelligit de Imperio in genere, hoc est tam de mero, quam de mixto. Dicit itaque non esse Imperii, nec jurisdictionis, & statim subjungit: *Et ei soli competit, cui lex, vel Senatus-consultum vel Princeps nominatum concessio*, significans, ut diximus supra, esse potestatis.

Secundò affertur *l. nec mandante ff. de tutoribus, & curator. datis ab his*, quo loci dicitur, dationem hanc tutoris delegari à Præside non posse. Ergo datio tutoris est mixti Imperii, cum ea, quæ mixti Imperii sunt, juxta communem Doctorum opinionem delegari non possint, ut scribunt Doctores in *l. 1. de officio eius &c.*

Cæterùm Hieronymus Tertus, cujus meminit Alciatus in *dist. leg. 1. num. 34. de jurisdictione omn. Jud.* scripsit, sententiam *dist. leg. nec mandante.* esse quòd aliis tutorem dare poterit, nec mandante Præside, idest dato quòd Præses non mandet, atque ita dictio, *nec*, determinat verbum, *mandante*, quod est ei proximum; qui sanè sensus rejiciendus omnino est, cum verè repugnet illi responso. Rectius sensit Alciatus in *dist. l. num. 134.* cum dixit fieri posse quòd datio tutoris sit jurisdictionis, & tamen delegari non possit. Sicuti videmus, causam status, vel causam pecuniariam excedentem summam trecentorum aureorum delegari non posse, tamen jurisdictionis sint. *l. placet Cod. de pedaneis Jud.* Crediderim, probabilius posse dici, non esse bonam consequentiam. Datio tutoris delegari non potest, ergo est meri Imperii, cum certum sit meri Imperii causas delegari non posse *l. solet in princ. ff. de officio Procons. & leg.* Est ergo sensus *dist. leg. nec mandante*, quòd datio tutoris mandati alteri non potest à Præside, cui in Provincia competit potestas dandi tutorem, cum ei specialiter data fuerit hæc facultas *dist. l. muto §. tutoris.* Ea autem, quæ specialiter concessa sunt, alteri mandari non possunt *l. 1. in princ. ff. de officio eius.*

Tertiò affertur solet *l. 1. ff. de tuto. & curat. datis ab his*, ubi datio hæc tutoris conceditur minoribus Magistratibus, ergo est mixti Imperii.

Verùm Alciatus in *dist. leg. 1. numer. 134. de jurisdictione omn. Jud.* Scribit non esse bonam consequentiam. Dare tutorem competit majoribus Magistratibus, ergo est mixti Imperii. Nam videmus, causas pecuniarias excedentes summam trecent.

tercentorum aureorum concedi solis majoribus Magistratibus, & ita causas status eisdem permitti, & tamen jurisdictionis sunt *l. placeo C. de pedam. Jud.* ut diximus supra. Rectius dicimus, falsum esse quod solis majoribus Magistratibus competat hæc facultas dandi tutores, quia imò & inferioribus, imò, & his, qui carent jurisdictione, & Imperio *l. 3. § l. ubi absunt ff. de tutor. & curat. datis ab his*, ut diximus supra. Et præterea secundum argumentationem prædictam posset concludi, dationem tutoris esse meri Imperii, quod tamen est omnino falsum.

Quartò perpenditur *l. 1. ff. de iurisd. omn. Ind.* quo loco Ulpianus inter causas mixti Imperii, nempe inter dationem bonorum possessionis, & mittere in possessionem enumerat, & dationem tutelæ, ut ergo æqualis fiat determinatio juxta regulam *l. iam hoc iure ff. de vulg. & pupill. subst.* dicendum est, dationem tutelæ esse mixti Imperii.

Cæterum Alciatus in *diçt. l. 1. num. 134. de iurisdictione omn. Ind.* docet, quòd cum Ulpianus æquiparet dationem tutoris cum licentia dandi Judicem probat contrarium, nempe quòd imò datio tutoris sit jurisdictionis, ex quo licentia dandi Judicem jurisdictionis est. *leg. Imperium in fine ff. de iurisdictione omn. Ind.* Hæc interpretatio recipienda non est, quia alioqui repugnaret *l. nullo §. tutoris*, ubi Ulpianus negat, dationem tutoris esse jurisdictionis. Rectius ni fallor, dici potest, sensum *diçt. l. 1.* esse, dationem tutoris, si petatur, à Præatore, expediri, non virtute actionis, sed mero Judicis officio. Et ideò datio tutoris non exercetur à Præatore eo nomine, quòd sit jurisdictionis, sed quia ei specialiter, nominatimque fuit concessa. *diçt. leg. nullo §. tutoris.*

Quintò, & ultimò consideratur ratio hæc. Ejus naturæ est datio, cujus est & resolutio *l. prout quisque ff. de solut.* Atqui resolutio tutelæ mixti est Imperii, cum specialiter certis magistratibus sit concessa *l. 1. §. damnus ff. de suspect. tutor. & l. 1. §. suspecti ff. ad S. C. Turp.* Ergo & ipsa datio tutelæ est mixti Imperii.

Verum respondit Alciatus in *diçt. l. 1. numer. 134. vers. non obstat textum ff. de iurisd. omn. Ind.* quòd tunc demum resolutio ejusdem est naturæ, cujus est ipsa datio, quando eisdem fit modis *leg. ab emptione ff. de pactis, & diçt. l. prout quisque*, secus si alio modo fiat, & alios opereretur effectus sicuti contingit nostro in casu, ubi tutor remorus ob suspicionem, efficitur infamis. Requiritur ergo major industria in removendo, quam in dando tutore, cum in remotione versetur famæ periculum, quæ vitæ æquiparatur *leg. infra ff. de manum. vind.* Versatur etiam periculum pupilli, ob cujus causam est diligentissimè animadvertendum, ne ex illa tutoris remotione ei parentur insidiæ juxta *leg. suspectus. in Insti. de suspect. tutor.* Et propterea adjungit Alciatus, si ita argumentari liceret, dicendum pariter esset testamentarium tutorem dari à patre ex mixto Imperio, quòd omnino falsum est. Probabiliùs fortè dici potest, in remotione tutoris versari jurisdictionem, & Imperium. Jurisdictio versatur in cognoscendis justis causis ab accusatore, seu actore propositis, atqui inter contententes Judex cognoscit, & iudicat, quòd jurisdictionis est proprium. Imperium quoque versatur, dum magistratus iubet tutore, ut ab administratione desistat, quòd si non facit, castigare eum potest. Quæ duo cessant in datione ipsa tutoris, sicuti supra diximus.

His etiam constat, veram non esse opinionem

eorum, qui scripserunt dationem tutoris esse jurisdictionis. Qua in opinione fuit Petrus de Bella pertica, quem retert, & sequitur Juvenalis Ursinus in *leg. Imperium in fine ff. de iurisd. omn. Ind.*

Primò adducti sunt hoc argumento; Magistratus municipales tutores dare possunt *l. 3. § l. ubi absunt ff. de tutor. & curator. datis ab his, l. Emilianus. in princ. ff. de administ. tutor. & l. 2. §. si mater ff. ad S. C. Tertull.* atqui Magistratus municipales exercere non possunt ea, quæ mixti sunt Imperii *l. ea qua ff. ad municip. & l. 4. §. si forte ff. de damno infecto*, ergo datio tutoris non est mixti Imperii sed jurisdictionis.

Cæterum Alciatus in *diçt. l. 1. num. 133. ff. de iurisdictione omn. Ind.* scriptum reliquit, quòd imò Magistratus municipales possunt exercere ea, quæ mixti sunt Imperii, nec repugnat *diçt. l. ea qua*, quia, ait Alciatus, loquitur in casibus, in quibus magis elucet Imperium, quam Jurisdictio. Quæ sanè interpretatio recipienda non est, cum verè loquitur ibi Jurisconsultus de causis mixti Imperii, sicuti exempla, quibus utitur declarant, cum dixit, Magistratus illos municipales non posse jubere cavere, dare bonorum possessionem, quæ mixti sunt Imperii *leg. Imperium. vers. mixtum. de iurisd. omn. Ind.* & suo loco dicemus. Rectius dici potest Magistratus illos municipales posse dare tutores, quia specialiter, & nominatim concessum eis fuit.

Secundò afferuntur responsa *leg. pen. ff. de officio Procons. & leg. & l. 1. ff. de tutoribus, & curat. datis ab his*, quibus in locis responsum est, legatos Proconsulis posse dare tutores, cum tamen legati ipsi nec meri, nec mixti Imperii causas cognoscere, & definire possent *leg. nec quidquam. §. ubi decretum, & l. soles in princ. ff. de officio Procons. & leg.* Ergo dare tutorem est jurisdictionis.

Verum facilè respondetur, ut diximus supra, consequentiam non esse bonam, cum diximus. Legatus Proconsulis potest dare tutorem; sed Legatus caret mero, & mixto Imperio, ergo dare tutorem est jurisdictionis, qua legatus fungitur, nam dare tutorem permissum est & ipsis legatis nominatim *diçt. l. 1. ff. de tutor. & curat. datis ab his*, juncta *diçt. l. nullo §. tutoris ff. de tutelis &c.* ergo Legatus caret mero Imperio: Non tamen sequitur, dare tutorem esse jurisdictionis, sed est potestatis.

Tertiò adducuntur alia plura responsa, & Constitutiones, in quibus scriptum est, Magistratus pro sua jurisdictione, vel secundum suam jurisdictionem dare tutorem *l. 3. in princ. ff. de postulan. & in l. 3. §. & si forte ff. judicatum solvi, & in libro secundo Cod. de off. ejus, qui vicem alterius gerit, & apertius in §. sed hoc jure in Insti. de Attiliano tutore*, ergo datio tutoris jurisdictionis est. Verum dici potest prædictis in locis, jurisdictionem sumi latè pro potestate, sicuti diximus supra *cap. 1.* & sensus erit, quòd Magistratus dant tutores juxta potestatem sibi à lege concessam. Præterea verba illa, *pro sua jurisdictione vel secundum suam jurisdictionem* habere hunc sensum, ut referantur ad eos, & qui dant tutores, & quibus dantur, nempe quòd Magistratus dare debent tutores illos, qui sub sua jurisdictione sunt, non autem externos *l. 1. l. 3. & l. Divus Marcus ff. de tutor. & curat. datis ab his.* Ita & pupillis, qui è sua Provincia oriundi sunt, & ubi habent suas facultates *l. un. C. ubi per. tuto.* vel saltem aliquam eorum partem secundum *d. §. sed hoc jure*, explicant ibid. Balduinus, & Bellonus *lib. supput. juris cap. 2.*

Est igitur concludendum, veram esse primam illam sententiam, quòd datio tutoris sit potestatis, quæ à lege à J. C. multis concessa fuit nominatim. Et primo

Tribunis Plebis anno 443. ab Urbe condita M. Valerio, & P. Decio Consulibus. Auctor est Theophilus in *institutionibus in tit. de Atiliano tutore*; Deinde concessa fuit Prætoribus Urbani, ut idem auctor scribit, postmodum Consulibus, quod à Claudio Cæsare factum fuisse testatur Suetonius in Claudio *cap. 23.* Constituti deinde fuerunt ab Antonino Philolopho Prætores tutelares; sicuti memoriz proditum est à Julio Capitolino in vita ipsius Antonini, & ab Alex. *lib. 2. dierum genialium, cap. 15.* & à Cælio Rødigno *lib. 25. lectionum antiquar. cap. 30. in fine*, & tandem eadem potestas data fuit Legatis Proconsulum, & Præsidum juridic. Alexandriæ, ac Magistratibus Municipalibus *dicta l. 1. lib. 3. § l. ubi absunt ff. de iuso. & curat. datis ab his, l. pen. ff. de offic. Procons. & leg. lib. 2. ff. de officio juridici Alexandr. & d. 9. sed hoc in re. Insti. de Atil. tut.*

X. Collectam, seu gabellam indicere, atque imponere esse potestatis, & facultatis affirmat Ægidius Bossius in *tract. causarum criminalium in tit. de Principe. numer. 112.* qui ejusdem opinionis refert Bart. in *l. omnes populi col. 1. digest. de iustitia, & jure*, qui meo in Codice nil ad rem nostram scriptum reliquit. Existimo Bossium rectè sensisse, cum Princeps, vel Principis auctoritatem obtinens in indicenda collecta, vel gabella, non exerceat merum, vel mixtum Imperium, nec inter contententes iudicat. Et propterea accedit, quod carentes iurisdictione, aut mero, ac mixto Imperio, sicuti carent Civitates, oppida, & Castra seu eorum Univeritates, ut de Civitate Mediol. respondit Sylva in *consil. 9. numer. 15.* possunt tamen collectam, & gabellam suis Civibus, & oppidanis imponere, quemadmodum tradunt post alios Boër. in *quest. 60. numer. 7.* Natta in *consil. 105. numer. 5. lib. 2.* Cravetta in *consil. 195. numer. 1. & 2. lib. 1. & in cons. 308. numer. 2. lib. 2. & Thesaurus in decisione 257. numer. 4.* Quocirca minus rectè senserunt Calderinus in *cons. 8. in fine in tit. de constit. Alex. in cons. 78. numer. 8. in fine lib. 6.* Alciatus in *respons. 174. numer. 3.* Secundum impressionem antiquam Lugduñensem, Sylvanus in *cons. 9. numer. 15.* & Natta in *cons. 636. numer. 78. lib. 3.* Hi sanè minus rectè opinati sunt, indicere collectam, vel gabellam esse iurisdictionis. Et multò magis errasse mihi videntur, asserentes esse mixti Imperii, sicuti scripserunt Barto. in *lib. 1. numer. 5.* cunctis iis, quæ dixerat paulò antè C. de *excusat. numer. lib. 18.* Socinus Senior. in *cons. 7. numer. 1. lib. 3. & Alba in cons. 38. numer. 2. lib. 1. & in cons. 322. numer. 23. & 24. lib. 2.*

Nunc agendum est de potestate spirituali, seu Ecclesiastica. Hanc duplicem esse, alteram scilicet ordinis, sive sacramentalis, alteram iurisdictionis scribit D. Thomas 2o. 2o. *quest. 39. art. 3.* Præposit. in *summa, distinc. 15. numer. 24.* Alfonso de Castro *lib. 7. de iusta hered. punis. cap. 21.* Turrecremata in *lib. 1. de Ecclesia cap. 93. & cap. 96.* Michael Palladius in *4. Sensesiarum, distinc. 25. dispnt. 3. col. 6. vers. porrò quod psalmus*, Franciscus Vargus de *authoritate Pontificis, & Episc. Iurisdictione, in 1. proposit.*

Potestas ordinis versatur, ut scribunt prædicti, circa collationem ordinum Sacrorum, hoc est ordinandi Clericos, & Sacerdotes, & eligendi, & creandi Episcopos; sicuti habetur Lucæ *cap. 22.* dispensandi sacramenta, instituendi Ministros Ecclesiæ, conferendi illis beneficia, & dignitates Ecclesiasticas, & facere ea, quæ necessaria sunt ad regimen Ecclesiæ Christianæ, quemadmodum legitur Joan-

nis *cap. 21.* pascite oves meas, prædicandi, ut Ioannis *cap. 22.* Ità in universum mundum, & prædicante Evangelium omni creaturæ, & dicitur potestas Sacramentalis, quia ordinatur ad concessionem & ordinationem Sacramentorum, vel etiam quia emper donatur alicui per collationem alicujus Sacramenti. Dicitur etiam ordinis, quia nemo illam habere potest, nisi in aliquo certo gradu, & ordine constitutus, sicuti scribit Alfonso de Castro in *d. cap. 21.* qui, & illud scribit, aliquam potestatem ordinis solis Episcopis convenire, ut ordines conferre, confirmare, consecrare Ecclesias, Altaria, claves benedicere, reliqua Sacramentalia, & vestes Sacerdotales; Aliquam verò ordinis potestatem concessam esse & aliis Sacerdotibus, ut consecrandi Corpus, & Sanguinem Salvatoris Nostri, J. C. & absolvendi à peccatis.

Potestas iurisdictionis ex Divo Thoma, Alfonso, & aliis suprâ. omnememoratis auctoribus est, quæ ex simplici injunctioe, seu commiss. confertur, ut est potestas excommunicandi, aut ab Excommunicatione absolvendi, potestas diffiniendi causas forenses. Et propterea Turrecremata, & Alfonso scribunt, potestatem hanc duplicem esse juxta duplex forum, scilicet conscientie, & causarum fori temporalis. Potestatem in foro conscientie habet omnis pastor animarum, quæ absolvere potest subditos à peccatis. Potestas verò iurisd. in foro exteriori temporalis est potestas quæ aliquis in negotiis, & causis, quæ versantur inter homines, habet jus diffiniendi, & ferendi sententiam, mittendi eas executioni, & compellendi invitos, & respuantes parere sententiæ. De postrema hac potestate, si vè iurisdictione nostra est tractatio.

CAPUT V.

Potestatem in Republica Christiana esse duplicem, Spiritualem scilicet, & profanam; Spiritualem esse profanâ majorem, & digniorem.

Nemo omnium est, ex Sacræ Theologiæ, Pontificii, Cæsareique juris Interpretibus, qui non seiat, cognoscat, & fateatur ingenuè, Christianam Rempublicam duabus, geri, administrari, ac moderari potestatibus, spirituali scilicet, quam appellamus Ecclesiasticam, & profanâ, quam dicimus Secularem. Vtramque harum satis significasse credimus rerum omnium Opificem Maximum, dum in hujus Mundialis Machinæ creatione duo illa creavit lumina, quorum alterum præesset diei alterum nocti. *Genes. cap. 1.* illo ad æternam lucem producuntur homines, hoc hujus seculi res, & actiones moderantur; Sic unam, & alteram potestatem manifestè nobis ostendit Divus Cyprianus Iuliano Imperatori scribens, sicuti relatum est in *cap. quoniam distinc. 10. in hac verba rescripti.* Quoniam idem Moderator Dei, & hominum homo Christus Iesus sic actibus propriis, & dignitatibus distinctis officia potestatis utriusque discrevit, propria volens medicinali dignitate hominum corda sursum efferri, non humanâ superbâ rursus in inferiora demergi, ut etiam Christiani Imperatores pro æterna vita Pontificibus indigerent, & Pontifices pro causa temporalium tantummodò, rerum

rerum, Imperialibus legibus uterentur, quatenus spiritualis actio à carnalibus distaret in curribus, & Deo militans minimè secularibus negotiis se se implicaret, ac vicissim ne ille rebus Divinis præsidere videretur, qui esset secularibus negotiis implicatus. Hactenus Cyprianus, cujus verba usurpasse videtur Nicolaus Pontifex Maximus in cap. cum ad verum distinct. 96. qui ita scribit. Cum ad verum ventum est, ultra sibi nec Imperator jura Pontificatus arripuit, nec Pontifex nomen Imperatorium usurpavit, quoniam idem moderator Dei, & hominum homo Christus Iesus actibus propriis, & dignitatibus distinctis officia potestatis utriusque decrevit, propriâ volens medicinali humilitate sursum afferri, non humanâ superbiâ rursus in infernum demergi, & ut Christiani Imperatores pro æterna vita Pontificibus indigerent, & Pontifices, pro cursu temporalium tantummodo rerum Imperialibus legibus uterentur, quatenus spiritualis actio à carnalibus distaret in curribus, & Deo Militans minimè se negotiis secularibus implicaret, ne vicissim ille rebus divinis præsidere videretur, qui esset secularibus negotiis implicatus. Hæc Nicolaus, ut disertè magis Gelasius Papa Anastasio Imperatori litteras his verbis scripserat dedit. Duo sunt, sic legitur in cap. duo sunt, distinct. 96. quippè, Imperator Auguste, quibus principaliter hic mundus regitur, auctoritas Sacra Pontificum, & regalis potestas. Hæc Gelasius, cui Innocentius hoc nomine tertius in cap. solita de Majoritate, & obed. his subscribit verbis. Ad firmamentum Cæli, hoc est, universalis Ecclesiæ fecit Deus duo magna luminaria, id est, duas instituit dignitates, quæ sunt Pontificalis auctoritas & regalis potestas. Cypriani, Nicolai, Gelasii, & Innocentii sententiam egregiè comprobatur locus ille lib. 2. Paralip. cap. 19. cujus supra memini, & quem juvat repetere. Ananias Sacerdos (populum Israëliticum alloquebatur Deus Opt. Max.) & Pontifex vester in his, quæ ad Deum pertinent, præsidebit. Porrò Zebedias filius Ismael, qui erat Dux in domo Iudæ super opera erit, quæ ad Regis officium pertinent. Quæ verò sint rationes, & causæ hujus distinctæ potestatis, legi, & facile colligi possunt ex eodem s. commemorato Canone Nicolai, in cap. cum ad verum distinct. 96. quo loci Turrecremata numer. 7. primam illam esse dixit, humilitatis servandæ, & superbiæ devitandæ. Si enim, inquit ille, Imperator, vel Papa omnia officia haberet, de facili superbiret, cum enim contraria contrariis curentur, propria medicina superbiæ est humilitas. Alexand. in conf. 8. numer. 1. lib. 1. Turrecremata in dictis cap. cum ad verum, cap. duo sunt 96. distinct. & in summa de Ecclesia lib. 1. cap. 87. & aliis subsequentibus, & comprobant Franciscus à Victoria, Navarrinus, Molina, Bellarminus, & alii, quos infra referam: Cæterum spiritualis ipsa potestas, quæ mortalium animas, regit, ac moderatur tantò major, ac dignior est potestate profanâ, & temporali, quæ hujus sæculi res gubernat, quantò anima præfertur corpori, ut inquit Innocentius in d. cap. solita, cui subscribit Gelasius in præcitate cap. duo sunt s. 1. his verbis. In quibus tantò gravius est pondus Sacerdotum, quanto etiam pro ipsis regimèntibus hominum in divino sunt reddituri examine rationem. Itaque nosti subjungit Gelasius, inter hæc ex illorum te pendere iudicio, non illos ad tuam posse redigi voluntatem. Talibus igitur institutis, talibusque fultis auctoritatibus, plerique Pontificum, alii Reges, alii Imperatores excommunicarunt &c. & paulò post scribit, aurum non tam esse preciosius plumbo, quam re-

giâ potestate sit altior ordo Sacerdotalis. Sic & Cyprianus in cap. suscipitis dist. 10. Imperatoribus rescripsit his verbis. Suscipitis ne libertatem verbis libenter accipitis, quod lex Christi Sacerdotali vos subijcit potestati, ac quo istis Tribunalibus subdit. Dedit enim, & nobis potestatem, dedit & Principatum multò perfectiorem Principatibus vestris. Aut numquid iustum vobis videtur, si cedit Spiritus carni, si à terrenis caelestia superentur, & si divinis præferantur humana? Hæc Cyprianus. Et in illa Bonifacii octavi constit. extravag. Unam Sanctam s. oportet, sic legitur. Oportet autem gladium esse sub gladio, & temporalem auctoritatem spirituali subijci potestati. Nam cum dicas Apostolus ad Romanos cap. 13. Non est potestas, nisi à Deo, qua autem sunt, à Deo ordinata sunt: Non autem ordinata essent, nisi gladius esset sub gladio, & tanquam infans reduceretur per alium in supremam; Nam secundum Beatum Dionysium, lex divinitatis est infima per media in suprema reduci. Non ergo secundum ordinem Universi omnia aequè, ac immediatè, sed infima per media, & inferiora per superiora ad ordinem reducuntur: Spiritualem autem & dignitatem, & nobilitatem terrenam quamlibet præcellere potestatem, oportet, tantò clarius nos sceteri, quanto spiritualia temporalia antecellunt. Hactenus Bonifacius, qui & exemplis probat nempe decimarum præstatione, benedictione, & sanctificatione, ac & rerum gubernatione. Et accedit Divus Chrysostomus, qui in lib. 3. de Sacerdotio, Scribit, Sacerdotium esse Principatu ipso etiam Regno venerabilius, ac majus, & Deum ipsum Regis caput Sacerdotis manibus subiecisse, & ab illo benedici, id quod à majori fieri testatur Divus Paulus ad Hebræos cap. 3. Et demum Majorem hanc dignitatem suadet ratio illa, quod is altero dignior, & major creditur qui ampliorem, & digniorem habet administrationem l. à Zenone. C. de quadr. præscrip. ibi, qui enim suis consiliis &c. & l. 2. C. ut dignit. ordo ser. lib. 10. & post alios tradit Vasquius in commentariis illustribus, majorem habeat administrationem in genus humanum, nempe circa mortalium animas ipso corpore digniores, consequitur, ipsam potestatem Ecclesiasticam esse majorem, & digniorem temporali, & profana. Id quod ut supra admonui, admittunt passim Interpretes. Gomes, in glos. in d. Extravag. unam Sanctam. Zabarella, in repet. cap. perpendimus col. 4. de Sentent. excommunicat. Turrecremata in d. cap. duo sunt, 96. distinct. & in summa de Ecclesia lib. 1. cap. 90. 91. Franciscus à Victoria in relatione de potestate Ecclesia relect. 1. q. 1. num. 3. Navarrinus in cap. novit in 3. notab. n. 55. & num. 80. de judiciis, Ludovicus Molina de iustitia, & jure disp. 21. col. 8. deindè Bellarminus Cardinalis in tractatu de Romano Pontifice cap. 4. Petrus Bonfeldius in commentario de injuriis, & damno dato cap. 7. quest. 1. in 2. conclus. Michael Palatius Hispanus Sacre Theologiæ interpres in celeberrima Academia Salmaticensi in 4. Sententiarum distinctione 25. disputatione 3. col. 11. vers. verum habens, qui dixit, Papam habentem spiritualem potestatem esse majorem, & digniorem Imperatore, & Rege habentibus solam temporalem. Et hinc inferitur, quod à sententia supremi Principis Sæcularis, ut pura, Imperatoris, vel Regis appellatur ad Pontificem Maximum. cap. ad Romanum 2. questio. 6. & cap. cuncta per nundum 9. questio. ultim. & scribens glos. in cap. ex transmissa de foro competenti, Innocentius in cap. licet & suspensio eodem titulo. Abbas in cap. Novit. de jud. Afflictus in rubr. quæ sunt regalia numer. 11. vers. tamen in contrarium esse &c. qui copiosè

differit, hæc intelligi, quando constat de notoria iniuria, cum tunc ratione peccati à Principe illo seculari commisso, cognoscere potest. Qua ratione intelligimus, verum non esse, quod docuit Gulielmus Benedictus in cap. Raynatus, in verbo, & maxime nomine Adalafam in secunda decisione num. 22. de testam, cum dixit, à sententia Regis Galliarum ob id non appellari ad Pontificem maximum, quod Rex ille non recognoscit ipsum Papam in temporalibus. Hæc, inquam, traditio vera non est, cum nec Imperator, nec Rex Hispaniarum recognoscit ipsum summum Pontificem in temporalibus, & tamen prædicto in casu ab eorum sententiis Pape ipsi appellatur. Sic etiam declaro, & intelligo Thomam Campesium in tractatu de potestate Pontificis cap. 20. in princip. Hinc etiam intelligimus, gravius errasse Baldum in rub. Digestorum num. 9. cum dixit, Papam esse Imperatorem majorem nomine, & secundum quid, non autem simpliciter. Baldum jure merito reprehendit Navarrus in cap. novis. in 30. notab. num. 35. de iudiciis, qui num. 89. concludit potestatem Ecclesiasticam dignitate, & excellentiâ antecesse profanam, & temporalem, potestatem verò profanam prætere ipsam Ecclesiasticam ætate, ac tempore, cum hæc temporalis ab exordio Civitatum naturaliter coeperit, sicut scriptum reliquit Divus Thomas in lib. 1. de regimine Principum cap. 4. & aliis comprobatur. Navarrus; à quo tamen dissentiunt Turcremata in lib. 1. de Ecclesia cap. 90. & Alvanus Pelagius de planctu Ecclesia lib. 1. cap. 36. multis rationibus, & argumentis contententes, ecclesiasticam potestatem esse etiam tempore antiquiorem seculari, & profanâ. Prætermitto de industria hic connumerare differentias inter has potestates, quæ faciliè à prædictis Turcremata, & Navarro colligi possunt.

Porrò nulla differentia esse debet inter unum, & alterum in mutua ope, & auxilio ferendo pro Reipublicæ Christianæ salute, quod rectè docuit Abbas in cap. novis. num. 2. de iudiciis, & secutus est Franciscus Montius in quaestione 1091. in prima parte, gladium enim temporalem esse debere in auxilium gladii spiritualis scripsit Joan. Igneus in repet. l. necessarios §. non alias num. 619. ff. de iis, quibus ut indignis; Et Principem secularem toneri, ac obligatum esse defendere Ecclesiam, scriptum est in cap. Princips 23. quest. 5. Quod si sine justâ causa (vix est, quin semper justâ adsit) reculaverit, excommunicari posse legitur in cap. administratores 23. quest. 5. & illis in locis Archidiaconus, & Turcremata annotavit.

CAPIT VI.

Iurisdictionem, Imperium, & potestatem Ecclesiasticam Seculari, & profana conjunctam esse posse, & ab uno Ecclesiæ Prælate, exerceri licere.

Vera, receptaque est apud sacre Theologiæ jurisque Pontificis interpretes, jurisdictionem, Imperium, & potestatem Ecclesiasticam Seculari & profanæ conjunctam, esse posse, & ab uno Ecclesiæ Prælate exerceri licere. Hæc sanè jure contingit in Pontifice Maximo, & aliis inferioribus Ecclesiæ Prælatibus, qui Civitates, Oppida, & Castra tanquam Principes temporales habent, & possident. His quidem, & æquitate, & jure convenit, ut etiam temporalem habeant potestatem, jurisdictionem, & Imperium, quibus populos regere possint, & valeant. Hanc vocant sententiam manifestè probat Abbas in cap. licet ex suscepto num. 6. ver. secundus casus, de foro competentis. Turcremata in cap. cum ad verum num. 1. distinct. 96. Petrus Bertrandi de jurisdictionis origine quest. 3. num. 4. Navarrus in cap.

novis. in 3. notab. num. 77. de iudiciis, Bellarminus in lib. 5. de Romano Pontifice. cap. 9. Ludovicus Molina in tractatu de justitia, & jure 21. disput. colum. 17. ver. potestas illa, & disput. 29. col. 209. ver. Sed antiquam Petr. Binsfeldius in commentario de injuriis, & damni infesto, cap. 7. quest. 1. conclusione secunda in fine, Michael Palatius in 4. sententiarum, distinct. 25. disput. 3. ver. & non unquam &c. qui scriptum reliquit, potestatem Ecclesiasticam esse aliquando conjunctam seculari, & profanæ, sicuti illa Pape in Urbe Roma, & toto Ecclesiæ patrimonio, ut etiam illa est Episcoporum, qui pariter sunt Duces, & Comites.

Horum vera traditio, & sententia sic multis probatur.

Primò autoritate legis divinæ Veteris Testamenti, qua permissum fuisse legimus, Pontificem Regis etiam personam, sicut in supra cap. 7. in decimo argumento, scripsit, sustinuisse, sicuti Melchisedech, qui fuit Rex, & Pontifex. Genes. cap. 14. Ita & Moyses & Pontifex, & Princeps populi fuit. Exod. cap. 8. & cap. 32. & numer. cap. 11. Quocirca Philo in libro 3. de vita Moysis Regis, Legislatoris, Pontificis, & Propheta. Sic & lib. 1. Regum cap. 11. & cap. 4. legitur, quod Heli summus Pontifex, & Judex sedit quadraginta annis. Ita & in lib. 2. Machabeor, habetur, Iudam, Jonatham, Simonem, & Joannem fuisse Sacerdotes, & Reges. Id quod scripsit & Josephus lib. 12. antiq. Jud. Est etiam Deuter. cap. 17. relatum in cap. per Venerabilem qui filii sint legis, scriptum his verbis. Si difficile & ambiguum apud te iudicium perstiteris, inter sanguinem, & sanguinem, causam, & causam, lepram, & lepram, & iudicium intra portas videris variari, venies ad Sacerdotes Levitici generis, & ad Iudicem, qui fuerit illo tempore, qui indicabunt tibi iudicii veritatem, & facies, quæcunque dixerint, qui præsent loco, quem elegerit Dominus, sequerisque eorum sententiam; qui autem superbie rit, nolens obedire sacerdotis iudicio, qui eo tempore ministrat Domino Deo suo, decreto Iudicis morietur. Hactenus lex divina, quam quidem imitati fuisse videntur, & præsci illi, qui (auctor est Alexander ab Alexandro in lib. 2. dierum gemalium cap. 8.) aliquando Cæsarem Licinium, & alios crearunt Consules, qui & Pontificatum Maximum gererent.

Secundò accedit, quod nulla est lex, vel divina, vel humana, quæ prohibeat, quin Ecclesiæ Prælatibus habere, & retinere possint res, & bona temporalia, & profana unâ cum bonis, & rebus Ecclesiæ, imò legitur expressim permissum, sicuti post alios scribit Marsilius Columna in lib. de Ecclesiasticis redibus cap. 26. num. 40. ergo & jurisdictionem, Imperium, & potestatem habere, & exercere potest Pontifex Maximus, & Ecclesiæ Prælatibus, qui Urbes, Oppida, & Castra possident.

Tertiò suffragatur, quod si de jure bonum præsumendum est bonorum, non autem aliquod delictum, & peccatum juxta leg. merito ff. pro socio, & ea quæ copiosè scripta in commentariis de præsumptionibus lib. 5. præsumpt. 2. multò magis idem præsumendum est de summis Pontificibus, præsertim de illis, quos ob eorum vitæ Sanctitatem universalis Ecclesia Catholica in sanctorum numerum retulit, & venerari statuit. Porrò à Beato Silvestro Pontif. Maximo hætenus Ecclesia Catholica Romana, seu Summi Pontifices, qui pro tempore federunt, Provincias, Urbes, Oppida, & Castra sibi ab Imperatoribus Constantino, & aliis donata cum jurisdictione & Imperio moderati sunt: quod quidem non fecissent, si lex aliqua divina, vel humana repugnaret. Constantinum donasse Sylvestro Urbem Romam, & multas Italiæ Urbes in dubium revocari non potest, nec debet, posteaquam innumeri sunt propè historicorum, & annalium scriptores, qui hac de veritate testantur, & quos longè admodum ferè commemorat Franciscus Brusatus in 70ns. 124. lib. 1.

Ultimò confert Constitutio Bonifacii Octavi Pontificis

cis Max. in cap. Romana. §. debes. de appellat. in 6. dum statuit à sententia Vicarii Episcopi habentis feudum, appellare ad dominum feudi. Id quod scribunt etiam Bartolus in l. 1. §. si quis in appellat. Abbas in cap. verum col. 4. n. 12. d. si. competenti, Felinus in cap. solita n. 4. de minor. & obi. qui alios refert, sic & Guilielmus Benedictus in cap. Raynensis. in verbo Et uxorem nomine Adelafiam. decis. 2. n. 317. de testa. Carolus Degraffalius in lib. 2. Regalium Francia iur. 14. Massuetus in pract. tit. de appellat. n. 22. ver. item à Iudice Ecclesiastico, & Didracus, Covarruvias in libro practicarum observationum cap. 4. n. 2. Hi itaque admittunt, Prælatos Ecclesiæ habere, & possidere posse feuda cum iurisd. Imperio, & potestate.

Nec prædictis repugnant argumenta aliquorum, qui falso contendunt, Pontifici Maximo, aliisque Ecclesiæ Prælati non licere utramque iurisdictionem spirituales scilicet, & temporalem, seu profanam unâ simul habere & exercere.

Primò moti sunt auctoritate illa Beati Apostoli Matthæi cap. 10. qui testatur, Salvatorem nostrum mandasse Apostolis suis, ne quid temporale possiderent. Verba Apostoli, seu Christi sunt hæc. Nolite possidere aurum, neque argentum, neque pecuniam in Zonis vestris, neque duas tunicas habeatis.

Respondetur, hoc non esse Dei præceptum, sed consilium ad evitandam cupiditatem, seu desiderium eorum, quæ saluti officiant æternæ; Nec hoc verbo nolite semper inducitur prohibitio, quæ peccatum faciat, si quis voluerit. Sic & Luca cap. 14. p̄gitur. Cum facies prandium, aut cœnam, noli vocare amicos tuos, nec fratres, nec cognatos. Hæc quidem prohibitio non est, quasi scelus illud sit aut vitium, sed ut intelligamus id modicum valere, ad promerendum vitæ cœlestis præmia. Ità doctè, & egregiè explicat Thomas Campegius permultis divinæ scripturæ testimoniis, permittum esse Clericis habere etiam bona temporalia. Et idem novissimè scribunt Sixtus Senensis in lib. 6. Bibliotheca Sanctæ, annor. 122. & Marsilius Columna in lib. de Ecclesiasticis redditibus cap. 25.

Secundò obiicitur illud ejusdem Matthæi cap. 20. Reges gentium dominantur eorum, vos autem non sic. His verbis visus est Christus Salvator noster significasse separatam esse oportere iurisdictionem, & potestatem temporalem, & profanam à spirituali, non autem ut unâ simul sint in Pontifice, & Ecclesiæ Prælato.

Respondet Bellarminus in lib. 5. de Romano Pontifice cap. 10. col. 1. ver. respondetur dupliciter. Et. Salvatorem eo in loco instituisse meros Principes Ecclesiasticos, & docuisse debere eos, ut tales sunt, præesse Subditis non more Regum, nec Dominorum sed patrum, & pastorum. Et propterea non hinc sequitur, quia unus esse possit Episcopus, & Princeps. Præterea subjungit Bellarminus in ver. Dico secundo Christum Dominum nostrum: illis verbis non prohibuisse Episcopis dominatum, qualis esse potest Regum, & Principum piorum, sed qualis est tyrannorum. Id quod ipse Bellarminus probat verbis ejusdem Matthæi, ex proprietate verborum Græcorum, quæ exponit violenter dominantur.

Tertiò obiicitur illud Lucæ cap. 12. O homo, quis me constituit Iudicem aut divisorem inter vos? &c. His verbis rejecit Dominus iudicandi munus, tanquam minus consentaneum muneri Prædicatoris, & Ministri verbi Dei, sicuti etiam Apostoli Act. cap. 6. dixerunt. Non æquum nos relinquere verbum Dei, & ministrare mensis. Porro munera hæc recusare non potest Princeps cum ejus proprium sit dirimere subditorum lites, & controversias, non ergò Prælati Ecclesiæ utroque hoc munere fungi debent.

Respondet Bellarminus in d. cap. 10. col. 2. ver. ad verbum Domini &c. Christum Salvatorem nostrum

hoc in seculo suscepisse personam Pontificis, non autem Principis temporalis, & illis verbis monuisse simplices Pontifices, ne se immisceant alienis negotiis. Præterea, inquit Bellarminus, melius dici potest, & generaliter utroque in loco monere Pontifices, & Principes, nè minutis, & vilibus officiis ita occupentur, ut majora cogantur omittere. Hoc modo Jetro cum vidisset Moysen totâ die sedere ad iudicandum, sic habetur Exodi cap. 18. sapienter eum admonuit, non ut deponeret Principatum politicum, & servaret solum Eccles. sed ut constitueret minores Iudices, qui satisfacerent populo in rebus levioribus, & graviora quæcunque tam politica, quam Eccles. ad se referrent. Ità etiam Beatus Bernardus in lib. 1. de consid. iisdem verbis Domini in medium adductis hortatur Pontificem, ut iudicia rerum temporalium aliis dimittat, quem tamen sciebat, iam tunc Principem temporalem esse. Sic denique Apostoli, (subjungit idem Bellarminus) ita omiserunt in Jerusalem curam ministrandi mensis, ut etiam præsiderent in temporalibus toti illi Ecclesiæ. Undè apud Divum Paulum in Epistola secunda ad Galatas, Petrus, Jacobus, & Joannes solvere pro Fratribus qui erant in Hierusalem, rogant Paulum, & Barnabam, ut memores sint colligere aliquam eleemosynam, & mittere in Hierusalem. Illi verò id fecerunt, & collectam pecuniam ipsimet detulerunt, non ad Diaconos præfectos mensis, sed ad Seniores, ut habetur Act. cap. 21.

Quartò obiiciuntur verba Divi Bernardi in lib. 2. de consid. ad Eugenium quæ ita se habent. Apostolis interdicitur dominatus, I. ergo tu, & tibi usurpare aude, aut dominas Apostolatam, aut Apostolicus dominatum Forma Apostolica hæc est: Interdicitur dominatio, in dicitur ministratio.

Respondet Bellarminus in d. cap. 10. col. 2. ver. Respondetur Bernardus, &c. Divum Bernardum loqui de Pontifice, ut Pontifex est totius Ecclesiæ, & secundum id, quod habet ex Christi institutione; Nam paulò antè dixerat: Esto, ut alia quacunque ratione & tibi vindices, sed non Apostolico iure. Nec enim sibi ille dare, quod non habuit, potest &c. Itaque vult Bernardus Pontificem ut pastorem, non debere eis dominari, sed pascere: At sicut nihilominus iisdem ovibus, ut sunt Cives Reipublicæ, dominatur Princeps politicus, ità potest iisdem dominari eadem ratione Pontifex, si sit eorum politicus Princeps. Hæc Bellarminus.

Quintò obiiciuntur Beati Gregorii lib. 4. Epist. 44. verba hæc; Dicit anathema Episcopo, qui jubet alicui agro, more, fiscali, titulum imprimi.

Respondet Bellarminus in loco supra citato col. ult. ver. responde nihil &c. mirum non esse, si Divus Greg. noluit Episcopos, nec Præfectos patrimonii Ecclesiæ Romanæ uti more fiscali in agris Ecclesiæ recuperandis; nam nondum habuerat Ecclesia Principatum Politicum sed possidebat bona temporalia ad eum modum, quo privati Cives possident. Itaque æquum erat, ut agros quos suos esse censebat Ecc. si forte ab aliis occuparentur, in iudicio legitimo eos repeteret; Non autem more fiscali propriâ auctoritate sibi vindicaret. Hæc Bellarmini interpretatio dubitationem vel ex eo recipere videtur, quod antè multos annos Ecclesia Romana donò acceperat à Constantino Urbem ipsam Romam, & aliis in quibus Imp. & potestate, ut dixim⁹ supra exercebat. Hunc ego Divi Greg. locum & traditionem non inveni, etsi satis diligenter singulas ejus Epistolas evolvi. Quod si concedimus hoc apud eum legi, conjecturâ adducor D. Gregorium prohibuisse Episcopis, ne in salvaguardiam ut dici solet, reciperent, aliquorum agros, nam hoc, ad Principem ipsum pertinet, sicuti probat l. 2. C. nemo privatus titulos prædis suis; vel alienis imponat, vel vela suspendat, ut declaravi in lib. 2. de arbit. Ind. casu 338. n. 11.

Sextò obiicitur illud D. Pauli ad Timotheum Epist. 2. cap. 2. nemo militans Deo implicet se negotiis secularibus. Quæ sanè verba dicuntur Episcopo; atqui non po-

test Princeps non se implicare negotiis secularibus, ergò &c.

Respondet Bellarminus in *d. cap. 10. col. ult. ver. respon- deo negotia* &c. D. Paulum loqui de negotiationibus, & mercimoniis causâ parandi victum, non autem de regimine politico, sicuti inquit Bellarminus ex proprietate verbi græci apud eum.

Septimò obiicitur illud Nicolai Pontificis de quo in *cap. cum ad verum distinct. 96.* cujus verba hæc sunt. *Cum ad verum ventum est, ultra sibi nec Imperator in- ra Pontificatus arripuit, nec Pontifex nomen Imperato- rium usurpavit* &c.

Respondet Bell. in *d. cap. 10. in fine*, Nicolaum no- luisse negare posse Pontifici convenire aliquod tempo- rale Dominium; Nam ipse erat Pontifex, & simul Prin- ceptus Romæ, & Ravennæ, aliarumque Civitatum, quas dudum acceperant ejus majores ab Imperatoribus, sed solum dicere voluisse, non convenire, ut idem sit Pontifex totius Orbis, & simul Imperator, etiam to- tius Orbis; Non quòd hoc repugnet Evangelio, ut nul- lo modo possit fieri, sed quia Christus ad conserva- dam humilitatem voluit, Pontificem indigere Impera- toris defensione in temporalibus, & simul Imper. Quod autem Christus voluerit, patet ex eo, quod reliquit Imperium Tiberio, & Petro solum contulit Pontificatum.

Respondet. 2. ut scripsi *5. cap. 7. in 2. argum. 2. opinio- nis*, post Turrecramatam in *summa de Eccl. cap. 816. in fine responsionis ad 3. & in respons. ad 4. ac etiam in res- pons. ad 6.* Non repeto jam dicta, ne ex scriptis scripta conficiam.

Octavò obiicitur quod duo contraria simul stare, & esse non possunt. *l. ubi repugnantia ff. de regulis juris*, ubi Decius, & reliqui. Atqui duo hæc jurisdic- tionalis, & temp. contraria sunt, invicemque pu- gnant, ergò duæ hæc jurisd. simul esse, & stare non possunt in una persona. Illa minor propositio probatur ex illo, quod habetur Matthei *cap. 22. Reddite qua sunt Cesaris Cesari, & qua sunt Dei Deo.* Et probatur in *cap. 7. in morte, & in cap. convenior 23. q. 8. & in cap. ex parte de Clericis conjugatis.*

Respondet Petrus Bertrandi in *tract. de origine Jurisd. q. 3. n. 30. ver. ad rationes*, & ego paulò apertius. Con- traria, & inter se repugnantia illa esse dicuntur, quæ simul esse, & stare non possunt in eodem subjecto. Quod quis sit homo, & Animus, esse aded non potest, ut nec le- gislator, nec ipse Deus facere id valeant, sicuti scribitur Angelus in *conf. 87. hic punctus prima fronte in fine*; Decius in *d. l. ubi repugnantia n. 3. de reg. juris, & in conf. 644. n. 12.* Jason in *conf. 148. n. 5. in fine lib. 4. Io. Jacobus de Leonardus inter consilia Brunni in conf. 144. n. 517.* De his non sunt jurisd. spiritualis, & jurisdic- tio temporalis alioqui Episcopus habens feudum & Comitatum non posset dici Episcopus, & Comes sicque habere utram- que jurisdictionem, quod tamen falsum est, ut dixi- mus supra. Dicendum itaque est duo hæc jurisd. spi- ritualem, & jurisd. temporalem esse duo diversa inter se, quæ in eodem subjecto stare possunt, sicuti di- cimus, duas has virtutes iustitiam, & fortitudinem esse duo diversa, quæ in homine simul esse, & stare possunt: Sic dicimus, duo hæc iudicia, possessorium & peritorium non esse duo contraria, sed diversa, quæ in uno, eodemque iudicio proponi, & tractari possunt. Ità declarando *d. legem, ubi repugnantia*, respondit Cravetta in *conf. 258. n. 6. lib. 2.* qui ad demonstrandum, quæ dicantur contraria aliis usus est exemplis, ut ex ipso videre est.

CAPUT VII.

Jurisdictionem, Imperium, & potestatem in spi- ritualibus à Deo tributam, & concessam esse Pontifici Maximo.

Nemo est, qui Ecclesiam Catholicam Romanam, quod facere omnes debent, agnoscit, quin fa- teatur iure divinò evangelicò, tributam esse à Deo Sal- vatore nostro immediatè jurisdic- tionalis & potesta- tem omnem in spiritualibus summo Pontifici. Ità sanè, ut hos paucos commemorem, Innocentius in *cap. no- verit n. 2. de senten. excommun.* Caietanus de *Romana Ecclesia cap. Ioh. Echius in tract. de primatu Petri*, Albertus Pighius in *lib. 3. de Ecc. Hierarchia*, Turrecrem. in *lib. 2. Ecclesia cap. 5.* Joannes Major. in *4. senten. distinct. 24. q. 3.* Joannes de Silva in *tract. de beneficio, 1. parte q. 4. n. 47.* Silvester Pichius in *summa in ver- bo, Papa n. 1.* Lupus in *tract. de Regno Navarra, in 2. parte §. 3.* Petrus Bertrandi in *tract. de origine jurisd. q. 2. n. 4.* Navarrus in *cap. novis. in 3. notab. n. 28. de judiciis*, Didac. Covar. in *cap. peccatum § 9. 2. n. 7. de regulis iuris in 6.* Michael Palatius in *4. senten. distinct. 25. disput. 3.* Franciscus Vargus in *tract. de Episco- pi jurisdictione axiom. 4.* Jurisd. tribuit tunc Christus Pontifex omnium primo, hoc est Beato Petro, & aliis successivè, cum apud Joannem *cap. 20.* dixit: *Accipite Spiritum Sanctum, & quorum remis- eritis peccata, remittentur, & quorum retinueritis re- tenta erunt.* Hoc jurisdic- tionalis esse scripsimus supra *cap. 11. in fine.* Imperium tribuit Christus Petro primo Ponti- fici, cum dixit, ut legitur apud Mattheum *cap. 18. si peccaverit in te frater tuus, vade, & corripe eum inter te, & ipsum solum; si autem te non audierit, dic Ecc. Si autem Ecclesiam non audierit, sis tibi tanquam Ethnicus, & Publicanus. Amen dico vobis qua alliga- veritis &c.* glosa intelligit, alligaveritis titulò anathe- matis & ibid. Divus Hieronymus scriptum reliquit: *Po- testatem (intelligo ego Imperium juxta ea, quæ scripsi 5. cap. 4.) tribuit Apostolis, ut sciant, qui à talibus damnantur, humanam sententiam divinâ sententiâ ro- borari.* Hactenus Divus Hieronymus. Porro ligare ali- quem anathemate, hoc est excommunicare, nil aliud est, quam gladio spirituali in eum animadvertere, cum excommunicatio sit gladius Ecclesiæ spiritualis *cap. Ecce autem, & cap. paternarum 24. 74. & ibid. Inter- pretes scribunt, & accedunt ex recentioribus Joannes Quintinius repet. cap. novis n. 63. de judiciis: Anastasius Germonius in lib. 3. de Sacrorum immunitatibus cap. 13. n. 12.* Merum ergo Imperium tribuit Christus Aposto- lis, cum gladii potestas significet merum Imperium *ff. de jurisd. om. Ind. ut diximus supra cap. 2.* Et gladii po- testatem, hoc est cogendi facultatem tributam esse à Deo Apostolis, sicque summo Pontifici copiosè affirmat Turrecremata in *lib. 2. de Ecclesia cap. 45. & 46. & dice- mus infra suo loco.*

Potestatem, quæ propriè ordinis dicitur, sicuti di- ximus supra *cap. 2. in fine* tunc D. Petro tribuit Salvator Noster, dum *Joannis cap. 21. dixit.* *Palce oves meas;* His enim verbis, ut Sacra Theologorum schola inter- pretatur, concessa fuit & aliis Apostolis immediatè qui- dem, sed tamen ipsis Apostolis subordinatè, & ipsi Petro tanquam eorum Principi subjectis. Et sanè dictum Apostolis omnibus. *Quacunque solveritis super terram &c. Matthei cap. 18. sic & Joannis cap. 20. Quorum remisistis peccata &c. & Matthei cap. ult. Euntes in Mundum universum predicate Evangelium.* Et decla- rando Epistolam secundam Anacleti relata in *cap. in no- vo. distinct. 22.* scribunt Joannes Major Joannes de

Silva,

Sylva, Joannes Lupus, Didacus in locis supra citatis. Et præter hos doctè, & copiosè scribunt Thomas Campenius in tract. de potestate Pontificis, cap. 7. & apertius cap. 11. ubi n. 4. sic declarat dictum cap. in novo, & Franciscus Vargus in tractatu de Episcopi jurisdictione. axiom. 4. & 11. qui hanc communem esse sententiam affirmant adversus Turrecremata, & Jacobatium.

Quod vero diximus de causis spiritualibus, de illis omnibus intelligamus, quæ vitam æternam respiciunt, ut Sacro S. Eucharistiæ confectio, articuli fidei, Baptismus, & similes, cap. quoniam. distinct. 10. & ibid. Gemin. & Petrus Rebuffus ad Constitutiones Gallie, tomo 3. tract. ut clerici non conveniantur coram Indicibus laicis, glos. unica n. 16. quæ idem esse subjunxit de elect. decimæ, usus, & similibus.

CAPUT VIII.

Pontificum summam olim & multo majorem hodiè, esse potestatem in his, quæ ad religionem, & Sacra pertinent, & alia nonnulla Secularia.

QUI hæcenus, & accuratè, & copiosè de summi Pontificis in hoc terrarum Orbe Christi Salvatoris nostri personam sustinentis summa potestate, & auctoritate multa scriptis mandarunt, plura etiam scripserunt quæ, & quanta apud Ethnicos illos antiquos extiterit illorum Pontificum potestas, & auctoritas quoad religionem, & sacra. Et eo quidem animo, & mente existimo, eos sic scripsisse, ut non significarent illorum potestatem in nostræ ætatis Pontifices derivasse, hoc enim & manifestè falsum & valdè erroneum esset, sed ut ostenderent, nulli mirum esse posse vel debere, quòd si tanta priscorum divino lumine carentium erga Pontifices illos, hominum tam profanorum fuerit observantia, multò maior sit nostrorum, quos ipse Christus universi Dominus constituit. Et quidem apud Romanos, non mediocrem fuisse Pontificis Maximi auctoritatem, & potestatem quo ad sacra, testatur Cicero in Exordio Orationis pro sua domo, ad Pontifices, his verbis. *Cum multa divinitus, Pontifices, à Majoribus nostris inventa, atque instituta sint, tum nihil præclarioris, quam quòd vos eosdem & religionibus Deorum immortalium & summa Reipublica præesse voluerunt, ut amplissimi, & clarissimi cives rempublicam benè gerendo, Pontificis religionis sapienter interpretando, rempublicam conservarent. Quòd si ullo tempore magna causa in Sacerdotum populi Rom. iudicio, ac potestate versata est, hæc profectò tanta est, ut omnis Reipublica dignitas, omnium Civium salus, vita, libertas, ars, foci, Dii penates, bona, fortuna, domicilia, vestra sapientia, fidei, potestati quæ commissa & credita esse videantur.* Hæcenus Cicero qui in Orat. de Haruspic. respons. ita Lentulum Pontificem alloquitur. *Te appello, Lentule, tui Sacerdotii sunt thesa, curricula, præsentio Ludi, liberationes epulaque ludorum publicorum. Vosquæ Pontifices, ad quos Epulones Iovis optimi Maximi, si quid est præmissum, aut commissum afferunt, quorum de sententia illa eadem renovata atque instaurata celebrantur, qui sunt ludi minus diligenter facti? quanto, aut quo scelere polluti? Respondebis, & pro te, & pro Collegis tuis, & pro Collegio Pontificum nihil cuiuspiam aut negligentia contemptum, aut scelere esse pollutum.* Hæcenus Cicero Titus verò Livius in lib. 1. ab Urbe condita, planius ita scriptum reliquit. *Pontifici Nume sacra omnia ex scripta exsignataque attribuit, quibus hostiis, quibus diebus, ad quæ templa sacra fierent, atque undè in eos sumptus pecunia erogaretur. Cætera quoque omnia publica, privataque sacra Pontificis scitis subiecit, ut esset, quòd consultum plebs veniret, nè quid divini juris, ne-*

gligendo patrios ritus, peregrinosque adfiscendo, turbaretur; Nec cælestes modò carimonias, sed iusta quoque funebria, placandosquæ manes, ut idem Pontifex edoceret. Hæc Livius.

Dionysius Halicarnassæus in initio lib. 2. antiquitatum Romanarum de Pontifice Numa creato hæc scriptis commisit. *Ultima Numa institutorum pars continebat sacra Maximi apud Romanos Sacerdoti cuius potestas est amplissima. It ab uno suorum operum, videlicet sartiendo ponte sublicio, vocantur Pontifices, summâ auctoritate præditi. Nam de omnibus causis ad sacra pertinentibus judicant, tam inter Magistratus sacros, quam inter privatos homines, novaquæ leges de sacris arbitratu suo condunt, sicuti destituuntur scriptis legibus, & Magistratus penes quos cerimonie sunt ac sacrificia, sacerdotisque omnes examinant, Ministros quoque sacrorum in officio continent, nè quid præter solemnes ritus faciant; à profano etiam, & imperito vulgo consuluntur de cultu Deorum, ac geniorum, aliisque religionibus. Quòd si quem animadvertant præscripta sua contemnere, cum multiant pro delicti magnitudine. Ipsi nullius potestati sunt obnoxii, nec tenentur ad reddendam rationem vel Senatui, vel Populo.* Hæc Dionysius Halicarnassæus.

Alexander ab Alexandro in lib. 2. dierum genalium cap. 8. inter multa, quæ de Pontificis hujus Maximi auctoritate, & potestate scripta reliquit, & hæc memoriæ prodidit. *In tantumque honoris culmen Pontificatus, & è excellentia crevit ut Cn. Cornelio Prætori, quòd M. Emilio Lepido Pontifici Maximo convicium fecisset, multa d. fuerit ipsumque Regia dignitati proximum crederent. Nam & Lictor apparebat & curuli regiam sellâ ac lelicâ insigniserat quam ante vestibulum conspicuam habere assueverat. Ad ejus fores pro splendore dignitatis viridis laurus affixa videbatur, cumque ceteri honoribus functi rationem administrati muneris reddere cogentur, Pontifex tamen Maximus pro Majestate gesti honoris rationem dare minimè cogi poterat, ipsique pro Imperio, & potestate quoque plus dignitatis ferret, cum galero esse, & carpento, ut reliquis Sacerdotibus, ingredi licebat.* Hæc Alexander ab Alexandro, qui & alia nonnulla scripsit quæ referre minimè opus est. Ità pariter de industria prætermitto quæ de his Pontificibus doctè admodum scripsit Anatalius Germonius in lib. 1. de sacrorum immunitatibus cap. 8. Illud unum observandum est quòd scripsit præcitatus Alexander in d. cap. 8. hos Pontifices non solum ab omni sanguine puras manus servare decuisse, sed nè participes quidem, aut conscios alicujus necis fieri.

Romani verò Pontificis Maximi, Christi salvatoris nostri vices gerentis in terris multò major, & excelsior est potestas, & auctoritas. Hunc in spiritualibus, & ad religionem pertinentibus amplissimam habere potestatem testatur Innoc. 3. in cap. proposuit de præben. in cap. cum esto de pœnit. & remiss. Sic & D. Bernard. in lib. 2. de cons. ad Eugen. hanc potestatis & auctoritatis nitiditatem descriptione hac egregiâ satis significavit his verbis. *Tu quies Sacerdos Magnus, Pontifex Summus Princeps Episcoporum, heres Apostolorum, primatu Abel, gubernatu Noe, patriarchatu Abraham, ordine Melchisedech, dignitate Aron, auctoritate Moyses, iudicatu Samuel, potestate Petrus, unctioe Christus. Tu es cui Claves tradita, cui oves credita sunt. Sunt quidem & alii Cœli janitores, & gregum Pastores. sed tu tantò gloriosius, quanto differentius utrumquæ præ cæteris nomen heredisisti. Habet illi sibi assignatos greges singuli singulos, tibi universi crediti, uni unus, nec modo ovium sed etiam pastorum tu unus omnium pastor.* Hæc devotissimus Bernardus, qui lib. 3. de consideratione expressius dixit, Romanum Pontificem habere potestatis plenitudinem. Et idem in Epistola 131. ad Mediolanenses ita scriptum reliquit. *Plenitudo potestatis super universas Orbis Ecclesias singulari prerogativa Sedi Apost. donata est. Itaque qui huic potestati*

testatis super universas Orbis Ecclesias singulari prerogativa à sedis Apostolica donata est. Itaque qui huic potestati resistit, ordinationi Dei resistit. Alexand. de Helis in 3. parte summa q. 40. membro 2. sic loquitur. Nullus est major Papa in ordine spirituali, cuius potestas est super secularem, sicuti spiritus est supra corpus. Unde & Jeremia dicit. Ecce constituit te super gentes, & regna, ut evellas, & destruas, adifices, & plantes. Hæc ille D. Thomas in quodlibeto 13. scriptum ita habet. Papa habet plenitudinem potestatis in Ecclesia, & ita quacunque sunt constituta per Ecclesiam, vel Ecclesia Prælatos sunt dispensabilia à Papa. Hæc Sanctus Doctor, qui, & in 4. sententiarum distinct. 19. inquit Papam habere plenitudinem potestatis in Universo, sicuti Rex habet in Regno. Idem in tractatu contra errores Grecorum. cap. 68. post Cyrillum, & Chrysostomum scriptum reliquit, Christum recepisse à patre, sceptrum Ecclesiæ gentium & Israel. Egredieris super omnem Principatum, & potestatem, & super omne quodcunque est, & ei genua cuncta curventur, licet Petro, & ejus successoribus plenissime commisit &c. Et paulò infra, nulli alii, quam Petro Christus quod suum est, plenum sit, ipsi soli dedit &c. Et paulò post, pedes Christi humanitas, & ipse homo, cui tota Trinitas dedit plenissimam potestatem, quoniam unus tantum assumpsit, & in unitate persona transiit ad patrem supra omnem Principatum, & potestatem, & super omne quodcunque est, ut ei genua quacunque curventur, & adorarent eum omnes Angeli Dei, quem totum dimisit per sacramentum, & potestatem Petro, & Ecclesia ejus. Hæc Cyrillus, sic & D. Chrysostomus ad consulta Bulgarorum. Te interrogo, si me diligis, qui me ter trepidus, & timidus negasti; nunc autem rediens, ne credant te fratres gratiam, & auctoritatem clavium amisisse, quia amas me, coram ipsis jam tibi confirmo, quod in eum est plenum. Hæc ille, & alia adjungit. D. Thomas, quem secutus est D. Antoninus in 3. parte summa tit. 22. de potestate Papa cap. 6. in princ. & in 58. Et accedit quod cum Pontifex maximus sit, ut diximus, Vicarius Christi in terris, cap. quarto de transf. Prælat. Et idem Tribunal, cum ipso Deo facere scriptum reliquerit Hostien. in eo. cap. quarto, sequitur dicendum quòd sicuti plenissima est Dei potestas in Cælo, & in terra, ut habetur Psalmo 24. in cap. quo jure distinct. 8. & Matthæi cap. ult. ita legitur. Data est mihi omnis potestas in Cælo, & in terra, sic & Pontificis maximi maximam esse in terris auctoritatem, potestatemque asserendum erit. Ex nostris verò Baldus in proœmio Gregoriano num. 3. Scriptum reliquit Papæ datam esse clavium plenitudinem, & summam liberamque potestatem, quæ appellatur potestas absoluta, & num. 6. dixit, in summo Pontifice esse quancunque potestatem, quæ sub Cælo est. Et Baldus probavit Anastasius Germonius in tractat. de indulto §. per qua sublatis num. 79. Et hæc quidem plenitudo potestatis est in solo Papa, ut scribit idem Germonius eodem in loco §. Episcopus numer. 31. & unde §. per qua num. 51. Nam Episcopi vocati sunt in partem sollicitudinis cap. ad honorem de auctor. & usu Pallii, cap. per venerabilem §. sunt autem qui filii sint. Qua ratione fit, ut Papa eos appellet fratres tanquam ei datos Coadjutores, sicuti doctè observat Germonius in dicto tractatu de indulto §. dilecto num. 19.

Hanc verò Pontificiam potestatem, quatuor modis à divina differet scribit Alvarus Pelagius in lib. 1. de planctu Ecclesiæ. cap. 58. volum. 2. ver. quartum verò ad rationem, quæ quidem distinctio, & traditio non satis ad rem nostram pertinet. Convenit melius, quæ tradit Eged, de potestate Papa parte tertia cap. 8. & 9. quem probavit doctissimus Palleottus Cardinalis de Sacri Consistorii consultationibus par. 1. quest. 3. art. 1. colum. 2. Censet is, hanc summi Pontificis plenitudinem po-

testatis tripliciter posse considerari. Primò, simpliciter (eruditissimi Palotti verba hæc sunt) & absolute, & de hac in presenti non agimus, quippe que non Papa, sed soli Deo competit, qui vocat ea, quæ non sunt tanquam ea, quæ sunt, & cui voluisse, fecisse est, inde omnipotens dicitur. Sanctus Thomas in 1. parte quest. 25. art. 3. Secundo pro ut Christus eam habuit in terris, in quo erat humanitas hypostaticè verbo unita, & hac etiam plenitudo non tribuitur Papa, quamvis Christi vicem in terris gerat, nam multa sunt, quæ peculiariter Christo Domino reservata fuerunt, qualia illa sunt, quæ vocantur excellentia, prout fuit institutio Sacramentorum, & alia hujusmodi. Tertio potest hac plenitudo considerari tanquam ea, quæ fuit Beato Petro ratione universalis Ecclesiæ communicata, sive ordinis, sive jurisdictionis, & hanc plenitudinem dicunt Doctores ad Papam pertinere, non solum, quia quod omnibus & singulis Prælatibus in Ecclesia Dei concessum est, id solus Papa potest, sed etiam, quia amplius, quam illi omnes, & singuli possunt, ipse unus potest. Eo exemplo usentes, quòd quemadmodum Deus potuit statuere leges naturalibus rebus, ut juxta eas operarentur, potest tamen idem Deus præter leges naturæ ex propria virtute sua agere, quod miraculum vocari solet. Sic in Ecclesia spectat ad summum Pontificem condere leges moraliter, & præscribere jus omnibus personis Ecclesiasticis, & toti Ecclesiæ. Idem tamen non semper tenetur servare hujusmodi leges, sed potest agere præter illas. Quando agit ut Papa, vult ea observare, quæ suis legibus continentur, tunc dicitur uti potestate ordinaria. Quando verò aliquid dicitur supra id, quod legibus constitutum est, tunc dicitur plenitudinem potestatis exercere. Hactenus Palleottus.

Cæterum quæri, ac dubitari solet, quid, & quæ hæc potestatis puritudo complectatur. Speculator in tit. de legato §. nunc ostendendum est, novem, & octuaginta casus commemoratur. Speculatoris nomine suppreffo, eosdem recenset D. Antoninus in 3. parte tit. 22. de potestate Papa, & cap. 5. & 6. Idem faciunt Alvarus Pelagius lib. de planctu Ecclesiæ. cap. 45. Silvester Pierius in summa, in verbo casus, et si Speculatoris interdum meminit, & Capistranus in tract. de auctoritate Papa p. 3. 2. partis principalis. Sic & Joannes de Sylva in tract. de beneficio in 4. parte quest. 8. usus est, quadraginta argumentis demonstrantibus plenitudinem potestatis summi Pontificis. Turrecremata verò in lib. 2. de Ecclesia cap. 52. solum quindecim arg. quæ vocat extensiones, de hac potestate differit. Prætermitto alios, qui hac de re scripserunt, quos suis locis referam. Ego alio ordine hæcenus à nomine observato paulò diligentius, & accuratius differam.

Constituo itaque septem capita, quorum primum est, de plenitudine summi Pontificis potestatis circa personam propriam. Secundum circa personas Principum seculi. Tertium circa personas Ecclesiasticas. Quartum circa Sacramenta, & res Ecclesiæ. Quintum circa quascunque alias personas. Sextum circa loca. Septimum circa forum conscientiarum, & forum fori.

De primò capite dicendum est, hanc summi Pontificis plenam, & summam potestatem circa ejus personam, multa hæc comprehendere, & continere.

I. Legibus, & canonibus à se, vel ab alio editis non ligari summum Pontificem, & leges, quas in species affirmamus, posse condere nemo dubitat, & in specie affirmant glos. in cap. generali, in verbo, Inhibemus de electione in 6. Speculator in tit. de legato §. nunc ostendendum n. 40. vers. trigesimo octavo; Abbas in cap. cum non liceat, de præscr. D. Antoninus, & alii, quos infra referam. Et accedit Franciscus Vargas in tractatu de Episcoporum jurisdictione in confirmatione 11. col. ult. Sic & leges à se latas Papa ipse declarat, & interpretatur si obscuritatem continent, ut præcitato in loco tradit Speculator n. 32. & sequuntur reliqui. Et si ergo leges, & Canones condere potest Papa,

attamen

attamen, ut dictum fuit, eis non ligatur. Ita sane Speculator in *d. tit. de legato §. nunc ostendendum n. 42. ver. quadragesimo sexto*. D. Antoninus in *summa in 3. parte tit. 22. de potestate Papa cap. 6. §. 22. & cap. 7. ver. quinquagesimo*, Alvarus Pelagius de *plantis Ecclesia c. col. 9. ver. 39. Felin. in c. 1. n. 9. de consit. & ibid. Decius n. 15. Joannes de Selva in tract. de benefic. p. 4. q. 8. n. 18. & 19. Fortunius Garfia in l. 1. in princ. nu. 20. ff. de pallis, & Turrecrem. in lib. 2. de Ecclesia. c. 52. ver. nemo plenitudo, qui ad rem adducit c. 15. autem 24. q. 5. cujus verba hæc esse scribit, *Romana Ecclesia jus, & auctoritatem sacris Canonibus impertitur, sed eis non ligatur*, qui locus meo in Codice non habetur. Rectius citavit, quod censuit Piscalis Papa in cap. *significasti de electione ad finem à lege, & canone Concilii*, quem ipse Pontifex approbat, exceptam esse ipsius Pontificis auctoritatem. Sic & Princeps secularis solutus est legibus à se latis *l. Princeps ff. de legibus & l. digna vox C. cod. & scribunt omnes in c. 1. de probat. ibi Baldus n. 7. Abbas, Felinus n. 12. & Decius n. 18. Andreas ab Enea in c. 1. num. 452. de pallis. Corasius in lib. 2. miscellaneor. Juris. c. 2. Dominicus Soto in lib. 1. de justitia, & jure q. 6. ncl. 7.**

Cæterum traditio hæc intelligitur, Papam, & Principes Seculares non ligari canonibus, & legibus à se promulgatis coactivè, directivè verò ligari. Non ii tenentur servare leges vi coactiva ipsius legis, ut scilicet cogi possint eam servare, cum nemini subsint, nec Reipublicæ partem constituent, nec se ipsos cogere possint. Directivè vi rationis tenentur servare ipsam legem, quæ Principem ratione ad rectum dirigit. Ratio siquidem dicitur, Principem legem illam servare debere, quam is tulerit. *cap. cum omnes de consit.* Ita egregiè declarat D. Thomas in *1. 2. qu. 96. art. 5. & ibid.* Caietanus, D. Antoninus in *d. §. 21. Felinus in cap. 1. nu. 25. de consit.* Navarrus in *cap. si quando in 7. exceptione ver. 4. contra, de rescriptis.* Domin. Soto in *lib. 1. de justitia, & jure q. 6. art. 7.* Didacus Covarrv. in *cap. alma mater par. 1. §. 1. num. 4. de sentent. excom. & Anastasius Germonius in lib. 1.* Et summum Pontificem lege à se latà ligari directivè in specie tradit Franciscus Vergas de *Episc. jurisdictione axio. 7.* Ita alii explicant *dist. l. Princeps ff. de leg. & l. digna vox C. ead.* Sic etiam declaratur generalis traditio Turrecremaræ, in loco. *Hic accedit*, quod & multò minùs Regulæ Cancellariæ non ligant Papam: sicuti respondit Archid. in *conf. 290.* quam secuti sunt Felinus in *cap. 1. de Consit. in cap. ad aures col. 7. ver. octava conclusio de rescriptis, & in cap. quod superi. col. 4. de fide instrumentorum.* Joannes de Selva in *tract. de beneficio. in p. parte qu. 12. n. 7. & Ludov. Guimerius in regula Cancellariæ de infirmis resignantibus q. 1. col. 2. ver. & in specie, quod regula &c.* qui post alios declarat, non habere locum, quando lex, & Canon respicit animæ salutem, & quando est honesta, & rationabilis.

II. Accusari, & judicari à nemine posse Pontificem Romanum ob suæ potestatis plenitudinem scribunt Speculator in *d. tit. de legato §. nunc ostendendum &c. 2.* D. Antoninus in *summa. 3. parte tit. 22. c. 7. col. ult. ver. 49.* Romanus in *conf. 523. & n. 9. & 10.* Archid. & Geminianus in *cap. Nemo q. 3.* Alvarus Pelagius in *tractatu de plantis Ecclesia lib. 1. cap. 6. cap. 14. & cap. 45. col. 5. ver. prima ergo, Sylvester in summa in verbo casus col. 7. ver. quadragesimus octavus, Nicolaus de Melis in repertorio in verbo, Papa nemini subicitur.* Jacobatius in *tractatu de concilio lib. 3. n. 25.* Joan. de Selva in *tractatu de beneficio in 4. parte qu. 8. n. 29.* Albanus in *tractatu de potestate Papa. in prima parte nu. 74.* Melchior Canus in *lib. 6. locor. theologic. cap. ult. pag. pen. ver. præterea illud, Decianus in tractatu criminali lib. 3. cap. 38. n. 2. lib. 4. cap. 55. n. 13.* Anastasius Germonius in *lib. 3. de sacror. immunit. cap. 11. nu. 13. & in tract. de indulto §. Episc. n. 10. & Bellarminus de controversiis in tract. de Pontifice Romano, lib. 2. cap. 26. & cap. 27. & duobus sequentibus, ubi dissolvit argu. adversariorum*

Et prædicti quidem uno ferè ore tradunt, Papam nec à Concilio univ. regulariter judicari; & probatur assertio hæc *cap. per mundum dist. 9. cap. illud, & cap. in tantum dist. 21. cap. auditor 2. quest. 5. cap. patet, & cap. Nemo, & cap. ipsi sunt 9. quest. 3.* Et accedunt rationes, quas referam statim. Excipiuntur septem casus, quos enumerat Jacobatius in *d. tractatu de Concilio, lib. 20. art. 7. & Decianus in d. cap. 55. num. 17.*

III. Submittere se sua sponte, & voluntate alterius potestati, jurisdictioni & judicio etiam Concilii univ. non posse Maximum Pontificem, tradunt Jo. Andr. & Burius in *cap. Ecclesia Sancta Maria de consit. Roma. in sing. 144.* Incipit *lex est rescriptum, Alex. in d. l. est receptum ff. de jurisd. omn. iud. & ibid. Jason num. 7. & Decius num. 9. Felinus, & Decius in d. cap. Ecclesia Sancta Maria, ille enim 12. ista num. 17.* Auffrerius in *tractatu de potestate seculari super Ecclesiast. personis, in 4. regula nu. 50.* qui dicit hoc contingere ob potestatis plenitudinem ipsius Papæ, sic & Restau. Castaldus in *tract. de Imperatore qu. 92. num. 3.* Jacobinus in *tract. de Concilio in qu. de submissione Papa, Alhanus in tractatu de potestate Papa, in 1. par. num. 104.* Decianus in *tract. criminali, lib. 4. cap. 9. num. 69.* & Bellarminus de *controv. tract. de Concilio, & Ecclesia lib. 2. cap. 18.* Et hæc quidem est recepta sententia, à qua malè dissentit Joan. de Selva in *tract. de beneficio. in 4. parte qu. 8. num. 35.* Et præcipua hujus traditionis, & sententiæ ratio est, quod summus ipse Pontifex est major, & omnium superior, cum ejus auctoritas, & potestas omnem humanam excedat, & superet. De Ecclesiastica probat *cap. nolite distinct. 11.* De terrena extat *cap. suscipiis, distinct. 10.* & in specie hic tradunt Turrecrem. in *lib. 2. de Ecclesia cap. 2. ver. sexto plenitudo, & alii, quos retuli §. cap. 5.* Et accedit, quod omnis potestas Ecclesiastica ab ipso Papa pendet mediatè, vel immediatè, eidem dicitur subordinata, ut scribunt D. Antoninus in *summa, in 3. par. cap. 22. de potestate Papa cap. 3. §. 7.* Decius in *cap. novis. num. 15. de judiciis, Franc. de Victoria, de potestate Papa in fine, & Franciscus Vergas de Episcopi jurisdictione axio. 2.* qui alios nonnullos recenset. Imò Papam habere majorem auctoritatem, & potestatem universali concilio, & supra illud esse affirmant Speculator in *titulo de legato §. nunc ostendendum est num. 45. ver. quinquagesimo octavo, Petrus de Monte in tract. de potestate Pontificis, in tit. de concilii præminencia num. 8. & 9.* Jacobatius in *tract. de concilio lib. 9. art. 7. num. 133.* qui commemoratis pluribus testatur hanc esse receptam opinionem. Melchior Canus in *lib. 5. locor. theologicorum cap. 5. pag. 164. ver. quo circa summus Pontifex &c.* qui scribit, Papam non teneri amplecti sententiam majoris partis Prælator. Concilii, Bellarminus de *controversiis in tract. de Concilio, & Ecclesia lib. 2. cap. 14. & 17. & Anastasius Germonius in lib. 2. de sacror. immunit. cap. 11. numer. 46.* Accedit, quod solus Papa potest statuerè quidquid posset cum Concilio ipso generali *cap. per principalem, & cap. cancella per mundum quest. 3.* Et respondit Navarrus in *conf. 1. in fine de his, qua sunt à maiori parte capituli, lib. 3.* Et hic facit, quod solus ipse Papa ob suæ potestatis plenitudinem, & omnium majoritatem convocat ipsum Concilium universale, sicuti scribunt Speculator in *d. §. nunc ostendendum numer. 41. ver. quadragesimo.* facit D. Antoninus in *summa in 3. p. tit. 22. de potestate Papa cap. 7. tolum. 2. ver. vigesimus quintus est, & alios plures refert Jacobatius in tract. de Concilio lib. 3. art. 1. num. 46. & 47. lib. 4. artic. 7. num. 24.* Et accedunt Joan. Capistranus in *tract. de anel. Papa parte 3. num. 27.* Albanus in *tract. de potestate Papa in 2. parte num. 188.* Germonius in *lib. 3. de Sacrorum immunit. cap. 11. numer. 32. & 37.* qui egregiè & doctè multis comprobatur. Ipse Bellarminus in *tract. de Concilio, & Ecclesia lib. 1. cap. 12.* qui in *cap. 13. doctè, & egregiè confutat impiorum hæreticorum rationes, & argumenta.*

Secundum hujus disputationis caput est de plenitudine potestatis summi Pontificis, quæ versatur circa personas principum secularium. Hoc plura continet, & comprehendit.

I. Imperatores, & Reges electos confirmat, & approbat, consecrat, & coronat. c. *Venerabilem de elect.* ut scribunt Speculator in *tit. de legato §. nunc ostendendum est n. 17. & nu. 41.* Divus Antoninus in *summa in 3. parte n. 22. de potestate Papa c. 7. col. 3. ver. trigessimus tertius*, Alvarus Pelagius de *planctu Ecclesia lib. 1. cap. 45. colum. 5. ver. tertio à Papa*, & alii quos statim referam.

II. Imperatores, & Reges, & alios Principes seculares iustis de causis abdicat, deponit, & privat. Ita Speculator in *d. §. nunc ostendendum n. 17.* D. Antoninus in *d. tit. 22. de potestate Papa c. 5. §. 17. in fine, & cap. 7. colum. 2. ver. 33.* Alvarus Pelagius in *d. lib. 1. de planctu Ecclesia c. 45. col. 7. ver. trigesimo deponit*, Sylvester in *summa in verbo casus col. 6. ver. trigessimus secundus*, qui refert multos summos Pontifices, qui multos Imperatores deposuerunt. Capistranus in *tract. de auctoritate Papa in tertia parte secunda partis principalis num. 16. & num. 17.* & Joan. de Selva in *tractatu de beneficio in 4. parte qu. 8. nu. 25.* Anastasius Germonius in *lib. 2. de sacrorum immunitate capit. ult. num. 10. lib. 3. cap. 13. num. 28.* & probant *cap. nunc anrem, distinct. 21. & cap. venerabilem de electione*, & dicemus infra hoc libro c. 9. in fine, ubi declarabimus intelligi, quando causa depositionis respicit animarum salutem.

III. Regalis dignitas impetratur à solo Pontifice maximo. Ita Speculator in *d. §. nunc ostendendum n. 3. vers. 3. à Domino*, & Alvarus Pelagius in *lib. 1. de planctu Ecclesia c. 45. col. 5. vers. 3. à Papa*, qui probant textum. i. §. unde in veteri. de sacra unctione, qui tamen loquitur de Regibus illis antiquissimis legis divinæ veteris testamenti.

IV. Imperatoris, & Regis defuncti personam sustinet Papa, donec unus eligatur, & creetur. Ita Speculator in *d. §. nunc ostendendum est num. 15.* Alvarus Pelagius in *d. cap. num. 45. col. 7. ver. decimo nono suple.* Capistranus in *tractatu de auctoritate Papa in 3. parte 2. partis principalis num. 26.* qui adducti sunt ex *cap. cum inter unversas, in fine de electione, & cap. licet ex suscepto de foro competenti.* Quo postremo in loco Felinus n. 2. Scriptum reliquit post alios, summum Pontificem vacante Regno, vel Principatu superiorem non recognoscere, succedere, & adducunt Bartolum in *l. 1. ff. de postula. in l. 1. §. denique ff. de aqua pluvia arcenda, & l. infamem ff. de pub. judi.* Aufredius in *tract. de potestate Ecclesia nu. 17.* & Germonius in *lib. 3. de sacrorum immunitate c. 17. n. 67.*

V. Appellat Pontifex maximus à sententia Imperatoris, Regis, alteriusve Principis non recognoscentis superiorem. Ita D. Antoninus in *summa in 3. parte tit. 22. de potestate Papa cap. 5. §. 17. ver. quod à sententiis, & Ludovicus Molina societatis Jesu, in tractatu de iustitia, & jure dispus. 29. col. 10. ver. secundo infero*, qui tamen intelligit, & declarat, non procedere, quando agitur de rebus merè temporalibus. Præterea à sententia generali Concilii appellat Papa ob suæ potestatis plenitudinem. Ita *glos. in cap. in ipso. 9. qu. 3. Præpos. in cap. 1. distinct. 15.* & Joannes de Selva in *tract. de benef. in 4. parte qu. 8. n. 28.*

VI. Judex est competens Papa inter supremos Principes seculares superiorem in temporalibus non recognoscentes, sicuti sunt Imperator, & Rex Hispaniæ, & Rex Galliæ, quando gravissimæ sunt inter eos discordiæ, contentiones, & lites. Id quod est potestatis plenitudo ipsius Pontificis. Ita sanè scribunt Arétinus in *cap. 1. nu. 13. de probat. & ibidem. Decius num. 8. in fine, ver. opinio tamen, & Beron. num. 41. ver. vel etiam si tractaretur.* Sic etiam intelligi, & declarari potest, quod scribunt Mar. Antonius Peregrinus in *tract. de jure fisci, lib. 1. tit. de iis, qui jura fiscalia habent nu. 34.* & Alex. Carerius in *tract. de potestate Romani Pontificis, lib. 2. cap. 16. in fine*, dum absolute tradunt, Pontificem maximum Judicem esse competentem inter Principes non recognoscentes superio-

rem intelligi sanè debere, quando agitur de causa gravissima, quemadmodum contingit inter Balduinum secundum, & Michaelém Paleologum de Imperio orientali contententes, quorum causa delata fuit. Gregorio Pontifici maximo, qui Paleologum Imperatorem declaravit, ut scribit Nauocerus *generatione 43.*

Idem evenit in controversia exorta inter duos proximos Reges, hoc est Ferdinandum Hispaniæ, & Brianuelem Lusitanæ de novi Orbis inventione, & conquestione, in qua Alexander sextus Pontifex maximus statuit, Regem Hispaniæ sibi acquirere posse occidentales illius novi Orbis Provincias, Regem vero Lusitanæ Orientales. Hujus partitionis meminit Franciscus Vargas in *tract. de Episcopi jurisdictione confirmatio. ne decima*, quem retulit, & probavit Anastasius Germonius in *lib. 3. de sacror. immunit. c. 13. n. 30.* quibus & illud addo, quod cum eadem ætate Lusitani subegissent Moluchas Insulas, auro, & argento ditissimas, nova contigit contentio inter eosdem Reges, propterea quod Ferdinandus Rex Hispaniæ ex occidentalibus Insulis esse assererat. Contra vero Rex Lusitanæ causa, summi Pontificis mandato, coram Rotæ Romanæ Auditoribus pertractata fuit, & cum lata sententia fuisset, pro Ferdinando, & appellatum esset ad summum Pontificem; ob id, quod rationes essent utrinque, transactione diffinita fuit controversia, sicuti facile est legere in *libro 2. Historia generalis India, cap. 8.* Hæc quidem observata ob id sunt, quod inter Principes superiorem non recognoscentes de re agebatur gravissima, & ne in perniciem Reipublicæ Christianæ grave bellum inter eos exoriretur. Quæ ratione idem dicendum est, quando contentio inter hos Principes supremos de præcedentia, oritur sicuti nostrâ ætate evenit, inter Regem Catholicum Hispaniæ, & Regem Christianiss. Galliæ. Est enim & in hac causa Pontifex maximus Judex competens, sicuti doctè scribit Germonius in *lib. 3. de Sacror. immunitate cap. 13. num. 61.* Ita quoque Judex est Papa inter hos Principes, quando agitur de jurejurando violato *cap. novit. de judiciis*, cujus capituli historia eleganter, & rectè recenset, & explicat Germonius in *d. c. 13. nu. 57.*

Tertiū caput de plenitudine potestatis Pontificis maximi versatur circa personas Ecclesiasticas, quod hæc cōtinet.

I. Sanctos Canonizat solus Papa ob potestatis suæ plenitudinem. Ita Speculator in *tit. de legat. §. nunc ostendendum est, num. 41. ver. quadragesimo primo*, Burius, & Imola in *cap. 1. de reliquiis, & venerat. Sanctor. in 6. D.* Antoninus in *summa in 3. parte tit. 22. de potestate Papa cap. 7. col. ult. ver. trigessimus sextus*, Alvarus Pelagius in *lib. 1. de planctu Ecclesia cap. 45. col. 8. ver. trigesimo quinto*, Sylvester in *summa in verbo casus col. 6. vers. trigessimus quintus &c.* Turrecremata in *summa de Ecclesia lib. 2. cap. 52. ver. decimo quarto plenitudo*. Capistranus in *tractatu de auctoritate Papa in 3. parte 2. partis principalis num. 17. ver. solus habet & copiosè Troilus malvitiis in tractatu de canonizat. Sanctorum in 2. dubio nu. 5. & traditionem hanc manifestè probant c. 1. & 2. de reliquiis & venerat. Sanctorum.*

II. Episcopus creat solus Papa ob potestatis suæ plenitudinem etiam si minores sunt ætate triginta annor. *cap. ult. 21. qu. 2. & cap. cum nobis olim. de electione, & ibidem Abbas, lic. & Divus Antoninus in cap. dist. 7. ver. vigessimus tertius, & ver. 32.* qui adjungit, Papam dispensare, qui non est in factis, vel aliis est indignus, ut ad Episcopatum promoveatur *ex cap. dudum §. ult. de electione.* Idem scribunt Alvarus Pelagius in *dist. cap. 45. col. 6. vers. 13. & col. pen. vers. 17.* Sylvester in *summa in verbo, casus, ver. 22.* Et Pontificem Maximum solum creare, & instituere Episcopos doctè ostendit Bellarminus de *controver. fidei tractatu de Pontifice Romano lib. 2. cap. 18. col. 1.* Ipse etiam solus Papa ob suæ potestatis plenitudinem creat Cardinales, ut scribunt *glos. in Clemen. ne Romani, de electione, Geminianus in cap. nullus. dist. 79.* Decius

in rubr. do constit. Joannes de Selva in tract. de beneficio, in 4. parte qu. 8. num. 26. qui dicit, solum etiam deponere posse, & Albanus in tractatu de Cardinalibus qu. 44. Paletottus tamen de sacri Consistorii consultationibus 4. parte qu. 1. refert, & probat quæ in libro cæremoniarum leguntur de Cardinalium creatione nempe, Papam non nisi de consensu majoris partis sacri Collegii novos Cardinales creare

III. Episcopos justis de causis Episcopatu privat abdicat, & deponit solus Papa propter suæ potestatis plenitudinem cap. quamvis, & cap. dudum 3. qu. 5. & scribunt Speculator in tit. de legato §. nunc ostendendum num. 12. D. Antoninus in summa in tertia parte tit. 22. de potestate Papa cap. 7. colum. 1. ver. tertius est, Alvarus Pelagius in lib. 1. de planctu Ecclesie cap. 45. colum. 6. ver. decimo removet, & ver. decimo septimo, Abbas in cap. 1. num. 3. de translat. Episcopi, & ibidem Butrius in secundo, & tertio notabili, Felinus in cap. non potest num. 4. de re judicata. Decius in cap. 1. numer. 12. de judiciis, & ibidem Bero. num. 4. & num. 69. Sylvester in summa in verbo casus num. 2. ver. tertius est, Turrecremata in lib. 2. de Ecclesia cap. 52. ver. quinto plenitudo, Lelius Jordanus, in tract. de majoribus Episcopi causis &c. cap. 5. & cap. 6. Vargas in tract. de Episcopi jurisdictione, confirmatione, & Bellarminus de controversiis fidei tract. de Rom. Pontifice lib. 2. cap. 18. colum. 2. ver. de depositione, qui recenset exempla multorum Episcoporum, qui à summo Pontifice fuerunt depositi. Et horum quidem vera traditio probatur auctoritate Divi Bernardi in Epistola ad Eugenium Papam pro Episcopo Choracensi, cum ita dixit, peremptoriam sententiam dare ad depositionem Episcoporum solius Romani Pontificis noscitur esse.

IV. Episcopos, & Presbyteros solemniter degradatos & depositos solus Pontifex Maximus restituit in signum plenitudinis suæ potestatis. Ita scribunt Speculator in dict. §. nunc ostendendum est numer. 9. ver. nono restituit. D. Antoninus in dict. cap. 7. colum. 1. Alvarus Pelagius in dicto cap. 45. colum. 5. ver. nono restituit, & Bellarminus in dict. cap. 18. colum. 3. ver. denique de restit. qui auctoritatem Patrum refert, & exempla Episcoporum multorum, qui à Pontificibus Romanis restituti fuerunt, & traditionem hanc probant cap. huic sedi dist. 17. cap. 1. & 2. distinct. 50. cap. ideo 2. quæst. 6. cap. si quis Presbyter. 7. quæst. 1. & cap. ex sue. de Cler. non residen. Cæterum quod de restitutione Presbyteri diximus, intelligitur, quando per gratiam fit restitutio, hanc solus Papa facit. Secus si per justitiam, quam etiam facit Episcopus, qui pariter restituit Presbyterum simplici verbo depositum, sicuti declarant Speculator, D. Antoninus, & alii nonnulli ex præallegatis.

V. Episcopatum renunciationes solus Papa suæ potestatis plenitudine recipit, & admittit, ut scribunt Speculator in dict. §. nunc ostendendum est num. 17. ver. vigesimo primo & numer. 18. Divus Antoninus in dict. cap. 7. colum. 1. ver. quintus, Capistranus in tractatu de auctoritate Papa in 3. parte secunda partis principalis num. 9. Alvarus Pelagius in dict. cap. 45. colum. 7. ver. vigesimo primo recipit, qui in ver. 22. scribit idem esse de Abbate, & Priore renunciantibus.

VI. Archiepiscopos, Episcopos & Abbates solus Papa à suorum super. jurisdictione, & potestate eximit, & liberat ob suæ potestatis plenitudinem, sicuti affirmant Speculator in d. tit. de legato §. nunc ostendendum est, & num. 8. ver. undecimo, D. Antoninus in summa in 3. parte tit. 22. de potestate Papa cap. 5. §. 22. & cap. 7. col. 1. ver. quintus est, Alvarus Pelagius in lib. 1. de planctu Ecclesie cap. 45. col. 6. ver. undecimo eximit, Capistranus in tractatu de auctoritate Papa in 2. parte 3. partis principalis numer. 6. Turrecremata in summa de Ecclesia lib. 2. cap. 25. ver. octavo plenitudo. Et manifestè sic statuit Gregorius Pontifex Maximus in cap. frater 16. quæst. 1. & accedit Di-

vus Bernardus libro tertio de consideratione cujus verba hæc sunt. Subtrahuntur Abbates Episcopis, Episcopi Archiepiscopis, Archiepiscopi Patriarchis, seu Primatibus. Bona? ne species hac mirum, si excusari queat, vel opus. Sic faciendo, probatis vos habere plenitudinem potestatis, sed justitia fore non ita. Facitis hoc, quia potestatis sed utrum debeatis, quæstio est. Hactenus Sanctus Bernardus.

VII. Episcopos, & Abbates ab eorū Ecclesiis ad alias transferre posse solum Pontificem Maximum ob suæ potestatis plenitudinem affirmant Speculator in dict. §. nunc ostendendum est num. 5. ver. septimo transfert. D. Antoninus in d. cap. 7. col. 1. ver. secundus. Capistranus in loco supra allegato num. 9. Joannes de Selva in tractatu de beneficio in 4. parte quæst. 8. num. 27. & Anastasius Germonius in lib. 2. animadversorum cap. 19. & in tractatu de indulto §. tibi quoad vixeris num. 71. & clarè probat cap. inter corporalia de translatione Episcopi, & cap. 3. de officio leg. qui hujus traditionis, & sententiæ rationem doctè, & acutè consideravit.

Quartum est caput de plenitudine potestatis Pontificis maximi, quæ versatur circa Ecclesiæ spiritualia. Hæc pariter plura continet & comprehendit.

I. Fidei Catholicæ causas, & definitiones ad ipsius summi Pontificis potestatis plenitudinem pertinere affirmant Speculator in d. §. nunc ostendendum est n. 39. Divus Antoninus in 3. parte lib. 22. de potestate Papa, c. 6. & 7. in princ. Alvarus Pelagius in lib. 1. de planctu Ecclesie, cap. 45. colum. 8. ver. trigesimo cum de fide. Alfonsus de Castro in lib. 1. contra hæreses cap. 8. colum. 3. ver. superest ergo. Joannes de Selva in tractatu de beneficio in 4. parte quæst. 8. num. 27. qui numer. 38. (subjungit, post Imo. in cap. de baptism. Papam posse dare novam formam baptismi, Vargas de Episc. jurisdictione confirmatione undecima colum. 3. ver. hinc rerum omnium, Albanus in tract. de potestate Papa in 2. parte num. 20. & multis sequentibus, & num. 67. Bellarminus de controversiis fidei in tractatu de Pontifice Romano, lib. 4. cap. 1. qui multis sanctorum Patrum auctoritatibus probat, & Anastasius Germonius in lib. 2. de sacrorum immunitatib. cap. 12. num. 10. & probant cap. preceptis distinct. 12. cap. hinc ladi distinct. 16. cap. quamvis 24. quæst. 1. & cap. majores de baptismi. Hinc scriptum reliquit Abbas in cap. Christus in fine de hered. Papam posse inducere novum fidei articulum declarando in jus divinum. Et Abbatem securus est Tiberius Decianus in tractatu de criminali lib. 5. c. 26. col. penult. qui ostendit Alfonsum de Castro in d. c. 8. in fine, minùs rectè intellexisse Abbatem.

II. Indulgentias, quas plenarias vocamus à solo Pontifice maximo ob eius potestatis plenitudinem concedi affirmant Divus Antoninus in summa in tertia parte tit. 22. de potestate Papa cap. 7. col. ult. ver. quadragesimus quartus, Sylvester in summa, verbo casus col. 7. ver. quadragesimus tertius, & idem in verbo, indulgentia. Turrecremata in lib. 2. de Ecclesia cap. 52. ver. decimo tertio plenitudo. Joannes de Selva in tractatu de beneficio 4. parte quæst. 8. num. 25. Franciscus Vargas de Episcopi jurisdictione in confirmatione undecima in fine, Dominicus Soto in 4. sententiarum distinctione 20. quæst. 2. art. 4. sic & ipse solum Papam renovare posse indulgentias à se, vel per suos antecessores concessas, respondit Navarrus in consil. 2. numer. 1. in tit. de penit. & remiss. lib. 5. Et quidem probatur auctoritate Divi Thomæ in 4. sententiarum distinctione 20. quæst. 4. articulo 3. qui ita scriptum reliquit. Papa habet plenitudinem Pontificalis potestatis, quasi Rex in Regno, sed Episcopi assumuntur in partem sollicitudinis, quasi Indices singulis Civitatibus periti, & ideo potest facere Indulgentias, prout vult, causa tamen existente legitima: sed in Episcopo est taxata secundum ordinationem Papa. Hæc

S. Doctor. Ideā probatur in *cap. quod autem*, & in *cap. cum ex eo de pœnit*; & *remiss.*

II. Absolutionem à peccatis gravissimis solum Papam vi plenitudinis suæ potestatis concedere scribunt Speculator in *tit. delegato §. nunc ostendendum est n. 48. ver. sexagesimo septimo, cum dicitur*, Papam solum absolvere posse in *planctu Ecclesie cap. 45. col. penult. ver. quinquagesimo tertio ipse absolvit*, qui in *ver. quinquagesimo quarto* idem dicit de occisore, vel mutilatore Clerici, & alio committente enorme delictum. Sylvester in *Summa, in verbo casus col. 3. ver. decimus septimus*, Dominicus Soto in *4. Sententiarum distinctione 18. q. 2. art. 5.* & Vargas de *Episcopi jurisdictione, in confirmatione undecima col. 6. ver. hinc casuum Papa & probant cap. ex conquesti & cap. tua de senten. excom.*

IV. Votum Terræ Sanctæ, & aliorum locorum solum Papam ob suæ potestatis plenitudinem mutare affirmant Speculator in *tit. de legato §. nunc ostendendum est n. 5. ver. octavo ipse, idem n. 39. n. 44. 40. 51. 52.* Divus Antoninus in *summa in tertia parte tit. 22. de potestate Papa cap. 7. col. 2. ver. undecima est*, Alvarus Pelagius in *lib. 1. de planctu Ecc. cap. 45. col. 5. ver. octavo ipse solus*, Sylvester in *summa, in verbo casus, ver. undecimo est*, & in *verbo votum n. 8. ver. quartum*; quo in loco declarat, in quibus possit summus Pontifex deponere circa ea, quæ juris naturalis, & divini sunt, & plura idem scribit in *verbo Papa n. 16. ver. decimo sexto*, post D. Thomam & alios. Et accedunt Franciscus Vargas de *Episcopi jurisd. axiomate decimo*, & Navarrus in *Manuali Confessorum cap. 12. n. 75.*

V. Simoniacum solum Papa dispensare potest, ut retinere possit beneficia Eccles. per Simoniam consecuta, sicuti scriptum reliquerunt Speculator in *d. §. nunc ostendendum est n. 19.* Divus Antoninus in *d. cap. 7. col. 2. ver. similiter & Sylvester in summa, in verbo casus. ver. decimus tertius*, Capistranus in *tractatu de auctoritate Papa, tertia parte secunda partis principalis n. 20. ver. solus Papa dispensat*. Qui tamen distinguunt inter simoniam commissam in ordine, & simoniam commissam in beneficio, ut apud eos. Ità & ordinatum in apostasia, solum ipse Papa dispensat. *cap. ult. de apost.* & tradit Speculator in *d. §. nunc ostendendum est n. 48. ver. septuagesimo secundo* qui subjungit idem de schismatico.

VI. Matrimonium per verba de præsentibus contractum, copula non securâ, solum Papa ob plenitudinem suæ potestatis dispensare potest. Ità *glos. in cap. ex pub. de convers. conjug.* quam ab omnibus esse receptam testatur Decius in *cap. qua in Ecclesia n. 13. de constit.* Joannes de Selva in *tractatu de beneficio, in 4. parte q. n. 8. 24.* & alios congesti in *commentariis de presumptionibus lib. 2. presumpt. 20. n. 37. & ibidem n. 35.* quando dispensat cum Monacho, & Religioso, ut exeat claustra, & uxorem ducat, & n. 45. quando dispensat super Matrimonio contrahendo inter sanguine conjunctos, & n. 46. quando dispensat, quod fœnus certo in casu exerceri possit, & n. 47. de dispensatione illius præcepti Decalogi; Non occides. Sic etiam Papa pro suæ potestatis plenitudine dispensat, ut contrahi possit Matrimonium inter sanguine conjunctos in quarto gradu, Navarrus *conf. 3. n. 14. & 15. de sponsal. lib. 4.* & Capistranus de *auctoritate Papa, in tertia parte secunda partis principalis, n. 17. in fine.*

VII. Juramentum illicitum vel illicitum sit, vel non servandum declarat, & dispensat Papa propter potestatis suæ plenitudinem. Ità Speculator in *d. §. nunc ostendendum est n. 23.* Divus Antoninus in *summa in tertia parte titulo 22. de potestate Papa cap. 7. col. 2. ver. decimus tertius.* Alvarus Pelagius in *libro primo de planctu Ecclesie cap. 45. col. 7. ver. trigésimo tertio ad Papam*, Capistranus in *tractatu de auctoritate Papa, in tertia parte secunda partis principalis n. 10.* Decianus in *tractatu criminali lib.*

6. tit. 11. n. 30. ver. & certum est, quod &c. Et probant *cap. Venerabilem §. penult. de elect. cap. verum, cap. quanto, & cap. intellecto. de jure juram. & cap. ad audientiam de Clericis non residentibus.* Cæterum traditionem hanc multis modis declarant prædicti, præsertim Speculator, ut apud eos videre est.

VIII. Excommunicatos ab ipso Pontifice Maximo vel ejus delegato ipsemet solus ob suæ potestatis plenitudinem absolvit, *cap. Venerabilem de electione, & scribunt Speculator in d. §. nunc ostendendum n. 3.* D. Antoninus *d. cap. 7. col. 3. ver. vigésimus septimus*, Alvarus Pelagius in *dicto cap. 45. col. 7. ver. vigésimo quarto ipse tantum.* Sylvester in *d. verbo casus ver. vigésimus sextus*, Capistranus in *tractatu de auctoritate Papa, in tertia parte secunda partis principalis n. 18. ver. solus absolvit.* Ratio est, quia ejus est solvere, cujus est ligare. *cap. inferior distinctione 21. & cap. cum inferior de major. & obed.* Sic dicimus, solum Papam absolvere condemnatum sententiâ Pontificiâ, *cap. frater 16. q. 1. & cap. Venerabilem de electione, & scribunt Speculator ubi supra, ver. vigésimo sexto ipse solus.*

IX. Hæreticum damnatum ad honores & dignitates & reliqua restituit solum Papa, vel Cardinalium cœtus. Ità Innocentius, & Abbas in *cap. vera te. de re jud.* Zanchius in *tractatu de hæreticis, cap. 38.* & ibidem Campegius in *additio.* & Decianus in *tractatu criminali lib. 5. cap. 59.* Absolvit etiam Papa in casibus Episcopo reservatis, ut tradit Germonius in *lib. 3. de sacror. immunitate. cap. 8. n. 30.*

X. Irregularitatem solum Papa tollit, & dispensat ob suæ potestatis plenitudinem. Ità sanè Speculator in *d. §. nunc ostendendum est n. 35.* D. Antoninus in *d. cap. 7. col. 2. ver. decimus quartus*, qui multis comprobatur, Sylvester in *d. verbo casus col. 3. ver. decimus tertius*, qui de certis ab eo annumeratis irregularitatibus tantum dicit. Alvarus Pelagius in *d. cap. 45. col. 7. ver. vigésimo septimo solus Papa*, dicit Papa solummodo posse dispensare cum irregulari, qui cum esset excommunicatus celebravit, *ex cap. illud. de Cleri. excommun. Ministr.* Capistranus in *tractatu de auctoritate Papa, in tertia parte secunda partis principalis n. 10. ver. unde solus, & Moriolus in tractatu de irregularitate lib. 5. cap. 51. n. 3.* recenset irregularitates, quarum dispensationes soli Pontifici Maximo sunt reservatæ, & probant *cap. si quis damnatus n. q. 3. cap. veniens, de eo, qui ord. furtiv. suscepit cap. cum illorum de senten. excommun. & cap. cum æterni de senten. & re jud.*

XI. Hæreticos divina communicantes Papam solum absolvere ob potestatis suæ plenitudinem affirmant Speculator in *d. §. nunc ostendendum est n. 35. ver. trigésimo secundo & nu. 49. ver. octuagesimo tertio ipse solus, & Alvarus Pelagius in d. cap. 45. col. 8. ver. vigésimo octavo solus absolvit. cap. excommunicatus §. sanè Clerici de heret. & ibidem Doctores.*

XII Beneficia Ecclesiastica ipse solus Papa ob suæ potestatis plenitudinem dispensat, & confert tanquam dispensator à Salvatore nostro constitutus *cap. licet de præbendis in 6. & Clemen. 1. ut lite pendente*, & alii probant, Divus Antoninus in *summa in 3. parte tit. 22. de potestate Papa cap. 5. §. 18. & 19.* Turrecramata in *summa de Ecclesia, lib. 2. cap. 52. ver. quarto decimo plenitudo*, Joannes Lupus in *tractatu de libertate Ecclesiastica in secunda parte. q. 13. nu. 1. & 2.* Joannes de Selva in *tractatu de beneficio, in quarta parte q. 8. n. 20.* Franciscus Vargas de *Episcopi jurisdictione, in undecima confirmatione*, Anasthæus Germonius in *tractatu de indulto §. per que sublati n. 40.* Et ad eodē quidem est Papa Dominus, & dispensator beneficiorum, ut ei liceat auferre beneficium uni, & alteri tradere, atque conferre. *cap. per principalem q. 9. quæst. 3. cap. convenior 24 q. 8. & cap. quare sit grave. de excessibus Prælatorum & scribunt Speculator in titulo de legato §. nunc ostendendum est, nu. 45.* Divus Antoninus

in titulo de legato §. nunc ostendendum est, numer. 25. Divus Antoninus in summa, in tertia parte num. 22. de potestate Papa cap. 7. colum. 2. ver. vigesimus sextus. C. t. in consil. 413. in facto presenti. numer. 4. lib. 1. Geminianus in cap. 1. numer. 7. de rebus Ecclesiasticis non alienantibus in 6 Sylvester in summa, in verbo casus colum. 5. ver. vigesimus quintus, Nicolai de Malis in repertorio, in verbo Papa, ver. Papa de plenitudine, Felinus in cap. que in Ecclesiasticis, numer. 4 de consil. Decius in consil. 341. numer. 9. Berol. in consil. 147. num. 19. 20. §. 21. lib. 3. Germonius in loco supra allegato, num. 41.

Quod quidem intelligitur, quando iusta subest causa auferendi beneficium, & conferendi alteri, sicuti declarant, & scribunt Romanus in consil. 345. §. in consil. 467. Barbatus in cap. quod translationum, numer. 121. de officio legati, §. in consil. 13. colum. 5. lib. 3. Jalon. in l. ult. colum. 2. ver. facit bene. C. si contra jus, vel milit. publi. in consil. 145. colum. 1. §. 2. §. in consil. 213. colum. 5. lib. 2. §. in consil. 46. colum. 4. lib. 3. Ripa in lib. 1. respons. cap. 14. col. per. Joannes de Selva in tractatu de beneficio parte tertia quest. 60. Cosmus Guimer. in pragmat. Sanction. tit. de electione in verbo rejecta, Brunus in consil. 8. numer. 48. Joannes Jacobus de Leonardis inter consilia ejusdem Bruni in consil. 114. numer. 27. & Rebuffus in tractatu nominationum quest. 21. numer. 55. Et hujus sententia ea est vera, & solida ratio; quod summus ipse Pontifex non est absolute beneficiorum Dominus, sed dispensator, juxta illud D. Pauli ad Corinthios. 1. cap. 4. sic nos existimus homo, non ministros Christi, & dispensatores mysteriorum Dei &c. Dispensatores dixit Apostolos, non dominos. Et idem ad Titum cap. 1. oportet enim Episcopum sine crimine esse, sicuti Dei dispensatorem &c. quod relatum est in cap. legimus, distinctione 93. & manifeste tradunt D. Thomas in secunda secunde quest. 100. art. 1. in responsione ad ultimum, §. in 4. sententiarum distinctione 28. quest. 3. art. 3. in responsione ad secundum, Zabarella in Clem. 1. in secunda oppos. de summa Trinitate, §. fide Catholica, Cariccanus in secunda secunda, quest. 44. art. 8. §. 9. Joannes de Selva in tract. de beneficio, in quarta parte quest. 8. numer. undecimo in fine, & Thomas Campanus in tractatu, an Papa possit incurrere labem simonia, in responsione ad octavum. Porro dispensatoris munus est iuste, & sancte conferre, & auferre, quod non faceret Papa, si sine iusta causa auferret, & tum maxime cum is à Deo datus sit ut oves pascae, non autem ad destructionem, ut testatur D. Paulus ad Corinth. 2. cap. 10. & ideo ita scribit Gregorius in cap. si ea 25. quest. 2. si ea destruerem qua antecessores nostri statuerunt, non destrueret, sed everfor. essent: At sine iusta causa auferre beneficium Clerico, non esset pascere, sed necare; non etiam esset edificare, sed destruere.

Præterea adeo plena, & ampla est Pontificis Romani potestas, & facultas in beneficialibus, ut ea conferre possit etiam in præjudicium ordinario- rum cum quibus concurret ipse Pontifex in eorum collationibus, sicuti post Baldum, Abbatem, & alios respondi in consil. 83. num. 9. lib. 1. & secutus est Germonius in tractatu de indulto. §. alioquin num. 6. §. 7. Et accedit Joannes de Selva in tractatu de beneficio in 2. parte quest. 1. num. 34. ubi multis comprobat. Et accedit, quod Papa ob suæ potestatis plenitudinem potest limitare, & restringere à se concessam conferendi facultatem Episcopis, ac etiam de jure nullâ supposi-

tâ negligentia ordinario- rum omnia mundi beneficia cuiuslibet, & quocunque libeat conferre. Abbas in cap. quia diversitatem, in quinto notab. de concess. praben. Gaspar Petrus in tractatu de reservatione beneficiorum in prima num. 1. & Germonius in tractatu de indulto, §. per quos sublati numer. 54. qui ob id subjungit, Papam posse concedere expectativas ad omnes menses, & non solum unam, aut alteram Ecclesiam Cathedrali collatione privare, & à potestate Episcopi omnino exire, sed collationem omnem beneficiorum Orbis sibi reservare, ut testatur Gomefius in tractatu de gratiis, & expectationibus, num. 22.

Rursum potest Papa pro suæ potestatis plenitudine pensiones beneficium à se collatis imponere, ut scribunt Felinus in cap. ad audientiam in l. 2. de rescriptis, Joannes de Selva in tractatu de beneficio in quarta parte quest. 8. numer. 39. Gigas in tractatu de pensionibus, quest. 6. Verallus, seu Caput aquen. in decisione 316. in secunda parte, & Germonius in dicto tractatu de indulto. §. si vero illa numer. 48. Et demum Papa propter potestatis plenitudinem conferre potest uni duo, vel plura beneficia, etiam incompatibilia, cap. de multa praben. §. ibidem Abbas, & reliqui. Divus Antoninus in summa, in tertia parte tit. 22. de potestate Papa, cap. 7. colum. 2. ver. vigesimus secundus, §. col. ult. ver. vigesimus septimus, ubi & de personar. Capistranus in tractatu de auctoritate Papa, in tertia parte secunda partis principalis numer. 15. in fine, & latissime Joannes de Selva in tractatu de beneficio, in quarta parte quest. 8. numer. 23. §. 24. Sylvester in summa, in verbo casus, colum. 4. ver. vigesimus primus.

XIII. Dignitates Ecclesiasticas solus ipse Papa constituit, & confert, cap. ita Dominus distinctione 19. cap. omnes, distinctione 22. §. cap. nulli distinctione 99. gloss. & reliqua in cap. quamquam, de elect. num. 6. Speculator in tit. de legato, §. nunc ostendendum est numer. 3. D. Antoninus in summa in tertia parte tit. 22. de potestate Papa, cap. 7. colum. 2. ver. vigesimus primus, §. Vergas de Episc. jurisd. election. confirmatione undecima, in princ. Dispensat etiam non solum Papa, ut quis habeat plures dignitates in eadem Ecclesia. Ita Divus Antoninus in dicto cap. 7. col. ult. ver. trigessimus septimus, & Sylvester, ubi supra, ver. trigessimus sextus.

XIV. Ecclesias ordinat. cap. lege, distinctione 10. cap. perlectis distinctione 25. & scribunt Speculator in tit. de legato, §. nunc ostendendum est numer. 3. §. ibidem numer. 4. ver. sexto, §. ver. septimo. De unione agit D. Antoninus in summa in tertia parte tit. 22. de potestate Papa cap. 50. num. 20. Quocirca dicimus, Papam posse solum unire duas Ecclesias, vel Episcopatus, vel ex uno duos constituere. Ita Speculator in dicto §. nunc ostendendum, numer. 3. D. Antoninus ubi supra cap. 9. colum. 2. ver. decimus est subicere, Franciscus Vargas de Episcopi jurisdictione, confirmatione undecima, in princ. Sic & ipse solus Papa unam Ecclesiam alteri subjicit, cap. quod translationem de officio legati, §. ibidem Doctores, scribunt & Speculator, præcitato in loco numer. 3. in fine. Ita quoque solus Papa mutat sedem Episcopalem de uno loco ad alterum dict. cap. in illis, distinctione 8. cap. temporis 7. quest. 1. §. cap. 1. de translat. Episcop. ut scribunt Doctores, & Speculator in dict. §. nunc ostendendum, ver. sexto mutat &c. Divus Antoninus in tit. 22. de potestate Papa, capit. septimo colum. prima ver.

oblatum, qui idem dicit de mutatione, vel divisione conventuum, seu monasterium fratrum mendicantium. Et in *ver. nonus*, subjicit idem, quando agitur de constituenda nova sede Episcopali aliquo in loco, & de erectione, & institutione novæ religionis ex *c. felix 16. qu. 1. & cap. de locorum consecras. dist. prima & ibidem* Divus Antoninus in *dist. cap. 7. col. ult. ver. quadragesimus sextus*, Sylvester in *summa in verbo casus, col. 7. ver. quadragesimus quintus*.

XV. Ordines minores conferre posse ab inferioribus Præbyteris solus Papa dispensat, ob suæ potestatis plenitudinem. Ita Divus Thomas in *tertia parte summa quest. 62. art. 4.* Divus Antoninus in *summa in tertia parte tit. 22. de potestate Papa col. 7. col. ult. ver. quinquagesimus primus*, Sylvester in *summa in verbo casus, col. 8. ver. quinquagesimus, est*, Turrecremata in *lib. 2. de Ecclesia cap. 52. decimo plenitudo*.

XVI. Confirmationes sacramentorum conferri posse ab inferioribus Præbyteris dispensat, & concedit solus Papa. Ita Divus Thomas in *dist. quest. 62. art. 4.* Speculator in *dist. §. nunc ostendendum, numer. 216. ver. vigesimo primo*, Divus Antoninus in *dist. cap. 7. col. ult. ver. quinquagesimus primus*, Præpositus in *cap. pervenit. distinct. 95.* Sylvester in *summa in verbo casus, col. 8. ver. quinquagesimus, & in verbo, confirmatio. numer. 2. ver. atrum autem, & probat dictum cap. pervenit*.

XVII. Ecclesiam pollutam reconciliari posse ad Inferiori Presbytero dispensat Papa, etsi alioqui hoc Episcopi munus sit. Ita Innocentius in *cap. tua de consecratione*, Sylvester in *summa, in verbo, consecration. 22.*

XVIII. Pallium cuilibet petenti instanter ob suæ potestatis plenitudinem concedere potest. *cap. prima, & cap. optatum distinctione decima, & cap. significasti de electio, & ibidem* Doctores & tradunt Speculator, in *titulo de legato §. nunc ostendendum 43. ver. quadragesimo quinto*, Divus Antoninus in *dicto cap. 7. col. 2. ver. trigessimus primus*. Alvarus Pelagius in *lib. 1. de planctu Ecclesia, cap. 45. col. 9. ver. trigesimo octavo concedit*. Capistranus in *tractatu de auctoritate Papa in tertia parte secunde partis principalis, nu. 15. ver. solus Papa concedit*.

XIX. Episcopalia insignia Abbatibus concedere solus Papa potest ob potestatis plenitudinem, quam habet. Ita Speculator in *dist. §. nunc ostendendum numer. 45. ver. quinquagesimo nono*, post Hostiensis in *summa in titulo de usu pallii, §. & quibus diebus ver. & notandum*, Alvarus Pelagius in *lib. 1. de planctu Ecclesia, cap. 45. col. 9. ver. quadragesimo sexto ipse concedit*.

XX. Crucem ante se deferre alicui potest concedere Papa, non tamen coram se, vel ejus legato. Ita Speculator, qui *suprà numer. 45. ver. quinquagesimo nono ex cap. 1. ut lize pendente*, Pelagius, *ubi supra ver. 47.*

XXI. Ordines Ecclesiasticos, factosque extra tempora conferre potest solus Papa ob suæ potestatis plenitudinem *cap. 1. cap. de eo temp. ord. & tradunt* Speculator in *dist. §. nunc ostendendum, numer. 44. ver. quinquagesimo secundo*, Alvarus Pelagius in *lib. 1. de planctu Ecclesia cap. 45. col. 9. vers. quadragesimo tertio solus*, licet ipse solus Papa una, & eadem die promovere aliquem potest ad duos ordines sacros, *cap. dilectus de tempore ordin. & ibidem* scribentes, sic & Speculator *ubi supra numer. 44. ver. quinquagesimo tertio ipse solus*, Divus Antoninus in *summa, in tertia parte tit. 22. de potestate Papa cap. 7, col.*

ult. vers. quadragesimus primus. Ita patitur ipse solus Papa dispensat super ætate ordinandorum ad sacros ordines, sicuti scribunt Divus Antoninus, in *dist. cap. 7. col. 2. ver. vigessimus quartus est, & Alvarus Pelagius in lib. 1. de planctu Ecclesia, cap. 45. ver. decimotertio col. 6.* Ita etiam solus Papa dispensat cum monacho, ut sine habitu maneat extra monasterium. Sic sanè respondit Navarrus in *consil. 54. num. 2. tit. de regularibus lib. 3.*

XXII. Sacerdotis filium dispensat solus Papa, ut deserviat in Ecclesia in qua ejus pater ministravit. *cap. dilectus, de filiis presbyter. Pelagius in dicto cap. 45. col. 9. ver. quinquagesimo primo ipse dispensat.*

XXIII. Sacularibus exercere posse spiritualia concedit Papa, ob plenitudinem suæ potestatis. Ita Speculator in *dist. §. nunc ostendendum numer. 46.* Pelagius in *dicto cap. 45. col. 9. ver. quadragesimo octavo*, Sylvester in *summa in verbo, casus, col. 8. ver. quinquagesimus*, Nicolaus de Mellis in *repertorio in verbo Papa. in l. 1. ubi de facultate eligendi, & conferendi beneficia, & alii, quos referam infra lib. 3. cap. ubi copiose disseram, an, & quæ negotia tractare possint secularis res.*

Quintum est hujus disputationis caput, quod versatur circa res Ecclesiæ, quæ spirituales non sunt, saltem propriè sicuti sunt prædia, & similia. De his Papa, ob suæ potestatis plenitudinem, pro sui libito, nullâ servatâ solemnitate, disponere potest. Etsi enim inferiores Ecclesiæ Prælati restrictam, & correctam habent facultatem, & potestatem in alienandis bonis Ecclesiasticis, cum non nisi multis servatis solemnitatibus alienare possint, sicuti constat in titulo de rebus Ecclesiæ non alienandis, & post alios copiosè scripsi in *lib. 2. de arbit. Ind. casu 172. numer. 29. 30. & 32.* Attamen Papa potest sine alterius consensu, & solemnitate aliqua alienare. Ita Turrecremata in *lib. 2. de Ecclesia cap. 52. ver. undecimo plenitudo; & auctoritate quamplurimum comprobavi in dicto casu 172. numer. 26.* Intelligit tamen Turrecremata quando justis de causis alienat, quemadmodum observavit Adrianus Pontifex maximus, quando submisit omnes Ecclesias, etiam Romanam, Carolo, & ejus successoribus, quo ad temporalia, de quibus per Imperatorem deberent investiri. Quam sanè submissionem confirmavit Leo Papa Othono Imperatori, & ejus successoribus, ut habetur in *cap. Adrianus, & cap. sequenti, distinct. 63.* ubi Archidiaconus ita scriptum reliquit: Alii dicunt, quod hoc fecerunt Apostolicæ plenitudine potestatis, sicuti decimas aliquibus regibus concesserunt, quod alius concedere non possit. Verùm observandum est, nec Adrianum solum, sed una cum Synodo eam fecisse submissionem, nec Leonem tantum sed cum Clero confirmasse, sicuti clara verba illorum canonum, & illis in locis annotaverunt Archidiaconus, Geminianus, Præpositus, & reliqui.

Sextum est hujus disputationis caput de plenitudine potestatis Papæ quod ad loca Orbis terrarum. Qua in re eam dicimus ad certa non restringi, sed universum terrarum Orbem complecti. Ita sanè omnes sacre Theologiæ, jurisque Pontificii, & Cæsarei interpretes uno ore admittunt, & fatentur ut Divus Chrysostomus, qui super acta Apostolorum scripsit verba hæc: *Petrus à filio, quod est filii, potestatem accepit; non ut Moses in gente una, sed in universo Orbe.* Idem in *homilia 85. & post*

post eum Divus Thomas *contra mores Gracorum* *quest. 11.* dicit, Christum localiter terminasse Apostolos, Divum verò Petrum totius Orbis Magistrum, & Doctorem constituisse. Idem Divus Thomas *in 3. parte summa, quest. 8. art. 1.* scriptum reliquit, Papam esse caput universalis Ecclesie, & idem *in quarta Sententiarum distinct. 19.* affirmavit, habere potestatis plenitudinem in universo. Et quidem verissimam hanc sententiam manifestè probat illud Christi Salvatoris nostri *apud Evangelistam Ioannem, cap. ult. Simon pasce oves meas, pasce agnos meos.* Non distinxit Dominus has oves, & hos agnos ab illis, cum ipsius Dei omnes oves, omnesque agni sint, & ab eo procreantur. Quòd si in omnes personas se extendit potestas hæc, loca omnia Orbis terrarum complectitur, sicuti Rex in Regno. Sic & Divus Antoninus *in summam in tertia parte, tit. 22. de potest. Papa cap. 6. §. 1.* Turrecremata *in summa de Ecclesia lib. 2. cap. 52. ver. secundo ostenditur*, Alvarus Pelagius *in lib. 1. de planctu Ecclesie, cap. 13.* Joannes de Selva *in tract. de beneficio in 4. parte quest. 8. num. 51.* & Franciscus Vargas *de Episc. jurisdictione cap. 11. §. 12. in confirmatione undecima colum. 2. ver. huc ad eum*, scripsit ob plenitudinem hujus potestatis Papæ ubique locorum, ex toto ipso Terrarum Orbe appellationes ad ipsum devolvi, id quod & multis comprobatur Belarminus *in controversiis fidei tract. de Pontifice Romano. lib. 3. cap. 7.* Hinc etiam fit, ut Papa possit in jus vocare quemcumque, quocumque in loco existentem. Ita Bartolus *in tract. de reprime. in verbo, predictum*, Alexander *in consil. 106. lib. 2.* Felinus *in cap. si quando de rescript. & alii*, quos refert, & sequitur Anastasius Germonius *in lib. 3. de sacrorum immunitate cap. 13. numer. 23.* Hinc etiam fit, ut in signum plenitudinis hujus potestatis quovis in loco, ubi summus ipse Pontifex esse contingat, pallium deferre possit, sicuti affirmant Speculator *in tit. de legato. §. nunc ostendendum est num. 42. ver. quadragesimo quarto*, Divus Antoninus *in summa, in tertia parte, tit. 22. de potestate Papa, cap. 7. colum. 2. ver. trigessimus primus*, & Germonius *in dist. lib. 3. de Sacrorum immunitate, cap. 5. in fine*, & manifestè probat *cap. ad honorem. de auct. & usu pallii*, & ibidem doctores.

Septimum, & ultimum est caput hujus disputationis de potestatis plenitudine summi Pontificis, circa quod forum versetur, & in quo locum habeat. Et quidem dicimus versari, & locum habere in interiori conscientie, seu anime, & in exteriori hoc foro fori. Ita Turrecremata *in dist. cap. 52. ver. tertio plenitudo*. Et probatur Matthæi *cap. 16.* dum Salvator dicit Petro: *Tibi dabo claves Regni Cælorum, & quodcumque ligaveris super terram, ligatum erit & in Cælis, & quodcumque solveris in terris, solutum erit & in Cælis.* Quo in loco glos. Rabani, sive Bedæ hic exponit, quodcumque ligaveris super terram, idest; quemcumque indignum remissione judicaveris, dum vivet, indignus apud Deum judicabitur. Et quodcumque solveris, id est quemcumque solvendum judicaveris, dum vivet, remissionem peccatorum consequetur à Deo. *Et glos. quocirca*, ipse solus Papa absolvit à gravissimis peccatis, ut scripsi *supra in 4. per capite.*

In foro exteriori Pontificem maximum obtinere plenissimam potestatem quo ad spiritualia, ut scilicet in foro ipso exteriori puniat delinquentes. Ita intelligo Turrecrematam *in lib. 2. de Ecclesia cap. 52. ver. quarto plenitudo*, sicuti probant juris Pontifici loca, quæ ad rem hanc adducit, nempe *cap. Episcopo 9. quest. 3.* cuius verba hæc sunt. *Episcopo scribit Ioannes, de cuius manu peccata subditorum requirit, ne sine ejus consilio subditos judicare debeat, sola enim Ecclesia Ro-*

mana sua auctoritate valet judicare de omnibus, de ea vero nulli judicare permittitur. Sic & Pelagius Pontifex Maximus *in cap. cuncta per mundum 9. quest. 3.* ita scribit. *Cuncta per mundum novit. Ecclesia, quod Sacrosancta Romana Ecclesia, jus de omnibus habeat judicandi, neque cuiquam de ejus liceat judicare iudicio. &c.* Et idem censuit *in cap. solita de major. & obed.* his verbis. *Ecce constitui se super gentes, & regna, ut evellas, & dissipes, adifices, & plantes.* Illi verbo, *adifices*, adjungit glossa, scilicet Ecclesiam, & illi *plantes*, idest bona, *Cum enim*, inquit Turrecremata *precitato in loco, Romanus Pontifex caput totius Christiana Communistatis, & Princeps existat, ejus est non tantum promovere ea & ordinare, qua ad bonum Republica, ad consecutionem beatitudinis, qua finis ultimus Christianorum, conferunt; Sed ea tollere, & submovere, prohibendo, & corrigendo, qua ad talem finem fideles impediunt.* Unde Alexander III. *in cap. cum plantare de privilegiis*, ita inquit. *Cum plantare sacram Religionem, & plantatam fovere modis omnibus debeamus, nunquam hoc melius exequimur, quam si nuncire ea, qua sunt recta, & corrigere, qua profectum virtutis impediunt, commissa nobis auctoritate curemus.* Ita & Innocentius tertius *in cap. novis. de iudicis*, hæc scripta reliquit. *Nullus, quæ sit sanamentis ignorat, quin ad officium nostrum spectet de quocumque mortali peccato corrigere quemlibet Christianum, & si correctionem contempserit, per distractionem Ecclesiasticam coercere.* Hæc tenus Innocentius.

In exteriori quoque foro plenissimam obtinere potestatem summum Pontificem quo ad temporalia, quæ jus sunt jurisdictionis, multa ostendunt, & significant.

I. Consuetudines aliquibus de rebus in Ecclesia, ecclesiasticisque rebus inventas abrogat, & tollit solus Papa, sicuti scribunt Oldratus *in cons. 117. Incipit Bona memoria*, & Franciscus Vargas *de Episcopi jurisdictione confirmatione undecima, col. 3. ver. hinc singulares*, qui intelligit, & rectè, quando justa adest causa, non autem pro sui libito juxta *cap. absit 25. qu. 2.*

II. Solemnitatum defectus in contractibus, & judiciis supplet summus ipse Pontifex pro suæ potestatis plenitudine Ita Speculator *in tit. de legato §. nunc ostendendum num. 14.* Alvarus Pelagius *in lib. 1. de planctu Ecclesie cap. 45. col. 7. ver. decimo octavo, qui declarat.* Hinc Papa ratificare potest sententiam latam à Judice carente Jurisdictione, quod contingit ob suæ potestatis plenitudinem. Ita Innocentius *in cap. prudentiam de officio delegati*, quam traditionem dicit singularem *in notab. Nicolaus de Mellis in repertorio, in verbo Papa ver. Papa de plenitudine.* Et hoc illud est, quod dicere voluit idem Speculator *predict. in §. nunc ostendendum est n. 42. ver. quadragesimo tertio, de nihilo &c.* Papam facere posse de nihilo aliquid, hoc est, contractus, & judicia, quæ defectu solemnitatum nulla sunt, efficere valida.

III. Legitimat illegitimè natos *cap. per Venerabilem, & cap. tanta qui filii sunt legitimi*, ut scribunt Speculator *in d. §. nunc ostendendum, num. 8. ver. duodecimo, & num. 42.* ubi dicit, Papam mutare naturam rerum sicuti est facere illegitimum legitimum, Monachum, & non Monachum &c. Alvarus Pelagius *in d. cap. 45. col. 8. ver. trigésimo sexto de aliquo*, Nicolaus de Melis *in repertorio, in verbo Papa, ver. Papa an possit in terris &c.* Sic & D. Antoninus *in summa in tertia parte num. 22. de potestate Papa cap. 7. col. ult. ver. trigésimus octavus, qui in ver. quadragesimus quintus*, scribit, legitimize posse quo ad spiritualia quovis in loco; Quo verò ad temporalia, in omnibus terris Ecclesie. Idem in terris Principis secularis, contententibus agnatis à sententia Butrii *in c. per Venerabilem, qui filii sunt legitimi*, & manifestè idem affirmat Ludovicus Molina *in tract. de justitia, & jure dispus. 28. col. 10. ver. secundo infero*, qua de re differemus infra libro 3. cap. 15.

IV. *Causam Iudicij mandat, & committit appellatione remotâ, Pontifex ipse maximus, ob suæ potestatis plenitudinem, quemadmodum scribunt Speculator §. nunc ostendendum est num. 11. ver. decimo quarto Divus Antoninus, in summa in tertia parte tit. 22. de potestate Papa cap. 7. col. 3. ver. vigesimus nonus, Alvarus Pelagius in lib. 4. de planctu Ecclesie cap. 45. col. 6. ver. decimo quarto Sylvester in summa in verbo, casus, colum. 5. ver. vigesimus octavus.*

V. *Causa quovis modo ingressa summi Pontificis Consistorium supremumque Tribunal ab alio cognosci non potest. Cap. licet de officio legati, cap. dilectus de presb. & cap. intimasti de appellat. & tradunt Speculator in dict. §. nunc ostendendum est num. 36. ver. trigesimo quarto, Alvarus Pelagius in dict. cap. 45. col. 8. ver. vigesimo nono cum causa.*

VI. *Judex est in causa propria ob suæ potestatis plenitudinem, si uti vult ipsâ potestate absolutâ. Ita Bertrius in cap. venissent in 2. appos. de iudiciis, & cap. cum dilecti de confirm. utili, vel inutili, Hostiensis, & Joannes Andreas in cap. ex parte Christi de verborum significat. Nicolaus de Mellis in repertorio in verbo, Papa, ver. Papa de potestate absoluta, scripti in conf. 1000. in fine, ubi declaravi.*

VII. *Septimò appellari à summi Pontificis sententia non potest ob summam, & plenam ejus potestatem, cap. secundo quæst. 6. & cap. 3. & 4. cap. dilecti de appellat. ubi Francus, & alii scribunt. Speculator in dict. §. nunc ostendendum est num. 43. ver. quadragesimo septimo, in fine, Alvarus Pelagius in l. b. 1. de planctu Ecclesie cap. 45. colum. 6. ver. decimo quarto, & doctè Germonius in lib. 3. de sacrorum immunitate, cap. 11. numer. 88. qui post Joan. Turrecrematam in summam de Ecclesia lib. 3. cap. 47. & 48. refert permulta sacra Concilia, & Pontificum constitutiones equibus sub gravissima excommunicationis pœna prohibetur ne quis à sententia ipsius Pontificis ad generale Concilium appelleret. Et ratio est, quia Papa, ut diximus supra, non habeat superiorem, ad quem appellari possit. Et rursus sententia Papæ facit jus cap. in causis de regula, ubi Doctores, & scribunt Pelagius in dict. cap. 45. colum. 9. ver. quadragesimo sententia, qui declarat.*

VIII. *Rescriptum Apostolicum an sit per aliud revocatum, solus Papa, ob potestatis suæ plenitudinem recognoscit. Speculator in d. §. nunc ostendendum est n. 38. ver. trigesimo quarto, qui idem dicit de privilegio. ex cap. cum venissent de iudiciis, D. Antoninus in d. c. 7. col. 1. ver. septimus, qui idem dicit de privilegio ab ipso Papa, vel ejus legato concessio, & ejusdem lege, & Statuto. Alvarus Pelagius in lib. 1. de planctu Ecclesie cap. 45. col. 7. ver. vigesimo quinto declarat.*

IX. *Clericum Coram se ipso summo Pontifice conveniri, immediatè posse, omisso medio, nempe Episcopo Judice ordinatio statuit Gregorius Nonus Pontifex maximus in c. ult. de foro competenti senior & ibidem Abbas num. 4. & num. 45. & Marianus Socinius Senior num. 4. Sic & Turrecremata lib. 2. de Ecclesia cap. 52. ver. septimo plenitudo, qui dicit, Papæ potestatem non arctari, ut operentur, servato juris ordine inferiorum, sed posse illo prætermisso tanquam immediatus Pastor, & Prælati, quando expedire viderit, habet enim papa jurisdictionem, & potestatem immediatè in homines Christianos, cap. quamvis distinct. Et 21. & diximus supra.*

Quæ hætenus de summa vi hujus potestatis papæ dicta sunt intelligere oportet, ut dicatur quidem eximere ipsum Pontificem à vinculis humanæ legis, non tamen solvere ab illo legis naturali, aut gentium, sicuti scribunt Speculator in d. tit. de legato §. nunc ostendendum n. 14. ver. decimo octavo, Crocus in conf. 184 lib. 1. Vasquius in lib. 1. illustrium controuv. c. 26. n. 12. & 14. & paleotus Sacri Consistorii consultationibus par. 1. qu. 3. art. 6. col. 2. ver. quibus

sic positus; Non enim potest papa quid statuere contra jus naturale, quemadmodum tradunt Jo. Andreas in cap. cum Apostolica in fine, Capistranus in tractatu de auctoritate Papa, in 3. parte 2. partis principalis n. 11. & Anastasius Germonius, Stephanus de Gaeta in repertorio c. ad liminâ §. 4. n. 314. 30. q. 1. qui scribunt, papam non posse statuere contra jus naturale, & divinum. Quod unum, & idem esse affirmat post alios Joannes Lupus in tractatu de libertate Ecclesiastica in 2. parte q. 3. & q. 6. & Bellarminus in tractatu de exemptione Clericorum, cap. 2. in princ. & cap. 3. col. 2.

CAPVT IX.

Pontifex Maximus lege divinâ consecutus an sit Iurisdictionem, Imperium, & potestatem quo ad res temporales, quæ hujus sæculi sunt.

Controversa est admodum hæc disputatio, quæ doctissimorum omnium ingenia exercuit, & de quæ tres sunt opiniones: prima quarum est, affirmantium, Pontificem consecutum esse lege divina, & jure habere potestatem, Imperium, & jurisdictionem quoad res temporales, & profanas. Altera est negantium. Tertia habere quidem hæc, quatenus ordinata sunt ad finem spiritualem. De singulis ita dicendum est nobis, ut definitionem tamen, relinquamus Sacrosanctæ Ecclesiæ Catholicæ Romanæ.

prima opinio affirmativa habet quatuor & triginta gravissimos auctores, & interpretes, qui ii sunt.

1. Glosa, in capit. novit in verbo, Jurisdictionem de iudiciis.
2. Innocentius, in eodem cap. novit.
3. Hostiensis, ibidem.
4. Joannes Andreas, eodem in loco.
5. Oldratus, in conf. 83.
6. Alexander de Alexandro, in summa in 4. parte q. 10. parte 2. §. 2.
7. Divus Thomas, in tractatu de Regimine Principum lib. 3. cap. 10. & in tractatu de Rege, & Regno c. 15. & idem in secundo sententiarum dist. 44. q. 2.
8. Hostiensis Gandavensis, in quodlibeto sexto n. 23.
9. Bartolus, in l. 1. §. præfides ff. de req. reis, & in extravag. ad reprimendum in verbo totius Orbis, qui scribit contrariam opinionem esse hæreticam.
10. Castrensis, in l. non ambigitur n. 6. ff. de legibus.
11. Archidiaconus, in cap. quoniam distinct. 10.
12. præpositus, eodem in loco, & cap. cum ad verum in distinct. 96. col. 3. ver. pro parte.
13. Archidiaconus, in d. cap. novit. n. 20. de iudiciis.
14. Abbas, eodem in loco n. 22.
15. Decius, ibidem n. 7.
16. Bellemora, in c. opibus 7. q. 1. & in c. futuram 12. q. 1.
17. Rodericus Sancius, Episcopus Zamorensis in libro de origine, & differentia principatus in prima parte.
18. Restaurus, in tractatu de Imperatore q. 50.
19. Hugo de sancto Victore, lib. 2. parte 2. cap. 4.
20. Divus Bonaventura, in 4. sententiarum distinct. 27.
21. Joannes Capistranus, in tractatu de auctoritate papæ parte prima secundæ partis n. 4. & 5.
22. Gabriel, in expositione canonis lectione 23.
23. Alvarus Pelagius, in tractatu de planctu Ecclesiæ q. 1. art. 1. & qu. 36.
24. Beatus Antoninus, in summa, in 3. parte tit. 22. c. 3. §. 7.
25. Petrus Bertrando, in tractatu de jurisdictione Ecclesiastica q. 1. 2. & 3.
26. Augustinus de Ancona, in tractatu de potestate Ecclesiæ q. 1. art. 1. q. 36.

27. Sylvester Pierius, in summa in verbo Papa q. 2.
 28. Tatarerus, in 4. sententiarum distinct. 18. q. unica
 29. Franciscus de Silvestris, Ferrariensis, in lib. 4. ad-
 versus gentes eap. 76.
 30. Hieronymus Baldus, in tractatu de coronatione Im-
 peratoris.
 31. Jacobus Almayn, in tractatu de potestate Ecc. &
 seculari, parte 1. cap. 9.
 32. Celsus Mancinus, in tractatu de juribus Principa-
 tuum lib. 3. cap. 3.
 33. Anastasius Germonius, in libro tertio de sacrorum
 immunitatibus c. 13. n. 4. 18. & 19.
 34. Alexander Carerius, in libro secundo de potesta-
 te Romani Pontificis cap. 9. & aliis multis sequenti-
 bus, qui alios nonnullos refert.

Horum opinio multis fulciri solet rationibus, &
 argumentis à jure Pontificio, Cæleste, divino, & na-
 turali positus.

Primò adducitur Constitutio illa Innocentii tertii in
cap. novit. de judiciis, qui dicit, se non posse, vel non
 debere perturbare, vel diminuere jurisd. Regis Fran-
 corum, se non intendere id facere, cum tamen ipse
 Innocentius de Rege ipso dixerit, eum nec velle, nec
 debere impedire jurisdictionem ipsius Pontificis. Id
 quod est, ac si apertius dixisset Innocentius ipse, Regis
 jurisd. ego nolo impedire: Ille verò neque vult, ne-
 que posset meam perturbare, atque ita innuit Inno-
 centius, se posse, si vellet; Nam qui è duobus
 propositis alterum negat, alterum fateri vide-
 tur *l. cum Prator, in princ. ff. de judiciis cap. qualis
 distinct. 5. & cap. nonne de presump.* Atqui duo & velle,
 & posse diversa sunt *l. multum interest C. si quis alteri, aut
 sibi. cap. sciscitatus de rescriptis, & cap. cum super, de offi-
 cio delegati, & utrumque præ oculis habuit Innocen-
 tius in d. cap. Novit*, ubi Navarrus in tertio notabili num.
 1. sic est argumentatus. Huic constitutioni, & simi-
 libus, quibus Pontifex Maximus suam firmare, & sta-
 bilire jurisdictionem, & potestatem solet, etsi uno
 verbo posset responderi ex traditione Antonii Bani in
cap. per Venerabilem n. 48. qui filii sunt legitimi, sic dicen-
 tis. Papa in terminatione potestatis suæ, si potest de-
 ber recurrere ad testamentum novum, & vetus, & sic
 ad legem divinam, non ad suum jus positivum, sed ad
 jus divinum, & imperturbabile. Verum tamen hac non
 utor responsione, cum sciam, Canones non affectibus
 humanis, sed divinis afflatibus condi: sed rectius di-
 cam, unà cum Navarro in d. cap. Novit n. 122. argumen-
 tum hoc à sensu contrario sumi non posse, cum repu-
 gnent aliis juribus, quibus contrarium sancitum est
 juxta *cap. significasti de foro competenti*. Dicere possumus
 satis apertius argumentum à Navarro deductum esse
 ob inclusionem unius ad exclusionem alterius *q. l. cum
 Prator in princ. ff. de judiciis*. Quod quidem non sumi-
 tur, quando id quod videtur exclusum, alià legis dis-
 positione includitur, sicuti declarat Decius, in *l. 1. in 3.
 lectura n. 84. ff. 51. certum petatur. & in cons. 11. n. 18*. Por-
 riò in casu nostro aliis legibus sancitum, ut dicemus, est,
 Pontificem Max. non posse impedire potestatem Regiam.

Secundò quod omni jurisdictione, & potestate ca-
 rens, actus aliquos jurisd. & potestatis exercere non
 potest, ut est notissimum; Et probant *l. 1. §. hac autem
 verba ff. quod quisque juris, & l. ult. ad Tertull. & l. 2. in
 fine ff. de panis*. Atqui Pontifex Maximus multis in locis
 exercet jurisd. & potestatem inter seculares, ergò
 Pontifex jurisd. & potestate non caret inter seculares.
 Ita minor probatur textu *Clem. pastoralis, §. ult. de re ju-
 dicata, & extravag. 1. ne sede vacante*, ubi vacante Im-
 perio Papa exercet jurisd. inter subjectos Imperio. Idem
 quando Iudex secularis est negligens in administratione
 justitiæ, *cap. licet, & cap. ex tenore de foro compet.* Et hoc
 in specie considerat Turrecrem. in *cap. cum ad verum col.
 7. ver. septimum quod spectat, distinct. 96*. Sic etiam quan-
 dò actor est persona miserabilis actu, & habitu, ut pau-

per, vel vidua oppressa *cap. significasti de officio delegat.* ut
 dicemus *infra lib. sequenti cap.* ubi enumerabimus alios
 permultos casus, in quibus Iudex Ecclesiasticus dicit inter
 vel contrà seculares: Et summatim ad rem nostram sic
 argumentando refert Navarrus in d. cap. novit in 3. notab.
 n. 2. de judiciis. Verum responderet idem Navarrus n. 123.
 prædictis in casibus Iudicem Eccl. judicare inter secula-
 res, vel quia agitur de supernaturalibus institutis, vel
 revelatis, quales sunt articuli fidei, & qualia sacramen-
 ta, aut eis annexa, ut sunt sacramentalia, aut per le-
 gem divinam supernaturalem declarata, cum essent obs-
 cura solâ lege naturali attentâ, qualis est prohibitio usu-
 rarum, aut inest aliquid supernaturaliter institutum qua-
 les sunt personæ Clericorum: Aut cognitio illa est ne-
 cessaria, ut aliqui vitam consequantur æternam, vel aliqua
 supernaturalia, aut ne impediatur illa consequi, qualis est
 Imperii vacantis gubernatio, & datio curatoris alicui,
 Regi; aut ratione donationis, consuetudinis, aut pri-
 vilegii Imperialis, vel regalis. Non autem ideò quod
 ulla potestas laica formaliter habitu, vel actu sit in ipso
 Romano Pontifice quatenus est Pontifex, licet multam,
 magnam, & supremam habeat, quatenus est
 Rex in eis terris, quas donatione Imperatorum habet
 Ecclesia Romana nemini subjectas. Præterea responde-
 tur in casibus supra relatis, quod scilicet Papa judicet
 de temporalibus, quando iudex secularis negligit face-
 re justitiam; id quod contingit, quia agitur de pecca-
 to ob id, quod non administratur justitia. Id quod ad
 rem sensit Turrecremata in summa in Eccl. lib. 2. cap. 114.
 in decima propositione.

Tertiò suffragatur, quod Pontifex Maximus multa
 olim fecit, & hodie facit inter seculares, quæ facere
 non posset, si temporalem jurisdictionem, & potesta-
 tem non haberet *argum. cap. inferior. de major. & obed. &
 cap. cum ex injuncto de heret.* Et sanè olim nempe annò
 septingentesimò septuagesimò sexiò nostræ salutis trans-
 tulit Imperium à Græcis ad Germanos, ut scribit glos.
 ab omnibus recepta in *cap. Venerabilem de electione*. Sic &
 olim ipse Pontifex contulit septem illis Germaniæ Prin-
 cipibus potestatem eligendi Imperatorem, ut scribit
 glos. & Doctores in *cap. ad Apostolica de sentent. & re
 iudicata in 6*. Hodie verò Pontifex ipse cognoscit, an
 confirmari, vel infirmari debeat ipsius Imperat. electio, &
 ipse cõfirmat, vel infirmat *cap. per Venerabilem de electio:
 pontifici fidelitatem jurat Imperator. cap. tibi distinct.
 63. & Clem. 1. de jure jurando*. Pontifex ipsum Impera-
 torem jam confirmatum, & coronatum deponit justis
 de causis *d. cap. ad Apostolica*, ubi refertur depositio Fe-
 derici secundi facta ab Innocentio Quarto. Ità arguit
 præcitus Navarrus, in eodem cap. Novit. in 3. notabili.
 n. 3. ver. tertio Papa, & eo prius Abbas, in eodem cap.
 Novit. n. 12 ver. hinc est, præpositus in *cap. cum ad ve-
 rum col. 3. ver. pro parte Papa, distinct. 96*. Turrecrema-
 ta, in summa de Ecclesia. lib. 2. cap. 114. in propositione
 undecima, & ut alios omittam histor. Novissimè Cel-
 sus Mancinus, lib. 3. de juribus Principatuum. cap. 3. col.
 1. & 2. & Alexander Carerius in lib. 2. de potestate Roma-
 ni Pontificis, cap. 17. Verum Navarrus ibidem n. 114. res-
 pōndet his verbis. *Quod illud maximum impedimentum
 supernaturalis beatitudinis consequenda, & aliorum super-
 naturalium in Eccl. Christiana exercendorum, quod oriebatur
 fidelibus ex infidelitate, & defectione Græcorum Imperato-
 rum ab Eccl. Romana, & consensus eorum, qui suberant
 Imperio fidelium, effecerunt, ut potestas prædicta eccles.
 extenderetur ad transferendum Imperium, & ad ponendas
 in illa translatione leges, per quas satis consultum esset Eccl.
 Christiana, & fidelium salutis æterna, Et supernaturalium
 exercitio, in quibus fuit illa, per quam constitutum fuit, ad
 quos pertineret electio Imperatoris, & ad quem confirmatio,
 & ad quem cognitio, vacante Imperio, & id genus alias
 Non autem ideò quod potestas Imperialis actu, vel habitu
 esset pones Romanum Pontificem, antequam translatio illa*

feret. Hæc Navarrus. Prætermitto hic alias responsiones, & earum confirmationes, quas multis verbis scribit Carerius in *d. lib. 2. cap. 17. & 18.*

Quartò sic arguitur; Pontificia potestas comparatur auro, Imperatoria verò plumbo *cap. duo sunt. distinct. 96.* & rursus Papa instar solis est, Imperator verò lunæ. *cap. solita de major. & obed.* Atqui luna, quod lumen habet, à sole recipit, ergo & Imperator potestatem, quam habet à Papa recipere, & habere dicitur. Ità arguit Navarrus in *d. cap. Novit. in 3. notabili, & prius sensit glos. ibi, Præpositus, in cap. sum ad verum col. 8. in fine ver. octavo adducitur. distinct. 96.* & Alexander Carerius in *lib. 2. de potestate Romani Pontificis, cap. 12.* Et rectius concludi potest argumentum, si dicamus. Si Papa potestatem de rebus profanis tribuit Imperatori, ergo ipse Papa eam prius habet, cum alioquin nemo dat quod non habet. *l. traditio ff. de acquirendo rerum domini.* Verum respondet idem Navarrus *præcisato in loco n. 125.* excellentiorem quidem esse potestatem ecclesiasticam laicâ, sicuti aurum est excellentius plumbò, non autem hanc illi inesse, sicut neque auro inest plumbum; & ecclesiasticam quidem comparari soli, & laicam lunæ, non idèò quod laica suam vim accipiat ab Eccl. sicut à sole accipit Luna, sed quia est minùs perfecta, & longè inferior à se quam illa. Ità ad verbum responderi Navarrus. Manifestius dicere possumus, Imperatori tributam non esse iurisdictionem, & potestatem in rebus profanis, & hujus seculi à Pontifice Maximo, sed vel à Deo, vel à populis, sicuti *infra suò loco* declarabimus.

Quintò urget magis, quod summus Pontifex Nicolaus in *cap. 1. distinct. 22.* his verbis scripsit. *Christus Petro æterna vite claviger jura terreni simul, & celestis Imperii commisit, & in cap. auctoritatem is q. 6.* legitur. Hæc in mandatis datus, ut spiritali simul, & temporali gladio malignos illos iniquantur. Si ergò uterquè gladius est apud Papam, non est, quorsum Nicolaus hoc mandat Episcopis Galliz. Ità arguit Navarrus in *d. cap. Novit in 3. notab. n. 4.* & prius sensit *ibidem glos. Abbas, n. 12.* & apertius Præpositus, in *cap. cum ad verum col. 3. ver. secundò adducitur distinct. 96.* Verum eo in loco Navarrus n. 126. respondet, quòd sicut per verbum *celestis Imperii*, nobis intelligitur Paradisus, & Eccl. triumphans, ità per verbum *terreni* non esse intelligendam potestatem laicam; sed per regnum cœlestis intelligendos esse bonos, & per terrenum malos; vel per regnum cœlestis eos, qui cœlesti conversationi deduntur, quales sunt personæ Eccl. & per terrenum, eos, qui terrenis rebus tractandis animum intendunt, quales sunt laici. Vel Germonius (inquit Navarrus) per verbum *Jura* intelligendam esse vult potestatem Ecclesiasticam, sine spiritali. & sensum esse, Petro data esse jura Regni Cœlestis, & terreni, idest, potestatem spirituales, non tam super Imperatore, ac omnibus laicis, quam super Prælati Eccl. ac omnibus aliis Clericis. Quæ potestas spiritalis extenditur etiam ad omnia temporalia, quatenus id necessarium est ad salutem mortalium spirituales. Infertur etiam solutio, subjungit Navarrus, & intellectus Mandati ejusdem Nicolai in *cap. auctoritatem 15. q. 6.* Est enim intelligendum illud quod de gladio materiali, per ejus invocationem in adiutorium gladii spiritalis, juxta *cap. 1. de officio ordin.* Vel quia, inquit idem, ex consuetudine, donatione, privilegio Imperatorum, vel Regum competeat Ecclesiæ iurisdictionis temporalis in illis terris, de quibus loquitur. Hactenus Navarrus. Et primam interpretationem ex Divo Hieronymo, & Theophrasto apertius probavit Bellarminus in *lib. 5. de Romano Pontifice cap. 5. in responsione ad primum.*

Sextò arguit Navarrus, *præcisato in loco n. 5.* Reges, & Imperatores ipsi papæ subesse, tum quia Zacharias papa Childericum Regem Francorum regno privavit & ejus loco pipinum instituit. *cap. alius 15. q. 7.* Et Innocentius IV. in Concilio Luganensi Coadiutorem dedit

Regi Lusitanorum *cap. grandi de supplenda negligentia Prælatorum, in 6.* Tum quia subjungit Navarrus, nemo potest sibi libertatem querere ab obedientia, & illi annexis uni debita, nisi se alteri subdendo, *cap. accedentes. cap. cum non liceat, & cap. cum ex officiis de præscript.* Neminus enim licet esse sine capite *cap. nulla, ubi glos. distinct. 93.* Atqui Reges Christiani, omnes etiam Hispani, & Galli, subditi fuerunt Imperatori *cap. volumus 11. q. 1. & l. Lusitania ff. de censibus,* ergò vel adhuc illi subiiciuntur, vel alteri: Non illi, ut ipsi asseverant, nec alii, quam Papæ, ergò illi subiacent. Hinc Innocentius Quartus in *cap. per Venerabilem. qui filii sunt legis,* dixit, Regem Francorum subesse Pontifici; non Imperatori, & ibidem annotarunt Hostiensis, Io: Andreas & Binius, Reges Hispaniæ, Galliz, & Angliæ peccare, nisi recognoscant superiorem, aut Imperatorem, aut Papam. Qua de re dicemus *infra suò loco.* Porro hæc non possunt, (inquit Navarrus,) constare nisi Reges quibus non imperat Imperator, subsint Papæ: ergò illi subsunt; subesse autem ei non possunt in temporalibus, nisi suprema potestas laica sit penes ipsum Pontificem.

Cæterum idem Navarrus, *codem in loco, n. 127.* respondit idem esse de aliis Regibus, quod de Imperatore, quantum ad hoc, quòd sicuti aliorum regum potestas non est penes Papam ex divina institutione, ità nec Imperatoris, quamvis super Imperio multa competant Papæ per leges humanas in translatione Imperii de consensu populorum fidelium, in quos translata fuit potestas eligendi juxta ea quæ habentur in *d. cap. per Venerabilem in d. Clem. Romani de jurejurando,* undè, subjungit Navarrus, colligi potest intellectus verus *cap. alius 15. q. 6. & cap. grandi de supp. neglig. Prælat. intelligi enim debent,* inquit Navarrus, *esse penes Papam potestatem, quantum ad hoc, quòd potest habere usum eius, quatenus ratio consequenda vite supernaturalis, gratia, aut gloria exigit. Et quòd etiam ipsemet Papa, eis negligentibus, potest facere id, quòd ipsi poterant, & quatenus illa vite supernaturalis consequenda id postulat.* Hactenus Navarrus, & eo prius sic prædictam argumentationem intellexit Tutrecremata, in *summa de Eccl. lib. 2. cap. 114. in 4. propositione & in cap. cum ad verum. col. 7. ver. septimum quòd distinct. 96.*

Septimò afferitur Constitutio *l. bene à Zenone C. de quadri: præscript.* ubi Imperator affirmat, se suscipere Insulas, idest diadema, ut exponit ibi Accursius, vel coronam, ut ibidem scribit Albericus, *col. 7. & non ab alio, quam à Papa, & in l. omnes dies juncta glos. in verbo. ortus C. de feriis,* habetur tunc Imperium oriri quando Imperator coronatur: ergò à Papa cum coronam sumit Imperium, & ità tacite fatentur, illud habere à Papa. Imò expressim legibus Papæ, & per consecutionem potestatis legislativæ agnoscit Imperator, se, suosque subiacere ipsi Papæ, in *Ausb. de Monachis §. si verò relinquunt, & in Ausb. quomodo oportet Episcopo §. 1. & in Ausb. ut Clerici apud proprios Episcopos. §. ult. & in Ausb. de Ecclesiasticis titulis primæ.* Et ratio quidem alia reddi non posse videtur, quam quòd suprema potestas laica & secularis est apud Papam. Ità arguit Navarrus in *d. cap. Novit, in 3. notab. n. 7.* qui n. 129. respondet Imperatorem quidem suscipere insulas, & coronam à Pontifice Romano, sed non ex divina institutione, & ratione solius potestatis traditæ à Christo Salvatore nostro, sed humanam Constitutionem appositam in translatione Imperii. Alia plura hæc de re scripsi *infra, ubi an Imperator sit à Deo, vel à Papa.*

Octavò ex sacris litteris argumentum, vel ex eo ducitur, quòd pontifex Maximus Christi locum in terris obtinet, sicuti copiosè probavimus *suprà:* Atqui Christus, dum esset in hoc sæculo, fuit Rex, & Dominus rerum omnium, non solum tanquam Deus, sed etiam tanquam homo, ergò summus Pontifex est Rex, & Dominus

Dominus univēſorum etiam in temporalibus. Illa Minor propositio multis probatur à Navarrio in *d. cap. Novit, in 1. notabili, n. 8.* & multo pluribus ab Alfonso de Mendoza in *relatione de universali Christi regno §. 13.* est enim scriptum in Psalmo, *Domini Est terra, & plenitudo ejus: Orbis terrarum, & universi, qui habitant in ea,* & relatum est in *cap. quo jure, distinct. 8. Et psalmo 2.* ita legitur. *Dabo tibi gentes hereditatem tuam, terminos terra, & psalmo 71.* pronunciatum est *Illi reges cum Insulis obtuturos esse munera, illum dominaturum à mari usque ad mare,* quod aliqua ex parte saltem implerum est, quando à Magis fuit adoratus, ut habetur *Matthæi cap. 2.* Ille hæres univēſorum, sicuti legitur apud *D. Paulum in Epist. ad Hebræos, cap. 2.* ille Rex Regum, & Dominus Dominantium ut in *Apocalyp. cap. 9.* Et demum illi datam fuisse omnem potestatem in Cælo, & in terra, testatur Evangelista Joannes *cap. ult.* quod ad humanitatem referendum esse Hieronymus, & Augustinus testantur, quia quoad divinitatem indubitatum erat sicuti eleganter refert & sequitur *D. Thomas in lib. 3. de regimine Principum cap. 12. ad finem qui in duobus sequentibus ostendit à Nativitate Christi ejus Monarchiæ etiam quoad temporalia cœpisse, & D. Thomam secuti sunt Hostiensis in cap. quod super his. col. 4. de voto. D. Antoninus in 3. parte summa, tit. 3. cap. 2. col. 5. & Jacobus Almayn in tractatu de Potestate Papa cap. 8. col. 6. Et manifestè probatur testimonio Evangelistæ Joannis cap. 5. his verbis. Potestatem dedit ei judicium facere, quia filius hominis est. Et post alios affirmat *D. Thomas in 3. parte summa q. 59. art. 2.* Hoc argumento usi sunt multi ex præcitatæ & inter alios Navarrus in *d. cap. novit. in 3. notab. n. 8.* & Alfonso de Mendoza in *d. §. 13.* & antè hos Præpositus in *cap. cum ad verum, col. 7. ver. septimo adducitur distinct. 96.* etiam pluribus verbis protequatur Minorem hujus argumenti propositionem, nullâ majoris factâ mentione. Et hoc argumento usus est pariter Germonius in *lib. 3. de Sacrorum immunitatibus, cap. 13. n. 76. & 77.**

Verum respondet Navarrus prædicto in loco n. 130. & Mendoza in *d. §. 13.* Christum quidem verum, & universalem Monarcham fuisse, etiam quoad temporalia, non tamen concessisse Beato petro totam potestatem suam, quam habebat, etiam quatenus homo erat omnium potentissimus, quia non transtulit in eum, nequè concessit & potestatem aliquam laicam directè respicientem naturalia, imò nequè omnem ecclesiasticam & Spiritualem; non enim tradidit potestatem illam Excellentie faciendi miracula, instituendi Sacramenta, & dandi sine Sacramento effectum sacramenti & id genus alia, ut pulchrè docet *D. Thomas in lib. 3. de regimine Principum cap. 10.* nequè ullus unquam negavit; & ita non sequitur; hoc potuit Christus tanquam homo, ergo, & potest papa, quatenus ejus Vicarius. Hæc Navarrus prædicto in loco, & ejus nomine suppositò aperit Bellarminus in *lib. 5. de Romano Pontifice cap. 4.*

Nono ad rem facere videtur quod ille, qui benedicit, major est illo, qui benedicitur. *cap. demiquè distinct. 2.* & major redargui non potest à Minori *cap. Paulus, cap. qualis, cap. oves, cap. laici, & cap. plerumque 2. q. 7.* Atqui papa benedicit Imperatorem, & Reges, & papa cum opus est eisdem reprehendit, ergo papa est major illis. Ità argumentatur Navarrus præcitate in loco n. 13.

Cæterum idem Navarrus, *ibidem n. 131.* respondet, quod potest illa sic benedicendi, vel ungenti Reges, ut per eam solam quis fiat Rex non inest Papæ, quatenus papa est, solâ lege divinâ inspectâ, licet benedictio alia simplex non traditivæ potestatis regalis competat ei hæc respectu. Hæc Navarrus. Rectius, & clariùs fortè dici potest non esse bonam consequentiam: Papa est major Imperatore, ergo habet jurisdictionem & potestatem quoad temporalia; illa enim benedictio, sicuti spiritualis est, sic ostendit, hanc majoritatem esse

respectu spiritualium quorum causâ reprehendere potest papa Imperatorem, & Reges, ut à vitiis & à peccatis quæ Deum offendunt, abstineant.

Decimò suffragari videtur, quod Saul primus Hebræorum Rex à Sacerdote Domini scilicet Samuele unctus fuit, ut legitur *lib. 1. Regum cap. 10.* Sic & David Rex secundus, ut eodem *lib. 1. cap. 16.* quem & Nathan propheta gravissimè reprehendit, sicuti habetur *lib. 2. Regum cap. 12.* & Hieremias constituitur super gentes & regna, ut evellat, & dissipet, ædificet, & plantet, ut legitur *Hierem. cap. 1. & in cap. solita. de major. & obed.* Et si quid difficile, & ambiguum incidit, jubetur Hebræorum populus ire ad Sacerdotes Levitici generis & Iudicem, qui pro eo tempore fuerit, accusare *Deuteronom. cap. 17. & cap. per Venerabilem §. rationibus qui filii sunt legit.* Ergo Pontifici Maximo, & sacerdotibus sub sunt laici omnes, etiam si supremi sint principes. Ità arguit Navarrus in *d. cap. Novit. in 3. notabili, n. 13.* & diligenter *Alex. Carrerius in lib. 2. de potestate Romani Pontificis c. 10. & cap. 11.*

Respondit idem Navarrus *ibidem n. 132.* unctiones illas primorum Regum Hebræorum factas quidem fuisse à sacerdotibus, sed sic & quatenus saltem erant regalis potestatis traditivæ, non fuisse factas virtute potestatis ordinariæ, quam habebant, quatenus erant sacerdotes, sed virtute potestatis in id à Deo delegatæ, quatenus tanquam ministri Dei speciatim ab eo in hæc deputati, ut dicemus infra, in argumento undecimo secundæ opinionis. Id item, quod sujungit Navarrus, dictum fuit in re gravi & dubia, accedendum ad sacerdotes Levitici generis &c. solum concludere videtur, Ecclesiasticam potestatem extendi ad temporalia, quatenus ratio salutis æternæ id postulat; cum enim quæstio aliqua etiam temporalia tangens ambigua est, & idèd gravia scandala, & lites, ac discordias parit inter Christianos, necessaria est hujus solutio ad tollenda impedimenta salutis æternæ. Quæ ratio fuit decidendi graves illas quæstiones, de quibus in *cap. Raynaldus, & cap. Raynaldus, de testa: & cap. sepater eo: tit. lib. 6.* Hæc ferè ad verbum Navarrus, & eo priùs idem sensit Turcremata in *summa de Eccl. lib. 2. cap. 114 in septima propositione, juncto illius capitis principio,* qui sic declarat *illud cap. 17. Deutero: & d. cap. per Venerabilem.* Et his satis intelligimus cessare multas illas considerationes Carrerii in *d. cap. 10. & cap. 11.*

Undecimò urgere videtur, quod Ecclesia militans instar triumphantis est constituta juxta illud *Apocalyp. cap. 21. Vidi Hierusalem sanctam novam descendentem de Cælo* hoc est Ecclesiam Militantem hoc est exemptam à triumphante juxta *glos. singularem in Clem. ad nostram in verbo Ecclesie de heret.* atque ita una est, sicut, & triumphans juxta illud, *Una est columba mea cap. 6.* quod de Eccl. Militante intelligit *D. Hieronymus in cap. loquitur. 4. q. 1.* & habetur in Symbolo majore & in *cap. firmiter §. una de summa Trinitate, & fide cath.* ergo, sicut in triumphante unus est omnium Princeps, ergo in militante unus est omnium Monarcha. Confirmatur, quod unius corporis unum caput esse oportet, alioquin monstrum esse dicatur *L. non sunt liberi ff. de statu hominum, & cap. quoniam in plerisque de offic. ord. dim.* ergo & unius Ecclesie unum oportet esse caput, quod aliud, quam Papa esse non potest. Hoc argumentum perpendit Navarrus, *praallegato in loco n. 14. & eo priùs ibidem Abbas. n. 12.* & diligenter *Alex. Carrerius in d. lib. 2. de potestate Romani Pontificis cap. 15.*

Cæterum respondet idem Navarrus *ibidem n. 134.* Ecclesiam quidem militantem in multis esse instar triumphantis, non autem in omnibus, alioquin essent in hæc quoquè Beati, sicuti in illa, & nulla hic esset edendi, & bibendi necessitas, sicuti neque in illa. Quare satis est in hæc esse unum summum Pontificem tantum in spiritualibus tantum ac talis potestatis, cui omnis secularis

secularis potestas subiiciatur, & qui ea uti possit etiam circa temporalia, cum ratio salutis æternæ id poposcit vel ad iubendum aliis secularibus Monarchis, ut sua potestate utantur, vel ad faciendam ea, quæ ipsi facere neglexerunt, eum salutis æternæ impedimento evidenti. Ità Navarrus. Nec repugnant considerationes Carrerii in d. cap. 15. in fine, cui ex his, quæ dicemus infra suo loco, in ea disputatione, an Imperator suam habeat iurisdictionem à Deo, vel à Papa, abundè erit satisfactum.

Duodecimò argumentum sic ducitur à ratione naturali, eo quod optimum optima decet cap. vilissimus 1. q. 1. & cap. licet 8. q. 1. & l. ult. ff. de constit. Princip. de pœnit. distinct. 2. Ad rationes gubernandi, quæ tres sunt, Aristocratia, sive optimatum, Democratia, sive populi, & Monarchia sive regalis secundum Aristor. in lib. 8. Ethic. & lib. 2. polit. & D. Thomam in 4. politicorum lect. 1. & facit cap. in apibus 7. q. 1. At omnium legislatorum optimus, & maximus fuit Christus, ergò optimam rationem gubernandi suam Republicanam Christianam instituit. Et ea una Ecclesiæ est, ergò unum ei tantum præfecit, & ità unus est totius Eccl. sive Reipublicæ Christianæ Princeps, & non alius, quam Papa, ergò ipse. Ità arguit Navarrus præd. in loco n. 25. Et eodem prius scripsit Præpositus in d. cap. cum ad verum, col. 6. ver. quindò adducitur, distinct. 96. & comprobatur Alexander Carrerius in d. lib. 2. de de potestate Romani Pontificis. cap. 14.

Respondet idem Navarrus ibidem n. 135. Christum Optimum Max. Legislatorem optimam rationem gubernandi instituisse, Monarchiam scilicet quoad spiritualia, quæ se ad temporalia quoque extendat, ubi, & quando ratio spiritualium, & supernaturalium id exigit; Non autem instituisse, nec potuisse instituere, ut suus ille Vicarius ad salvandas totius Orbis hominum animas relictus omnium Regum potestatem, etiam quoad temporalia, haberet, nè spiritualium & æternorum oblitus, curis se alligaret secularibus, & perituris, juxta cap. Equidem 11. q. 1. Hæc Navarrus, qui ad rem alia nonnulla, quæ de industria prætermittit, scribit. Non est, quod hoc loco referam & refellam considerationes Carrerii in d. cap. 14. quia ex dictis supra, & infra, & quæ dicemus sub locò de potestate, & iurisdictione Imperatoris contabit satis, dilutas, & confutatas esse.

Decimò tertio accedit, quod nemo dat, quod non habet l. traditio ff. de acquirèdo rerum dominio l. si univ. verso C. de legatis. & cap. quod autem de jure patron. Et rursus major potest id totum, quod minor. cap. illud. distinct. 95. & cap. bifloria 33. q. 2. Et præterea cui licet, quod plus est, licet etià quod est minus l. non debet ff. de regulis iuris, & cap. cui plus, eo. tit. in 6. Atqui Papa potestatem dedit eligendi, & creandi Imperatorem. Papa dat potestatem gubernandi temporalia, & demum ipse gubernat spiritualia ipsis temporalibus longè majora cap. illud de major. & obed. ergo Papa gubernare potest etiam temporalia. Ità arguit Navarrus in loco supra commemorato, n. 15. ver. decimò tertio faciunt.

Verum ipse Navarrus ibidem n. 134. respondet, translationem illam Imperii valdè necessariam fuisse illo tempore ad salutem illam spiritualem Christianorum, & Romani Pontificis potestatem ad id pertigisse, per quandam conservationem, quæ tamen non pertingit ad alia minora. Quonià tunc demum minora potest, qui majora potest, cum eadem ratio, vel major faciendi minora, quæ majora, quod in hac re contingit, cum longè major ratio suadeat, ut Vicarius Christi omnium hominum servatoris possit spiritualia, quæ directè respiciunt supernaturalia, & æternam salutem eorum, quam temporalia, quæ ad id non pertinent, nisi indirectè, quo casu ea poterit. Hactenus Navarrus cujus responsio, vel ex eo comprobari potest, quod in his, quæ sunt potestatis, & iurisdictionis divisæ argumentum dari non potest à majori ad minorem; Non enim in his, qui po-

test plus, dicere possumus, quod ipse debeat posse quod est minus, sicuti declarat Baldus, & Francus in d. cap. cui licet. de reg. juris in 6. Socin. sep. in l. 1. n. 17. ff. quis, & à quo, Decius in d. l. non debet cui, n. 5. in fine, & ibidem Cagnolus n. 9. Cum ergò nostro in casu sint iurisdictiones, & potestates inter Summum Pontificem, cui data sunt, quæ ad spiritualia pertinent, & Imperatorem, qui de terrenis, & profanis judicat, dicendum sequitur, quòd licet Papa habeat potestatem spiritualium, non tamen temporalium. Quæ verò dicta sunt de Imperii translatione, & de facultate tributa eligendi, & creandi Imperatorem, satis disoluta sunt ex traditis supra, in responsione ad tertium argumentum.

Decimò quarto ducitur argumentum à ratione hac naturali, quæ dicitur ejus esse iudicare de mediis, cujus est de fine l. de qua re. ff. de judiciis, & l. oratio ff. de spòsal. sicuti medicinæ ars, cujus finis est sanitas, iudicat de mediis sanitatis, cap. tua de homicidio. sic ars militaris, cujus finis est victoria, iudicat de equestri, quæ ad illam est necessaria, & equestris iudicat de frænifativa. Et generaliter, ut docet Aristoteles in 1. Ethic. in omnibus artibus, & potestatis ordinatis, illa cujus finis est altior, & potentior, præcipere debet, & dirigere illa, quorum finis inferior est, & ordinatur ad illum finem altiore, ut ars Architecti cujus finis est ipsa domus tota, præcipit, & dirigat artes illas aliorum Artificum quorum finis est inferior, & subordinatus illi alteri fini, quales sunt lapidina & id gen^o alia. Atqui certum est finem potestatis Papæ esse felicitatem æternam, & omnes in illam dirigere, & potestas secularis quoddam medium est tendendi in eum cap. Principes 23. q. 5. ibi sapo per regnum terrenum caeleste regnum proficit. Et conferunt cap. Regum eadem causâ, & cap. iudex 23. q. 6. Ergò ad Papam pertinet iudicare potestatem sæcularem. Ità argumentatur Navarrus in d. cap. Novis. in 3. notab. n. 16. Eodem argumenti genere usus est etiam Turrecremata in cap. cum ad verum col. 4. ver. quantum quod spectat, & col. 7. ver. decimum quod & c. distinct. 96. Et comprobatur. Alex. Carrerius in lib. 2. de potestate Romani Pontificis, cap. 13.

Respondet idem Navarrus, præcitate in loco n. 134. ver. ad decimum quartum, potestatem quidem Ecclesiæ, posse iudicare de mediis salutis æternæ, quam ipsa proponit, quatenus ad eam est necessarium; non autem quatenus opus est.

Decimò quinto huc facere videtur, quod sicuti corpus est propter animam, ità temporalia sunt propter spiritualia, & quemadmodum finis corporis est anima, ità finis temporalium sunt spiritualia, & consequenter potestas temporalis est propter spiritualem; atque ità potestas spiritualis iudicat de temporali, & dirigat illam, veluti medium, quo tenditur in suum finem. Ità arguit Navarrus præd. in loco n. 27.

Verum idem Navarrus, n. 134. ver. ad decimum quintum, respondet ut supra.

Decimò sexto conferre videtur, quod uno concessio, consentur concessa & ea, sine quibus illud concessum non potest expediri l. 2. ff. de jurisd. om. iud. cap. præterea de officio deleg. & aliis exornat Navarrus, in d. 3. notab. n. 18. Atqui voluit dicere Navarrus, Papæ concessa est potestas dirigendi homines ad æternam salutem, ergò ei data est potestas temporalis, quæ ad d. finem est necessaria. Respondet idem Navarrus, ubi 5. n. 134. ver. ad decimum sextum potestatem spiritualem extendi ad omnia necessaria ad salutem æternam. Non tamen hinc voluit dicere Navarrus, sequitur, quòd Papa absolute, & simpliciter habeat potestatem quoad temporalia.

Decimò septimò perpendit Navarrus, præ allegato in loco n. 19. extravag. unam sanctam de major. & obed. multis in locis, & primò ibi, subest Romano Pontifici esse de necessitate salutis. Secundò ibi, qui in potestate Petri temporalem gladium esse negat. Male attendit verbum Domini proferentis, Cogerte gladium tuum in vagina

invaginam. Tertio ibi iterum, Vterque est in potestate Ecclesiæ, spiritualis gladius, & materialis. Quarto ibi oportet gladium sub gladio esse, & temporalem auctoritatem spirituali subiici potestati. Quinto ibi lex divinitatis est, infima per media in suprema reduci. Sexto ibi: non ergo secundum ordinem Univerſi omnia immediate, sed infima per media, inferiora per superiora in ordinem rediguntur. Septimo ibi: spiritualis potestas per terrenam habet instituere, & judicare, si bona non est. Octavo ibi: spiritualis iudicat omnia. His ergo dicendum est apud Pontificem utramque esse potestatem, saltem in habitu.

Cæterum respondet idem Navarrus, in d. cap. Novit. in 3. Notab. n. 239. præd. extravag. ad hoc reduci, quod potestas spiritualis tublimior est temporali, & aurum plûbo, & quod hæc illi adeo subest, ut cum ratio supernaturalium illud exegerit, poterit ei imperare opportuna, & eam, si opus erit censura Eccl. cogere ad faciendum ea. Imò & facere ea, quæ secularis facturus erat, eò nolente facere, quæ ratio illa supernaturalium possit, & non amplius. Quod satis significavit extravag. meruit. de privil. Clem. 5. ita Navarrus, cujus argumenta etsi multa ab aliis prius considerata, ac responsiones ex ordine ad verbum propè de industria hæctenus cõmemoravimus, Nunc alia prosequamur.

Decimo octavo adducitur illud Beati Augustini in sermone quodam Apostolor. Petri & Pauli, incipiente Fortis & humilis, cujus verba hæc sunt. *Omnia potentiam, & infatigabilitatem Salvatoris. Quis plebium piscatorem, Apostolorum facile Principem crederet, & regibus obsistere, Reges sanctificare, regnis omnibus imperare, Mundum refranare legibus, Demonem calcare pedibus, jubere virtutibus, Cælum hominibus aperire, cum velit, claudere, cum placeret; conversis donare, negare perversis, merita mundi cognoscere, culpas, & crimina relaxare?* Hæc Augustinus quæ ad rem nostram refert Præpositus in cap. cum ad verum col. 7. ver. unde beatus, distinct. 96. & ibidem Turrecremata col. 8. ver. hanc potestatem. Et diligentius perpendit Germonius in lib. 3. de sacror. immunit. cap. 13. n. 4. qui doctè scribit D. Augustinum fuisse complexum universam iurisd. ecclesiasticam, quæ spiritualis est, mixta temporali, mixti, merique Imperii; cum Regibus obsistere, regnis omnibus imperare, Mundum refranare Legibus, nil aliud sit, quam habere gladii potestatem ad animadvertendum in facinorosos homines, quod esse merum Imperium dixit Vlpianus in l. Imperium ff. de iurisdictione om. Iud. Animadvertere enim subiungit Germonius, proprium verbum ultimi supplicii, Marciani testimoniò, in l. perspicendum in fine ff. de penis: Sic & Macri, in l. sequenti, & Venuleii in l. si quid erit ff. de officio Procons. & leg. & egregiè explicat Corraus in l. Imperium n. 15. de iurisd. om. Iud.

Cæterum respondetur ex sententia lo: Turrecremata in summa de Eccl. lib. 2. cap. 114. col. 1. D. Aug. loqui de summi Pontificis potestate temporali ordinata ad spiritualem & æternam hominum salutem, sicuti in initio illius capituli loquitur Turrecremata, qui in lib. 1. eiusdem summa, cap. 90. in fine, idem sentit, & hoc quidem significant illa subsequenti D. Augustini verba, *Demonem calcare pedibus, Cælum hominibus aperire, cum velit, claudere, cum placeret, conversis donare, negare perversis, merita Mundi cognoscere, culpas, & crimina hominibus relaxare.* Et si rectè & diligenter perpendamus, sic & D. Augustinum intelligit Præpositus præcitato in loco, dum proponit sextum illud argumentum, quod deinde D. Augustini auctoritate comprobatur.

Decimo nono afferri illud solet, quod Salvator noster Christus dixit Petro, quem in terris Vicarium diuinitate jam statuerat: *Converte gladium tuum in vaginam, sicuti legitur apud Evangelistam Mattheum cap. 25. & relatum est in cap. 1. 23. q. 1.* Et rursus apud Lucam cap. 22. scriptum est, *Ecce duo gladii, & Salvator respondit, sufficit, non autem superfluum, & Apost. ad Romanos cap. 13. dicit, non sine causa gladium portat, & habet*

in cap. non solum 23. q. 5. atqui duo ij gladii significant duplicem iurisd. & potestatem, spiritualem scilicet & temporalem, ergo Petro, & Petri successoribus data est à Christo tam temporalis, quam spiritualis potestas, & iurisdictione. Hoc argumento etsi paulo fusiùs usi sunt Præpositus in d. cap. cum ad verum. col. 4. ver. 3. adducitur distinct. 96. Et ibidem Turrecremata, col. 6. ver. sextum quod spectat, & ibidem in summa de Ecclesia, lib. 2. cap. 14. in 6. proposit. & noviss. mul.ò diligentius Anastasius Germonius in lib. 3. de Sacror. immunit. cap. 13. n. 17. & 18. Et ii quidem referunt, D. Bernardum lib. 4. de considerat. ad Eugenium Papam, his verbis argumentantem: *Quid tu, inquit Devotiss. Bernardus, denuo gladium usurpare tentas, quem semel iussus es ponere in vaginam: quem tamen qui tuum negat non satis mihi videtur attendere verbum Domini dicentis sic. converte gladium tuum in vaginam. Ioan. 18. & Matthæi 26. Tuus ergo & ipso tuo forsitan nutu, etsi non tua manu evaginandus. alioqui, si nullò modò ad te pertineret & is, dicentibus Apostolis: Ecce gladii duo hic, non respondisset Dominus, satis est, Luc. 22. sed nimis est. Vterque ergo Ecclesiæ, & spiritualis scilicet gladius, & materialis, sed is quidem pro Ecclesia ille verò etiam ab Ecclesia exercendus est. Ille scilicet sacerdotis, is militis manu, sed sanè ad nutum sacerdotis, & iussu Imperatoris.* Hæc D. Bernardus.

Respondetur, Pontificem Maximum habere gladii temporalis potestatem, quæ opus est ad executionem potestatis spiritualis, sicuti dicemus infra in 3. opinione, & verba Evangelistarum Matthæi, & Lucæ, ac illa D. Bernardi sic intelligit, & exponit Sixtus Senensis in lib. 6. Bibliotheca Sanctæ, annotatione 27. ver. Cæterum, & manifestius Didacus Covar. in cap. peccatum in 2. parte §. 9. n. 7. ver. 3. hinc colligitur de reg. juris in 6. cujus verba cum egregia sint ad rem hanc scripti. Tertio hinc colligitur verus sensus Constitutionis, Vnam sanctam. inter extravag. commun. tit. de major. & obed. qua Romanus Pontifex profertur utrumque gladium, utramque potestatem, spiritualem scilicet & temporalem esse penes Romanum Pontificem, ac Petro à Christo datam fuisse. Id profectò eam interpretationem habet ut utraque potestas sit in Ecclesia, uterque gladius sit datus a Petro & Romanis Pontificibus in hunc finem, quòd temporalis existens penes seculares Pontifices spirituali Ministrat, & subserviat subordinetur, & subditus sit. Unde inibi, inquit Papa, *temporalem gladium per Principes, & Reges exercendum in Ecclesia. Nec tamen ex hoc necessario inferatur, Romanum Pontificem à Deo habuisse potestatem temporalem eò modò, quòd à seculari Principe exercetur, sed eam verè habet Papa à Christo Iesu, ut subditam & subordinatam potestati spirituali, utque eà possit uti, quoniam necessaria est, aut utilis spiritualis iurisdictionis exercitio.* Hæctenus Covarruvias, & idem docuit Bellarminus in lib. 5. de Romano Pontifice cap. 5. in responso ad secundum.

Vigesimò vel ex eo ducitur argumentum, quod ille solus Monarcha dici debet, cui inferiores homines tanquam uni præfixo principio respondeant. cap. ad hoc. distinctione 87. cap. hæc imago. 33. q. 5. & cap. principium. de penis. distinct. 2. Atqui Imperatori, alterique Principi seculari non omnes parere debent, nec cogi possunt; Pontifici verò Maximo obtemperare omnes oportet, ergò non Imperator, aliusvè Princeps secularis, sed solus Papa dici debet Monarcha, & consequenter Dominus & potestatem habens in omnes. Illa minor propositio quòd ad Principem, seu Imperatorem probatur, quia ipse non iudicat summum Pontificem, qui in terris à nemine iudicari potest. cap. nemo 9. q. 3. & cap. significasti de electio: Imò nec Clericos ipsos iudicare potest, cap. futuram Ecclesiam 12. q. 1. & cap. Clerici. de iudiciis: Quòd verò ad Papam illa minor propositio vel ex eo probatur quòd omnes ei tanquam capiti subiiciuntur, & ipse omnes de tota Ecclesia iudicat. cap. aliorum & cap. ipse 9. q. 3. Imò & ipsum Imperatorem iudicat, & eius sententias nullas declarat. Clem. pastoralis de re iud. & cum deponit. cap. ad Apostolica.

Verum responderetur distinguendo duos casus, quorum primus est, quando agitur de iurisdictione, & potestate quoad spiritualia, quæ animarum salutem respiciunt. Hoc sanè casu Pontifex Max. solus est Monarcha, cum nec Imperator, nec alius quisquis Princeps his manum apponere possit: nec hoc in casu locum habet quæ diximus in argumento de Pontificis summa potestate, & explicavimus *suprà*, unà cum Navarro, *in respons. ad. 2. argumentum*. Secundus est casus, quando agitur de potestate, & iurisd. quoad temporalia: Imperator iudicat omnes etiam Clericos regulares. Casus aliqui exprimentur, sicut *infra lib. 2. cap. 4. & cap. 5.* explicabimus. Personas autem ipsorum Clericorum non iudicat, cum propter clericalem characterem tanquam Deo dicati exempti sint. Papa verò laicos, & seculares, cum de rebus secularibus, & profanis agitur, non iudicat, quemadmodum demonstrabimus *in lib. sequenti 2. cap. 7.* Nec his repugnant Considerationes Alex. Carrerii *in lib. 2. de potestate Romani Pontificis. cap. 16. col. 3. ver. ad primam q. &c.* Papam Dei locum in terris obtinere etiam quoad Dominium rerum temporalium, cum ipsius Domini sit terra, & plenitudo ejus. Et Papæ commisit Salvator noster Cœlestis Christus, & terreni Imperii iura. *cap. sicut distinct. 22.* Nam huic objectioni satisfactum esse credimus ex his, quæ diximus *suprà in responsione ad octavum argumentum*. Quod verò idem Carrerius eodem in loco *ver. ad secundam dubitationem &c.* subiungit, quod sicuti Christus est Ecclesiæ, omniumque rerum ecclesiasticarum Dominus *cap. qui abstrahit. 22. q. 2* ita & Papa Christi Vicarius, nihil ad rem nostram pertinent cum nostra disputatio non sit de rebus Ecclesiæ, sed sæcularium, & profanarum. In eo aut. quod subiungit idem Carrerius, *ver. quod igitur adversarii &c.* falsam & hæreticam esse illationem hanc, Clericos temporalibus non se immiscentes iudicio Cæsaris non esse subiectos; secus si se secularibus ingerant, cum hinc inferatur, Clericos non debere se temporalibus bonis immiscere, nec illis, ut propriis uti &c. æquivocat Carrerius & minus rectè percipit, quod scribunt omnes, Clericos se immiscentes rebus temporalibus iudicari à Iudicibus secularibus. Loquuntur sanè Doctores quando Clerici tractant negotia secularia ut Mercaturam, negotiationem, & similia, sicuti dicemus *infra, in lib. subsequenti*. Nec disputantes hanc, de qua agimus questionem, negarunt unquam, quin Clerici habere possint bona temporalia, & illis frui, & de illis disponere. Et demum ex dictis *suprà in responsionibus ad 3. 4. & 5. argumentum* dissolvitur, quod subiungit idem Carrerius *eadem in cap. 16. usque ad finem*. Iudicium Papæ etiam esse de temporalibus, & Imperatorem ab ipso Papa, à quo coronatur, ungitur, & conservatur, rerum temporalium dominium, & iudicium recognoscere.

Vigesimò primò à jure Status argumentatur Carrerius *præcitato in lib. de potestate Romani Pontificis. cap. ult.* Cuius prima pars ad verbum ferè desumitur ab Anastasio Germonio *in lib. 1. de sacror. immunitatibus cap. 9.* & alia multa ex *cap. 10.* ejus nomine hac in re supposito, eiti uno verbo commemorat ab eo scripta *cap. 11.* scribunt ii, olim, tam apud Romanos, Gallos, & Germanos, quam Græcos, & Egyptios, aliasquè nationes exteras, Pontifices Maximos & Sacerdotes de rebus non sacris, & profanis cognovisse, & iudicasse. Quod quidem jure Status, hoc est conservandarum Rerum publicarum gratià factum fuisse creditur; Nam religione Status, inquit Carrerius conservatur, & ampliatur, sicuti è contrà defectu Religionis vastitates, & ruina Principatuum nascuntur. Afferri possunt hic exempla alia multa, quæ leguntur apud Eginarium *in lib. 2. de neglecta religione. cap. 2.*

Cæterum huic argumentationi, quæ non satis ad rem pertinet, faciliè responderi potest. Et primum quidem

si consideramus, nullam habendam esse rationem quod olim, vel apud Romanos, vel Græcos, aliasquè commemoratas nationes, Pontifices, & Sacerdotes etiam profana tractarent, cum è contrà Pontifices & Sacerdotes ipsi crearentur à Populis, deinde à Regibus, Imperatoribus, & Principibus, omnemque suam iurisd. Imperium & potestatem ab eis recognoscerent, & demum tantum possent quantum ab illis accepissent. Nostra verò disputatio est, de summi Pontificis Christi Salvatoris nostri in terris Vicarii potestate, & iurisdictione an jure Divinò, Pontificiò, an Cæsareò datum ei sit, ut etiam de rebus profanis, & secularibus iudicare possit. Quod verò Religione Respublicæ conserventur, & augeantur, & è contrà ejus defectu destruantur, atquè pessum eant, non solum pertinet ad summum Pontificem, cujus præcipuum munus est, eas tueri, & defendere, sed etiam ad Principes seculares, quorum interest idem præstare, ne regna, Imperia, ac Principatus suos, vel omninò omittant, vel ea devastentur, quemadmodum nostra, & Patrum nostrorum ætate ipsa docuit experientia.

Secunda est opinio eorum, qui negant summum Pontificem jure divinò consecutum fuisse quovis jure iurisdictionem, Imperium, ac potestatem quoad res profanas, & temporales. Hac sanè in opinione sunt quatuordecim Doctores hoc est.

1. Glos. in cap. quoniam distinct. 10.
2. Innocentius, in cap. Noverint n. 2. ver. in temporalibus autem de senten. excom.
3. Baldus, in rubr. Digestorum. n. 9.
4. Albericus, in l. eunctos populos. n. 19. C. de summa Trinitate, & fide cath. & in l. bene à Zenone n. 16. C. de quadr. præscript.
5. Zabarella, in cap. Novit, col. ver. in glos. 2. de iudiciis, & in cap. perpendimus col. 4. de senten. excom.
6. Petrus de Paludem tractatu de potestate Papæ. q. 4.
7. Joannes de Occa in tractatu, de potestate Papæ cap. 5.
8. Joannes Major, in 4. sententiarum, distinct. 24. q. 3.
9. Cosmus Guimier, in præmio pragmat. Sanctionis Galliz.
10. Joannes Ferus in lib. 3. commentariorum in Matthæum dum explicat illud Salvatoris nostri, tibi dabo Claves Regni Cœlorum,
11. Ambrosius Catharinus, in commentariis in Epistolam Divi Pauli ad Roma.
12. Franciscus Duarenus, in lib. 1. de sacris Ecclesiæ Mysteriis cap. 5.
13. Ferandus Vasquius, in tractatu de success. creati. lib. 3. §. 3. parte 3. limit. 34. n. 304.
14. Cardinalis Bellarminus, in lib. 5. de Romano Pontifice. cap. 4. & 5.

Horum opinio probatur multis iuribus, rationibus, & argumentis desumptis à iure ipso Pontificiò; Cæsareò, & Divinò, supernaturali, & naturali sicuti scribit Navarrus *in sapissimè citato cap. Novit. in 3. notab. n. 19. in fine de iudiciis*, ubi recenset, & explicat decem & septem argumenta, & alia sunt apud Præpositum, Turrecrematam, & alios, quæ in præsentiarum unà cum responsionibus suis referam.

Primò multis modis perpendit Navarrus Constitutionem illam Innocentii III. Pontificis Maximi *in cap. novit de iudiciis*. Et primum quidem, dum inquit, suæ premam illam potestatem Regis Francorum, de temporalibus, & profanis loqui Innocentium, ostendit altera ejusdem Innocentii Constitutio *in cap. per venerabilem, qui filii sint legit.* eius esse, si ergo regis est potestas hæc secularis, & profana, sequitur dicendum non esse Papæ, cum duo in solidum unius Rei Domini esse nequeant *l. si ut certo. §. si duobus vehiculum ff. commod.* Et rursus subiungit Innocentius, non esse sui propositi potestatem illam perturbare, cum tamen omittere id non potuisset

potuisset Innocentius, si ad se spectasse novisset, ne alio-
qui negligendo conservare ea, quæ sunt Ecclesiæ, pec-
caret juxta *cap. in canonibus sedes. q. 1. & c. irrefragabili.*
de officio ordin. & quidem peccasset capitali peccato,
si magna erat negligentia, ut scribit *glos. in cap. ea qua.*
de officio. Archid. Præterea & tertio inquit Innocentius
ita se habere ad ipsius Regis jurisdictionem, ac Rex
ad sui ipsius Pontificis: Porro spectat Papæ jurisdic-
tionem, & potestatem nullo modo ad Regem spectare,
ergo nec illa Regis pertinet ad Papam. Quarto, inquit
Innocentius, se non potuisse de causa illa feudali con-
tra ipsum Regem ordinariè cognoscere, sed solum ex-
traordinariè, hoc est, evangelicâ denunciatione, pro-
pterea quod allegabatur, Regem ipsum Francorum
peccate mortaliter non constituendo illud feudum
Anglorum Regi: Quod si fuisset Papa superior ipsi
Regi Francorum, potuisset etiam ordinariè aliquo mo-
do de causa ipsius feudi cognoscere, cum Judex ordi-
narius cognoscat de feudo, quando de eo est conten-
tio inter Dominum feudi, & subditum, si desunt pa-
res Curie, *cap. 1. de controver. feudi apud pares Curia*
&c. & cap. Imperatorem §. ult. de prohib. feudi alienan.
imò etiam pares Curie extant, sed suspecti, ordinarius co-
gnoscat secundum Baldum, & Præpos. *in d. §. ult.* Cum
ergo Innocentius præsupponat, hic nullo alio modo,
quam ratione peccati posse cognoscere de causa illa
feudi contra Regem Francorum, clarè præsupponit non
habere potestatem, & jurisdictionem temporalem ad-
versus illum Regem.

Cæterum responderi sic posse existimo, Innocen-
tium illis verbis, *perturbare jurisdictionem*, significare
potius, quasi possessionem, quam dominium Regium,
cum turbatio propriè conveniat vexationi, quæ fit pos-
sessori, sicuti se habet communis loquendi usus.
Et sit simul quod Papa fuerit Dominus jurisdic-
tionis, & potestatis contra Regem, sed tamen ob-
id quod ipse Rex erat in quasi possessione libertatis,
potuerit, & debuerit ipse Papa omittere cognitio-
nem illius causæ, atque ita, ut dicitur *in secunda*
consideratione, negligens dici non potuit Innocen-
tius ipse conservare Ecclesiæ jurisdictionem. Illa etiam
consequentiâ, quæ fit *in 3. consideratione* vera non
videtur, quia non sequitur, Rex non habet jurisdic-
tionem spirituales, ergo nec Papa temporalem, cum Rex
sit spiritualis omnino incapax, Pontifex verò tempora-
lis capax; ut diximus *suprà cap. 8.* Ita quoque diluitur
quarta consideratio, ut scilicet dicamus, Innocentium
non potuisse de causa illa feudi cognoscere ob id, quod
Rex ipse Francorum erat in quasi possessione libertatis
à potestate Papæ temporali, & in quasi possessione co-
gnoscenti de causa feudi suorum Vassalorum; quorum
in numero esse contendebat Anglorum Regem. His sic
etiam declarari potest ejusdem Innocentii III. constitu-
tio *cap. per Venerabilem, qui filii sine legit.* quam hac
pro opinione perpendit idem Navarrus *in d. cap. novis.*
in 3. notab. num. 39. ver. postremo ut finiamus &c. habet
enim Constitutio illa eadem penè verba, & eandem sen-
tentiam.

Respondetur secundò in casu *d. c. Novis.* Papam cog-
novisse de his, quæ pertinebant ad animarum salutem,
nempe de pace fracta, & juramento violatò à Rege Fran-
corum, sicuti ex aliorum sententia explicat Germonius,
in lib. 3. de sacror. immunit. c. 13. n. 58. & 59. qui paulò suprà
ex Raimundo Butto refert totam historiam illius diffidii
inter Regem ipsum Francorum, & Regem Anglorum,
quam diligentius explicant Paulus Æmilius *in Gallor.*
annalibus, & Polydorus Virgilius, *de bello Anglico.*

Secundò adducitur illud D. Augustini super Joannem,
relatum *in c. quo jure distinct. 8. ubi, jura autem humana*
jura Imperatorum sunt. Quare? quia ipsa jura humana
per Imperatores, & Rectores seculi Deus distribuit hu-
mano generi. Sic & Gregorius Nazianzenus ita scripsit

Imperatoribus Constantinopolitanis ut est relatum in
c. suscipitis, distinct. 10. Dedit enim & nobis potestatem,
dedit & Principatum multò perfectiorem Principatibus
vestris &c. Et Cyprianus Julianum Imperatorem, ut scri-
ptum est *in c. quoniam distinct. eadem*, ita allocutus est.
Mediator Dei, & hominum homo Christus Jesus sic
utriusque potestatis, officia discrevit, ut Imperatores pro
æterna vita, Pontificibus indigerent, & rursus Pontifices
pro temporalium tantummodo cursu, Imperatorum le-
gibus uterentur. Ita quoque Nicolaus Papa *in c. cum ad*
verum distinct. 96. idem his verbis repetit, imò, & ratio-
nibus confirmavit, Si ergo jura humana Imperatorum
distincta sunt à juribus divinis Pontificum, constat,
Pontificem pro rebus humanis, & temporalibus non
imperare nullamque jurisdictionem, nullum Imperium,
& demum nullam potestatem exercere posse.

Respondet Præpositus *in d. c. cum ad verum, col. 9. ver.*
non obstat primò, per Cyprianum *in d. c. quoniam* Christi hu-
militate id fuisse factum, unde necessitatem ita faciendi
non infert; Quæ sanè consideratio mihi non satis pro-
batur, quia etiam admittimus, Salvatorem ipsum non
ex necessitate, sed ex humilitate, & humanitate illud
fecisse, attamen cum id fecerit, observandum omni-
nò est. Non etiam placet secunda ejusdem Præpositi
consideratio, Cyprianum respexisse potius executio-
nem, quam ipsius jus, & habitum, sicuti etiam confi-
deravit, inquit Præpositus, Innocentius *in cap. novis, de*
judicis, dum dixit, quod non intendebat, judicare de
feudo &c. Non equidem placet consideratio hæc cum
absolutè loquatur de juribus, quæ versantur non so-
lum in exequendo, sed etiam in cognoscendo, & ju-
dicando, sicuti satis manifestum est. Rursus tertio
ejusdem Præpositi responsio, & consideratio, si rectè
perpendatur, nihil urget, cum pro constanti præ-
supponat hoc, de quo disputamus, nempe Papam
habere jus Principatus tam in spiritualibus, quam
in temporalibus. Probabilior videtur quarta ejus-
dem auctoris consideratio, quod etiam concedimus
distinctas fuisse potestates, non tamen inde fieri,
quin temporalis potestas descendat, & dependeat
à spirituali. Responderi etiam posse videtur ex sen-
tentia Turrecrematæ *in summa de Ecclesia lib. 2. c. 116.*
in responsione ad 4. dum declarando constitutionem
illam scribit, distincta esse officia Pontificis scilicet,
& Imperatoris, ne simul de eodem negotio se intromit-
tant, hoc est, quod spiritualia solus Pontifex pertra-
ctet. De temporalibus verò simul Papa, & Impera-
tor non se intromittunt, quia nullus pro eadem causa
trahi potest ad diversa judicia, sed est in actoris ele-
ctione recurrere ad unum eorum, & ille solus tunc
cognoscit, & judicat. Rectius fortè dici potest ex eo-
dem Turrecremata *in dict. cap. 116. in fine responsionis*
ad 3. argumentum, cujus verba adscripsi. *Sunt ergò*
dignitates præd. distincta non ex natura rei, sed propter
divinam dispositionem, & tamen non sic ponitur distincta
*sunt, quin superior jurisdic-
tionis remaneat penes Papam, licet*
differenter, ut diximus, in spiritualibus, & temporalibus,
quia in spiritualibus habet executionem immediatè,
in temporalibus verò non regulariter, sed in casibus assi-
gnatis. Hæc Turrecremata, qui eodem *in cap. 116. in re-*
sponsione ad sextum explicare mihi videtur clariùs ali-
quem ex dictis casibus assignatis, dum scribit verum
esse, quod sacerdotium est à Deo, ut præset Divinis, &
spiritualibus, quantum de prima, & principali inten-
tione Sacerdotii, sed quia divina, & spiritualia aliquando
perturbantur, & impediuntur hominum abusu circa
temporalia; ideò ad sacerdotium secundariè, &
ex consequenti pertinet, & perturbationes tolle-
re, & perturbatores, & impediētes gladio spirituali
ferire.

Tertio suffragari videtur *c. duo sunt distinct. 96.* ubi Ge-
ladius Imperatoré ita alloquitur. Duo sunt quippe, Imper.
E Auguste,

Auguste, quibus principaliter hic mundus regitur, auctoritas sacra Pontificum, & regalis potestas, & in cap. nos si incompetenter. 2. qu. 7. legitur, duas esse personas, quibus mundus iste regitur, regalem scilicet, & Sacerdotalem. Et sicut Reges præsumt causis seculi, sic & Sacerdotes causis Dei, & paulò post legitur, quod sicut Ozias percussus est à Domino, quia officia Sacerdotum occupare voluit, sic Sacerdotibus, & Prophetis non licet usurpare officia Regum. Responderi potest ex dictis in fine præcedentis responsionis ad illud secundum argumentum, nempe distinctas fuisse potestates, ut scilicet Papa præsit rebus divinis, Imperator verò profanis. Veruntamen potest ipse Pontifex potestate temporali uti, quando ipsa divina, & spiritualia perturbantur, & impediuntur. Et accedit, quod in lege antiqua divina legimus, Melchisedech fuisse Regem, & Pontificem Genes. cap. 14. Sic Moyses, & Helisummi Sacerdotes, & Principes, ac Judices populi. Exod. cap. 18. & lib. 1. Regum, c. 1. & c. 4. Prætermitto Jonatham, Judam & Simonem, & alios Maccabæos eisdem muneribus functos sicuti in libris Maccabæorum scriptum est.

Quarto conferre videtur, quod D. Ambrosius in cap. convenior. 23. q. 8. dicit, ad Imperatores palatia, ad Sacerdotes pertinere Ecclesiam, & Innocentius III. in cap. solitè de major. & obed. Papam soli, & Imperatorem lunæ comparat, sed luna non fuit per solem facta, nec à sole dependet, imò in diversa fertur in Cælo, quia defertur in primo, Sol verò in quarto. Ita arguit idem Navarrus, ubi supra num. 25.

Respondetur eodem modo, ut statim diximus, & ipsemet Navarrus sic intelligit, dum ibidem num. 40. & 41. affirmat 3. opinionem, quam infra referam.

Quinto perpendit Navarrus in d. c. Novit. in 3.º notab. n. 25. ver. quinto quod & c. cap. tuam de ordine cognit ubi Honorius præsupponit, se quidem idoneum Judicem ad cognoscendam de rebus Regine Cypri, Regem verò Francorum Judicem competentem successione bonorum. Idem prope censuit Alexander III. in c. causam que si. 2. qui filii sint legit. Hinc est, quod idem Alexander Tertius, in cap. si duobus §. denique de appellat. statuit extra terras Ecclesie non appellari à sententia Judicis Secularis ad ipsam Papam. Et inquit glos. notab. in c. quoniam distinct. 10. etiam à sententia Imperatoris ad Papam non appellari, & subjungit ita servare totum Christianissimum.

Respondetur prædictis in bonis, dum agitur de successione bonorum non versari aliquid spiritualitatis, sed mere rei temporalis, & secularis, & ob id ad solum Principem secularem pertinere potestatem illam, secus verò quando summus Pontifex pro executione potestatis spiritualis indiget potestate, atque ita gladio temporali, tunc eo uti posse infra demonstrabimus.

Sextò conferunt alia jura ab eodem Navarro considerata eod. in loco ver. faciunt nempe c. quæsum 23. q. 4. c. Princeps 23. q. 5. & c. celebratam de consecrat. distinct. 1. His enim in locis legitur, Principes seculares nonnunquam intra Ecclesiam potestatem habere.

Respondetur nil ad rem hæc pertinere, cum Canones illi loquantur de potestate Principum secularium exercenda ad utilitatem Ecclesie, quam tueri, & defendere tenentur, quando disciplina ipsa Ecclesiastica non sufficit ad reprimendam audaciam eorum, qui eam lædere contendunt, sicuti Scripsi supra in prima opinione, in decimo argumento, & ejus responsione.

Septimò urget non parum, quod Imperator, sic arguit Navarrus in præcitato loco n. 26. dicitur Dominus Mundi l. de precatio ff. ad l. Rhodiana de jactu l. bene à Zenone C. de quadrages. præscript. §. l. 1. §. & cum lex C. de rei nvo. actio. Non est ergo Papa Dominus mundi, cum duo in solidum acqueant esse Domini l. si ut certo, §. si duobus vel licul. ff. de conno. Hinc est, quod Joannes Pontifex Maximus testibus Justiniano præposuit illius nomen suo,

cum tamen ipse Justinianus rescribens eidem Joanni contra fecerit. Quod subjungit Navarrus, non fecisset ipse summus Pontifex, si se etiam in temporalibus scivisset esse ipso Imperatore majorem arg. cap. humilitatis 22. qu. 2.

Respondetur, negando Imperatorem esse Dominum totius mundi, sicuti probat l. mercatores C. de commercio, & mercato. Dum Cæsar ipse inquit, tam Imperio nostro, quam Persarum Regi subiectos. His enim verbis fateatur Imperator, Regem Persarum non esse subditum Romano Imperio, & eum habere homines sibi subiectos, qui Romano Imperio minimè subiecti sint. Idem Justinianus, in l. 2. C. de veter. vir. enucle. & in l. 1. C. de officio Præfecti Afr. Sic & Jurisconsultus, in l. postliminium in princ. ff. de capt. & postlim. reversi, inter nos, & omnes liberos populos, regesque moribus, & legibus constitutum. Ubi fit mentio populorum, qui liberi essent ab Imperio Romano. Liberi autem dicuntur qui nullius alterius potestati subiecti sunt, atqui ita in ea specie populus liber dicitur, qui subditus non est Romanæ ditioni l. non dubito ff. de capt. & postlim. reversi. His, & aliis permultis juribus, & Doctorum auctoritatibus tueri conatur, Didacus Covarruvias, in cap. peccatum in secunda parte §. 9. n. 5. de reg. juris in 6. ubi in ver. his tamen, testatur, hanc esse veriorum opinionem, etiam contrariam magis receptam esse, post Restaurum in tractatu de Imperatore qu. 52. col. 2. ver. Sed frustra, affirmer. Quod verò in argumento dicitur, Papam rescribendo Imperatori significasse, se Imperatore inferiorem, nil urget, cum id quadam humilitate fecisse dicatur, sicuti multis probat Restaurus in tract. de Imperatore 9. nu. 3. ubi refert Papam appellare consueville Imperatorem filium, & è contra Imperator appellat Papam patrem.

Octavò arguit idem Navarrus. præcitato in loco, n. 28. Justinianum scripsisse in l. 1. C. de veter. jure enucle. Imperium traditum fuisse Imperatori à Cælesti Majestate, & idem in Auth. quomodo oporteat Episcop. & c. §. 1. testatur, maxima Dona Dei à suprema clementia donata esse, Sacerdotium, & Imperium, illud quidem divinis ministrans, hoc autem humanis providens, & utraque ab uno, eodemque principio procedentia humanam exornare vitam. Idem in Auth. de non alien. rebus Ecclesie, §. sancimus, dicit, Imperium à Sacerdotio parum differre. Idem in Auth. de instrum. fide, & cautela §. quia igitur, dicit, Imperium à Deo esse institutum, ergo suprema potestas laica non nascitur ab Ecclesiastica, nec penes Ecclesie Principem, & consequenter voluit dicere Navarrus, potestas ecclesiastica tanquam omnino distincta à seculari habet nil, quoad ea, quæ hujus seculi sunt.

Verum responderi facile potest, non esse veram opinionem illam quod Imperium sit immediatè à Deo tributum Imperatori; nam dissentient permulti, quos commemorat Restaurus in tractatu de Imperatore 9. 50 & illis accedunt Didacus Covarruvias in d. c. peccatum in 2. parte §. 9. n. 7. ver. hæc igitur ratione, & ad rem nostram Præpos. in cap. cum ad verum col. 9. ver. non obstat secundum distinct. 96. qua de re differemus infra cap. 9.

Nonò accedit secundum Navarrum supra commemoratum, quod scribit Albericus in l. à Zenone num. 16. C. de quadri. præscri. Ludovicum à Bavaria unà cum Electoribus condidisse legem quandam ab eo ad verbum ibi relatum, qua declaraverunt Imperatoriam potestatem esse immediatè à Deo, & eum incurrere crimè læsæ Majestatis, qui diceret electum in Imperatorem ante coronationem non esse verum Imperatorem, vel non posse administrare Imperium. Quam legem Albericus ait justam fuisse visam tunc multis Prælati, & juris eruditissimis Romæ, ubi tunc ipse agebat: facit & inquit Navarrus, Epistola Regis Francorum cognomento pulchri ad Bonifacium Octavum conditorem extravag. Vnam sanctam, qua indignabundus aded, ut nec ab injuriis temperet, negat Franciam ejusque Regem

in temporalibus subijci Papæ. Quod & satis innuit *extravag. de privileg.* facit etiam, subjungit Navarrus, quod omnes Hispaniæ reges, qui credunt nemini subiacere in temporalibus juxta *glos. in cap. Adrianus, distinct. 63. & cap. etsi necesse de donat. inter virum, & uxor.* eo sunt animo, ut prius suam, suorumque vitam cum morte commutent, quam se fateantur subiectos, & Vassallos Papæ in temporalibus; Non enim permittunt Hispaniæ Reges sibi subiectos appellare ad Papam à sententiis Regiis, nec quod de causis profanis cognoscat ipse Papa inter Hispaniæ subditos, nec legitimum, leges de rebus temporalibus ferre. Quare vel oportet (adjungit Navarrus) discedere ab opinione communi, vel fateri, & Reges, & eorum subditos perseverare in peccato mortali, & eorum confessorios non posse illos absolvere citrà sacrilegii crimen. Cùm igitur, inquit Navarrus, hoc non sit concedendum, concluditur opinio communis falsa.

Respondetur, illius legis latæ à Ludovico Bavarò, & Imperii Electoribus nullam habendam esse rationem, cùm alioqui subvertere, & auferre jura summi Pontificis non potuerit. Idem de Philippi pulchri epistola dicendum est. Quod verò Reges Hispaniæ non recognoscant Papam in temporalibus, id alia ratione est, licuti explicabimus *infra suo loco.*

Decimò moveretur Navarrus *in dist. cap. Norit in 3. notab. num. 32.* quod sacris in litteris, nempe *in lib. 1. Regum cap. 10.* legitur, Saulem Regem primum Hebræorum à Deo fuisse electum, & factum, non autem à Sacerdote, licet per Sacerdotem electio illa fuerit publicata & unctione ministrally celebrata. Sic & *cod. lib. 1. Regum, cap. 16.* legitur, Davidem Regem secundum Hebræorum, non à Samuele Sacerdote, sed à Deo fuisse electum.

Respondetur, ut diximus *suprà ad 8. argumentum,* & fusius explicabimus *infra cap. 9.* ubi agemus, an Imperator sit à Deo immediatè vel à Papa.

Undecimò idem Navarrus *ubi suprà num. 33.* scribit, Saulem, & Davidem, vel ullum alium Hebræorù regem non subjacuisse quoad temporalia Sacerdotibus, nec his obedivisse, in illis saltem, qua pars Sacerdotes erant, quamvis ea parte, qua Dei nuntii erant, obedire tenerentur, sed illud non erat obedire Sacerdotibus, sed Deo, *arg. cap. cum aliquibus de rescript. in 6. cum alis allegatis à Navarro.* Imò Davidem præfuisse Sacerdotibus in causis secularibus probat *cap. nos si incompetenter 8. sed notandum.* Ita quoque legitur *in lib. 3. regum cap. 1.* Natham Prophetam nominasse Davidem regem Dominum suum. Et ergo Reges fuisse Sacerdotibus majores, & superiores testatur D. Thomas *in lib. 1. de regimine Principum c. 14. ver. quia agitur.* Unde habetur *in lib. 3. regum cap. 12.* Salomonem in sui regni principio, dum adhuc esset justus, dejecisse Abiathar Sacerdotem ab ipso Sacerdotio, ergo eo major, & superior erat *argum. c. inferior. distinct. 11. & c. cum inferior de major & obed.*

Respondetur in lege divina variasse potestates, nam aliquando Reges Sacerdotio etiam functi sunt, aliquando Sacerdotes etiam profanam obtinuerunt potestatem, aliquando potestates fuerunt separatim administratæ, spiritualis scilicet à solis summis sacerdotibus, temporalis verò, & profana à solis Regibus.

Duodecimò confert, quod etiam in Evangelio *Matthai cap. 22. relato in cap. communior. 23. qu. 8.* scriptum est, Salvatorem nostrum mandasse reddi ea, quæ sunt Cæsaris, Cæsari, & quæ sunt Dei Deo: Imò tributum ei solvit pro se, & Petro *Matth. cap. 17. & cap. tributum 2. quæst. 8.* Ita arguit Navarrus *præcitato in loco.* Et accedit, quod Salvator noster commisit Petro, & ejus successoribus claves Regni Cælorum non autem terrenor. ut legitur *Matthai cap. 16.*

Respondetur primò ex sententia Tutcremaræ *in summa de Ecclesia, lib. 2. c. 116. in responsionibus, ad 4. ar-*

gum. illud primum reddite ea, quæ sunt Cæsaris Cæsari &c. non intelligi, quod Salvator noster voluerit distinguere jurisdictiones, & unam uni, alteram alteri assignare, sed respondere Judæis, qui cum existimarent, se non teneri præstare cæsum Cæsari, sed solos Paganos, & Idololatrias, ad festum una cum Herodianis advenerunt, ut eum tentarent, quibus Jesus respondit, ea esse Cæsari præstanda, quæ sua sunt, & quæ Dei Deo. Quod verò in argumento dictum fuit, Jesum ipsum tradidisse D. Petro Claves Regni Cælorum, non negari facile potest, quia tradendo potestatem spirituales, dicitur tradidisse etiam temporalem ei accessoriam, & sine qua ipsa spiritualis conservari, & exequi non potest.

Respondetur secundò Salvatore Nostro nil aliud significasse, quam legalem quandam Justitiam, ut unicuique reddatur, quod suum est, eâ ratione, qua Apostolus ad Romanos scribens *c. 13. ait. Reddite omnibus debita, cui tributum tributum, cui vestigal vestigal, cui honorem honorem, cui timor timor &c.* Non voluit Salvator ipsa subtrahere potentiam temporalem Ecclesiæ, & suo Vicario. Ita respondit Augustinus de Ancona, *in summa de potestate Papa q. 1. art. 8.* & Germonius, *de sacrorum immunit. c. 13. num. 72. & 73.* qui multis comprobatur. Præmitto hic de industria tertiam responsionem consideratam à Petro Belluga *in speculo Principum rñb. 14. §. veniamus, n. 15.* Apud eum legi facile potest. Mihi magis probantur *suprà commemoratæ.*

Decimò tertio perpendit idem Navarrus *cap. solita de mayo. & obed.* sumptum ex Apostoli Petri *Epistola 1. c. 2.* ubi ipsemet primus Pontifex Maximus jubet, omnibus Christianis obedire legibus etiam Ethnicis, quales tunc erant omnes. Sic & Apostolus Paulus *ad Romanos c. 13.* relato *in c. convenior. 23. q. 8. & c. 2. de consibus,* præcipit, ut omnis anima sublimioribus subdita sit; Quæ sanè sublimior potestas à Deo, sicuti *eodem in c. 13.* dicit Divus Paulus, & subjungit id, quod idem Apostolus scriptum reliquit *in Epistola prima ad Timot. c. 2.* relatum *in c. ne Clerici, vel Mana.* Nemo militans Deo, implicat se negotiis secularibus, qui verò maximè Deo militare debet papa est *cap. si Papa, distinct. 40.* Ergo non potest esse apud eum potestas saltem summa omnium secularium; nec ergo laica totius universi potestas.

Respondetur, illud Apostolorum Petri, & Pauli, quod obediendum sit sublimioribus potestatibus, & omnem animam eis subditam esse debere, egregiè declarat D. Chryostomus *in commentariis ad illud cap. 13. D. Pauli ad Romanos,* distinguendum plura potestatum genera, & principatus, sicuti declaravimus *suprà cap. 4.* idcirco in suo quisque ordine parere debet, filius Patri, Uxor Viro, servus Domino, & civis Magistratui, Magistratus Principi. Ita respondet, & declarat Germonius *in lib. 3. de sacrorum immunitatibus num. 103. vers. nec adversatur.* Responderi etiam potest, D. Petrum hortari, ut humilitatis quodam merito omnes obediant Principibus secularibus, quibus sunt subditi; sicuti colligitur ex verbis *dist. cap. solita, ibi, & ad humilitatis meritum provocabat &c.* Et hanc quidem interpretationem probavit Claudius Manci-nus *in lib. 4. de juribus Principatum cap. 4. in fine.*

Decimò quartò arguit Navarrus ratione illa naturali, qua dicimus, singula officia singulis personis committenda esse, *l. nemo C. de assesso. l. consulta C. de testam. cap. 1. distinct. 89. & cap. cum singulo. de Preben. in 6. &c.* idè necessitate exceptâ, nemo debet esse pater spiritualis simul, & carnalis, *cap. ad limina 30. quæst. 1.* sic nec Comes Palatinatus legitimat proprium filium secundum *glos. singularem in cap. per venerabilem in verbo regi, quò filii sunt legis.* quam secuti sunt, Archid. *in cons. 320. in 3º. dubio,* Antonius Roscellus *in tract. de legitimatione, in tit. de causa materiali num. 12,* Joan. de Anna, *in cons. 9. in 3º. dubio:* atqui monarchia spiritualis, sive summum sacerdotium, &

Summum Imperium sive Monarchia secularis duo sunt manera distincta, & non quomodocumque sed ut aurum, & plumbum *cap. duo sunt distincti. 96.* imò sunt ut duo separata Luminaria, *cap. solita de major. & obed. & duo dona maxima Dei*, ut inquit Justinianus *in aush. quomodo oporteat Episcopos &c. in principio*, ergo nec sunt committenda uni; aut certò meliùs committentur duobus: Ergo dicendum est Deum Optimum Maximum cuius opera perfectissima semper fuerunt, ut legitur *Deut. cap. 32.* duo illa officia, & munera non uni, sed duobus commisit.

Responderetur ex sententia Turrecrematæ *in summa de Ecclesia lib. 2. cap. 116. in responsione ad 4.* habere locum argumentationem hanc, quando plures intromittunt se simul de eodem negotio, id quod contingit in nostro casu, in quo de spiritualibus nemo potest se intromittere, nisi Judex Ecclesiasticus. De temporalibus verò non se intromittunt simul Judex Ecclesiasticus, & Secularis, cum nullus trahi debeat sub diversis Iudicibus, sed in Auctoris electione est recurrere ad alterum eorum, & ille solus de causa illa cognoscit, & iudicat, atque ita nulla oritur iurisdictionis, & potestatis confusio. Et hanc quoque responsionem commemoravi *suprà ad secundum argumentum*, quod idem habet, quod hoc decimum quartum. Verum cogitandum est, considerationem hanc præsupponere pro constanti id, de quo nos disputamus, nempe summum Pontificem habere cumulativè cum Imperatore eandem potestatem, & iurisdictionem pro rebus temporalibus, & locum esse præventioni. Id quod negant Doctores illi, qui contendunt, Papam carere hac iurisdictione, & potestate. Rectiùs fortè dici potest, tunc demum duo officia in eadem potestate concurrere non posse, quando sunt incompatibilia; secus si se compatiuntur, sicut dicimus de duobus beneficiis, quæ si compatibilia sunt, concurrere, & esse possunt in uno solo Clerico, & Sacerdote, non autem si se non compatiuntur, *c. demulcta de præben. ubi glos. & Abbas n. & ad rem magis Baldus in l. unica §. ideoque C. de nov. Cod. facien.* Ancharanus *in cons. 423. colum. 1.* Imola *in l. ille à quo §. tempestivum ff. ad Trebell.* & in specie magis tradit Bartolus *in l. si consul. n. 1. ff. de adopt.* quod quædo duo officia se compatiuntur, potest una persona utrumque exercere, & Bartolus sequuti sunt ibidem Baldus, & Fulgosius, & Alexander, *in l. licta num. 13. ff. si certum petatur*, Decius *in cons. 641. num. 6.* & Alciatus, *in resp. 9. num. 2. & 4.* Porro satis certum est nostro in casu iurisdictionem spirituale esse compatibilem cum temporali, & unam cum ea esse, & stare posse, sicuti, & olim in lege Divina antiqua videmus, summum Sacerdotem personam Regis sustinuisse, ut loquitur, de Moyse, *Exod.* & diximus *suprà* in argumento, & accedit, quod in sequenti opinione, secundum Navarrum, Turrecrematam, & alios demonstrabimus, summum Pontificem habere iurisdictionem, & potestatem temporalem, quatenus opus est ad spiritualis executionem, quam quidem habere non posset, si essent incompatibiles.

Decimò quintò arguit Navarrus *in loco præallegato* ratione illà naturali sumptà, ex *l. nemo. 14. C. de assess.* Qui ad utrumque festinat, neutrum benè peragit. Et accedit illud, pluribus intentus minor est ad singula sensus. Et aliud, psalterium cum cithara malè concordat. *c. quod à te. & c. diversis fallaciis de Clericis conjugatis.*

Responderetur, quod argumentum posset procedere, quando unus solus Pontifex Maximus vellet utramque iurisdictionem, & potestatem exercere; nam tunc impossibile hoc esset, sicuti à fortiori non posset ipse solus sustinere gravissimum pondus potestatis, & iurisdictionis spiritualis, verum cum in hac habeat Cardinales, Episcopos, & alios Sacerdotes, quorum utitur operâ, tanquam eorum, qui vocati sunt in partem sollicitudinis,

ut habetur *in cap. qui se scit 2. q. 6.* Sic nec impossibile, nec difficile est, quod ipse Papa sustineat personam Iudicis spiritualis, & temporalis, & utramque iurisdictionem, & potestatem exerceat, sicuti re ipsa videmus exercere Romæ, & aliis in Provinciis, & Civitatibus sedi Apostolicæ subjectis. Et confert quod dicemus *infra in responsione ad decimum nonum argumentum, in fine.*

Decimò sextò sumit argumentum idem Navarrus à ratione canonica mixta naturali, ob quã *in c. Te quidem, 11. q. C. 1.* Apostolorum primus Petrus Clemetem Papam destinatum his alloquitur, *Te quidem oportet irreprensibiliter vincere & summo studio nisi, ut omnes vite huius occupationes abicias, ne fidei iussor existas, ne Advocatus litium sis, neve in ulla aliqua occupatione prorsus inveniariis mundialis officii occasione perplexus. Neque enim Iudicem, neque cognitorem secularium negotiorum hodie te ordinare vult Christus, ne profectus presentibus hominum curis non possis verbo Dei vacare. Hac verò opera, qua tibi minus congruere diximus, exhibeant sibi invicem vacantes laici, & nemo Te occupet ab his studiis, per qua salus hominibus datur.* Hactenus Sanctus Apostolus, & Pontifex Primus. Perpendit Navarrus verba illa *Occupationes*, quas seculares intelligit, & illa, *Ne fidei iussor existas.* Et illa, *Ne nulla prorsus*, & illa, *Ne profectus presentibus hominum curis*, ac demum illa, *Non possis verbo Dei vacare.* Poterat etiam Navarrus considerare illas clausulas, *Neque enim Iudicem, & cognitorem, secularium negotiorum*, & subjungit Apostolus hæc postrema. *Hac verò opera, qua tibi congruere minus diximus, exhibeant sibi invicem vacantes laici.* Et subjungit Navarrus, quod Romulus Romanorum Rex primus solam naturæ legem sequutus instituit sacra, & eos, qui illa peragerent, Sacerdotes à se distinctos, prospiciens se non posse Imperiò simul, & Sacerdotio vacare. Idem & Numa Pompilius accuratius, meliusque statuit. Auctores sunt, M. Varro, Dionysius Halicarnasæus, Livius & reliqui. Imò & Moyse Hebræorum Dux primus temporalia sibi reservavit, sacra verò Aroni commisit ut habetur *Exodi cap. 7.*

Responderetur uno verbo, Apostolum loqui de munere ipso rerum secularium, non obeundo ab ipso solo Clemente, cuiusmet personam, incumbere debere, monet sacris literis, ut prædicationi verbi Dei operam dare possit, sicuti prohibet & alia munera personalia secularia, ut fidei iussor, & advocare: Non autem suadet Apostolus, quin ipse Clemens possit per suos ministros de causis laicorum cognoscere, & iudicare.

Decimò septimò urgere non parum videtur, quod Papa Dei Vicarius in terris, & plus juris, & potestatis non habet, quam habebat ipse Christus, tanquam homo. Atqui Christus ipse non habuit, nec habere voluit hanc potestatem temporalem. Illa minor propositio probatur primo *Luca c. 12.* Christus cuidam eum roganti his verbis, *magister dico fratri meo, ut dividat mecum hereditatē*, respondit *homo, quis me constituit Iudicē, aut Divisorem super vos?* quasi dixerit Christus, nullus. Præterea *Ioannis c. 6.* legitur Christum fugisse manus Iudæorum quæretium facere eum Regem. Quod si curavisset Christus temporalem hanc potestatem, non fugisset, sed passus fuisset, se Regem declarari. Et demum ipsemet Salvator Noster, ut testatur idem *Ioannes cap. 18.* protestatus est, Regnum suum non esse de hoc mundo. Ita arguit Turrecremata, *in summa de Ecclesia c. 15. in secundo argumento*, & latius explicat Becharmius, *in lib. 5. de Rom. Pontifice c. 4.* Respondet idem Turrecremata, *in c. 116. in responsione ad secundū*, falsum esse, quod Christus non habuerit temporalem potestatem, nam *Matthæi c. ult.* legitur, Salvatorē ipsum dixisse, *Datus est mihi omnis potestas in Cælo, & in terra, & Apocalyp. cap. 1.* dicitur, *Princeps regum terra*, & Divus Paulus in *Epistola ad Hebræos c. 1. ex Psalmo 8.* Ita dixit. *Constitisti eum super opera manuum tuarum*, ubi glos. exponit. *Ecce potestas Christi*

Christi ostenditur; ne enim in opere Domini nihil excipitur, ita nec à Christi potestate. Hæc glos. Verum subjungit Turrecremata, ex sententia Durandi, *benè contingit, quòd habens potestatem, & auctoritatem jurisdictionis, eà ipsemet non mittit, nec uti docet sed majorem majoribus, minorem minoribus, & mediocria mediocribus committit.* Sic consultum fuit Moyfi à Jetro *Exod. cap. 18.* ut constitueret Judices, qui minora, & facilia tantum judicarent, & difficiliora ipsi Moyfi dimitterent judicanda. Et Apostoli dixerunt *Act. cap. 6.* *Non est æquum, nos relinquere verbum Dei, & ministrare mensis; Et per hunc modum,* adjungit Turrecremata, *licet Christus haberet omnem potestatem, tamen suum opus, ad quòd venerat, fuit, nos instituere de vita sua, & de redemptione nostra per eam facienda, propter quòd circa ista quasi totaliter vacavit dimittendo minora, qua per alios fieri poterant.* Unde Ambrosius *super illud Joannis cap. 18.* *Regnum meum non est de hoc mundo,* dicit bene, *Terrena declinat, quia circa Ecclesiastica descendit:* Quòd verò dictum fuit Christum non habuisse potestatem temporalem multis è sacris litteris auctoritatibus, & argumentis, verum non esse, ostendit, *præcitato in loco,* Turrecremata, & aliis comprobatur.

Decimò octavò suffragari videtur, quòd sicuti Judex secularis judicare non potest de causis spiritualibus, *cap. decernimus de judiciis;* Ita nec Judex Ecclesiasticus debet posse judicare de secularibus, & contrariorum eadem est disciplina secundum Philosophum, & Juris C. *in l. 1. ff. de his, qui sunt sui, vel alieni juris.* Ita arguit Turrecremata *in d. cap. 115. vers. octavò sic.*

Respondet idem Turrecremata, *eadem in lib. 2. cap. 116. ad octavum,* non esse eandem rationem in Judice seculari, quæ in Ecclesiastico, quia secularis est omnino incapax spiritualium, Ecclesiasticus verò non temporalium, ut ipse utrumque satis clarè probat.

Decimò nonò sic arguitur. Habere jurisdictionem in temporalibus, & profanis contradicit, & repugnat Apostolicæ perfectioni, ergo videtur, quòd non conveniat Pontifici Romano, qui singulariter dicitur Apostolicus, habere jurisdictionem temporalem; & consequens est clarum, & certum. Antecedens verò probatur ex illo *Matthæi cap. 19. si vis perfectus esse, vade, & vende omnia, qua habes, & da pauperibus, & sequere me.* Et ex illo *Luca cap. 14. Omnis ex vobis, qui non renuciaverit omnibus, qua possidet, non potest meus esse discipulus.* Ita arguit idem Turrecremata, *in dict. cap. 115. in 9. argumento.*

Respondet idem *in cap. 116. ad nonum;* imò non repugnare perfectioni Evangelicæ habere jurisdictionem in temporalibus, nam Divus Thomas, *in 2. 2. quæst. 184. art. 7.* scribit, rerum & bonor. renunciationem duobus modis considerari, quorum alterum est actu, in quo non consistit vera perfectio, sed quoddam perfectionis instrumentum, & nihil prohibet statum perfectionis esse sine propriorum renunciatione. Alterum verò est, secundum animi præparationem, ut scilicet homo paratus sit, si opus fuerit, omnia dimittere, & distribuere, & hoc directè pertinet ad perfectionem. Cùm autem potestas jurisdictionis possit stare in persona summi Pontificis, cum hac tamen præparatione, constat Ecclesiasticæ perfectioni non repugnare. Sic & Christum omni perfectione perfectissimum, utramque potestatem habuisse supra demonstravimus. Idem de multis sanctis relatis dixit Turrecremata, qui hæc eadem scripta reliquit, *in c. cum ad verum distinct. 96.*

Vigesimalò sic arguit Turrecremata *in d. c. 115. in fine.* Si jurisdictionis temporalis esset in Romano Pontifice, sequeretur, quòd superflueret aut in eo, aut in Principibus secularibus, sed neutrum est dicendum, cùm Deus, & natura nil frustra faciant, ut habetur apud Aristot. *in lib. 3. de anima.* Ergo dicendum videtur, summum Pontificem habere solummodo potestatem in spiritualibus, Princi-

pes verò Seculares in temporalibus.

Respondet idem Turrecremata, *in d. c. 116.* quòd imò nihil adest superflui, cum utraque jurisdictionis sit necessaria. Tum quia (inquit Turrecremata) cùm jurisdictionis temporalis plenaria non sit in Romano Pontifice regulariter, quantum ad immediatam executionem, seu executionem, sed in aliquibus casibus ad bonum & perfectum regimen populi Christiani, necessariæ sunt potestates seculares, quarum est, intendere immediatè istis temporalibus, ea administrando, & gubernando, unde Apostolorum primus D. Petrus *in Epist. 1. cap. 2.* dicit, potestatem secularem esse ad vindictam malefactorum & laudem bonorum: Tum secundo, subjungit Turrecremata, ut potestas spiritualis absoluta vilioribus, & secularibus negotiis, liberior sit ad vacandum spiritualibus, & ne propter administrationem temporalium, & inferiorum à gubernatione spiritualium impediatur. Unde hac ratione distincta dicuntur à Deo harum dignitatum officia, *c. cum ad certum distinct. 96.*

Responderi potest secundo, quòd etiam si admitramus, jurisdictionem temporalem esse apud utrumque, Papam, scilicet, & Imperatorem, non tamen in altero eorum dici potest supervacanea, cùm superfluum minimè sit eandem jurisdictionem, & potestatem esse æque apud duos Judices, cum dicatur cumulativè extare, ut locus sit præventioni, sicuti manifestè probat *l. 1. C. de officio Praefecti Urbis,* ubi Bartolus, & reliqui, & latissime differui *in commentariis de presumptionibus, lib. 2. presump. 18.* & novissime scribit Jo. Guttier. *in lib. 3. practiarum q. 9. 24.*

Vigesimalò primò idem Turrecremata *in c. cum ad verum, col. 1. ver. quinto. distinctio 96.* sic arguit, *Beatus Petrus nunquam exercuit potestatem temporalem, non habuit ergo, per consequens nec summus Pontifex.*

Respondet idem Turrecremata, *ibidem col. 9. ver. ad quintum,* negando assumptum, quia imò Beatus Petrus judicialiter damnavit Ananiam, & Saphiram pro crimine mendacii. Præterea, & secundo respondet Turrecremata, negando consequentiam, & rationem esse inquit, quia sicuti Christus reliquit multa Apostolis exequenda, & ordinanda, quæ ipse per se non exercuit, sic & Apostoli plura reliquerunt exequenda suis successoribus, quæ ipsi non exercuerunt, nec ordinarunt, *cap. cum Martha §. vorum de celebrat. missar. & aliis* probat pfe Turrecr.

Tertia est opinio eorum, qui conciliando duas præcedentes, distinguunt duos casus, quorum primus est, quando agitur de potestate temporali ad finem solum temporalem. Hoc in casu, procedit opinio negantium, summum Pontificem habere potestatem hanc temporalem. Secundus est casus, quando agitur de potestate temporali ordinata ad finem spiritualis, ut hæc spiritualia possit exequi. Hoc in casu locum habet opinio affirmantium, Papam habere potestatem temporalem. Hanc distinctionem probant non solum juris Cæsarei, sed & juris Pontificii, & sacre Theologiæ Doctores. Ita sanè decem, & novem, Doctores hoc est.

1. Joannes Fabri, in l. cunctos populos n. 11. & 12. C. de summa Trinitate, & fide cath.
2. Ludovicus Gomezius, in cap. 2. §. statuto num. 32. de constit. in 6.
3. Henricus, in quodlibeto 6. n. 23.
4. Pighius, lib. 5. Hierarchiæ Ecclesiasticæ.
5. Valdensis, lib. 2. doct. fid. art. 3. 76. 77. 78.
6. Paludanus, in lib. de potestate Ecclesiæ.
7. Caietanus, in apologia cap. 13.
8. Michael Ulcuinus, in tractatu de regimine mundi, in prima parte, q. 5. n. 9. & in 2. parte, q. 2. n. 89.
9. Franciscus à Victoria, in relatione prima de potestate Ecclesiæ, & utrum potestas spiritualis sit supra potestatem civilem, nu. 8. propo. 4. n. 42. & in tractatu de Indis Insulani. pag. 322. n. 27. & pag. 324. n. 29. & 30.

10. Turrecremata in summa de Eccles. lib. 2. cap. ult. col. penult. in responsione ad sextam objectionem, & in cap. cum ad verum, distinct. 96. col. 2. ver. tertius modus.
11. Navarrus, in cap. novit. num. 41. ad finem ver. credimus autem id de iudiciis.
12. Driedonus, in lib. 2. de libertate Christiana.
13. Didacus Covarruvias, in cap. peccatum, parte secunda, §. 9. num. 7. de regulis iuris, in 6.
14. Soto, in 4.º sententiarum distinct. 25. q. 2. art. 1.
15. Henricus, Henriquez, in lib. 6. seu de pœnitentiæ Sacramento, cap. 5. col. 3. ver. atque ita &c.
16. Petrus Binsfeldius suffraganeus, Treverensis, in commentariis de iniuriis, & damno dato, cap. 7. qu. 1. concl. 2.
17. Nicolaus Sanderus, in lib. 2. visibilis monarchiæ c. 4.
18. Alfonso mendozza Augustiniani ordinis, in relatione de universali Christi dominio §. 13.
19. Ludovicus Molina, societatis Jesu in tractatu de iustitia & jure disput. 28. col. 6. ver. secunda conclusio disput. 29. ver. his prænotatis, & ver. ex dictis infero.
20. Alfonso Alvarez, in speculo summi Pontificis Romani, Imperatorum, regum. cap. 16. in principio.
21. Xistus Senensis Dominicanus, in Bibliotheca sancta annot. 72. ver. cæterum.
22. Jacobus Simonias, in catholicis institutionibus, tit. 45. num. 25. 26. & 27.
23. Robertus Bellarminus Cardinalis, in tomo primo controversiarum, tit. de Romano Pontifice lib. 5. cap. 1. ver. tertia sententia, dicit, hanc esse communem sententiam, quam ipse probat in cap. 6.
24. Michael Palladius, in 4. sententiarum distinct. 25. disput. 3. col. 14. in prima conclusione, & col. 16. in tertia conclusione.
25. Franciscus Vargas, de Episcopi iurisdictione, confirmatione decima.
26. Anastasius Germonius, quem supra in prima opinione retuli eam probantem, attamen aliter sentit in lib. 3. de sacrorum immunitatibus, cap. 13. n. 70. dum laudat interpretationem Turrecrematæ.

Et hæc quidem sententia probatur his rationibus, & argumentis.

Primò Ecclesiæ regimen, & administratio creditur benè ordinata, cum sic fuerit instituta à Christo, qui est ipsa Dei virtus, & sapientia, & per quem regnant Reges, & legum conditores iusta decernunt, sicuti scriptum est: in Prov. Salom. Optimè autè ordinata Ecclesiæ administratio dici non potest, nisi dicamus, Christum ei, cui regendam, & administrandam tradidit Ecclesiam contulisse tantam potestatem, quanta esset necessaria ad ipsius administrationis executionem. Atqui necessarium est, quòd summus Pontifex potestatem habeat secularem, sine qua exequi non potest spiritualia, ergo credendum est Christum ipsi Papæ suo Vicario tantam contulisse potestatem, quanta opus est ad ipsam administrationem potestatis spiritualis. Probatur consequentia textu cap. præerea de officio deleg. §. 1. 2. ff. de iurisd. omn. Iud. Ita arguit Turrecremata, in cap. cum ad verum, num. 2. distinct. 96. Et hac consideratione utitur etiam in specie Navarrus in cap. novit. in 3.º. notabili num. 134. ver. ad decimum sextum de iudiciis, & retuli supra in responsione ad argumentum sextum decimum prima responsionis.

Secundò sic arguit idem Turrecrematam præcitato in loco. Firmiter credendum est ab omni fidei, quòd Ecclesiæ circa ea, quæ sunt ad salutem, & fidei, & pacis conservationem sit à Deo sufficienter provisum, unde Esaiæ cap. 5. dicit Dominus. *Quid est, quod debui facere vinea mea, & non feci, sed necessario, inquit Turrecremata, ad fidei, pacis, & Ecclesiæ conservationem requiritur in pastore, & gubernatore potestas aliquando etiam in temporalibus; ergo dicendum est, quòd Ro-*

mani Pontificis auctoritas ex divina ordinatione extendatur etiam ad temporalia, quantum necessitas Ecclesiæ aut pastorale officium exposcit. Minorem illam propositionem, quòd scilicet potestas temporalis sit necessaria aliquando ad executionem spiritualis, probat Turrecremata argumentis, quæ ad rem nostram pertinent.

Tertiò suffragatur secundum Turrecrematam in *dist. cap. cum ad verum col. 3. ver. primum autem*, quo ad summi Pontificis tanquam pastoris munus, & officium pertinet providere ovibus dominicis de competentibus pascuis, quoniam in incompetentibus moriuntur. Hæc autem pascua sunt Doctrina, & exempla virtutum, ut legitur apud Hieremiam cap. 3. *dabo vobis pastorem iuxta cor meum, & pascet vos scientiâ, & doctrinâ.* Unde Paulus in Epistola prima ad Titum describens pastorem animarum Episcopum dicit. *Oportet episcopatum amplectentem esse eum, qui secundum doctrinam habet fidelem sermonem, ut possit exhortari in doctrina sancta.* Sic & Ezechielis cap. 34. scriptum est. *In pascuis uberrimis pascam eos in montibus Israel, id est, doctrinis puris, sanis, & uberrimis divinæ revelationis.* Hujus officii ratione Romanus Pontifex totius Orbis doctor est, & magister, Vnde Chrysostomus super Joannem dicit, *Christus Jacobum localiter in uno loco Prælatum determinavit, sed Petrum totius Orbis determinavit Magistrum, & Doctorem.* Jure hujusmodi officii Pontificis Maximi auctoritas, & potestas vel ex eo extenditur etiam ad temporalia, quatenus necessarium est ad spiritualis potestatis executionem, quoniam hac ratione omnes leges Principum secularium, aut Communitatum statuta, quæ non sunt pascua ovium Christi competentia, sed potius continent aliquid mortiferum, potest corrigere, irritare, & annullare, & præcipere, si non observari utpote leges, & statuta, ac etiam consuetudines, quæ contra bonos mores sunt, ut in c. qui contra mores distin. 8. aut quæ divinis repugnant sanctionibus, cap. legem Imperatorum distin. 20. aut quæ sunt contra Ecclesiæ libertatem, & immunitatem, excommunicando etiam Potestates, Consules, Rectores, & Consiliarios locorum, ubi extant hujusmodi statuta, cap. noverit, & cap. gravem de senten. excom. Et breviter sic subjungit Turrecremata, Potest Papa tollere omnes leges civiles, in quibus vertitur animarum periculum, cap. novit. de iudiciis, cap. ult. de præscript. cap. seculares, & cap. ult. de foro compet. lib. 6. Potest etiam interpretari leges ipsas civiles, quando in eis agitur de Clericis, ut scribit Anchar. in cap. 1. num. 6. de vires. calum. & in cap. licet num. 6. de feriis. Hinc Divus Bernardus ad Eugenium scribens appellat Papam legum moderatorem. His & aliis nonnullis egregiis rationibus, & argumentis sententiam confirmat Turrecremata num. 3. ver. secundum quod &c. & Roma ver. tertium quod spectat &c.

Quartò, & ultimo urget non parum, quod Pontifex Maximus, ut animarum saluti consulari corrigere, emendare, ac punire potest Principes ipsos seculares, eos privando, & deponendo à suis Principatibus, & liberando eorum subditos à vinculo juramenti fidelitatis; sicuti explicavimus supra in sexto argumento, prima opinionis post Turrecrematam & Navarrum. Et quidem observatum est permultos Pontifices privasse, deposuisse, ac excommunicasse quamplures Imperatores, ac Reges, ut saluti animarum consulerent. Ita satè Innocentius primus Pontifex ob injustam Divi Joannis Chrysostomi expulsionem anathemate notavit Arcadium Imperatorem. Auctor est Nicephorus Callixtus in lib. 13. Ecclesiastica Historia, cap. 34. & testatur Gelasius Papa ad Anastasium scribens, sicuti relatam est in cap. duo sunt, distin. 96. Zacharias Pontifex maximus Regno privavit Childericum Francorum Regem, sicuti testatur Gelasius Papa in cap. alius 15. quest. 6.

cejus

cujus verba hæc sunt , *Alius item Romanus Pontifex, Zacharias scilicet, Regem Francorum, non tam pro suis iniquitatibus, quam pro eo, quod tanta potestate erat inutilis, à Regno deposuit, & Pipinum Caroli magni Imperatoris Patrem in ejus locum substituit, omnesque francigenas à juramento fidelitatis absolvit.* Hactenus Gelafius, cui consensit Carolus Sigonius in *lib. 3.º de Regno Italia, in vita H. Zachis Regis num. 6. Anno 449.* his verbis, *Cui Zacharias respondit, omnino se Regem vultum judicare, qui Regni commodis, & incolumitati serviret, rogatusque ab illo, decretum pro magnitudine potestatis interposuit, quo Regem, Chilperico, ut parum idoneo, subrogavit, & Francis sacramento solutus, ut Pipinum Regem substituerent, Auctor fuit. Quo decreto accepto, Franci convenerunt, ac Chilperico abdicato, Pipinum Regem consentientibus omnium voluntatibus destinarent, eumque per Bonifacium Moguntinum Episcopum consecrarent.* Hæc Sigonius, Paulus verò Æmilius in *lib. 2.º de rebus gestis Francorum in vita Childerici tertii Regis,* cum prius ita scripisset, *Childericus enim Rex mente stupens, vita Ignavus, eius cupiditatis videbatur, ac Regio Nomine indignus, solique debonestamentum &c.* Ita multis interjecit. *Deinde cum Francos proceres mira consensione animorum Pipino adesse, cupereque compertum exploratumque habuisset, unumque Childericum Regem reliquam esse magni Clodovei sobolem, sine liberis, sine ingenio, cujusque ingenio dolori amissum Regnum ipsi futurum non esset, nec usquam esset, qui ejus vicem quereretur, Francos sacramento Regi Childerico dicto solvit, sicque convenit habito Pipinum Regem salutaverunt.* Hactenus Paulus Æmilius, qui hoc unum tantum affirmavit, Pontificem Zachariam absolvisse Francos à fidelitate Regi Childerico jurata. Gelafius primus excommunicationis sententiã ob id Anastasium Imperatorem perstrinxit, quòd de fide Catholica malè sentiret, sicuti scriptum reliquit Platina in *ipsis Gelafii vita* his verbis, *sunt qui scribunt Gelasium excommunicasse Athanasium Imperatorem errantem in fide, & monitum, si non paruerit, à Pontifice Romano excommunicari posse.* Hæc Platina. Adrianus primus Desiderium Longobardorum Regem ad direptionem Romane Urbis properantem edicto Pontificio in Insubriam reverti coegit. Auctor est Platina in *vita ipsius Adriani,* cujus verba adscripsi. *Verum Adrianus, reductis in urbem reliquis omnium Basilicarum, qua extra moenia Urbis habebantur, tres Episcopos ad Desiderium misit, qui ei sub anathematis pœna minarentur, ne ullo modo fines Romanos attingeret. Rex igitur veritus, ne iram Dei incurreret, in Cisalpinam statim rediit.* Gregorius III. Leonem III. Imperatorem ob id, quòd imagines è templis ejici curasset excommunicavit, quemadmodum memoriã proditum est à Platina in *ipsis Gregorii vita.* Platinae verba hæc sunt. *Hic statim, ubi Pontificatum inivit, Cleri Romani consensu Leonem III. Imperatorem Constantinopolitanum Imperio simul, & communionem fidelium privat, quòd sanctas imagines, è sacris adibus abrafisset, & statuas demolitus esset; quodque etiam de homouiso malè sentiret.* Hactenus Platina. Gregorius septimus Henricum tertium Imperatorem Apostolicæ sedi rebellantem sacris omnibus interdixit, & Imperio deposuit, nec illum ad pristinam dignitatem prius restituit, quàm erroris veniam supplex postulasset. Sic sanè Platina in *ipsis Gregorii vita,* his verbis. *Tum Gregorius tantam injuriam Divina majestatis causã diutius non ferens, & Sigisfradum, aliosque Clericos cum Henrico sentientes dignitatibus, ac beneficiis privavit, & Imperatorem ipsum anathemate notavit, privatam prius omni regiã administratione.* Hæc Platina Alexander III. Federicum Ahenobardum Imperatorem, quòd Octaviano Antipapæ faveret, graveque in Ecclesia Dei jam excitasset damnum, excommunicatum denunciavit. Auctor est Platina in *ipsis*

Alexandri vita. Clemens Sextus Ludovicum Sextum Imperatorem notatum à Joanne 22. & Benedicto XII. anathemate ab Imperio deposuit, sicuti scriptum reliquit Albertus Pighius in *libro Hierarchia Ecclesia cap. 14. & cap. 15.* Pius Quintus Anglorum Reginam, nostrã hac ætate, ob id excommunicavit, regnoque privavit quòd Calvinianam hæresim secuta ei plurimum favorat. Sixtus Quintus superioribus annis Henricum, Navarrae Regem anathemate notavit, & Regnum occupantibus tradidit, propterea quòd sæpius inhæresim lapsus esset. Hunc absolvit, & restituit Clemens Octavus, qui nunc felicissimè sedet. Reliqua hac de re, quia aliquando observavi, sciens omitto.

CAPUT X.

Pontificem Maximum habere potestatem directivam, & coactivam in Ecclesia Dei, cujus est Vicarius.

Romani Pontificis potestas, quam in Ecclesia Dei plenissimam esse *precedenti capite* diximus, duplex est, altera directionis, altera coactiva. Directivam appellamus potestatem illam, quã dirigimur, & regula quadam moderamur ad benè, beateque vivendum, ad mandatorum Dei observatiam, & regularum sanctorum Patrum, ut aliquando Dei bonitate, & misericordiã fruamur æternã felicitate, quæ est finis ultimus ad quem Summus Pontifex sibi à Christo Salvatore nostro commissas perducendi curam suscepit. Ita scriptum reliquerunt doctissimi Joannes de Turrecremata in *cap. cum ad verum col. 7. ver. decimum quod pertinet, distinct. 96.* Pighius Campellis *lib. 5. Hierarchia,* & Franciscus Vargas in *tractatu de Episc. jurisdic. in responsione sexta in fin.* qui probat illo *Ezechielis cap. 34.* Pascam oves meas; & ego eas accubare faciam. Et *Sophonia cap. 3.* ubi dicitur. Ipsæ pascentur, & accubabunt, & non erit, qui exterreat. Hæc accubatio, inquit Turrecremata, est ipsa directio, sive deductio ovium per custodiam divinorum, ut diximus *suprà,* mandatorum. Hæc de potestate directiva intelligit Turrecremata loqui Divum Augustinum in sermone quodam Apostolorum Petri, & Pauli, incipiente, Fortis & humilis, cujus verba hæc sunt, *O mira potentia, & ineffabilis gratia Salvatoris. Quis plebium piscatorem, Apostolorum facile crederet Principem, & Regibus obsistere, Reges sanctificare, regnis omnibus imperare, mundum refranare legibus, Damonem calcare pedibus, jubere virtutibus, Cælum hominibus aperire si vellet, claudere cum placeret, immortale regnum universis donare, negare perversis, merita mundi cognoscere, culpas, & crimina hominibus relaxare?* Hæc Divus Augustinus. Hac potestate, & lege directivã ligatur, & ipse Pontifex Maximus, quemadmodum demonstravimus *precedenti in capite.*

Potestas coactiva est, quã Pontifex maximus aliisve Princeps etiam secularis cogit, & compellit, sibi subditos parere, & obtemperare jussis & mandatis Dei, & ipsorum Principum. Hanc potestatem coactivam habere in Ecclesia Dei Romanum Pontificem testantur, & rectè quidem, omnes sacre Theologiæ ac juris Pontificii interpretes. Ita sanè Turrecremata, in *lib. 2. cap. 45. & c. 46.* latè Pighius, in *libro 5. Hierarchia,* Franciscus Vargas, de *Episcopi jurisdic. in 6. respons.* Robertus Cardinalis Bellarminus, in *lib. 4. de Romano Pontifice. 15.* Anastasius Germonius, in *lib. 5. de sacror. immunitatibus, cap. 13. & c.* Josephus Stephanus, in *lib. 1. de potestate coactiva c. 3. & 4.* Et accedit, quod scribit Innocentius, *c. 2. in fine de major. & obed. & cum eo Berol. in cap. de his, nu. 26. de accusat.* Papam posse imponere pœnam temporalem exequendam tamen à Judice seculari. Et hæc quidem recepta, & catholica sententia probatur his multis argumentis.

Primò vel ex eo, quod Salvator noster Petro, & ejus successoribus consequenter, tribuit, quod scriptum est Matthæi cap. 16. Tibi dabo claves regni Cœlorum, Claves dixit in plurali significans potestatem tam in foro interiori, nempe conscientiarum, quàm in foro exteriori, sicuti communis est Theologorum interpretatio, & diximus supra c. 4. in fine, ubi egimus de potestate ordinis, & jurisdictionis. Deinde subjungit Evangelistæ: *Quodcumque ligaveris super terram, sive in foro conscientiarum, sive exterioris iudicii, ligatū erit, & in Cœlis.* Porro cum non solum volentes, sed etiam inviti ligentur, sequitur dicendum hac clavium traditione concessam fuisse Petro Apostolorum Principi, & ejus successoribus, etiam potestatem hanc coactivam. Ita arguit Turrecremata in d. lib. 2. de Ecclesia cap. 146. col. 1. ver. primò, & illa.

Secundò accedit illud Evangelistæ Matthæi cap. 18. *Si autem peccavit in te frater tuus, vade, & corripe eum inter te & ipsum solum, si autem te non audierit, dic Ecclesia; si autem Ecclesiam non audierit, sit tibi tanquam Ethnicus, & publicanus; An dico vobis, quacumque alligaveritis super terram, erunt alligata & in Cœlo;* Glossa exponit illud verbum *alligaveritis*, id est, vinculo anathematis. Et Divus Hieronymus *ibidem* exponit, Potestatem tribuit Apostolis, ut sciant, qui à talibus damnantur, humanam sententiam divinam sententiâ corroborari: Porro damnatio ad coactivam potestatem pertinet. Est ergo Apostolis, & successoribus à Deo tributa potestas hæc coactiva. Hoc quoque argumento usus est Turrecremata in d. lib. 2. cap. 46. ver. secundo improbat.

Tertiò suffragatur illud ejusdem Matthæi cap. 26. cum dicit, Petram evigilantem per diem, & abscidisse aurem servi Principis Sacerdotum. Quod non aliud melius significat, quàm quòd apud ipsum Apostolorum Principem & ejus successores futura erat potestas hæc coactiva. Unde Beatus Gregorius in cap. 5. Petrus 24. qu. 1. inquit, Tollit ergo Petrus. Quare Petrus? quia ipse est, qui accipit claves Regni Cœlorum, ille etiam condemnat, qui, & absolvit, quoniam ligandi, & solvendi idem adeptus potestatem: Tollit autem aurem malè audientis: Tollit aurem gladio spirituali interiorem malè intelligentis. Hac etiam argumentatione motus est Turrecremata in d. c. 46. ver. Tertiò, idem ostendi.

Quartò confert illud Lucæ cap. 22. ubi Apostolis dicentibus, *Ecce duo gladii*, hic respondit Dominus, *satis est*, quibus verbis intelligimus duos gladios mysticè significare duas potestates, spirituales scilicet, & temporales, sicuti ex D. Bernardo ex lib. de consideratione ad Eugenium diximus supra cap. Hæc ergo gladii potestas significat potestatem coactivam Petro, & successoribus à Salvatore nostro tributam. Ita arguit Turrecremata in d. cap. 46. ver. quartò idem.

Quintò confert, quòd habetur Joannis cap. ult. dum Salvator noster dicit Petro, *pasce oves meas.* Pastoris officium commisit Dominus ipsi primo summo Pontifici, & ejus successoribus. Quod sanè officium, & munus, sine potestate, & jurisdictione coactiva exerceri non potest. Id quod sentit glossa in d. cap. ult. cum dicit, *pasce oves*, id est credentes, ne deficiant confortare, terrena subsidia, si necesse est, subditis providere, exempla virtutum præbere, adversariis obistere, peccantes corrigere. Sic considerat, & arguit Turrecremata in d. lib. 2. cap. 46. ver. quintò erroris est &c. Et accedit, quòd *pasce oves* est hoc in loco tegere cum Imperio, & virga ferrea sicuti doctè ex aliorum sententia scribit Josephus Stephanus, in d. lib. 1. de potestate coactiva cap. 2. num. 4. & 5.

Sextò huc pertinet illud D. Pauli ad Corinthios primà cap. 4. *Quid vultis in virga veniam ad vos, an in dilectione, in charitate, in spiritu mansuetudinis?* Verba illa in virga significant potestatem coactivam, quâ ipse Apostolus *ibidem* cap. 5. usus dicitur adversus fornicato-

rem quem tradit Sathanæ in interitum carnis, ut spiritus ejus salvus fieret. Sic arguit Turrecremata, in d. lib. 2. cap. 46. ver. sextò idem ostendis. Hanc virgam esse illam credimus, quam ferream appellat Apostolus & Evangelista Joannes in Apocalyp. cap. 1. his verbis *Qui vicerit, & custodierit usque in finem opera mea, dabo illi potestatem super gentes, & reges eas in virga ferrea, & tanquam vas figuli infringentur. Sicuti & ego accipi à patre meo &c.* quam egregiam sententiam doctissimus Josephus Stephanus in lib. 1. de potestate coactiva, cap. 3. ex interpretatione Andreæ Cæsariensis Arethæ Cappadociæ Episcopi, Nazianzeni, & aliorum, qui Apocalypsim sunt interpretati, accipit, virgam hanc ferream à Christo Domino Magistratibus Ecclesiæ eâ gratiâ collatam fuisse, ut munus Pontificum omni ex parte expleri posset.

Septimò accedit auctoritas multorum factorum Conciliorum universalium, maximè illorum quatuor principalium, in quibus damnati, excommunicati, & à suis dignitatibus depositi leguntur plures hæretici, sicuti in Nicæno Arius, in Constantinopolitano Macedonius, in Ephesino Nestorius, in Chalcedonensi Eutyches, ut in cap. Canonibus distinct. 15. Hoc sancti illi patres facere non potuissent, nec fecissent, nisi ex Christi ordinatione hanc potestatem, & jurisdictionem coactivam habuissent. Ita Turrecremata in d. lib. 2. cap. 45. ver. consequenter secundo &c.

Octavò huc facit secundum prædictum Turrecremata, ubi supra, ver. præterea totum &c. quod extat totus liber quintus Decretalium incipiens de pœnis, qui ostendit, Pontificem maximum habere hanc potestatem coactivam. Extant, & similes tituli in libro sexto Decretalium, & in Clementinis.

Nonò confert Constitutio illa Joannis XXII. Pontificis Maximi posita inter Extravag. quæ incipit, huc secundum doctrinam, qua damnati fuerunt Joannes Patavinus, & Joannes Femdudus, qui negabant, summum Pontificem habere coactivam hanc potestatem. Ita Turrecremata in d. lib. 2. cap. 46. ver. tertio erroris.

Decimò sic arguit idem Turrecremata *ibidem* ver. quarto præfatus. Potestas spiritualis est major, & Deo conjunctior, quàm secularis, sicuti & nos diximus supra in cap. Atqui potestas secularis ad exercitium sui officii habet coactivam potestatem, & jurisdictionem, ergo etiam potestas spiritualis jurisdictionem, & potestatem coactivam habet. Majorem illam propositionem probat Turrecremata auctoritate D. Pauli ad Romanos cap. 13. dum Judicem secularem Dei ministrum appellat. Rectius fortè probatur, quod Judex secularis habet merum mixtumque Imperium, & jurisdictionem, quæ postrema etiam versatur circa causas pecuniarias ut diximus supra cap. 1. arctamen nulla est jurisdictionis, quæ non habet aliquam coercionem, sicuti responderet Papinianus in d. lib. 1. 2. in fine, & manifestius Paulus in d. cap. 1. ult. ff. de officio ejus, cui mandata est jurisdictionis. Decimò primo sic arguit Turrecremata, in d. c. 46. ver. secundo sic. Delegatione cujuscumque Principatus est habere jurisdictionem coactivam sicuti scriptum reliquit Aristoteles in lib. 4. Ethicorum, his verbis. Cum enim sermones persuasivi qualicumque ratione fulciti non sint satis potentes movere subditos ad bonum, quòd est principalis intentio boni Principis, necessarium est, ut apud Principem sit jurisdictionis coactiva, quâ per pœnas faciat, quòd persuasionibus non potest. Et hinc dicimus, legis proprium esse non solum imperare, vetare, & permittere, sed etiam punire cap. omnis autem distinct. 3. Atqui Princeps Ecclesiasticus, est maximè perfectus, cum Soli comparetur. cap. solita de major. & obed. & dicemus infra. Ergo Principatus Ecclesiasticus habet potestatem, & auctoritatem coactivam.

Duodecimò, & ultimò Pontificem maximum habere potestatem coactivam manifestissimè probant cap.

ex litteris, & cap. suspicionis de officio delegati, & accedit cap. 2. de Major. & obed. ubi Innocentius in fine, & Berolius in cap. de his n. 26. de accusat. quos etiam retuli supra.

His firmatâ, receptâ, & verâ sententiâ, Summum scilicet Pontificem habere Potestatem coactivam, superest, ut diluamus atque confutemus rationes, & argumenta eorum, qui contrariam falsam opinionem probarunt nempè.

Primo argumentantur ex illo Matthæi cap. 20. scitis, dicebat Christus Salvator noster Apostolis, quod Principes gentium dominantur eorum, & qui majores sunt, potestatem exercent in eos, non ita erit inter vos, sed quicumque voluerit inter vos esse major, erit vester servus. Ex quibus verbis, aiunt prædicti, datur intelligi majoritatem & prioritatem inter fideles esse ejus, qui ministrat, & servit. Cum ergo Papa sit maior, & primus inter omnes Christianos, sua majoritas in ministrando; & serviendo tantum consistit, & per consequens nullam jurisdictionem coactivam habet, cum illa omnibus Ecclesiæ Prælati sit interdicta.

Respondet Turrecremata in d. lib. 2. de Ecclesia, cap. 47. in princ. præd. verba Matthæi cap. 20. non inferre, Salvatorem nostrum interdixisse Apostolis coactivam jurisdictionem & dominatum, cum ipsemet Christus dixerit Petro super Plebem meam Pontificem te constitui. Et illud psalmi 44. Constitues eos Principes super omnem terram, fuisse dictum de Apostolis. Interdixit itaque Salvator Apostolis illam solam jurisdictionem solamque dominatum quibus hujus sæculi homines utuntur adversus eorum subditos redigendo eos in servitatem, utendo eorum personis ad propriam utilitatem, & commodum. Idem scripsit ipsemet Turrecremata in d. lib. 2. cap. 12. ver. ad secundam rationem, qui refert egregiam illam interpretationem Chrysoctomi super dic. cap. 20. Matthæi, his verbis scriptam. Principes Mundi ideo fiunt, ut dominantur minoribus suis, & abutantur virtutibus eorum ad suas utilitates, & glorias: Principes autem Ecclesiæ, ut serviant minoribus suis, & ministrent eis quacumque acceperunt à Christo, ut suas utilitates negligant, & illorum procurent. Hactenus dictus Chrysoctomus. Præterea adjungit Turrecremata in d. cap. 47. ver. secundo deservunt. Administratio illa, ad quam Ecclesiæ majores deputantur, non est administratio quâ servus ministrat Domino suo, aut frater fratri, sed quâ Dominus, & Præfidens intendit commodis subditorum, quâ medicus salutem agrotantium, pater correctionis filiorum, pastor cura gregis, rector regimini populi, & gubernator navis directionis; hujusmodi autem administratio non excludit jurisdictionem coactivam in Ministris super eos, quibus ministratur, sed potius includit.

Secundò sic arguitur. Papa non habet majorem jurisdictionem coactivam quam habuerit Christus cujus est Vicarius; atqui Christus tanquam homo mortalis non habuit jurisdictionem coactivam, ergò nec eam habet Summus Pontifex ejus Vicarius. Illa minor propositio, vel ex eo dicitur probari, quòd jurisdictio coactiva sine divitiis, & auxilio divinum exerceri non potest, quibus Christum caruisse asseritur, & propterea Salvator ipse venit ministrare, non ministrari, non ergò jurisdictionem coactivam ipse Christus dicitur habuisse.

Respondet Turrecremata in d. cap. 47. ver. ad secundam respondetur, falsam, & hæreticam esse minorem illam propositionem quòd Christus non habuerit jurisdictionem coactivam; nam de Christo ita dicitur Etiaze cap. 33. Ipse Dominus noster, Iudex noster, Legislator noster & Rex noster &c. Quæ quidem de ipso Christo dici non potuissent, si jurisdictione coactiva caruisset. Et rursus Matthæi cap. ult. ita legitur. Dada est mihi omnis potestas in Cælo, & in terra. Præterea Matthæi cap. 18. dicit Christus Apostolis. Quicumque ligaveritis

super terram &c, id quod significare potestatem coactivam diximus supra, quam ipse Salvator concedere non potuisset Apostolis, si ipse eam non habuisset. Quod verò dicitur in argumento, jurisdictionem sine divitiis, & divitum auxilio exerceri non posse, verum non est, cum spiritualis ipsa coactio exerceri possit, & à Prælato inope, & divitiis carente, quidquid sit de potestate, & jurisdictione coactiva seculari, quæ armorum potentia, & vi exequi plerumque solet. Quod verò dictum fuit, Christum venisse ministrare, non autem ministrari, alium habere sensum dictum fuit supra. Et demum quòd in fine argumenti dictum fuit, Christum non exercuisse potestatem hanc coactivam, falsum esse multis ostendit Turrecremata præcitate in loco. Illud unum sufficiat referre, quòd Christus è templo eiecit flagello ementes, & vendentes, sicuti habetur Joannis cap. 2. & Matthæi cap. 21. Quæ de re verba faciens Beatus Gregorius, Moralium cap. 27. ita scripsit. Nec frustra per semet ipsum Deus nomenclatorium fudit, & cathedras vendentium evertit: quia nimirum quidem judicat vitam plebeiam, sed per se ipsum examinat Magistrum. Hactenus Divus Gregorius.

Tertiò adducitur auctoritas Origenis super illud Matthæi cap. 20. Reges gentium &c. ita scribit. Scitis, quia Principes gentium dominantur eorum, id est, non contenti tantum rege suos subditos, violenter eis dominari nituntur. Inter vos autem, qui estis mei, non erunt hæc, quoniam omnia carnalia in necessitate sunt posita; spirituales autem in voluntate. Sic & qui Principes sunt spirituales, id est Prælati, Principatus eorum in electione potius debet esse non in timore. Ex quibus verbis datur intelligi (inquit Origenes) quòd Principatus Prælatorum Ecclesiæ, & per consequens summi Pontificis in voluntate & dilectione, & non in timore debet consistere, ergò diligere debent, & non timere. Qui autem jurisdictione coactiva utuntur à malis timentur, teste Apostolo ad Romanos cap. 13. qui ait, si autem male feceritis timete, scilicet potestatem Prælati, ergò Prælati Ecclesiarum potestate coactiva uti non debent.

Respondet Turrecremata, in d. cap. 47. ver. ad tertiam objectionem &c. Origenem non excludere ab Ecclesiæ potestate coactivam, sed illud tantum sensisse, Prælati Prælatos spirituales plus diligere, quam timeri debere, sicut Divorum Augustini, & Bernardi testimoniò comprobatur ipse Turrecremata. Est enim in moderanda hac Republica Christiana opus amore, & timore cum sola mansuetudine, & benevolentia, ut sine aliqua correctione disciplinæ perfecte gubernari minimè possit. Quare Divus Gregorius, in Moralibus ut habetur in cap. disciplina, distinct. 45. scriptum reliquit. Disciplinam vel Misericordiam multum destitui, si una sine altera teneatur, & ob id circa subditos, inesse debere rectoribus, & justè consolantem misericordiam, & piè severentem disciplinam.

Quartò urgere videtur auctoritas Divi Chrysoctomi super cap. 20. Matthæi, qui ita scribit, Principes Mundi ideo fiunt, ut dominantur minoribus suis, & eos servituti subsiciant, & exponant, & usque ad mortem eis utantur ad suam utilitatem, & gloriam. Principes autem Ecclesiæ sicut ut serviant minoribus, & ministrent eis quacumque acceperint à Christo, & suas utilitates negligant, & illorum procurent. Hactenus Divus Chrysoctomus, qui significasse videtur, vel in eo Principes seculares à spiritualibus differre, quòd seculares suis dominantur subditis, Principes verò Ecclesiæ suis minoribus serviunt, & ministrant, non ergò in eos jurisdictionem, & potestatem coactivam exercere posse asseritur.

Respondet Turrecremata in d. cap. 47. ver. ad quartam objectionem. Chrysoctomum non excludere Ecclesiæ Prælatos à Potestate coactiva, cum ipsemet dixerit super illud Matthæi; ita se exhibere debere

bere Prælatum, ut possit ridens timeri, & iratus amari, sed excludere jurisdictionem, & potestatem illam tyrannicam, quâ Principes seculares utuntur adversus eorum subditos, quæ quidem Ecclesiæ Prælati non convenit. Unde (subjungit Turrecremata) *differentia inter Principes seculares, & Ecclesiasticos non est penes habere, & non habere jurisdictionem coactivam, sed penes habere, & non habere jurisdictionem coactivam tyrannicam.*

Quintò affertur illud Divi Ambrosii relatum in *cap. convenior 23. q. 8. ibi. Dolere potero, gemere potero adversus arma, milites Gothos quoque, lacryma mea mea arma sunt. Talia enim sunt munimenta sacerdotis: Aliter, nec debeo, nec possum resistere.* Hæc Divus Ambrosius, qui significasse videtur, Prælatos Ecclesiæ sacerdotisque orationibus, & lacrymis resistere debere malis, non autem temporali potentiâ, jurisdictionemque coactivâ.

Respondet Turrecremata in *d. cap. 43. ver. ad quintum*, quòd licet Divus Ambrosius excludat Prælatos Ecclesiæ ab armis, sicque à potestate coactiva mediantibus militaribus armis adversus invadentes, & occupantes bona Ecclesiastica, cum Ecclesia nesciat arma temporalia. *cap. porro 16. q. 3.* non tamen excludit potentiam, sive jurisdictionem coactivam spiritualem, cum ipsemet Divus Ambrosius hac spirituali coactione usus aliquando fuerit adversus Theodosium Imperatorem, quem excommunicavit. *cap. duo quippe, distinct. 96.* quòd facere non potuisset; si hac potestate coactivâ, & jurisdictione caruisset. Præterea respondere potest ex sententia doctissimi Josephi Stephani, in *lib. 1. de potestate coactiva cap. 9. n. 8.* Pontifices Maximos, & alios Ecclesiæ Prælatos uti posse armis temporalibus, & profanis non solum pro defensione, & tutela suorum corporum, sed etiam Ecclesiæ honorum, quòd permultos fecisse Pontifices testantur auctores. Non est quòd illa hîc repetam.

Sextò adducitur quòd Divus Chrysostomus in *libro secundo de dignitate sacerdotali, cap. 3.* explicans illud Apostoli in *secunda Epistola ad Corinthios, cap. 1. Non dominantur fidei vestre,* ita scriptum reliquit. *Si, qui foris sunt, Iudices malignos cum reddiderunt, ostendunt in eis plurimam potestatem, & invitos eos à priorum pravitate morum compefcunt. In Ecclesia vero non coactum, sed acquiescentem oportet ad meliora converti, quia nec nobis à legibus data est hac spiritualis potestas, qua auctoritate sententia, homines cohibentur à delictis.* Hactenus Divus Chrysostomus, qui visus est sentire, Ecclesiam non habere jurisdictionem, & potestatem coactivam, cum Ecclesia neminem ad meliora cogat. *cap. gesta, distinct. 74.* Nec aliquis judiciali sententia à delictis cohibetur.

Respondet Turrecremata in *d. cap. 47. ver. ad sextum &c.* Chrysostomum loqui de his, qui foris sunt, hoc est qui fidem Christi non agnoverunt ut inferius; Non enim his inferenda est vis aliqua, sed charitate, & amore invitandi sunt ad fidem, & correctionem morum *cap. de Iudeis distinct. 45.* & scribunt congesti à Marquardo in *tractatu de Iudeis parte tertia. cap. 2.* Diversum est in his, qui fidem Christi semel agnoverunt; namque cogendi sunt eam retinere *d. cap. de Iudeis ibi: Qui autem fide semel imbuti sunt,* quia constat eos sacramentis divinis associatos, oportet, ut fidem, quam susceperunt, tenere cogantur. Hæc ibi. *Quæ sanè sententia est Apostoli in Epistola prima ad Corinthios, cap. 5.* cum dicit. *Quid enim mihi est de his, qui foris sunt, idest, extra Ecclesiam, judicare? His enim, ut exponit glossa potius blandiendum est. Nonnè de his, qui intus sunt, vos judicatis sic ubi glossa? se habet? Intus, idest, in Ecclesia, professione, & nomine, in his enim putredo secunda est. Hactenas glossa. Est autem; con-*

cludit Turrecremata, manifestum, hoc sine jurisdictione coactiva fieri non posse. Ergò præsupponit Apostolus in Ecclesia esse jurisdictionem, & potestatem coactivam.

Septimò sic ducitur argumentum. Ad habentem jurisdictionem coactivam spectat negotiis secularibus implicari, quia ad ipsum pertinet contentiones, & lites dirimere: Contentiones autem lites, & rixæ inter negotia secularia computantur. *cap. 1. Ne Clerici, vel Mona: secula negot. se immisceant.* Atqui Summus Pontifex non debet negotiis secularibus se immiscere, ergò Pontifex Maximus non habet potestatem, & jurisdictionem coactivam. Illa minor propositio probatur auctoritate Apostoli ad Timotheum *epistola 2. cap. 2.* cum dicit, *nemo militans Deo, implicat se negotiis secularibus.*

Respondet Turrecremata in *d. cap. 47. ver. ad septimum &c.* negando quoad casum nostrum majorem illam argumenti propositionem, quòd scilicet ad habentem jurisdictionem coactivam spectat se implicare negotiis secularibus, cum dirimere lites, & contentiones maximas inter Ecclesiasticos, & de rebus Ecclesiasticis non sit se implicare negotiis secularibus. Et illud *cap. 1. ne Clerici, vel Mon.* intelligitur de his, qui lites, contentiones, & rixas amant, & fovent, quòd homines mali faciunt. Non autem accipitur de his, qui lites, & contentiones dirimunt, quòd est proprium eorum, qui charitatis officia exercent.

Octavò sic Pontifex Maximus majorem potestatem, & jurisdictionem non habet, quàm habuerit Beatus Petrus. Atqui is Apostolorum primus non est à Christo consecutus jurisdictionem hanc coactivam. Minor propositio probari asseritur auctoritate Divi Bernardi, qui in *libro 1. ad Eugenium Papam cap. 6.* ita scriptum reliquit. *Non monstrabunt puto, qui hoc dicent, ubinam quispiam Apostolorum Index sedevit hominum &c.* Et Paulò post, *Stetisse denique lego Apostolos judicandos, sedisse non lego judicantes. Erre illud, non fuit.* His verbis Divus Bernardus significasse videtur Apostolos non fuisse Iudices hominum, & consequenter non habuisse jurisdictionem coactivam.

Respondet Turrecremata in *d. cap. 47. ver. ad octavum &c.* Divum Bernardum loquide causis secularibus litibusque profanis quas Apostoli non cognoscebant, nec judicabant, non ob id, quidem, quòd jurisdictione, & potestate carerent, sed quia majoribus vacabant, nempe prædicationibus, & orationibus, ipsas verò causas dimittendas relinquebant inferioribus hominibus juxta consilium Apostoli *ad Corinthios Epistola prima cap. 6.* cuius verba hæc sunt *Secularia judicia si habueritis, contemptibiles, idest sapientes minoris meriti, qui sunt in Ecclesia, constituit ad judicandum &c.* Non ergò hinc sequitur, quia Divus Petrus, & reliqui Apostoli fuerint Iudices in causis spiritualibus.

Nonò perpenditur quòd Divus Gregorius in *moralibus* exponendo prædictum *cap. 6. ad Corinthios: Secularia judicia si habueritis &c.* scribit his verbis. *Si terrenas causas examinant, qui exteriorum rerum sapientiam perceperant, qui autem spiritualibus dotati sunt terrenis non debent implicari negotiis, ut dum non coguntur inferiora bona disponere, valeant bonis superioribus deservire.* Hæc Divus Gregorius. Cum ergò Apostoli maximis bonis spiritualibus fuerint dotati, ipsi non fuerunt circa causas hominum, & lites aliquantulum occupati.

Respondet Turrecremata in *d. cap. 47. ad nonam &c.* quòd etsi Divus Gregorius scribit, dotatos bonis spiritualibus non debere se implicare negotiis secularibus, atamen non negat Divus Gregorius quin ii potestatem habeant coactivam simpliciter, imò ipsemet affirmat, *eodem*

eodem in loco, hos obtinere hanc coactivam potestatem, & jurisdictionem. Gregorii verba hæc sunt. *Si terrenas causas examinant, qui exteriorum rerum sapientiam perceperunt; qui autem spiritualibus bonis docti sunt, terrenis non debent negotiis implicari, ut dum non coguntur inferiora bona disponere, valeant superioribus bonis deservire, sed tamen magnopere cavendum est, ut ii, qui bonis spiritualibus emicant, nequaquam proximorum infirmantium negotia funditis deserant, sed hæc aliis, quibus dignum est, tractanda committant, vel per se gerant.* Hæc ille. Postrema verba significant, dotatos bonis spiritualibus, hoc est Ecclesie Prælatos curare aliquando posse, & debere negotia proximorum infirmantium hoc est peccatorum, qui infirmi in fide dicuntur, & appellantur in sacris licentis, ut habetur apud Apostolum *ad Titum epistola prima. Increpa eos dicit, ut sani fiant in fide.*

Decimo, & ultimo perpendit glossa *suprà præd. caput 6. ad Corinthios: Secularia negotia &c.* dicitur inquit, *contemptibiles enim, hoc est, aliquos sapientes, qui tamen sunt minoris meriti, constituit ad judicandum, Apostoli enim circumcunctes, talibus non vacabant. Sapientes ergo qui in locis consistebant, fideles, & sancti, non qui hæc, & illac propter Evangelium discurrebant, negotiorum examinatores esse voluit.* Hactenus glossa, quæ manifestè significasse videtur, quod Apostoli causas hominum, terminandis maximè insistebant. Ex quo inferri dicitur Apostolos non fuisse à Christo potestatem, & jurisdictionem coactivam consecutos.

Respondet idem Turrecremata *in dicto cap. 4. ver. ad ultimum &c.* ut *suprà* dictum fuit, nempe glossam non excludere, quin Ecclesie Prælati habeant jurisdictionem, & potestatem coactivam.

CAPUT XI.

Imperator, an cognoscat jurisdictionem, Imperium, & potestatem summi Pontificis Romani.

Et disputatio hæc gravis, ardua, & apud nostros valdè controversa. De ea ingenuè dicam, & his scriptis committam quod sentio. Et quidem existimo distingui, & constitui posse tres casus.

Primus est quando agitur de jurisdictione, & Imperio, & potestate circa merè spiritualia. Hoc sanè casu, nemo dubitat, & jure merito dubitare non debet, nec potest, quin ipse Imperator subit Papæ, sicuti in specie affirmant Innocentius, *in cap. Novit n. 2. de sentent. excommunicat.* Michael Vlcomynus *in tractatu de regimine mundi in prima parte q. 5. principalis n. 2. 6. & 10.* Bart. *in cap. 1. n. 36. de constit.* Franciscus à Victoria, *in relatione de potestate Ecclesie in titulo, utrum potestas spiritualis sit suprà potestatem civilem n. 25.* Boliüs, *in decisione 30. n. 16.* & Germonius, *in libro secundo de sacrorum immunitatibus. cap. ult. n. 10.* & alii, quos referam *infra*; est enim scriptum apud Prophetam Hieremiam *cap. 2. Ecce constitui te hodie super gentes, & regna, ut evellas ac dissipas, edifices & plantes.* & Christus Salvator Noster *Matthæi cap. 16.* dicit Apostolorum Principi Petro: *Quodcumque ligaveris super terram ligatum erit & in Cælo, & quodcumque solveris super terram solutum erit, & in Cælo.* Et *Joannis cap. 21* dicit idem Salvator eidem Petro. *Pasce oves meas.* Quibus quidem verbis indefinitis complexus est omne genus hominum, atque etiam Imperatorem.

Secundus est casus, quando agitur de jurisdictione, Imperio, & potestate profana, & temporalis ad finem æternæ salutis animarum atque ita ad executionem,

& observationem potestatis spiritualis. Hoc etiam casu admittunt omnes Imperatorem subesse ipsi Pontifici Maximo, qui ei jubere potest. Ità sanè Michael Vlcomynus, *in dicto tractatu de regimine mundi in secunda parte q. 2. principalis de regimine mundi n. 32. in fine.* Navarrus, *in cap. novit. tertio notabili. q. 2. de judiciis,* & Olorius, *in dicta decisione 30. n. 17. ver. minus etiam* qui refert factum illud Divi Ambrosii adversus Theodosium Imperatorem, de quo habetur *in cap. cum apud Thessalonicam 11. q. 3.* & apud Ecclesiasticæ historię scriptores Nicehorum, Callixtum, *lib. 12. cap. 41. col. penult. ver. postquam* in sacrarum, Theodosius, *lib. 5. cap. 17. in fine,* & Sozomenus *lib. 7. cap. 24. ad finem.*

Tertius est casus, quando agitur de jurisdictione, Imperio, & potestate temporalis, & profana. Hic casus ille est, de quo valdè contradicunt Doctores. Vna est opinio affirmantium Imperatorem etiam hoc casu subesse summo Pontifici Romano, à quo contendunt Imperatorem immediatè pendere, à Deo verò mediatè. Hujus sunt opinionis decem & novem Doctores, quos ex ordine enumerare statui.

1. Glossa, *in cap. cum ad verum distinct. 96. & in cap. causam quæ. il. 2. in verbo ad Regem, qui filii sint legitimi.*

2. Innocentius, *in cap. licet ex suscepto n. 1. de foro competentis.*

3. Bartolus, *in l. 1. §. Præsides n. 3. de requir. reis.*

4. Calderinus, *in conf. 3 col. 1. tit. qui filii suo legit.*

5. Martinus Laudensis, *in tractatu de Princip. in primo notabili n. 496.*

6. Castrensis, *in l. non ambigitur in fine ff. de legibus.*

7. Abbas, *in cap. novit n. 12. de judiciis, & in conf. 82. n. 3. lib. primo.*

8. Felix, *in eodem cap. novit col. 3.*

9. Franciscus Aretinus, *in l. cunctos populos n. 4. C. de summa Trinitate, & fide catholica.*

10. Præpositus, *in cap. causam quæ. il. 2. col. penult. lib. 1. qui filii sint legit.*

11. Alvarotus, *in cap. 1. n. 4. in fine de pace, jura. & firm.*

12. Angelus Aretinus, *in §. sacræ n. 2. Instituta de rerum divisione.*

13. Jacobatus, *in tractatu de consilio. lib. ult. art. 8. n. 4. & 6.*

14. Cagnolus, *in lib. 2. n. 187. ff. de origine juris.*

15. Joannes Capistranus, *in tractatu de auctoritate Papæ in secunda parte secundæ partis principalis. n. 24. ver. sed certè n. 25. & aliis subsequentibus.*

16. Alciatus Pelagius, *in tractatu de planctu Ecclesie. lib. 1. cap. 37.*

17. Albertus Pighius, *in lib. 3. Hierarchie Ecclesiasticæ. cap. 7. & cap. 14.*

18. Beio, *in cap. 1. n. 36. de probationibus.*

19. Camillus Borellus, *in additionibus ad Perrum Bellugum, de speculo Principum rub. 6. de forma, & ordine stadi &c. in verbo cælesti majestate. col. 2. ver. ego autem.*

Primò ea ratione, & argumento uruntur, quod Ecclesia militans instar est triumphantis, cum sit par ejusdem ut scribit Divus Augustinus, *in lib. 20. de Civitate Dei cap. 7. & probatur Apocalyp. cap. 21. Ego Johannes vidi Civitatem sanctam Hierusalem novam descendentem de Cælo à Deo paratam &c.* & tradunt Turrecremata, *in libro primo de Ecclesia cap. 287. & Navarrus, in cap. novit, in tertio notabili n. 14. de judiciis & eo prius, ibidem, Abbas, n. 22.*

Atqui certum est, & nemo dubitat, quin Ecclesia triumphans regatur, ab uno Deo Optimo Maximo, cum unus solus sit Deus Pater, & filius, & Spiritus Sanctus. *Deuter. cap. 6. Audi, Israel, Dominus Deus noster, Deus unus est.* Et Divus Paulus *ad Ephesios scribens cap. 4. sic ait, Solliciti servare*

Servare unitatem spiritus in vinculo pacis. Vnum corpus, & unus spiritus, sicuti vocati estis in una spe vocationis vestrae, unus Deus, una fides, unum Baptisma. Vnus Deus, & pater omnium, qui & super omnes, & per omnia, & in omnibus nobis. Ies autem in terris existens unum constituit eju^m Vicarium Divum Petrum, & deinde ejus Successores in terris totius Ecclesiae Militantis, super omnes Reges, Principes, Prælatos, Subditos, Clericos, & seculares. Ergo Imperator immediatè à Deo consecutus non est potestatem de rebus temporalibus, & profanis, sed à Papa, cui Deus etiam omnia tradiderat. Hoc argumentò usus est Capistranus, in tractatu de auctoritate Papa in secunda parte secunda partis principalis num. 25.

Respondetur primò, & negando quoad rem nostram majorem argumenti propositionem, quòd scilicet Ecclesia militans sit instar triumphantis, non enim in omnibus est similis, sed in aliquibus, ut nostro in casu, in quo dicimus esse dissimilem respectu potestatis merè temporalis, & profanæ, sicuti in specie scriptum reliquit Navarrus, in d. cap. novit. in tertio notab. num. 134.

Respondetur secundò, majorem argumenti propositionem esse valdè dubiam, & controversam apud Sacrae Theologiae, & juris Pontificij Interpretes, an scilicet Christus Salvator Noster in terris existens voluerit, vel non, esse Rex, quoad temporalia, & profana: Quòd esse voluerit, scribunt Joannes Parisiensis, in tractatu de auctoritate Regia, & Papali cap. 8. & cap. 9. Franciscus à Victoria, in relectione prima de auctoritate Ecclesiastica qu. penultima num. 15. Dominicus Soto, in libro quarto de justitia, & jure qu. 4. art. 1. col. 2. ver. ceterum quantum, Bellarminus, in lib. 5. de Romano Pontifice cap. 4. & cap. 6. Medina, in tertia parte qu. 59. ad articulum quartum Divi Thomae, & Ludovicus Molina, in tractatu de justitia, & jure tractatu secundo dispositione 28. in 4. & 5. conclusionem. In ea enim quinta dicit Christum habuisse potestatem Regiam etiam quoad profana; in ea vero quarta conclusionem scripsit Christum uti noluisse prædictà potestate, & ejusdem sententiæ refert Divos Ambrosium, & Augustinum.

Quòd vero ipse Salvator noster in terris existens noluerit esse Rex, & Dominus etiam quoad temporalia, & profana, asserunt Hostiensis, in cap. quod super his de voto. Divus Thomas, in libro tertio de regimine Principum cap. 12. 13. & 14. & in summa, in tertia parte. qu. 59. art. 4. Burgenlis, in additione sec. ad cap. 1. Matthæi; Nicolaus Grandis, in cap. 1. ad Hebraeos, Rossensis, adversus Lutherum, articulo 25. Albertus Pighius, in lib. 5. Hierarchia Ecclesiastica cap. 3. Almainus, de potestate Ecclesiastica cap. 8. Baccovius, in 4. sententiarum qu. 2. prologi. art. 2. & qu. 11. Durandus, in tractatu de origine jurisdictionis qu. 3. Divus Antoninus, in summa, in tertia parte tit. 3. cap. 2. in principio, Turrecremata, in summa de Eccl. lib. 2. cap. 116. in responsione ad secundum, Capistranus, in præcitato tractatu de auctoritate Papa in secunda parte secunda partis principalis num. 89. 94. & multis sequentibus, qui argumentis comprobant, Navarrus, in cap. novit, in tertio notabili. num. 8. de judiciis. Alphonsus, in relectione de universali Christi Regno. §. 15. Celsus Mancinus, in tractatu de juribus Principatum, lib. 4. cap. 6. Thomas Bozius in tractatu de jure naturali, & divino Ecclesiasticæ libertatis, & potestatis lib. 2. cap. 11. & Alexander Carterius, in lib. 2. de potestate Romani Pontificis c. 5. & c. 6. cum ergo valdè dubia sit hæc propositio sequitur dicendum, nullum in ea constitui posse, vel debere fundamentum.

Secundò adducitur, quod Deus ab initio creavit unum hominem ut ex illo totum genus humanum propagaretur, & universæ suæ potestati Domino disponente, præflet, sicuti legitur Gen. cap. 1. & 2. & explicat Magister sententiarum, in lib. 2. distinct. 15. Quent-

admodum ergo unus fuit homo solus à Deo creatus, qui omnibus præflet, sic etiam convenit, ut unus solus sit nunc, cui in omnibus pareant omnes. Unus autem omnium esse debet Pontifex Maximus ejusdem Dei, & Creatoris in terris Vicarius. Non ergo Imperator potestatem, quam exercet à Deo immediatè habet, sed ab ipso Pontifice. Ità voluit argumentari Capistranus, in dicto tractatu de auctoritate Papa in 2. parte secunda partis principalis num. 26.

Respondetur Deum universi Creatorem ab initio creasse hominem unum, ut omnibus præflet; secundum tamen ordinem, & modum; quem deinde constituit ipse Dominus, qui auctò genere humano, statuit Sacerdotes, & Reges, ut illi rebus sacris, & animarum saluti præflet; isti vero rebus temporalibus, & profanis, sicut legitur in libro secundo Paralipomen. cap. 19. Ananias populum Israëliticum alloquebatur, Dominus Sacerdos, & Pontifex noster in his quæ ad Deum pertinent præflet. Porro Zabadias filius Ismael, qui est dux in Domo Judæ, super opera erit, quæ ad Regis Officium pertinent &c. Et accedunt alia, quæ scripsi supra, cap. 5.

Tertiò sic argumentari voluit idem Capistranus, in dicta secunda parte num. 29. Pluralitas Principatum adeò parit confusionem, ut non immeritò dixerit Aristoteles in libro secundo Metaphysica, unum solum Principem dominari, & regere debere; alioqui omne Regnum in se divisum desolabitur, ut habetur Luca cap. 11. Et accedit, quòd tantum est ponere plura principia, quòd plures reges, utrumque quorum damnatur, cap. 1. & cap. damnatus. Extravag. de summa Trinitate, & fide catholica. Sicuti ergo unus est Deus universalis Dominus, & Princeps, ità unus esse debet ejus Vicarius in terris Pontifex Maximus, & consequenter ipse Pontifex Maximus omnem potestatem etiam quoad profana, & temporalia habet à Deo; Imperator verò ab ipso Pontifice ipsius potestatis exercitium consecutus esse dicitur.

Respondet Bero. in cap. 1. nu. 37. ver. hæc rationes de probat. non esse inconveniens, quòd diversis respectibus, & causis duo sint ejusdem rei Domini, sicuti probat l. ultima ff. uti possid. junct. l. 3. §. ex contrario, ubi glossa, & Doctores. ff. de acquirenda possess. & l. 1. ff. si ager vectig. vel emphyt. petatur. Non placet hæc responsio; quandoquidem si rectè perpendamus, considerari non potest unius rei duos esse posse Dominos diversis respectibus; quin unus sit alteri subordinatus, sicuti contingit in casu d. l. 1. ff. si ager vectig. vel emphyt. petat. allegata à Bero: & quæ hic pro regula allegari solet, ut apud Socinum seniore, in tractatu fallentiarum in littera D. regula 24. in tertia fallentia. Ubi dominus directus & emphyteuta ambo dicuntur Domini ejusdem rei, diversis tamen respectibus, nempe quia Emphyteuta habet Dominium utile subordinatum ad Dominium directi Domini, à quo ipsum utile recognoscit ipse Emphyteuta. Ità dicimus duos esse posse directos Dominos, vel utiles ejusdem rei diversis respectibus, ut est Dominus feudi, & Vassallus, qui feudum à prædicto Domino recognoscit, & alteri Vassallo subinfeudavit.

Ille primus Dominus directum habet Dominium respectu sui Vassalli immediatè, ipse verò Vassallus habet & ipse alterum Dominium directum respectu ipsius subvassalli. Ità Joannes Faber, in §. aded col. 2. Instit. de locat. & conduct. & Curtius junior, in tractatu de feudis, in quarta parte principalis num. 83. Sic etiam dicimus dari utile Dominium superius, ut illius primi Vassalli, & Dominium inferius, ut illius secundi Vassalli, quemadmodum tradunt Baldus, in cap. ceterum col. ult. ver. secus si Vassallus, de judiciis, & Alexander in l. ex asse col. penult. num. 9. ff. ad Trebell. qui dicit, non esse inconveniens, quòd duo sint domini utiliter diversis respectu-

respectibus? Sic etiam dicimus, non esse inconveniens, duos esse directos dominos diversis respectibus. Vnum tamen Dominium dicatur subordinatum, & subalternatum alteri, sicuti in simili de duabus ejusdem rei possessionibus, quæ apud duos esse potest, una tamen ad alteram subalternata, & subordinata, ut docuit Baldus, in l. unica col. ult. num. 11. C. uti possid. qui sic declarat dictam l. si ut certo §. si duobus vehiculum ff. commod. & d. l. 3. §. ex contrario ff. de acquirenda possessione. Nostro itaque in casu, ut ad rem redeam, responso Berossii, vel absurdum, vel inconveniens contineret, vel confirmaret argumentum. Si dicimus, apud Imperatorem esse Dominium primum & illi esse subordinatum dominium, quod habet Papa, valde absurdum est, & inconveniens. Si verò e contra dicimus, quod Dominium Imperatoris sit subalternatum dominio existenti apud summum Pontificem, est confirmare argumentum.

Respondetur itaque secundo in casu non considerari unam rem tantum, sed duas, nempe spirituales, & profanam, sicuti diximus supra cap. 5. duas esse potestates, alteram Ecclesiasticam, seu spirituales, alteram temporalem, sive profanam, & propterea dicimus nostro in casu duos esse dominos non quidem unius rei, sed duarum, hoc est Pontificem Maximum rerum spiritualium, Imperatorem verò temporalium.

Quarto idem Capistranus in dicta secunda parte n. 30. sic voluit argumentari. Quilibet est moderator, & arbiter in re sua l. in re mandata C. mandati, & cap. abolenda ext. de sepult. ut multis probavi in conf. 798. nu. 23. & 4. lib. 8. Arqui Christus Salvator Noster Dominus, & Princeps rerum omnium tam temporalium, quam spiritualium, arbiter, & Moderator, potuit, & voluit suam omnem potestatem transferre in summum Pontificem, & ei subesse Reges, & Principes omnes temporales, & profanos, ergo potestas Imperatoris non est immediate à Deo, sed à Papa, qui præest, subjungit Capistranus nu. 31. omnibus, & major est omnium, id quod ipse Capistranus nu. 35. ver. primo per Hostiensem, in cap. uni. de sacra unctio. & Jo. Andream, in cap. per Venerabilem col. 6. & 7. qui filii sint legis. confirmat novem rationibus, quæ ad rem de qua agimus non pertinent.

Respondetur, quod licet admittamus, controversam propositionem illam Christum in hoc seculo Regem esse voluisse, atamen dicimus summo Pontifici contulisse potestatem spiritualium, Imperatori temporalium, & profanarum, sicuti affirmant permulti quos infra referam.

Quinto urgere videtur, quod Pontifex Maximus creat, ungit, & consecrat, coronat, confirmat, reprobat, & deponit Imperatorem cap. duo sunt. distinct. 96. cap. venerabilem, de electione, Clem. ne Romani, de jurejuram & in extravag. Vnam Sanctam Bonifacii Octavi. Rursus Papa transfert dominium de gente in gentem. d. cap. Venerabilem, ut scribunt ibidem Doctores, ergo Papa jurisdictionem habet in Imperatorem, qui ab ipso Imperium habet, alioqui Papa in eum jurisdictionem exercere non posset. Ità in specie hoc argumento usi sunt Bero. in d. cap. 1. num. 37. de probat. & alii.

Respondet quod licet Papa creet, ungit, consecret, coronet, confirmet, reprobet, & deponat Imperatorem, ob perpetratum crimen, non tamen inde sequitur, quod ab eo immediate sit consecutus potestatem Imperialem. Quod enim attinet ad creationem, dicimus ipsi summo Pontifici datam fuisse facultatem non à Deo, sed à populis, qui ob Imperatorum Græcorum infidelitatem, cujus iudex est papa, constituerunt ipsam papam, ut sui locò crearet Imperatorem Catholicum. Ità explicat Navarrus, in cap. novit in tertio notabili num. 124. de judiciis, quem retuli, & probavi supra cap. 8. in responsione ad tertium argumentum prima opinionis; & idem

Navarrus, ibidem num. 129. scribit eadem ratione Imperatorem coronare. Ità pariter summus Pontifex non alia de causa reprobat, & deponit Imperatorem, quam causâ tuendæ, & conservandæ fidei Catholicæ, atque ità ob hæresim, propter quam (quod majus est) posset deponi ipse papa, si in eam prolaberetur. Hoc pie credi non potest, cap. scimus 12. qu. 1. cap. Achatium. il. 1. 24. & cap. principium de penitentia, distinctione secunda. Deponitur etiam ob grave delictum, ut puta denegationis justitiæ. cap. ex tenore, & cap. licet ex suscepto de foro competenti, quod intelligitur quatenus exigat ratio consequendi vitam supernaturalem, gloriam, & gratiam, sicuti declarat Navarrus, in d. tertio notabili num. 127.

Alterâ, atque ità secunda est opinio eorum, qui scribunt, Imperatorem in profanis, & temporalibus non recognoscere summum Pontificem Romanum illiquè in his non subesse, sed immediate à Deo habere potestatem, & Imperium. Hanc opinionem sunt tres, & viginti Doctores, nempe.

1. Baldus, in l. cunctos populos n. 8. C. de summa Trinitate, & fide Catholica, & in l. digna vox n. 8. C. de legibus.
2. Albericus, in d. l. cunctos populos.
3. Angelus, in l. consulta. C. de testam. in §. 1. in Auth. de hæred. & falcid. & in conf. 17.
4. Marianus Socinus Senior, in cap. licet ex suscepto. n. 1. de foro competenti.
5. Curtius junior, in conf. 175. n. 12.
6. Ripa in cap. Novit n. 2. n. 8. in fine de judiciis.
7. Ludovicus Gomezius, in commentariis de regula Cancellariæ in regula de infirmis resignantibus q. 2. in fine.
8. Durandus, in origine jurisdictionis qu. 1.
9. Tarrecremata, in summa de Ecclesia. lib. 1. cap. 87. ver. consequenter est notandum &c. dum per Vgonem dicit, regalem potestatem esse ab eodem principio, à quo, & pontificia, & duo esse capita.
10. Petrus Bertrandi, in tractatu de origine Jurisdictionis. q. 3. n. 41. & 42.
11. Marsilius, in l. unica n. 97. C. de raptu virg.
12. E. Michael Vuluinus, in tractatu de regimine mundi in prima parte qu. 5. principali n. 6. & in 2. parte q. 2. principali. n. 1. 28. 34. qui latè.
13. Driedonus, lib. 2. de libertate Christiana. cap. 15.
14. Franciscus Duarenus, in libro primo de Sacris Ecclesiæ Monasteriis. cap. 5. & cap. 6.
15. Olascus, in decisione 30. n. 5. ver. dicitur etiam, & num. 12.
16. Franciscus à Victoria, in relatione de potestate Ecclesiæ in art. utrum potestas spiritualis sit supra potestatem civilem. n. 4. propositione 5. & n. 15. scribit potestatem secularem non esse subiectam potestati papæ temporali, sed spirituali tantum. Et idem à Victoria, in relatione de potestate civili. n. 9. & nu. 181. dicit potestatem civilem esse juris divini.
17. Didacus, libro primo practicarum questionum. cap. 1. n. 6.
18. Navarrus, in cap. novit, in tertio notabili. n. 127. & 128. de judiciis.
19. Dominicus Soto, in lib. 4. de justitia, & jure, q. 4. art. 1. col. 3. & 4.
20. Henriquez, in lib. 6. de penitentia Sacramento. propos. 5. col. 3. & 4. atque ità &c. dixit Imperatores, & Reges habere potestatem à Republica Christiana.
21. Alfonso de Castro, in lib. 1. de potestate legis pœnalis cap. 1.
22. Michael Pallatius, in 4. Sententiarum distinct. 25. disput. 3.
23. Ludovicus Molina, in tractatu de justitia, & jure disput. 21. col. 8. ver. potestas verò laica &c. dicit

idem, quod Victoria, potestatem Principum secularium esse de jure humano à Republica institutam, & disput. 22. col. 7. post Victoriam, & Sorum scripsit, hanc potestatem esse immediatè à Deo auctore, naturâ instituentem, & disputatione 26. col. 1. ver. dicendum est tamen &c. manifestius idem docuit, & disputatione 29. col. 6. ver. his prænotatis &c. censuit, potestatem regalem esse omninò diversam à Papali, cum Pontificia actum habuerit à Deo per Christum eam instituentem ad regimen per comprobationem ad finem supernaturalem dumtaxat, regalem verò potestatem esse à Deo, mediante consensu, & electione Reipublicæ Regem sibi, ad administrationem in temporalibus, finemque naturalem, constituentis.

Horum opinio permultis juribus, argumentis, & rationibus munitur. Solidiora commemorabo, & de singulis dicam quod sentio.

Primò lege ipsâ Pontificiâ constat, has potestates tanquam inter se diversas esse distinctas, & separatas, atque ita Imperatoris potestatem non dependere à Pontificè Maximo. Ità sanè Nicolaus Papa, in Epistola ad Michaelem Imperatorem relata in cap. cum ad verum distinct. 96. Cum ad verum (inquit Nicolaus) ventum est ultra sibi neque Imperator jura Pontificatus arripuit, neque Pontifex nomen Imperatorium usurpavit, quoniam idem mediator Dei, & hominum homo Christus Jesus sic actibus propriis, & dignitatibus distinctis officia potestatis utriusque discrevit. Hæc Nicolaus, cui subscribens Gelafius, in cap. duo sunt, eadem distinctione, ita scripsit. Duo sunt, Imperator Auguste, quibus principaliter hic mundus regitur, auctoritas Sacra Pontificum, & regalis potestas. I. à & Joannes Papa, in cap. si Imperator. eadem distinctione: sic respondit. Imperator filius est, non Præsul Ecclesiæ. Quod ad religionem competit, discere ei convenit, non docere. Habet privilegia sua potestatis, que administrandi legibus publicis divinius consecutus est. Sic & Innocentius Tertius, in cap. solita. de major. & obed. Non negamus, inquit, quin præcellat Imperator in temporalibus, illos dumtaxat, qui ab illo suscipiunt temporalia. sed Pontifex in spiritualibus antecellit, que tanto sunt temporalibus digniora, quanto anima præfertur corpori.

Respondet Capistranus, in tractatu de autoritate Papæ in secunda parte secunda partis principalis num. 210. quòd licet distinctæ sint hæc potestates, non tamen inde fit quin Imperator subesse debeat Papæ, sicuti subesse ostendit constitutio illa Otthonis Imperatoris relata in cap. sibi Domino. distinct. 63. ubi Imperator ille jurat fidelitatem Pontifici Maximo, & promittit eum tueri, & defendere; sic & in cap. 1. distinct. 22. scriptum est Petro Apostolorum primo traditas fuisse à Domino claves cœlestis, & terreni Imperii. Quare Papa justis de causis Imperatorem deponit. cap. præsulatus. 11. qu. 4. & cap. alius 15. qu. 6. Eadem ratione dicimus Papam jure potuisse transferre electionem Imperatoris à Grecis ad Germanos. cap. Venerabilem de electio. Verum hæc responsio facilè diluitur, ex his, quæ scripsi in præcedenti opinione, in responsione ad quintum, & ultimum argumentum, per Navarrum, quem ibi retuli. Non repeto jam scripta.

Secundò adducitur cap. novit. de judiciis, & cap. per Venerabilem, qui filii sint legit. ubi Innocentius Tertius, Pontifex Maximus potestates se non intendere perturbare, aut minuere jurisdictionem Regis Francorum in temporalibus ait sic, & Alexander Tertius de Rege Angliæ scripsit in cap. causam 7. eo. titulo, qui filii sint legit. Ego jurisdictionem Regiæ, & Imperatoris non dependet à Papa, nec ab eo fuit Imperatoribus tradita.

Respondet Joannes Capistranus, in dicto tractatu de autoritate Papæ, in secunda parte secunda partis principalis, num. 217. humiliter cauta, summum illum Pontificem tulle motum, ut diceret, se nolle usurpare di-

gnitatem Imperialem, vel Regiam, non enim dixit Papa, se non posse, sed nolle, sentiens sua esse in potestate, & voluntate id facere, sicuti constat multis in casibus fecisse Pontifices, ut in correctionibus, & abrogationibus multarum legum Imperatorum permittentium usuras, concubinarum, nuptias intra certum gradum, & his similia. Verum responsio hæc non satis mihi probatur, cum correctiones, & abrogationes illæ factæ fuerint ob id, quòd leges, & constitutiones permittentes usuras, & alia prædicta repugnabant legi divinæ, atque ita vitæ æternæ, cujus custos, & defensor est ipse summus Pontifex, qui alioqui Principum secularium legibus de rebus profanis, & temporalibus manum non apponit, quemadmodum scripsi supra cap. 9.

Respondetur itaque secundò non esse bonam consequentiam, Papa non potest perturbare, vel imminuere Imperatoris, vel Regis jurisdictionem, & potestatem, ergo Imperator non habet, nec recognoscit illam à summo Pontifice; nam jurisdictionis, & potestatis consideratur altero de duobus modis, ut est in actu, & ut est in habitu, & potentia, sicuti considerant Doctores multi enumeratis supra, qui scribunt Pontificem Maximum in rebus temporalibus habere potestatem habitu, & potentia, Imperatorem verò actu, ob id, quòd eam dedit illi ipse Pontifex, qui propter concessionem jam factam non potest illam minuere, vel turbare. Ità dicimus à fortiori dominum directum feudi Vassallo concessi, non posse se imiscere jurisdictioni ipsius Vassalli, nec eum aliquòd modò perturbare, licet ipse Vassillus movere non possit illud interdictum, uti possidetis adversus ipsum Dominum, sed alia actione uti debet secundum Baldum in l. i. in fine principii C. communia de legatis, & fideicom. quem secutus sum in commentariis de retinenda possessione, remedio 3. num. 122. Cæterum, & responsio hæc evitari facilè potest negando id de quo nostra est disputatio, nempe Papam habere etiam habitu, & potentia jurisdictionem, & potestatem circa profana, & temporalia, cum, ut diximus supra, & dicemus infra, eam non habeat, nisi ad finem, & executionem potestatis spiritualis.

Tertio sic arguitur. Tantum abest, quòd Imperator habuerit potestatem, & Imperium in rebus profanis, & temporalibus à Papa, quòd potius contrarium credatur veritas, Papam ipsum habuisse, & recognoscere temporalem potestatem ab Imperatore, à quo, nempe à Constantino, consecutus est donationem Urbis Romæ, & aliarum Civitatum, & Oppidorum, sicuti legitur in cap. Constantinus distinct. 96. & in cap. futurum 12. qu. 1.

Respondetur ex sententia multorum, Constantinum non donasse, sed restituisse potius, quæ ejus antecessores usurpaverant Ecclesiæ, & Papæ. Ità sanè in specie respondet Joannes Capistranus, in dicto tractatu de autoritate Papæ, in secunda parte secunda partis principalis num. 175. Alexander Carterius, in tractatu de autoritate Romani Pontificis, cap. 2. cap. 21. ver. respondebitur &c. & ver. respondetur illud esse &c. Marsilius Columna, in tractatu de Ecclesiasticis redditibus, in secunda parte, cap. 4. nu. 8. Cæterum responsio hæc non satisfacit, cum crebrius receptum sit Constantinum donasse, non autem restituisse. Ità sanè quamplurimi, quos longa serie enumerat Brusatus in cons. 124. num. 51. & 52. lib. 1. & manifestè probat cap. lecturam 12. qu. 2.

Quartò perpenditur, quòd nemo dat, quòd non habet. l. traditio ff. de acquirendo verum dominio, atqui Papa numquam habuit, nec à Deo consecutus est temporalem potestatem, & profanam, ergò nullam in Imperatorem transferre potuit. Illa minor propositio probatur autoritate tredecim doctorum, quos commemoravi supra, cap. 9. in secunda opinione.

Respondetur minorem argumenti propositionem

revo-

revocati in dubium ab aliis multis affirmantibus imò summum Pontificem consecutum esse à Salvatore nostro omnem potestatem tam de rebus temporalibus, & profanis, quam de Ecclesiasticis, & spiritualibus. Ita sanè quatuor & triginta Doctores, quos congesi in *præcitato cap. 9. in prima opinione*. Rectius dici potest, secundum tertiam opinionem, quam retuli in *dicto cap. 9.* Pontificem Maximum consecutum fuisse à Deo, ut inquit Divus Paulus in *Epistola ad Romanos cap. 13.* & habetur in *cap. quasitum 23. questione quarta*. Hinc testatur Iustinianus in *Amb. quomodo oporteat Episcopos & Ecclesiam, & Imperium fraternificare*, sicuti ergò Ecclesia est à Deo, sic & Imperium, alioqui non fraternificarent. Itaque si potestas Imperatoris est à Deo, sequitur quòd non est à Papa.

Responderetur negando consequentiam; non enim sequitur omnis potestas est à Deo, ergò non à Pontifice Maximo, nam potestatis concessio consideratur immediatè, à Deo, mediante personâ papæ, sicuti in specie distinguunt, & declarant multi ex præcitatis Doctoribus.

Verùm responsio hæc non satisfacit, quia si hæc potestates fraternificent, dici non potest, quòd una ab altera provenierit, sed ambæ immediatè ab eodem patre Deo.

Sextò confert, quòd regnum fuit prius ipso Sacerdotiò, nam antè Christi adventum multos per annos extiterunt Reges Romanorum, nempe Romulus, Numa, & reliqui: Deinde etiam Imperatores, & Julius Cæsar Augustus, quo imperante, natus est ipse Salvator, sicuti notissimum est. Non ergo Imperii potestas à Pontifice Maximo, sed ab ipso Deo.

Responderetur ex sententia Capistrani, in *dicto tractatu de auctoritate Papa in secunda parte secunda partis principalis. n. 174.* contrarium verius esse; Nam & tempore primi Patriarchæ Abrahami extitit Sacerdotium apud Melchisedech. ut legitur in *Genesi. cap. 14.* Quòd verò fuerit Apostolatus sicque Pontificatus prius quàm Imperium procedit, inquit Capistranus, secundum carnem, & humanitatem Christi, non autem secundum divinitatem æternam, atque ita secundum superiorem naturam, de qua intelligitur illud *Esaia cap. 53. Generationes ejus quis enarrabit?* Generationem hanc intelligunt sacri Theologi, subjungit Capistranus, de divina Christi æternitate. Hæc responsio non satis mihi probatur; non enim loquimur. nos de sacerdotio, & Pontificatu, ac de regno, ac Imperio legis divinæ antiquæ, sed de illis, qui tempore novæ legis per Salvatoris nostri adventum extiterunt, & nunc extant. Eo enim tempore, quo natus est Christus, imperabat Augustus, & paulò post Tiberius, & eo quidem tempore à Christo data non fuerat potestas aliqua Divo Petro Apostolorum primo.

Septimo huc perinet, quòd Christus ipse in terris agens habere noluit de rebus temporalibus, & profanis potestatem aliquam, sed ipsemet se Principibus seculi subiecit, nam tributum suo etiam nomine præstari voluit Cæsari, *Matthæi cap. 17.* & censum eidem solvi mandavit cum dixit, *Reddite Cæsari quæ Cæsaris sunt*, ut idem Evangelista *Matthæi cap. 22.* testatur, & coram Pilato protestatus est idem Salvator noster, regnum suum non esse de hoc mundo. Non ergo ipse Christus de rebus temporalibus, & profanis potestatem aliquam dedit Papæ, vel Imperatori; sed Imperator, eam est, vel jure antiquo divino, vel populorum auctoritate, consecutus.

Responderetur ex sententia ejusdem Capistrani in *loco supra allegato n. 180. 181. 183. & 185.* verum non esse, Christum præstare voluisse suo nomine tributum, & Censum Cæsari. Nam Divum Petrum sic interrogavit. *Reges terra à quibus accipiunt tributum à suis, an ab alienis? & cum respondisset Petrus ab alienis, subjunxit Christus*

Ergò liberi sunt filii, significans Ecclesiasticam libertatem. Nec repugnat, quòd re ipsa præstari mandaverit ipsum tributum quia id fecit ad evitandum scandalum, quemadmodum idem Evangelista Matthæus, *eadem in loco*, testatur his verbis: *Vi autem non scandalisemus eos, vade ad mare, & mitte hamum & enim piscem, qui primò ascenderit, tolle, & apertò illius ore invenies statuerem, illum sumens da eis prome, & se.* Scandali etenim evitari gravità permittuntur, & fieri multa debent, quæ alioqui non concederentur. *cap. ad aures. de temp. ordina: & aliis comprobatur ipse Capistranus, præcitato in loco n. 181. & in repet. cap. 1. de penis, & remiss. sic, & locum hunc Evangelistæ Matthæi cap. 17.* est interpretatus Petrus Bertrandi, in *tractatu de origine jurisdictionum q. 3. n. 40.* Quòd verò dicit Christus *Matthæi cap. 22.* præstandum esse censum Cæsari, id contingit ut satisfactum esset legi justitiæ, quæ mandat unicuique reddi quòd suum est. *S. præcepta Institut. de jure naturalis gentium, & civilis, & secundum Divum Paulum ad Romanos cap. 7. Cui tributum, tributum*, cum enim Iudæi sua voluntate subiecerant se Cæsari, conveniens erat, ut Christus ipse ab eis interrogatus, an liceret dare censum Cæsari, responderet licere, tum quia erat in recognitionem superioritatis, cui se subiecerant, tum etiam quia ab ipso persolvenda erant stipendia militibus quorum armis, & ipsi Iudæi defendebantur, sicuti scripsit, & Divus Augustinus contra Manichæos, & relatum est in *cap. quid culpatur 23. q. 1.* Ità in specie responderet Capistranus, in *loco præallegato n. 183.* sic & Petrus Bertrandi, in *tractatu de origine jurisdictionis q. 3. n. 32.* Illud etiam, quòd coram Pilato Christus Salvator Noster dixit Regnum suum non esse de hoc Mundo, diluitur imò retorquetur à prædicto Capistrano, *eadem in loco n. 183.* Non enim inquit Capistranus, negavit se regem, qui dixit postmodum, *tu dicis quia Rex sum ego*, respondens illationi factæ per Pilatum, cum dixit. *Ergo Rex es tu.* Fatebatur enim, se Regem esse, sed non ex Mundo, & hominibus, sed ex Deo, & non ex tempore in quantum Dominus, sed ab æterno, & in quantum honore ab instanti Conceptionis suæ in utero Sanctissimæ Virginis Matris suæ. Verùm evitari potest hæc responsio, cum prædicta loca *Matthæi cap. 17. & cap. 22.* aliter interpretentur alii, quòd Salvator Noster Christus in terris, & hoc sæculo existens Rex esse noluerit rerum temporalium. Hæc itaque secundà opinio verior, & magis recepta esse videtur.

CAPUT XII.

Imperii meri, seu gladii potestatem quomodo, & à quibus, in penis indicendis, exercent Iudices Ecclesiastici.

Est satis, superque certum, Iudices Ecclesiasticos exercere minimè posse merum Imperium hoc est gladii potestatem, indicendo pœnam sanguinis. Ità sanè statuit Innocentius Tertius in Concilio generali, ut legitur in *cap. sententiam sanguinis. Ne Clerici, vel Monachi &c. cujus verba hæc sunt.*

Sententiam sanguinis nullus Clericus dicat, aut proferat, sed nec sanguinis vindictam exercent, aut ubi exercentur intersit &c. Idem patebat *cap. per Venerabilem in sino, qui filii sine legitimi & cap. sæpe Principes 23. q. 8.*

Hoc sub nomine pœnæ sanguinis continetur non solum ipsa pœna mortis naturalis, sed etiam illa subscissionis membri *dicto cap. sæpe Principes 23. q. ult. & cap. in Archiepiscopatu de rapto: Speculator, in titulo de dispensationibus 5. juxta verum*

item litigiosis, & ver. factio autem si quis. Albericus, in dictionario, in verbo homicidium. 4. Abbas, in d. cap. sententiam sanguinis n. 3. & in cap. Clericis n. 3. n. Clerici vel Monach. &c. Silvester, in summa, in verbo homicidium 3. q. 2. n. 3. & Simon Maiolus, in tractatu de irregularitate, lib. 2. cap. 6. n. 2. dum affirmant Iudicem Ecclesiasticum ita effici irregularem damnando aliquem ad membri abscissionem, sicuti ad mortem naturalem. Idem de pœna torturæ probant cap. illi qui 5. q. 5. dum de tortura loquitur, & tradit Majolus, in d. cap. 2. n. 1. dum refert Canonem trigessimum tertium Concilii Antifidiorensis.

Cæterum pœnam sanguinis aliquo pro delicto indicendam esse potest statuere Pontifex Maximus quemadmodum affirmat Hostiensis, in cap. Clericus, & ibidem Abbas, n. 9. in fine. Ne Clerici, aut Monach. 60. Baldus, in cap. de mayo. Butrius in cap. que in Ecclesiasticum n. de const. Francus, in cap. Episcopus. N. Clerici, aut Monach. &c. Aretinus, in conf. 58. n. 6. Arnaldus Albertinus, in tractatu de agnoscendis assertionibus hæreticis q. 25. n. 39. Bernardus Diez, in practica canonica criminali. cap. 61. in fine, & Didacus Covarruvias, in lib. 2. variar. resolut. cap. ult. n. 10. ver. primum verè censo, & ver. tertio eadem ratione.

Pœnam verberationis, & flagellationis exercere posse Iudicem Ecclesiasticum affirmant glossa, in cap. sepe maiorum 28. q. 1. Felinus, in cap. universitatis n. de senten. excomm. Bernardus Diez, in practica criminali canonica. cap. 136. n. 1. Arnaldus Albertinus, in tractatu de assertionibus cathol. q. 23. Simancas in institutionibus catholicis. tit. 4. n. 7. & Decianus, in tractatu criminali. lib. 4. cap. 26. n. 2. ver. item exemplum. Horum sententiam probant c. 1. in fine distinctione 45. cap. cum Beatus distinct. 45. & cap. 1. in fine de calumniar. Hac sanè pœna plecti possunt etiam Clerici. dicto cap. cum Beatus. ubi glossa excipit Presbyteros, Abbates, & Levitas, & sequitur Diez, in dicto cap. 136. n. 2. Hodie tamen pœna hæc quoad Clericos in usu esse desit, sicuti Iulius Clarus, in practica. §. finali q. 70. ver. est etiam & Ignatius Lopez. in additionibus ad practicum Diez, in dicto cap. 136. testantur non nos, sed Gallos, & Hispanos hac pœna uti.

Pœna excommunicationis propria est Iudicum ecclesiasticorum quorum gladius esse dicitur. cap. auctoritatem 15. q. 6. & cap. dilecto de senten. excomm. in 6. & scribunt Ioannes Quintinus, in repet. cap. novit n. 63. de iudiciis, & Germonius, in lib. 3. de sacrorum immunitatibus cap. 13. n. 12.

Imponere etiam possunt Iudices Ecclesiastici pœnam præcepti carceris, ut scribunt Angelus, in l. Prætor ait. §. si publicanus n. 1. ff. de bono. rapto. & alii, quos congesti in libro primo de arbitrariis Iudic. q. 89. in fine. Et illis nunc accedunt Iulius Clarus, in practica criminali §. finali ver. pœna cum carceris, & Ioannes Leguina Davalos, in directorio Iudicum Ecclesiastici fori parte sec. cap. 13.

Tiurimum pœnam imponere etiam solent Iudices Ecclesiastici, sicuti tradunt Bernardus Diez, in dicta practica criminali canonica cap. 146. n. 3. & Iulius Clarus, in d. questione 70. ver. frequens etiam est.

Detractionis in monasterium pœna indici potest à Iudicibus Ecclesiasticis, ut scribunt Diez, in dicta practica criminali canonica, & Iulius Clarus, in dicta quest. 70. sunt etiam, qui tamen testantur hodie, usu esse desuisse.

Gabiaz pœna imponi aliquando consuevit à Iudice Ecclesiastico Clericis delinquentibus, sicuti in hac Vrbe Mediolani observari vidisse testatur Clarus, in d. quest. 70. ver. solent etiam, qui tamen refert Carrerium affirmantem hanc pœnâ desuisse esse in usu. Non memini unquam in hac ditione Mediolanensi hac pœnâ Clericum aliquem affectum fuisse, & antiquam illam consuetudinem esse dumtaxat affirmant Butrius, in cap. qualiter

il. 2. §. ad corrigendos, de accusationibus, & ibidem Felinus, n. 24. Bossius, in tractatu causarum criminalium, in titulo de foro competent. n. 161.

Mitræ pœna ad infamiam majorem ejus, qui fustibus cæditur, vel igne comburitur, indici potest, & solet, & dicitur pœna corporalis. Ita post Cataldium tradit Clarus, in dicta questione 70. ver. mitra, & idem ego ipse scripsi in libro primo de arbitrariis Iudic. q. 80. n. 41. in fine, ubi retuli Card. Zabarellam, & Bernardum Diez.

Degradationis pœna, quæ & corporalis appellatur, indici potest, & solet à Iudice Ecclesiastico Clericis delinquentibus, ut tradit Clarus, in dicta q. 70. in fine de qua pœna latissimè differui in lib. 2. de arbitrariis Iudic. casu 415.

CAP. XIII.

Regum Hispaniæ, & Galliæ Iurisdictione, Imperium, & potestates an sint immediate à Deo, vel à Papa, vel ab Imperatore, atque ita an prædicti Reges subsint Papæ, vel Imperatori.

Duo capita habet hæc disputatio, alterum de summo Pontifice, alterum de Imperatore. Primo in capite tres casus distinguo, atque constituo.

Primus casus est, quando agitur de merè spiritualibus, & respicientibus animarum salutem. Hæc sanè casu nemo est, qui dubitare, vel possit, vel debeat, quin ii Reges unius Pontificis Maximi potestati subsint, cum scriptum sit apud Prophetam Hieremiam cap. 1. Ecce constitui te hodie super gentes, & regna, ut evellas, & dissipes, edifices, & plantes. Et Christus Salvator noster apud Apostolum Matthæum cap. 16. dixit Petro Apostolorum Principi. Quodcumque ligaveris super terram &c. Verbis universalibus usus est Dominus ut, quodcumque & quoscumque comprehenderet, sicuti diximus præcedenti in capite, ubi abundè comprobavi. Et in specie hunc casum ex omnium sententia affirmat Ioannes Igneus, in disputatione, an Rex Francia recognoscat Imperatorem n. 104. ver. ego idem, & n. 106. ver. ex his omnibus.

Secundus est casus, quando agitur de Iurisdictione Imperio, & potestate Seculari, & profana, quatenus tamen respiciunt rationem, & finem consequendi salutem vitæ æternæ, gratiam, & gloriam divinam, atque ita quando iurisdictione temporalis, & potestas exercetur ad evitandum peccatum. Hoc etiam casu dubitandum non est ratione aliqua quin ii Reges subsint Pontifici Romano. Ità sanè in specie affirmant sex ii gravissimi Doctores, hoc est.

1. Innocentius, in cap. novit. in fine de iudiciis, & in cap. licet ex suscepto n. de foro competent.
2. Baldus, in cap. Imperialem §. præterea n. de prohib. feudi alien. per Frider.
3. Ioannes Igneus, in præcitata disputatione, an Rex Franciæ recognoscat Imperatorem n. 86. 89. & 90.
4. Navarrus, in d. cap. novit. in tertio notabili n. 108. de iudiciis.
5. Germonius, in libro tertio de sacrorum immunitatibus cap. 13. n. 52.
6. Alexander Carrerius, in tractatu de potestate Papæ lib. secundo cap. 3. Et his accedunt alii in præcedenti capite relati, qui à fortiori idem de Imperatore scripserunt.

Tertius est casus, quando agitur de Iurisdictione Imperio, & potestate merè seculari, & profana. Hoc in casu, an ii Reges subsint Pontifici Maxi-

Maximo, vel non, major est dubitatio. Vna est opinio asserentium hos Reges non subesse summo Pontifici in temporalibus, & profanis. Ità sane de Rege Hispaniæ tradunt Petrus Belluga, *in speculo Principum. rubr. 14. §. veniamus n. 24. ver. multo magis*, & Navarrus, *in d. cap. novit. in tertio notabili. n. 137. de judiciis*. Idem de Rege Franciæ scribunt Belluga, *in eodem §. veniamus n. 29. Navarrus, precisato in loco*, & Igneus, *in prædicta disputatione, an Rex Francia recognoscat Imperatorem n. 43. in fine & n. 83*. Ea ratione ii moti sunt, quòd Hispaniæ, & Franciæ Reges non ab uno Pontifice Maximo consecuti sunt regna, sed à Deo, mediante eorum industriâ, qua justò bellò devictis, atque debellatis barbaris, Provincias, & Regna conquiverunt. Et justum fuisse bellum egregiè ad rem nostram affirmant Franciscus à Victoria, *in tractatu de Indis*, & Marquedus de Suzanis, *in tractatu de Indeis prima parte cap. 14.*

Altera est opinio affirmantium hos Reges etiam quoad temporalia, & profana subesse Pontifici Maximo. Hac sanè in opinione sunt Anastasius Germonius, *in lib. 3. de Sacrorum immunitatibus, cap. 13. n. 51. & 52.* & Alexander Carrerius, *in dicto libro secundo, de potestate Papa cap. 3.* qui vel ea ratione moventur, quòd jam constat, Summos Pontifices exercuisse Imperium, & potestatem in hos Reges Franciæ, sicuti Zacharias, qui Childericum Franciæ Regem deposuit. *cap. alius is q. 2.* Verùm rescripti *suprà cap. 9. ad finem*, aliis justis de causis Pontificem deposuisse regem illum, quàm ob id, quòd in temporalibus præfisset Regi illi. Non repeto jam dicta. De Rege Hispaniæ hæcenus non legi aliquem Romanum Pontificem exercuisse Imperium, jurisdictionem, & potestatem temporalem, & profanam in eum, imò nec ullam unquam sede Regià abdicasse, siquidem tanta fuit superinviolata fides Catholica Regum Hispaniæ erga Sacro Sanctam Ecclesiam Romanam, tantaque erga Sedem Apostolicam observantia, ut Catholicorum Regum Titulum insignem assequi meruerint. Et nostrâ ætate quid præstitum fuerit à Philippo secundo, & quid speretur à Philippo tertio Regibus potentissimis, adèd notum est omnibus, ut necesse minimè sit plura his scriptis committere.

Secundum est hujus disputationis caput de Imperatore, an scilicet ei subsint prædicti: Hispaniæ & Galliæ Reges. Hac de disputatione, quæ non multum ad rem nostram pertinet, per pauca dicenda sunt, nam de ea abundè satis disserit Joannes Igneus, *in disputatione illa diligentissime pertractata. An scilicet Rex Francia recognoscat Imperatorem*, qui, *n. 53. & n. 55.* commemorat Petrum de Bellapertica, Jacobum de Ravenna, Ioannem Fabri, Nicolaum de Montescione, Fulgosium, Casnensem Salicetum, Abbatem, Henricum, Boic, Felinum, & Cosmum Gumier, asserentes, hos Reges non subesse Imperatori, eumquè non recognoscere. Et prædictis accedunt Lucas de Penna, *in libro 1. C. de colo. Palestina lib. 10.* Afflictus, *in præludiis ad Constitutiones Neapolitanas q. 2. n. 5.* Franciscus Marcus, *in q. 1024. in prima parte*, Boëtius, *q. 8. n. 4.* Petrus Rebuffus *in l. unica n. 52. C. de senten. que pro eo quod interest profer.* Restaurus *in tractatu de Imperatore q. 53. ubi n. 6.* post Ferdinandum *tractatu de originis Principatus*, multa de Regibus Hispaniarum scribit. Sic, & Didacus Covarruvias, *in cap. peccatum, parte secunda §. ad finem, de regutis juris in 6. & ego ipse, in conf. 2. n. 102. libro primo.*

CAPUT. XIV.

Clericorum persona in his quæ verè spiritualia, & Ecclesiastica sunt, an potestate, & iurisdictione Principis Secularis, iure divino, exempta sint.

Egregia est disputatio An Clericorum personæ in his, quæ spiritualia, & Ecclesiastica merè fiat, & propriè

à potestate, & iurisdictione Principis secularis sint exemptæ iure divino, vel humano. Et quidem dicendum est, receptissimam esse Doctorum sententiam exemptas esse iure divino. Ità sanè in specie affirmat Dominicus Soto, *in quarto sententiarum distinct. 25. quest. 2. art. 2. col. 2. ver. secunda conclusio, & col. penult. ver. per hac ergo &c.* Didacus, *in libro practicarum questionum cap. 31. n. 2. ver. prima conclusio, & Ludovicus Molina, in tractatu de iustitia, & iure. in disputatione 31. col. 2. ver. secunda conclusio, & existimo sic intelligendam glossam cap. 59. Imperator distinct. 96. & verè sic loquitur Divus Antoninus, in summa, in tertia parte. tit. 12. cap. 3. 4. ver. tertium privilegium: Et iudicium moti sunt multis rationibus, & argumentis, quæ planè, & clariùs, ac illi fecerunt, explicabo.*

Primò potestas Ecclesiastica non solum est à Civili distincta, & separata, sed etiam illà major est, ac superior, ergò in causis, quæ merè Ecclesiasticæ sunt nihil à Civili pendet, atquè adèd nullatenus hæc ratione, civili subiicitur. Ità arguit Soto, *precisato in loco*. Cæterum argumentatio hæc, ni fallor, non satis concludit, etsi enim admittimus distinctas esse has potestates, & Ecclesiasticam non pendere à Civili, & Ecclesiasticam esse majorem, & superiorem; Non tamen hinc sequitur, potestatem hanc Ecclesiasticam esse à iure divino veteris, vel novi testamenti constitutam, & constabilitam, cum evenire hæc etiam potuerit à lege Pontificia, imò etiam Cæsarea.

Secundò sic argumentatur Soto. Potestas civilis originem trahit à sola Republica, seu potius à Deo per Republicam; potestas verò Ecclesiastica est à Christo immediatè Petro collata, dum dixit, *Matthæi cap. 16. Tibi dabo claves Regni Cælorum. Quodcumquè ligaveris super terram, ligatum erit &c. & Ioannis cap. ult. Pascite oves meas.* Ergo potestas Ecclesiastica quantum ad suas causas proprias, nullatenus à Civili derivata est, atquè ità illi non subordinatur. Imò subiicit Soto, ex sententia Innocentii *in cap. novit. n. de Indis.* In spiritualibus Papa est supremus Pastor, non solum Clericorum, sed etiam omnium secularium, nemine excepto. Quare seculares Principes, inquit Soto, prohibiti sunt iure divino de illis causis iudicare, sed ab Ecclesia sunt iudicandi, juxtà illud Divi Pauli *I. ad Corinthios cap. 2. Animæ hominis non percipit ea, quæ sunt spiritus Dei, spiritualis autem iudicat omnia*, ob idque inquit Soto, Apostoli, solà Christi auctoritate, nullà à Principibus expectatà, munere Apostolicò fungebantur. Verum nec argumentatio hæc verè concludit, nam illa Clavium potestas, illaque pascendi oves facultas à Salvatore Nostro tributa principi Apostolorum, & successoribus, respicit animarum omnium, tam secularium, quàm Clericorum, salutem, & damnationem. Is enim etiam ligare, & solvere possit: Non autem hic locus necessariò infert rerum Ecclesiasticam potestatem, quam spirituales appellamus, non esse Principibus secularibus iure divino tributam. Nec consequentia illa, quam facit Soto, ex traditione Innocentii *in d. cap. novit.* mihi satis probatur, dum inquit; Papa in spiritualibus est supremus Pastor omnium etiam secularium, ergo Principes seculares, iure divino prohibentur de illis causis iudicare. Hæc sanè consequentia vera quidem est quoad ea, quæ animarum salutem respiciunt, non autem quoad reliqua, quæ potius Ecclesiarum administrationem respiciunt, quàm quid aliud.

Tertio motus est Soto verbis, & factò Magni Constantini in Synodo Nicæna, cujus historia habetur *in cap. continua 11. q. 1. & apud Ruffinum in libro decimo historia Ecclesiastica, cap. 2.* Cum enim Constantino dati essent libelli causarum quæ inter Clericos agitabantur, respondit ille, *Deus vos constituit sacerdotes, quibus & potestatem dedit de nobis quoquè iudicandi, & ideo nos à vobis*

judicantur: Vos autem judicari ab hominibus non potestis: Verum; ut etiam advertit ipse Soto, verba hæc sunt prolata à Constantino tantum, non autem scripta in veteri, vel novo testamento. (Quod autem, subjungit Soto, Constantinum audire hæc potuisse à Divo Sylvestro Pontifice, facile admiserim, non tamen inde fit, ut in lege ipsa divina veteris, vel novi testamenti) scriptum hoc legatur.

Quartò vel ea ratione usus est Didacus, in dicto capite 31. n. 2. ver. prima conclusio, quod si diceremus Clericos in his, quæ ad Spiritualia pertinent non esse lege divinâ exemptos à Principibus secularibus, sequeretur ipsos Principes seculares lege divinâ aliquam habuisse potestatem secularem & ecclesiasticam. Quod adedò falsum est, inquit Didacus, ut id fuerit adversus Marfilium Peduanum ab Ecclesia Catholica reprobaturum, sicuti legitur in *extravag. Joannis X XII.* & commemorat Soto in d. articulo secundo col. 1.

Quintò me magis movet, quod scriptum est in lib. 2. paralip. 19. ubi Deus Optimus Maximus alloquitur est Populum Israel his verbis. *Amarias sacerdos, & Pontifex vester in his, qua ad Deum pertinent, presidebit. Porro Zebedias filius Ismael, qui est Dux in Domo Iuda, super ea opera erit, qua ad Regis officium pertinent.* Hactenus lex divina, ex qua intelligimus, Principibus secularibus nullam eo jure tributam esse potestatem, quoad spiritualia. Solus itaque Pontifex Maximus in ipsos Clericos potestatem habet non autem Princeps Secularis. Et satis constat antiquitas tam apud Hebræos, quam Romanos observatum fuisse, solum ipsum Pontificem, de personis sacris cognovisse, & judicasse, quando de pertinentibus ad sacra agebatur, sicuti scriptum reliquit Carolus Sigonius, in lib. 1. de antiqua jure Civium Romanorum cap. 19. & in lib. de Republica Hebræorum cap. 4. Et accedit Durandus, in quarto sententiarum distinct. 19. q. 1. ver. quantum ad primum, qui scriptum reliquit quod sacerdotum legis antiquæ & divinæ munus, & officium versabatur circa tria; nempe in aperiendo, & claudendo hominibus mundis, & immundis, secundum ritum legis, materiale templum; in sacrificiorum oblatione, & collatione Sacramentalium. In mundatione aliquarum irregularitatum, quæ incurrebantur secundum legem. Ità quoque prædicare, Sacramenta conferre, & excommunicare spiritualia esse scribunt Pighius, in libro quarto Hierarchie Ecclesiastica cap. 2. col. 6. & copiosè Navarrus, in cons. 25. n. 6. in tit. de sentent. excom. libro quinto. Est itaque vera hæc sententia, Clericos quoad spiritualia subesse Pontifici, non autem Principi seculari, & profano, qui in his nullam habet potestatem. Id quod asseruit, & rectè Joannes Pontifex Maximus, in cap. si Imperator, distinct. 96. cujus verba adscripsi. *Si Imperator Catholicus est, quod salvâ pace ipsius dixerimus, filius est non Præsul Ecclesia. Quod ad Religionem competit, discerenti convenit, non docere. Habet privilegia sua potestatis, que administrandis legibus publicis divinitus consecutus est ut ejus beneficiis non ingratus contra dispositionem celestis ordinis, nil usurpet, ad sacerdotes enim Deus voluit que Ecclesia disponenda sunt pertinere, non ad seculi potestates, quas, si fideles sunt, Ecclesia sua sacerdotibus voluit esse subiectas. Non sibi vindicet alienum jus, & Ministerium, quod alteri deputatum est, ne contra eum tendat abrumpi, à quo omnia constituta sunt, & contra illius beneficia pugnare videatur, à quo propriam consecutus est potestatem. Non à legibus publicis, non à potestatibus seculi sed à Pontificibus, & Sacerdotibus Omnipotens Deus Christiana Religionis Clericos & Sacerdotes voluit ordinari, & discuti recipi- que de errore remanentes. Imperatores Christiani subdero debeant executiones suas Ecclesiasticis Præsulibus non præferre.*

CAPUT XV.

Clerici quoad temporalia, profanaque crimina exempti an sint à Jurisdic. Imperio, & potestate Principis secularis, jure divinò, vel humanò.

E Gregia, & controversa admodum est disputatio hæc, an Clerici quoad temporalia, profanaque & crimina, quæ spiritualia non attinent, sint jure divinò veteris, vel novi testamenti exempti à Jurisd. Imperio, & potestate Principis, & Iudicis Secularis, atque profani. Et quidem hac de controversia tres sunt gravissimorum interpretum opiniones.

Prima est opinio eorum, qui scribunt, Clericos hoc in casu esse exemptos à jurisdictione Imperio, & potestate seculari jure humanò, non autem divinò. Ità sanè affirmant tredecim Sacre Theologiæ, Juris Pontificii, & Cæsarei gravissimi interpretes.

1. Divus Thomas, in commentariis ad Epistolam Divi Pauli ad Romanos cap. 13. lect. 1. col. ult. cujus verba hæc sunt. *Ab hoc tamen debito (de tributo, & subjectione loquitur) liberi sunt Clerici ex privilegio Principum, quod quidè aquiratum naturalem habet.* Hæc Sanctus Doctor.
 2. Innocentius, in cap. 2. n. 2. de major. & obed.
 3. Guilielmus Benedictus, in cap. Raynautius in verbo, & uxorem nomine Adelasiam. decis. 2. n. 36. de testam.
 4. Joannes Gerson, quem refert, nec improbat Raymondus Rufus in Molinæ. pag. 424. ver. habet tertio potestatem.
 5. Boerius, in q. 31. n. 4. dum dicit fuisse exemptos à summis Pontificibus.
 6. Alvarus Vallaſcus, in decisione 30. n. 8. ver. quoniam verius.
 7. Joannes Medina, in tractatu de rebus restituendis q. 15. col. 4. ver. denique hac ratione.
 8. Didacus, in libro practicarum quaestionum cap. 31. n. 2. ver. secunda conclusio, qui ejusdem opinionis recenset practica Papiensem, & modernorum Parisiensem.
 9. Dominicus Soto, in quarto Sententiarum distinct. 25. quaest. 2. art. 2. col. 3. ver. tertia conclusio.
 10. Joannes Medina, in tractatu de restituendis rebus cap. 15.
 11. Ludovicus Molina, in tractatu de justitia, & jure disput. 31. col. 3. in tertia conclusione, qui refert idem sensisse Cajetanum, Duedonum, & Navarrum.
 12. Henriquez Jesuita, in libro septimo de indulgentiis cap. 14.
 13. Dominicus Bannes, in decis. de justitia, & jure quaest. 63. in sec. conclusione.
 14. Bellarminus, in d. quaest. 28. in quinta propositione, qui manifestè dixit exemptionem hanc esse juris humani, non autem divini.
 15. Petrus Binsfeldius, in commentario de injuriis, & damno dato cap. 7. conclus. 8. Et horum quidem opinio permultis rationibus, & argumentis fulcitur.
- Primò, quòd nihil dici debet esse juris divini, quando ex divino ipso jure ostendi id non potest. Porro lege divina non constat Clericis, & Sacerdotibus tributam fuisse exemptionem à foro Principis secularis, quoad profana, & Secularia. Non ergo dici ii possunt eo jure exempti. Ità arguit Joannes Medina, in practico tractatu de rebus restituendis, quaest. 15. col. 4. ver. denique hac ratione, & Franciscus à Victoria, in d. secunda propositione & Bellarminus, in d. l. quaest. 28. in quinta propositione in tertio argumento, etiam idem Bellarminus, in nova illa disputatione de exemptione Clericorum

Clericorum cap. 2. in quinta propositione, conciliando opiniones scribit, exemptionem hanc non legi expressè scriptam in sacris sed ab exemplis, & testimoniis legis veteris, vel novi testamenti per quandam similitudinem posse deduci.

Secundò vel eo fortiùs comprobatur prædicta argumentatio, quod inquit idem Medina, in eadem quaestione 15. col. 2. ver. inter hanc tamen, ante legem ipsam divinam antiquam scriptis commendatam, primogeniti erant Sacerdotes, & ad cultum Dei atque ad sacrificia, & rerum oblationem dicati, non tamen ob id erant à suis majoribus, sive Reges essent, sive Iudices, exempti, quò modo nondumerat aliquis summus sacerdos institutus, cui reliqui essent subiecti. Et quamquam (subjungit Medina) hac de re pro tempore legis naturæ scripturam non habeamus apertam, ratio tamen ipsa docet, antequàm potestas Ecclesiastica à Seculari esset distincta, eisdem legibus tam hos, quam illos fuisse subiectos; Tempore enim legis scriptæ (addit Medina) quamvis dominus inter hos, & illos quoad officium, & rerum sive terrenarum possessionem differentiam constituerit, eo quod Levitas, & Sacerdotes voluerit sacra tractare, & solis decimis, & primitiis, aliisque Deo oblatis contentos esse debere, attamen, vivente Moyse, illius iudicio cæteri omnes, tam qui ex Levi, quàm qui ex aliis Tribubus descendebant erant iudicandi. Nec in hoc, adjungit Medina, videtur repugnantia aliqua, quòd scilicet nulli essent specialiter ad Spirituale Ministerium deputati, & tamen quòd in civilibus, imò etiam, & in criminalibus, possent per Laicos iudicari, maxime si leges seculares tales essent, quòd omnes obligarent. Nam tunc ad huiusmodi legislatores pertineret, prævaricatores ipsarum legum punire, de quo in cap. scivis 11. q. 1.

Tertiò accedit, quod si legem divinam novi testamenti perpendimus constat, Clericos, & Sacerdotes non fuisse à potestate Seculari exemptos; Nam apparet, inquit, præcitato in loco, Medina, Christum, qui omnium caput est, Pilato fuisse subiectum, cumque in illum potestatem habuisse, dicente Christo non haberes (sic legitur Joannis cap. 19.) potestatem in me ullam, nisi tibi datum esset desuper. Quo argumenti genere uti sunt, & alii nonnulli ex præcitatis, et si doctissimus Bellarminus, in disputatione illa de exemptione Clericorum cap. 3, non acquiescat.

Quartò suffragatur auctoritas Divi Petri Apostolorum Principis, in prima Epistola cap. 2. relata in cap. omnes de mayo. & obed. & in cap. magnam 11. qua. 1. ita ad omnes etiam Sacerdotes scribens. *Subditò estote Dominis vestris, sive Regia sive Ducibus ab eo missis.* Et idem mandavit Divus Paulus, in Epistola ad Romanos cap. 13. ita scribens. *Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit;* Quo loco Divus Chrysostomus annotavit, illic observationem omnibus adjungi, etiam si quis sit Evangelista, aut Propheta, cum subiectio hæc pietatem non lædat, & Divum Paulum de potestate seculari agere certum est. Quò circa Divus Thomas, *ibidem*, scriptum reliquit, iure humano, non autem divino Sacerdotes à tribus exemptos esse. Ità arguit Didacus in d. cap. 31. n. 2. ver. 4. & Bellarminus, in dicto libro primo de Clericis cap. 28. in primo argumento quarta propositionis, et si idem, in nova illa disputatione de exemptione Clericorum cap. 3. col. 2. ver. quarto idem obijciunt, existimet non de rebus secularibus solum, sed de quibuscunque superioribus, & ob id esset necesse probare aliundè, Principes seculares esse Clericorum superiores.

Quintò confert, quod legitur apud Acta Apostolorum cap. 23. ubi Divus Paulus videns causam suam iniquè tractari coram Præsidente Romano, Cæsarem appellavit, à quo iudicari se oportere dixit. Sic arguit Didacus, in d. cap. 31. n. 3. ver. tertiò principalis, & eo priùs Joannes Duedonus, in libro primo de libertate

Christiana. cap. 5. propè finem. Verum Bellarminus, in dicto cap. 3. col. 2. ver. tertiò obijciunt, doctè, & acutè scribit ex capite ultimo Actorum Apostolorum colligi, Divum Paulum coactè appellasse Cæsarem, ob id quod opprimebatur calumniis Judæorum, & iniustitiâ Præsidis Romani, qui solum Cæsarem supremum Iudicem agnoscebat. Itaque (inquit Bellarminus) ipse quoque, saltem de facto, si non de jure, Cæsarem Iudicem agnoscere debuit: Nec sine risu exceptus fuisset si Beati Petri supremi Judicis, ac Principis sui coram gentilibus, vel Judæis mentionem facere voluisset. Replacari fortè potest jam ipsum Apostolum causæ Iudicem agnovisse. Præsidem Romanorum cujus jurisdictionem alioqui declinari debebat. Et propterea præsumendum est quòd ipse Apostolus non de facto, sed de jure agnovit Cæsarem Iudicem, cum eum appellaverit; Nam appellatio præsupponit Iudicem competentem ante illum, qui appellatur; alioqui Sanctus ille Apostolus conveniri, vel accusari debuisset coram supremo Sacerdote, idest, Pontifice Maximo, qui non modo sacra administrabat, sed & tanquam Rex, & Princeps Reipublicæ curam gerebat sicuti habetur num. cap. 11. Deuteron. cap. 17. & in libro primo Regum, & scriptum sic reliquit Josephus, in iib. 13. antiquitatum Judaicarum. cap. 5. 8. & 9. & colligitur ex ipsis Actis Apostolicis cap. 23. & manifestiùs tradit Joannes Duedonus, in libro primo de libertate Christiana. cap. 15. col. 2. ver. decimò considerandum &c. qui (ut attigi supra) ad finem illius capituli, existimavit, argumentationem hanc esse satis solidam.

Sextò suffragatur, quòd in primitiva Ecclesia Clerici, & eorum res Jurisdictioni Regum, & Imperatorum suberant, sicuti constat multis eorum legibus, & Constitutionibus de Clericorum personis, & rebus, omniquè Ecclesiastica disciplina, promulgatis, & legitur in titulis Codicis de Sacro sanctis Ecclesiis, de Episcopis, & Clericis, & de Episcopali audientia, & in novella const. 83. ut Clerici apud proprios Episcopos, ubi Justinianus, ad preces Episcopi Constantinopolitani, dedit Clericos promulgatum in Civilibus, & Episcopo non impedito, aliis, & omnino in criminalibus eos reliquit sub Iudice Seculari. Ità arguit idem Didacus, in d. cap. 31. n. 2. ver. secundò quia. Nec repugnat consideratio doctissimi Bellarmini, in d. cap. 3. col. 2. ver. obijciunt &c. has leges de facto, non autem de jure factas fuisse, & promulgatas, ut in rebus Ecclesiasticis, & spiritualibus Clerici essent sub potestate Iudicis Secularis, quòd falsum esse jam supra demonstravimus. Nam explicari fortè potest, non esse satis bonam consequentiam, Princeps non jure statuit de rebus Ecclesiasticis & spiritualibus: Ergo injuria pariter constituit de rebus secularibus, & profanis, cum inter unam, & alteram rem, magna sit ut certum, est differentia.

Secunda est opinio eorum, qui censuerunt Clericorum personas jure divino exemptas esse à jurisdictione, & potestate Principis Secularis. Hanc affirmarunt alii quorum plurimi juris Canonici, Pontificii ac Sacræ Theologiz præstantissimi Interpretes nempe.

1. Glossa, in cap. si Imperator distinct. 96. & in cap. quamquam de censibus in b.
2. Oldradus, in conf. 83. n. 5.
3. Zabarella, in repet. capituli perpendimus col. 7. opposit. 4. de senten. excom.
4. Romanus, in l. si verò §. de viro n. 29. ff. soluto Matrimonio; quæst. in sing. 4. 19. incipit, sed an potest Papa.
5. Rota Romana, in decisione 10. in tit. de consuetud. in antiquis.
6. Hostiensis, in cap. 2. n. 5. de mayo. & obed.
7. Baldus, in eodem cap. 2. n. 3. dum dicit Clericos semper fuisse exemptos à foro seculari.
8. Ancharanus, in eodem cap. 2. n. 3.
9. Imola, *ibidem* in fine.
10. Archidiaconus, in cap. quamquam in principio de

centibus in 6. et si non satis explicat quid sentiat.

11. Joannes Monachus, ibidem, dum sequitur glossam illius Canonis.
12. Abbas, in cap. et si Clerici in principio. n. 23. de iudiciis, in cap. pervenit. n. 14. & in cap. non minus n. 18. de immunitate Ecclesiastica.
13. Præpositus, in cap. si Imperator distinct. 96.
14. Tutrecremata, ibidem n. 1.
15. Angelus de Clavosio, in summa in verbo immunitas. n. 33. dum sequitur glossam.
16. Alvarus Pelagius, in tractatu de Planctu Ecclesie. cap. 44. col. penult. ver. si quis.
17. Jason, in rub. ff. de officio ejus &c. & in l. non est receptum ff. de iurisdic. om. Jud.
18. Petrus Belluga, in Speculo Principum. sub. 11. §. videndum n. 1. & 2.
19. Joannes Luppus, in tractatu de libertate Ecclesiastica q. 2. n. 3.
20. Natta, in cons. 495. n. 18. lib. 1.
21. Cephalus, in cons. 53. n. 38. lib. 3.
22. Navarrus, in cap. novit. in sexto notabili. n. 16. & n. 33. de iudiciis.
23. Vasquius, in tractatu de successione creatione lib. 2. §. 12. n. 56. Et ii quidem postremi testantur, hanc esse magis receptam opinionem et si nullam ex his affirmat.
24. Csjetanus, ut ex sacris Theologis aliquem commemorat, in 2. 2. quest. 104. art. 6. in respons. ad primum.
25. Joanes Driedonus, in tractatu de libertate Christiana. l. 2. c. 9. quid dicitur ex exceptione, hanc esse juris divini naturalis.
26. Franciscus Turrianus, Societatis Iesu, in libro primo observationum. c. 24. observatione 3. & lib. 8. observat. 1.

Et quamquam multo plures sint hæc Doctorum auctoritates, quam alix supra pro contraria opinione commemoratæ, attamen hæc magna ex parte secutæ sunt simplices assertiones Summorum Pontificum, qui, ut mox dicemus, dixerunt Clericorum personas jure divino exemptas esse à jurisdictione, & potestate seculari. Quæ autem in lege divina vel antiqua, vel nova legatur exemptio hæc, nullis verbis ostenderunt Pontifices Maximi. Hujus opinionis argumenta, et si per multa sunt, veruntamen non satis solida esse constat.

Primo itaque adduci solet quod habetur Genesis cap. 47. & apud Josephum, in libro secundo antiquitatum Judaicarum lib. 4. ubi legitur Iosephum Patriarcham filium Iacob omnem terram Ægypti subiecisse Pharaoni, præter terram Sacerdotum. Hoc argumentum usi sunt glossæ in cap. quamquam de censibus, in libro sexto, & alii multi ex supra commemoratis. Si ergo voluit Pharaon ille res, & bona Sacerdotum esse exempta, ergo multo magis eorum personas, cum persona sit dignior rebus l. iustissime ff. de adil. edicto, & res sunt ad personam necessariæ, ut dicemus in sequenti questione, non è contrà. Verum responderi rectè Dominus Soto, in 4. sententiarum distinct. 25. quest. 2. art. 2. col. 3. v. servia conclusio, Sacerdotes illos Ægypti non fuisse propriè Sacerdotes, sicuti sunt nostri, cum verum Deum non colerent, nec vera gratiæ Sacramenta ministrarent, & ob id jure gentium, inquit Soto Sacerdotes illi exempti erant, non autem jure divino. Idem sentit Medina, in tractatu de restituendis rebus. quest. 15. col. 4. ver. ad primum. Et hoc idem, vel ex eo colligitur, quod Sacerdotes illi ex quibusdam horreis cibaria quædam pariter accipiebant, ut in dicto Genesis cap. 47. & annotaverunt ex nostris Didacus, in libro primo variarum resolutionum cap. 1. n. 2. ver. nam è apud Ægyptios, & Marcus Antonius Marsilius, Columna in commentariis de Ecclesiasticis redditibus. in prima parte cap. 1. n. 4. qui, ex sententia Titi Livii in libro primo historia, recenset, sic observasse Numam Pompiliam. Eadem responsione dissolvitur illud, quod Efdæ citavimus cap. 7. nam jure humano id factum est, non autem divino, iubente Deo. Et propterea Sacerdotes novæ legis divinè non sunt successores illorum legis antiquæ, sed sunt ab illis

longè diverfi, & inceperunt ab adventu Christi; sicuti dicemus infra ex sententia Francisci à Victoria.

Secundo adduci solet illud Davidis Prophetæ Psalmi 104. dicentis, Nolite tangere Christos meos. Quo in loco Deus exemisse videtur à Principibus Christos eius, id est Sacerdotes qui Christi, id est uncti, & consecrati dicuntur. Cæterum responderi, & rectè quidem Didacus Covarruvias, in practico libro practicarum questionum. cap. 31. n. 2. ver. non enim obstat locus Davidem locutum esse de iniuria, vel vi Sacerdotibus non inferenda, non autem ibi prohibetur iudicium Principum Secularium in ipsos Clericos, iuxta iuris ordinem exercendum, cum & in veteri testamento, inquit Didacus, ante legem evangelicam, dubio procul Sacerdotes à Principibus Secularibus iudicarentur. Nam quamvis Dominus inter Levitas, Sacerdotes, & alios quoad officia, & rerum seu terrarum possessionem discrimen constituerit, & voluerit, Levitas, & Sacerdotes sacra tractare, attamen, vivente Moyse, illius iudicio exteri omnes tam ex Levi quam qui ex aliis Tribubus descēdebant, erant iudicandi, ut etiā diximus supra, ex Joannis Medinæ sententia, qui in d. quest. 15. col. 5. ver. ad tertium &c. scribit Davidem non de solis ipsius Sacerdotibus fuisse locutum, sed etiam de toto ipso populo Dei, quando duxit eos in terram possessionis per multa bella contrà impios Reges habitæ, quos, & Deus ipse punivit, & destruxit, ut salvaret ipsum populum, quem Christos suos appellat, quia ab eo erant electi, & unctione suæ gratiæ uncti, in quibus etiam erat implicita fides Christi venturi, idè dicebat, eos Christos suos. Et hæc quidem fuit interpretatio, Cassiodori, in expositione dicti psalmi 104. Cassiodori verba hæc sunt. Illud quoque persecutandum est quod memoratos Patriarchas Christos appellare delegerit, cum adhuc non fuisset unctio celebrata; à Saul enim hæc suum præsumpsit initium, sed quoniam erant in spiritu Christiani, eiusque fide probantur esse donati, sicuti de Abraham Dominus dicit, Concupivit diem meum videre, vidit, & gravisus est, merito appellati sunt sacro nomine, quoniam Christi fides probatur amore; nam & ipsa Domini verba sunt posita dicentis. Nolite tangere Christos meos, & in Prophetis meis nolite malignari.

Tertio afferri solet, quod de Sacerdotibus in Exodo, & Levitico scriptum est, Deum elegisse eos in suum obsequium, & Deo fuisse oblatos & consecratos; Legitur numer. cap. 18. dum dicit Deus, decimas & primitias dedisti filiis Levi, ut serviant mihi in altari. & confert cap. duo 12. quest. 1. Non ergo subiecti erant potestati seculari, sed exempti à servitute aliorum hominum. Vnde Hierem. Threno 1. prævidens Ecclesie subiectionem deplorat dicens. Princeps Provinciarum facta est sub viribus. Verum respondet Medina, in dicta q. 15. col. 4. ver. ad quartum &c. quod et si Deus in suum servitium elegerit Levitas, ut in templo sibi ministrarent, non tamen sequitur, eos omnino à potestate seculari exemisse; Nam simul esse, & stare potest, quod Deus ex multis potestati subditis elegerit aliquos, qui sibi servirent in ministeriis templi, & tamen iidem remanerent subiecti potestati seculari quoad iudicium, quemadmodum simul stat, aliquos, è Principis Vassallis esse electos ad eius domus servitium aliquod, & tamen, quod si furentur, vel homicidia patrent, ab aliis iudicibus iudicentur, & puniantur, nisi Princeps ipse eos speciali privilegio à Iudice illo ordinario eximat. Illud verò Hierem. Threno 1. ad rem non pertinet, cum, inquit Medina, Propheta ille de Civitate Hierusalem loqueretur quam prophetabat à gentibus conculcandam, & tributis ac aliis miseriis subiiciendâ, sicuti evenisse cernimus. Non autem de Clericis loquebatur. Præterea præcitaris tribus argumentis à lege divina veteri ductis unò verbo responderi potest legem illam antiquam fuisse abrogatam novâ Christi Salvatoris nostri lege, quoad omnia, ut dicemus infra. in tertio casu, ubi etiam, ex sententia Francisci à Victoria, explicabimus Sacerdotes novæ legis non esse successores illorum legis antiquæ.

Quartò affertur locus ex novo testamento apud *Matth. cap. 17.* ubi Salvator noster Christus cum ab eo census exigent Divum Petrum interrogavit dicens. *Reges terra à quibus recipiunt tributum, à filiis suis, an ab alienis?* Respondit Petrus, *Ab alienis.* Christus collegit conclusionem, *Filii ergò liberi sunt. Ne autem eos scandalizemus, vade, & saterem, quem apertò ore piscis invenis, da eis pro me, & te;* Hoc ex loco solent aliqui argumentari Christum Salvatorem nostrum à tributis Secularium Principum exemisse Clericos, qui filii ejus dicuntur, qui sub Christo, & Petro, qui est Ecclesia caput, fuerunt significati. Verùm nec locus iste ad rem nostram pertinet. Non enim censuit Salvator noster Sacerdotes, & Clericos esse immunes, & liberos à tributis Secularium Principum, cum non omnes Sacerdotes sint jure filii Regum, sed ex responsione Petri infert Jesus Christus libertatem filiorum Regis, ad subintelligendam hanc aliam conclusionem, Ergo liber sum ego, qui filius sum naturalis æterni Regis, & omnipotentis, qui universam mundam regit. Ità in specie locum hunc declarat Didacus, in dicto *cap. 31. num. 2. ver. secundo non oberit &c.* ex sententia multorum, qui sic hunc Matthæi locum sunt interpretati. Et quidem sic in specie nostra intelligunt Ioannes Medina, in *præcisato tractatu de rebus resistentibus, quæst. 15. col. 4. ver. ad quintum illud &c.* & Victoria, in *relectione de potestate Ecclesia, in titulo utrum Ecclesiastici sint exempti à potestate civili, in secunda propositione.*

Quintò adducitur *cap. si Imperator distinct. 96.* Sed facile responderetur, ut diximus, in præcedenti casu, nempe illud solum affirmare jure divinò, Clericos exemptos esse à potestate Seculari, quoad ea, quæ verè, & propriè sunt spiritualia. Non repeto jam dicta. Et propterea jus divinum accipitur hoc in loco pro jure Pontificio, ut dicemus *infra in responsione ad septimum argumentum.* Et rursus dicendum est id, quod in dicto *cap. si Imperator,* scriptum dicitur concessum ab Imperatoribus, esse rationi consentaneum, ut Clerici Servientes Deo exempti sint ob omni tributo secularibus præstando, simulquè à potestate Seculari exemptos esse debere. Ità in specie declarat Medina, in dicta *quæst. 15. col. 5. ver. videtur igitur.*

Sextò perpendi solet *cap. continua xi. qu. 1. & cap. futurum 12. qu. 1.* ubi refert illud Constantini Imperatoris, qui in Sancta Nicæna Synodo querelam quandam adversus Clericos coram se conspiciens delatam dixit. Vos à nemine judicari potestis, quia ad Dei solius judicium reservamini. Verùm Didacus, in dicto *cap. 31. num. 2. ver. tertia verò probatio, in fine,* & eo prius Dominicus Soto, in *quarto sententiarum, distinct. 25. quæst. 2. art. 2. col. 2. ver. secunda conclusio.* scribunt, Constantinum, id de lege divina, quoad Spiritualia asseruisse de quibus in præcedenti capite egimus. Præterea, inquit Didacus, referenda sunt potius verba illa Constantini ad Christianissimi Principis benevolentiam ergà Clericos, quam verè juri divino tribuenda sint.

Septimò suffragari videntur, multa juris Pontificii loca in quibus legitur, exemptionem hanc jure divinò Clericis tributam. Ità sanè habetur in *cap. Sylvester, & in cap. relatum xi. qu. 1. & in cap. quamquam, de censibus in Sexto.* Imò idem asseruit Sacrum Concilium Tridentinum *Sess. 25. cap. 20. de reformatione.* Verùm responderetur, jus divinum propriè, & strictè sumptum illud esse, quod in lege divina veteris, & novi testamenti; hoc est in Sacris Evangeliiis, & Scriptis Apostolorum legitur *cap. 1. dist. 1. cap. quo jure distinct. 8. cap. qui studet 1. qu. 1. & cap. ex diligenti. Extravag. de Simo.* Imò jus divinum verè, & propriè illud esse dicitur, quod ipsemet Deus immediatè statuit, sicut

doctè, & egregiè declarat doctissimus Franciscus Vargas, de *Episcopi jurisdictione axio. 10. & 11.* Jus autem divinum, & quidem impropriè dicitur, quod jure Pontificio sancitum fuit. *cap. nimis de jure jura. & cap. 2. de privileg. in 6.* Nam & hoc jus auctoritate legis divinæ atquè ità supra firmam petram, idest Christum, fundatum est. *cap. quam piè 1. qu. 2. cap. qui studet. 1. qu. 1. cap. quod suscepti, & cap. canonica 3. qu. 5. cap. 2. distinct. 19.* Ità in specie declarat Archidiaconus, & Germinianus, in *cap. 2. nu. 5. de præscript. libro sexto, & manifestiùs Ioannes Igneus, in libro primo, in principio num. 3. ff. ad Senatuscons. Syllanianum, de his, quibus ut indig, qui utrumquè jus sic distinguit, & declarat. Idem scribit Didacus, in libro prædictarum quæstionum cap. 31. nu. 2. ver. tertia verò probatio, & libro primo variar. resolut. cap. 17. num. 2. ver. sunt tamen &c. & Vargas, prædictis in locis. Hoc jure divinò, idest Pontificio, tributam esse exemptionem hanc Clericis, atquè ità intelligendos esse Canones illos, in argumento allegatos, concedimus: Non autem admittimus esse juris divini secundum veteris, vel novi testamenti leges, cum nulli sic concessa legatur exemptio hæc. Imò jure divinò aliter sancitum esse *super cap. demonstravimus.* Præterea responderetur à prædictis appellari hanc exemptionem juris divini ob id, quod consentanea est juri divino quemadmodum doctè, & rectè scribunt Dominicus Soto, in *quarto Sententiarum, distinct. 25. art. 2. quæst. 2. col. penult. ver. per hac ergò.* Victoria, in dicta *relectione de potestate Ecclesiastica, in titulo, utrum Ecclesiastici sint exempti à potestate civili in quarta propositione.* Bannes, in *decisionibus de justitia, & jure. quæst. 67. in 3. conclus. & Bellarminus, in dicto cap. 28. de Clericis, col. ult. ver. respondit Dominicus in præcisata disputatione de exemptione Clericorum cap. 2. col. 3. & accedit Henriquez, in lib. 7. de indulgentiis cap. 24. glossa, in littera D. quæ scribit, exemptionem Clericorum à jure civili non esse de jure divino, sed quia in generali habet principium, & decentiam à jure ipso divino, appellari à multis juris divini. Ità Henriquez intelligit, & declarat Driedonem in lib. 1. cap. 9. de libertate Eccles. Pighium, in lib. 4. ecclesiastica Hierarchia cap. 2. dictum caput, *quamquam, de censibus in 6. & Concilium Tridentinum, d. Sess. 25. de reformatione cap. 20.***

Tertia est opinio, Clericorum personas jure humano pariter, & divinò exemptas esse à potestate Seculari. Hanc opinionem manifestè probavit novissimè eruditissimus Cardinalis Bellarminus, in *sapius allegata disputatione de exemptione Clericorum cap. 5. in quinta propositione,* qui dicit, sic conciliari posse duas commemoratas supra opiniones. Et à Bellarmino non multum dissentit Dominicus Soto, in *quarto Senten. distinct. 25. art. 2. q. 2. col. penult. ver. per hac ergò,* & alii nonnulli ex supra citatis, cum dixerunt exemptionem hanc, quam ipse Soto *præcisato in loco, in 3. conclusione,* dixerat non esse juris divini, censuit juri divino consonam esse. Et huc spectant aliqua argumenta doctè à Bellarmino *ibid. cap. 3. col. 3. ver. hanc igitur Sententiam &c.* considerata, quæ de industria omitto. Nec inconvenit, duò hæc jura divinum scilicet, & humanum in unum mixta reperiri, diversis tamen respectibus, conjuncta, ità ut substantia juris divini sit, determinatio verò Ecclesiastici: quemadmodum contingit in baptismo, qui juris est divini, modus autem baptisandi, vel per asperisionem, vel per immersionem, semel, aut ter, hiis vel illis cæremoniis, in templo, vel extrà, juris est ecclesiastici, sicuti affirmat, & aliis permultis exemplis comprobatur, Franciscus Vargas, de *Episcopi jurisdictione, axioma duodecimo.*

CAPVT XVI.

*Clericorum res, & bona jure divino, vel huma-
no exempta ansint à Iurisdictione, &
potestate Seculari.*

HAc in disputatione observandum, est Doctores illos, qui affirmarunt, Clericorum personas esse jure divino à Jurisdictione, Seculari exemptas, vix aliquid de ipsorum Clericorum rebus scribere. Excipio glossam, in cap. *quamquam in verbo divino. de censibus in 6.* Oldradum, in *conf. 83. n. 2. & 3.* & Abbatem, in cap. *pervenit. n. 14. de immunitate Ecclesiastica.* Et ii quidem vel ex eo in hanc adducti sunt opinionem, quod legitur *Genesis cap. 47.* Josephum subjecisse omnem terram Aegypti Pharaoni, præter illam Sacerdotum. Cæterum, *precedenti in capite*, ex Sententia Dominici Soto, & Joannis Medinæ demonstravimus locum hunc ad rem nostram non pertinere; Quocirca

Contraria Sententia verior est, nempe, res & bona Clericorum jure divino exempta minimè esse à Jurisdictione, & potestate Seculari. Nam lege divinâ veteris testamenti sancitum hoc non legitur, & si concedimus eò jure sic fuisse cautum, attamen lex illa est abrogata per novam Evangelicam, tam quoad judicialia, quam quoad ceremonialia. *cap. translato. de constit. & ad rem nostram tradit Ioannes de Medina, in tract. de restituendis rebus quest. 15. col. 1. ver. ad Sextum.* Et accedit Didacus, in libro secundo variarum resolutionum c. 20. n. 2. ver. *secunda conclusio &c.* qui scriptum reliquit, Ecclesiarum immunitatem non esse juris divini, cum leges veteris testamenti abrogatæ sint adventu Salvatoris Nostri Christi. Id quod ait, & Divum Thomam, & Magistrum sententiarum scripsisse. Sic, & Henricus Henriquez, in libro septimo de Indulgentiis cap. 27. Navarrus, in *Manuali Confessorum cap. 21. nu. 28.* & alios multos congerit Tiraquellus, de *retractu consanguineorum, in proœnio nu. 8.* & accedunt Molina, de *Hispanor. primogenitis libro secundo nu. 8. cap. 5. n. 36.* & Vargas, de *Episcopi jurisdictione axiomate 9. in fine.* Imò tradit Dominicus Soto, in libro secundo de *justitia, & jure. quest. 5. art. 4. col. 2. ver. secunda conclusio.* legem divinam non solum quoad ceremonialia, sed etiam quoad moralia cessasse ab ipsius Christi adventu, & ob id falsissimum, est inquit ille, quod passim dicitur, vi antiquæ legis divinæ nos teneri servare præcepta Decalogi, vel præceptum aliud morale. Sed dicendum est præcepta illa moralia ob id non cessasse, quia juris naturalis sunt, quæ universos obligant mortales, quibus olim etiam tenebantur gentes, licet non virtute legis Moisaicæ. Et his intelligimus verum non esse quod scribunt recentiores aliqui, præcepta legis divinæ veteris censeri in nova repetita, nisi de eis nominatim, & expressim cautum sit. Nec locus Divi Thomæ, in 1. 2. qu. 99. art. 5. in *responsione*, ad rem facit, quia etiam distinguit præcepta præcisa à mandatis persuasionem quandam habentibus, non tamen negat Sanctus Doctor, quin à lege nova sint abrogata, & si servantur, vi legis naturæ servari, vel vi etiam ipsius legis novæ, ut legitur *Matthæi cap. 5. Dicitur est antiquis non occides &c.* Et paulò post idem de præceptis non mœchaberis, & non pejerabis. Et hinc intelligimus, statuendum esse potius regulam contrariam, nempe præcepta legis veteris non censeri in lege nova repetita, nisi aliquibus verbis de eis constet. Et huc facit illud, quod scribit Franciscus à Victoria, in *relect. de potestate Ecclesie, parte prima, propositione sexta, & septima.* Sacerdotes novi testamenti non esse Successores eorum, qui erant tempore antiqui testamenti, sed incipere à Christi adventu: Quò itaque

ad calum præsentis dispensationis (ut eò revertamur) dicendum est solam legem evangelicam attendi, & observari debere, qua quidem non modo fuit sancitum, res, & bona Clericorum exempta esse debere à potestate seculari, sed potius contrarium creditur ordinatum; Nam tempore primitivæ, nascentisque Ecclesiæ; Ecclesia ipsa, Ecclesiasticique Sacerdotes & Clerici, nulla prædia ullaque propria habebant bona, sed omnes unà cum Secularibus Christi Salvatoris nostri fidem amplexis, & secutis, vivebant. Id quod observatum fuit usque ad tempora Dionysii primi Pontificis Maximi, qui quintus, & vigesimus fuit Pontifex à Divo Petro, annò ducentesimo, & sexagesimo à Salvatore nato, quemadmodum ostendit doctissimus Marcus Antonius Marsilius Columna, Archiepiscopus Salernitanus, in *commentariis de ecclesiasticis redditibus, in prima parte, cap. 4. qui in primo, Secundo, & tertio capite illius operis, ostendit, communem vivendi usum bonorumque unitatem inter omnes Christi fideles.* Est ergò plusquam manifestum lege divinâ evangelicâ nullam tributam esse exemptionem Clericorum rebus, & bonis. Et quidem opinionem hanc in specie probarunt non modò juris Cæsari, & Pontificii interpretes, sed & Sacri Theologi: Ità sanè Baldus, in l. ultima n. 7. C. *sine censu vel reliq.* Lucas de Penna, in l. 2. col. 1. ver. *item quia hæc Statuere C. de muner. excus. lib. 10.* Berous, in cap. *cum venissent n. 40. de constit.* Gulielmus Benedictus, in cap. *Raynuius, in verbo, & uxorem nomine Adelasiam in decis. 2. n. 36. testam.* Divus Thomas, in *commentariis ad epistolam Divi Pauli ad Romanos cap. 13.* Ioannes Gerson, in libro primo de potestate Ecclesiastica, Driedonus, in libro primo de libertate Christiana. cap. 15. & lib. 2. cap. 3. in fine. Albertus Pighius, in libro quinto de Hierarchia Ecclesiastica cap. 7. Dominicus Soto, in 4. *Sententiarum distinctione 25. quest. 2. art. 2.* Franciscus à Victoria, in *relectione 1. de potestate Ecclesie in titulo, utrum Ecclesiastici sint exempti à potestate civili, in 3. propositione* Henricus Henriquez, in libro decimo de Sacramento ordinis, cap. 15. n. 6. Ludovicus Molina, in *tractatu de justitia, & jure. disput. 31. col. 7. ver. quinta conclusio*, Petrus Binsfeldius, in *commentariis de injuriis, & damno dato. cap. 7. conclus. 8.* Nec repugnant objectiones aliquæ adversus aliquos ex prædictis authoribus excitatæ in responso incerti authoris, à me inter mea responsa, in *conf. 1003. in primò dubio.* Et primò contra Gersonem, quòd parum ei deterrendum sit, cum, teste Alberto Pighio, in libro de *Eccles. Hierarchia. cap. 2.* non tantum tribuat Ecclesiæ quantum par est, & qui non meruit allegari per primum Scriptorem, ob id quod adducitur ab impio Molineo, contra Ecclesiam, & quod Raymundus Ruffus, in *commentariis in Molineum, pro Pontifice Maximo, pag. 425.* adducit. Cæterum respondetur, Gersonem virum non minus pietate, & religione insignem, quam eruditione, & doctrinâ præstantem fuisse, ut testantur Sixtus Senensis, in *Bibliotheca Sancta. in verbo* Et ob id jure creditur, eum tantum tribuisse Ecclesiæ quantum par est, & doctrinam ejus scripta manifestè ostendunt, & Molineus à Ruffo commemoratus non refert Gersonis locum hunc adversus Pontificem, sed partem aliâ illius traditionis. Nec quod ad rem nostram scribit Gerson, improbat Ruffus, quem nos allegavimus, non autem Carolum ipsum Molineum, cujus scripta, quæ adversus Sacrosanctam Ecclesiam sunt, nunquam probavimus. Quod verò secundo loco de Divi Thomæ auctoritate præcitato in responso dicitur, nihil est, cum non negemus, nos exemptionem, immunitatemque Clericorum personis, & rebus tributam foveri ratione naturali, & magnâ æquitate, sed solum contendimus non esse à lege divina, vel antiqua, vel nova concessam. Et licet Principes Seculares exemptionem hanc tribuerint, non ad confirmandam juris divini concessionem, effecerunt, ut loquitur allegat^o Vasquius, in libro primo illustriū controversiarum.

cap. 29. num. 17. in fine, cum jus divinum, ut diximus, exemptionem hanc non concesserit. De traditione Dominici Soto non est, ut plura scribam, cum manifesta sint ejus verba, quæ nullò modò cavillari possunt. Ità quoque dicimus cavillanda non esse verba Driedoni, in libro primo de libertate Ecclesiastica. cap. 15. cum clarè affirmarit ipsorum Clericorum personas, res, & bona non jure divinò, sed humanò esse exempta. Idem dicendum est de autoritate Francisci à Victoria, qui manifestè affirmat opinionem hanc, & probat rationibus, quas supra commemoravimus. Non etiam rejicienda est autoritas Petri Ferrarii, & Molinei, quæ usus est Didacus Covarruvias, in dicto libro practicarum questionum cap. 31. num. 2. ver. contraria opinio; Et si enim in aliquibus Ferrarius, & Molineus, malè senserunt, non tamen hac in re nostra reprehendi possunt, cum non modò juris Pontificii, & Sacræ Theologiæ gravissimi interpretes, sed Sanctus ipse Dòctor Thomas idem scripserit. Quò circa malè, & immodestè ab autore præcitati responsi prò Ecclesiasticis, appellatur hæc assertiones contrariæ, temerariæ, cum temeraria sit propositio illa, quæ nulla gravi autoritate, aut justà ratione insolenter, vel audacter contrà Ecclesiasticam modestiam asseritur, sicuti post alios scribit Joannes Simoneas in catholicis institutionibus. tit. 45. num. 12.

CAP. XVII.

Clerici, jure Pontificiò quoad eorum personas, & bona eximi an potuerint à Jurisdictione, & potestate Seculari, & profana; sinè Principis Secularis consensu, & licentiâ.

Recepta, & vera est hæc sententia, Pontificem Maximum potuisse, & posse eximere Clericos, & eorum bona à Jurisdictione, Imperio, & potestate Seculari, & profana, sinè consensu, & licentiâ Principis Secularis. Ità sanè affirmant Innocentius in cap. 2. de maio. & obed. & ibidem Anchal. nu. 3. Cardinalis Zabarella, in repet. cap. perpendimus 7^a. oppositione de Senten. excom. Auferrius in Clem. 1. num. 2. ver. ad quæst. de officio ordin. Navarrus, in cap. novis. in sexto notabili num. 32. ver. aliterigitur respondetur, Alvarus Pelagius, in tractatu de planctu Ecclesie. cap. 44. col. penult. Didacus, in libro practicarum questionum cap. 31. num. 3. ver. tertia conclusio, & Dominicus Soto, in 4. Sententiarum distinct. 21. qu. 2. art. 2. col. penult. ver. sexta conclusio. Ludovicus Molina Jesuita, in tractatu de justitia & jure disputatione 31. in tertia conclusione ver. tertia verò pars. Franciscus à Victoria, in tractatu de potestate Ecclesiastica tit. an Clerici sint exempti à potestate Seculari, in quinta propositione, Dominicus Bannes, in decis. de jure, & justitia qu. 67. art. primo ver. tertia conclusio, Henriquez, in libro septimo de indulgentiis cap. 24. Petrus Binsfeldius, in commentariis de injuriis, & damno dato. cap. 7. conclusio 9. Porro utile, & necessarium est valde, quòd Ecclesiæ Ministri non implicent se negotiis secularibus, teste Divò Paulò ad Timotheum Epistola 2. cap. 2. cum non possent commodè vacare divino Ministerio, si traheantur coram Judicibus Secularibus. Est ergò utile, & necessarium ad liberius, & rectius ministrandum Ecclesie, quòd Clerici, & eorum res sint à Judicibus secularibus immunes. Et præsertim ex eo [inquit Didacus] quòd hæc immunitas maximam originem ducat à divinis veteris testamenti institutionibus, à Sanctorum Patrum testimoniis, publicisque Imperatorum quorundam concessionibus, ut tandem tota ipsa Christiana Respublica exemptionem hanc, ob publicam utilita-

tem, admiserint, & probaverint. Ità sanè quòd ad Fori privilegium, Clericos à Jurisdictione Seculari exemptos esse autoritates Pontificum ostendunt. cap. ut si Clerici. cap. Clerici, & cap. qualiter. de judiciis, cap. 2. de Foro competentis, & dicemus infra. Et hæc quidem exemptio à multis passim vel ex eo juris esse divini dicitur, quòd Summi Pontificis leges, & Canones, ob supremam potestatem, jus divinum appellari solent, ut diximus supra. Ità sanè intelligendi sunt Interpretes illi, qui dixerunt, Clericos exemptos esse à Jurisdictione, & potestate Seculari, jure divinò: Sunt sanè intelligendi jure Pontificiò, ut glossa in d. cap. si Imperator, distinct. 96. & alii multi ex præallegatis. Quò circa jure dicendum est, Principes Seculares, etsi supremos, jure non posse jam concessas à summis Pontificibus, ac ipsis Secularibus etiam Principibus, exemptiones, & immunitates auferre, quemadmodum in specie tradunt multi ex præallegatis, & præsertim. Franciscus Victoria, in d. relectione de potestate Eccl. in illa questione, an Clerici sint exempti à potestate Seculari, in septima propositione, Didacus Covarruvias, in libro practicarum questionum cap. 31. in quarta conclusione, Dominicus Soto, in 4. Sententiarum, distinct. 25. qu. 2. col. 2. ver. Sexta conclusio, Driedonus, in libro primo de libertate Christiana, cap. 9. pag. 3. Raymundus Ruffus, in Molinæ pro Pontifice pag. 425. qui ejusdem opinionis refert, & Geslonem de potestate Ecclesiastica consideratione 12.

CAP. XVIII.

Principes Seculares an consuetudine, vel præscriptione acquirere possint jurisdictionem adversus Clericorum personas, Et bona.

Jure postulat hic locus, ut differamus, an Princeps Secularis consuetudine, vel præscriptione acquirere possit jurisdictionem adversus Clericorum personas, & bona, atque ità an exemptio, & libertas Clericorum consuetudine, vel præscriptione tolli, vel abrogari possit: distinguo itaque, atque constituo duos casus.

Primus est, quando agitur de ipsius Clerici conveniendi persona, coram Principe, seu Judice Seculari. Hoc sanè casu recepta est Dòctorum sententia, usu, & consuetudine non acquirit aliquam jurisdictionem Principi, & Judici Seculari. Ità sanè Abbas, in cap. pervenit num. 12. & in cap. non minus. nu. 15. de immunitate Ecclesiastica, Rota Romana, in decis. 10. titulo de consuetudine in antiquis, quæ decedit, Regem Anglorum consuetudine acquirere non potuisse jurisdictionem aliquam à Clericos. Alexander, in cons. 149. n. 10. lib. 6. Felinus, in cap. 2. num. 2. de maio. & obed. Rocchus Curtius, in cap. ultimo num. 510. de consuetudine, Decius, in cons. 150. num. 4. Didacus Covarruvias, in libro primo practicarum questionum cap. 31. num. 5. Camillus Borellus, in additionibus ad Bellugam, in speculo Principum rub. 11. §. videndum in additione quæ incipit, probemus, qui decem usus est argumentis. Et scribit Curtius, in dicto cap. ult. num. 474. idem esse etiam, quando consuetudo esset immemorabilis. Idemq; sit Papa scivit, & toleravit, adhuc nihil operatur consuetudo hæc, sicuti decedit Rota, in dicta decisione. Ea est ratio, quòd tolerare non possit Papa, ut præjudicet ipsi exemptioni in universum, ut scribit Geminianus, in cap. 2. nu. 13. de probationibus in 6. Et præterea tradit Felinus, in cap. cum non liceat n. 12. ver. quinta concl. de prescripte. publicationem bullæ in cæna Domini, quæ fit quotannis interrumpere omnem præscriptionem, & usum. Comprobari fortius potest recepta hæc sententia ex his, quæ dice-

dicemus in libro subsequenti cap. 10. ubi demonstrabimus, Judicem Ecclesiasticum non posse usu, & consuetudine acquirere iurisdictionem contra Seculares, nisi multa concurrant.

Et ex his intelligimus, malè sentire Petrum Bellugam, in dicto speculo Principum urb. 11. §. videndum, num. 12. ver. probemus ergo &c. dum scripsit, valere, hanc consuetudinem, quâ Princeps, & Judex secularis jus dicit, imperiumque exercet contra Clericos. Rationes, & argumenta, quibus utitur Belluga, cum satis levia sint, non est, quòd nunc illis respondeam.

Secundus est casus, quando agitur de bonis Clericorum. Hoc etiam casu non valere consuetudinem, quòd Princeps Secularis exercere possit iurisdictionem in eis scribunt Bildus, Authent. Clericus, num. 2. in fine C. de Episcopis, & Clericis, & manifestus in cap. 2. in fine extra de iudiciis, Sic, & Rota, in dict. decisione 10. titulo de consuetudine in antiquis, Gulielmus Benedictus, in cap. Raynuitius, in verbo, & uxorem nomine Adelsiam in secunda decis. num. 120. de testamentis, Rebuffus, in commentariis ad concordata Regis Galliarum in rubrica de profectione concordatorum Francia propè finem. Et idem sentit Auffrelius, in additionibus ad Cappellam Tolosan. quest. 126. licet in tractatu de potestate Seculari super Eccles. reg. 2. num. 5. non explicet, quid hac consuetudine sentiat. Didacus verò Covarruvias, in libro practicarum question. cap. 31. num. 5. ver. non ita iniqua &c. non omninò damnat hanc consuetudinem, et si inquit in Hispaniis non servari: Et rectè quidem si enim consuetudine vel præscriptione vix acquirere possunt Ecclesiæ Prælati iurisdictionem in Seculares, ut dicemus subsequenti in libro, cap. decimo, quanto minùs possunt Principes, & Judices seculares hoc facere.

CAPITULUM XIX.

Principem Secularem sueri, & defendere, posse Seculares, & Clericos adversus injurias, & oppressiones Prælatorum, & Iudicum Ecclesiasticorum illis illatas. Et ibidem de validitate, interpretatione, & utilitate legum, & constitutionum Hispania, Lusitania, & Neapolis editarum ad repellendum, & coercendum injurias, & violentias Iudicum, & Prælatorum Ecclesiasticorum adversus Seculares, ac etiam, Clericos.

Regna Hispaniæ, Lusitaniæ, & Neapolis, leges, & Constitutiones regias habent, quibus sancitum est, Reges ipsos, ac eorum Officiales, & Ministros cognoscere posse de injuriis, & violentiis illatis à Iudicibus, & Prælati Ecclesiasticis non solum Secularibus, sed etiam suis ipsis Clericis. Ita sanè in Hispania extat lex, & constitutio regia, quæ est l. 2. tit. 6. lib. 1. nova collectio, cujus verba hæc sunt. Los Reyes de Castilla, de antiqua costumbre approvada, y usada, y guardada pueden conocer, y proveer de las injurias, y violentias, y suergas, que acaecen entre los Prelatos, y Clerigos, y Ecclesiasticas personas sobre las Iglesias, y beneficios. Hæc lex ita Latine redditur: Reges Castellæ, antiquâ consuetudine, approbato usu receptâ, & observatâ, possunt cognoscere, & providere, de injuriis, violentiis, & vi, quæ contingunt inter Prælatos, & Clericos, & Ecclesiasticas personas super Ecclesiis, & beneficiis. Extat, & altera lex, & Constitutio Regis quæ scripta est in l. 36. tit. 5. lib. 2. ejusdem nove collectionis, quæ ita legitur Por quanto, assi por derecho, como por costumbre immemorial nos pertenece alçar las suergas, que los Iuezes Ecclesiasticos, y otras personas hazen en las causas, que concocen no otorgando las appellaciones, que los legitima-

mente son interpuestas, por onde mandamos à nuestros Presidentes, y Oydores de las nuestras audiencias de Valladolid, y Granada, que quando alguno venirè antes ellos quexandose, que no se le otorgò la appellacion, que justamente interpone algun Iuezes Ecclesiasticos, den nuestras cartas en la forma acostumbra da en nuestro consejo, para que se le otorgue la appellacion, y si el Iuez Ecclesiastico no la otorgare, mandan traer a las dichas nuestras audiencias el processo Ecclesiastico originalmente, el qual trayda sin dilacion lo vean, y si por el le constara, que la appellacion esta legitimamente interpuesta, alçando la fuerça, provean que el tal Iuez la otorgue, porque las partes puedan seguir su justicia ante quien, y como deven, y repongan lo que despues della huviera hecho, y si por el dicho processo pareciere, no ser la appellacion legitimamente interpuesta, remiten luego el tal processo al Iuez Ecclesiastico con condenacion de costas, se los pareciere, para que el proceda, y haga Justicia. Quæ sanè lex, & constitutio Latine verti sic potest, Quoniam tam ex jure, quam ex immemorabili consuetudine ad nos spectat tollere vim, & occurrere injuriæ, quam Judices Ecclesiastici, & alij Judices interdum faciunt in causis, quas cognoscunt, dum appellationes legitime interpositas non admittunt. Propterea, mandamus Præsidibus, & Auditoribus nostrarum Audientiarum Valliseletti, & Granatæ ut si quis coram ipsis conqueratur; quòd non fuerit admissa appellatio, quam à Iudicibus Ecclesiasticis legitime interposuerit, concedant ei literas regias in forma apud Consilium nostrum recepta, nempe ut admittatur illius appellatio, quam si Judex Ecclesiasticus nihilominus admittere noluerit, jubeant offerri ad superscriptas audientias nostras processum Ecclesiasticum originale, quo recepto, statim, nulla interpositâ morâ illum videant; & si ex eo constiterit, appellationem legitime interpositam fuisse; provideant, vim & injuriam ipsam tollendo, ut Judex ille Ecclesiasticus illam omnino admittat, ut partes possint jure suo uti, ac coram quo debent consequi, ac revocare, & vindicare quicquid post interpositam appellationem Judex ille fecerit. At si ex eodem processu constiterit, appellationem non fuisse legitime interpositam, statim illum remittant Judici Ecclesiastico cum condemnatione, si ita illis videbitur, expensarum, ut Judex ipse procedat, & justitiam faciat.

Neapolitani tres habent leges & constitutiones à prædictis non dissimiles, Regis Roberti, quarum prima ita se habet. Ad regale fastigium divinâ providentiâ proveliti; populum nostra ditiori subiectum libenter in justitia regimus, & cum charitatis affectu sub nostra protectionis brachio præsidialiter conservamus. Sanè in Auditorio nostro inculcatione frequenti las plurimum querela perstrepuis, & clamor validus, tumultuosaque vociferatio produxit, quòd Prælati Regni nostri Sicilia, Hospitalarii, Monachi, alique Clerici diverse conditionis, & status, Vasallos eorum, quos obtinent pro Ecclesiis, quibus præsumunt, aliosque nostros fideles, & subditos in personis, & rebus, oneribus diversis angariantur; molestiis tadofis afficiunt, & extorsionibus immoderatis affligunt, in quibus profecto mentis displicentia premittitur, & pia compassionis officio interius anxiamur. Nos igitur hac audire murmura, & clamorosas insinuationes hujusmodi transire sub pallio requirentes, in examine recta considerationis adducti, quod ad regis officium specialiter pertinet, judicium facere, atque justitiam, & auxilium præbere pauperibus contra potentes maxime, & liberare de manibus calumniantium vi oppressos: Quodque in eodem Regno Sicilia, generali, & eminente præcipuâ potestate fungentes, omnium ibi de gentium sumus domini personarum, in quas merum habentes Imperium, & coercionem omnimodam, omni personâ prorsus exclusâ, nisi à nobis habeat ex privilegio specialî, fidelitatis tua presentium auctoritate mandamus, quatenus si homines oppressi præfat,

prafati in tua Iurisdictione manentes, Pralatorum, & Ecclesiasticarum personarum huiusmodi sunt Vassalli, qui, tamen sint de feudo, quod ipsi tenent à Curia nostra eisdem hominibus sic gravatis, & oppressis, ad querelas eorum super injuriis, & damnis datis, facias celeris sit, ac expedita justitia complementum, ut tum per feudatarium suis Vassallis illata gravamina communi jure per superiorem Dominum feudi praecellentem superioritate precipue debeant removeri: Si vero jam dicti gravati homines subsint Vassallagio Pralatorum, & Ecclesiasticis personis eisdem, nec sint de feudo, quod à nostra Curia tenent, adhuc in eorum subsidio ipsius tua Iurisdictionis favoris presidium non desistat, quin protegas eos vigore justitiae, & praesidialibus adminiculis defendas. In Ecclesiarum quidem Vassallis, & aliorum quorumlibet in eodem Regno Sicilia feuda tenentium superioritatem singulariter obtinemus. Et quamvis contra Pralatorum & Clericorum personas se nostra potestatis auctoritas communiter non extendat, adversus tamen Officiales laicos, qui eis in illicitis obedire non debent, & ad protectionem, mantentionem ac defensionem omnium subditorum nostrorum Regni prafati libenter erigitur praeminens nostra potestatis brachium: Quod si forte alii homines, qui eorundem Pralatorum Ecclesiasticarumque personarum Vassalli non sint, graventur, eis gravatis, & oppressis huiusmodi tua Iurisdictionis potentis suffragio assistas, non solum per juris opportuna remedia, sed per facti defensionem, obstaculum, & recuperationis de facto interpositum iuramentum, non exigens in his cognitionalia ordinare certamina, qua in Pralatorum & Clericorum personas, atque negotia non posses communi censurâ rationaliter exercere, sed factâ tibi de injuriis, rapinis, & damno illatis, ut permittitur, prafatis hominibus, informatione summaria, per facti notorium, vel rei evidentiam, vel famam publicam, aut designationem aliam testantem commissam injuriam, praemissa efficaciter compleas tua diligentia promptitudo. In casus probatione negotii sufficiat tibi edictum generale proponere, & quicumque sua interesse putaverit, visurus accedat producendorum in causa testium iuramenta, oppositurus que circa rei substantiam voluerit allegare. Hac quippe mentibus nostris, praemissa rationes insinuant Dominicâ charitatis affectus, & mentalis compassio signanter exorant, ac exempla laudabilia imitanda consuevant. Erat quidem occursum in Israelitico populo David Rex, statuitque antiqua prudentia, ut quilibet ladendus confugeret ad statuas Principum pro tutela, qua sic Dominorum potestatem restrinxit in subditis, ut eos distribuit, & inordinate non premeret, vel ipsos pro voluntate excessuum immoderatâ severitâ non arceret, & in propellenda injuria, non inferenda, esse describitur lex virtutis; Qui enim cum potest, injuriam non repellit à proximo maxime naturaliter conjuncto, in vitio pariter communicas facienti. Sanctus quidem Moyses, cum videret Hebraeam injuriam ab Aegypto patientem obstaculum defensionis aggressus est, adeo ut Aegyptium in terram prostraret, & ipsum in sabulo oblitum sepeliret. Consequenter itaque per nos in illo providè prospicitur, quod rationis iudicio, probitatis exemplo & excellentis charitatis fomite comprobatur. Praesentes autem literas validioras in antea, ut earum efficacia valeat, dari volumus alterutrum inpendenti, quas ad te praesentem Iustitiarium & eos successores in eodem officio eandem vim, eandemque vigorem decernimus obtinere.

Secunda est ejusdem Regis Roberti Constitutio, quae ita legitur. Charitatis affectus qua propter proximi Deum, obligat, ad omnes generaliter se extendit, ad illosque precipue, quos magis conjunctio proxima, & oppressio injuria radiosè fatigat. Sanè pro parte viri nobilis Rogerii Coelanis, Consiliaris familiaris, fidelis nostri, dilecti, fuit nobis noviter conquerendo monstratum, eum tenentem, & possidentem justè, & rationabi-

liter à Nostra Curia Castrum Castuli de Iurisdictione sua, cum tenimento ipsius, nec non homines dicti Castrum Castuli Vassallos suos ab una, cujus conjungitur Territorio Castrum Viti, & ab alia parte, cujus conjungitur Territorio Castrum Iohè, & si qui alii sunt confines. Venerabilis igitur religionis vir Abbas, & Conventus Sanctae Mariae de Vieltora; & conventus Monachorum ipsius Monasterii eorum juribus non contenti, sed confisi de privilegio Clericali, quo gaudent, nec non favore Universitatis hominum Castrum sui, & homines Universitatis ipsius super possessiones dicti Territorii, quandoque per se, quandoque per submissas personas eorum, & dicti Monasterii nomine turbant indebitè, & multipliciter inquietant, & molestant, non permittentes eundem exponentem, & alios ejus nomine pacificâ possessione dicta terra gaudere, ac fructus, redditus & proventus provenientes ex castro ipso quietè percipere, & habere: Quinimo minantur pro parte Castrum ipsum capere, & commodis eorum applicare. Amplius ad petitionis instantiam ipsorum Abbatis, & Conventus certa frumenti quantitas ex juribus dicti Castrum proveniens de mandato tui Iustitiarum praesentis, fuisse exponitur arrestata in ipsius Comitum grave praedictum, & jacturam, super quo subveniri sibi potestatis vestrae praesidio suppliciter postulavit. Quia igitur fideles nostros regni Sicilia, quos specialis nobis conjunctio charitatis, & naturalis amplexus, quos favoribus libenter prosequimur, ab injuriis per nostra protectionis apta suffragium defensimus, fidelitatis vestrae harum serie, de certa nostra scientia praecipiendo, mandamus expresse, quatenus si ita est, ut exponitur, tam in praesens Iustitiarum, quam vos alii successivè futuri praesato supplicanti, seu persona legitima pro eodem molestato taliter, vel turbato assistatis efficaciter per officii vestri partes, quod super possessione dicti Castrum Territorii, ac perceptione pacifica, ac quietâ jurium, reddituum, & proventuum, ac fructuum provenientium ex eodem, nil indebitum per dictos Abbatem, & Conventum, seu alios pro eis quomodolibet inferatur, adversus molestias, injurias, & oppressiones jam dictas, seu eis & aliis ipsorum, & dictae Ecclesiae nomine praesidialiter taliter assisturi, quod defensio repellat injuriam, & vis per vim licite, & per opportunum obstaculum propulsetur. Restitutorus in praesens Iustitiarum, dicto exponenti dictum frumentum penes te existens, si illud dicto modo arrestaveris, seu ex juribus dicti Castrum provenieris, prout juri, & justitia videris expedire. Praesentes autem nostras litteras &c.

Tertia est ejusdem Roberti lex, & constitutio, cujus verba haec sunt. Finis precepti charitas bonum operatur ad omnes, scilicet, ad domesticos fidei maxime se convenit, quod fit, ut non solum conjunctis, & subditis humanitas nostra subveniat, sed ignotis, & exteris praesidium charitatis assistat. Sanè Ioannis Tabollarii de Castro Villaro Canonici Cusentini, fidelis nostri, collata culmini nostro petitio cantinebat; Quod ipse auctoritate quarundam literarum Apostolicae sedis justè, & rationabiliter in Diocesi Cusentina in pertinentiis scilicet Monticini, & Marthorani quandam praebendam, qua vulgari vocabulo vocatur, Capornazo, cum tenimento vocato Albu, aliisque terris cultis, & incultis, juribus, redditibus, & proventibus suis omnibus possidet, atque tenet. Queritur tamen quod Gulielmus Persona, & Oliverius ejusdem cognominis Clerici de Rosano una cum certis eorum consanguineis, atque sequacibus exponentem ipsum, seu procuratorem ejus super perceptione, vel quasi perceptione dictorum fructuum, aliorumque jurium praesata praebenda turbant indebitè, & multipliciter inquietant, super quo dictus possessor Clericus ad tollendam inquietudinem, & molestiarum injuriam nostra auctoritatis praesidium

imploravit. Nos igitur providâ, & intrinsecâ pariter diffusionem, putantes, quod se charitas extendit ad omnes, ut de pellenda injuria, & non de inferenda lex virtutis assumatur. Qui potest injuriam ab alio pellere, si non faciat de culpa notatur, sicut in Sancto Moyse patenter apparuit, qui cum vidisset Hebræum ab Agyptio injuriam patientem defendit, ita ut Agyptium prosterneret, & absconderet in arena, fidelitati vestra presentium tenore mandamus, quatenus exponenti prefato, & molestato pariter vestra Iurisdictionis in his petenti suffragio assistatis, non solum per juris opportuna remedia, sed per apia defensionis prædialia juramenta, non exigentes in istis cognitionalia ordinare certamina, qua in Ecclesiarum personas, atque negotia non possitis communi censurâ rationabiliter exercere; scilicet factâ vobis de molestatione prefatâ informatione summariâ, per facti notorium, vel rei evidentiam, famamve publicam, aut inquisitionem aliam attestantem commissam molestationis injuriam præmissa efficaciter suppleat vestra diligentia promptitudo. In cujus probatione sufficiat vobis edictum generale proponere, quod quicumque sua interesse putaverit, visurus accedat producendorum in causa prædicta restium juramenta, & appositurus, que circa hujus rei substantiam pro se voluerit allegare. Hac quippe mentibus nostris præmissa rationes insinuans, dominica charitatis affectus, & mentalis compassio signanter nos excitant, & exempla laudabilia imitanda confirmant; cum enim simus in nostro Regno Sicilia Domini personarum, sic tenemur gravatis, & oppressis resistere, quod per brachii nostri potentiam se valeant defendere. Nam omnis gemens à Saule vexatus, dum à facie persecuentis impellitur, Regi David tuto præsidio presentatur; Vosque alii Iustitiarum successivè futuri: sic dicto supplicanti prædialiter assisturi per officii vestri partes, quod tam super possessione, seu quasi, Canonicatus prædicti, quam perceptione fructuum, & obventionum provenientium ex eisdem, per eosdem Gulielmum, & Oliverrum, & quosvis alios turbatores illicitos molestia aliqua minus debite nullatenus inferatur. Presentes autem literas, post opportunam inspectionem earum, remanere volumus præsentatas, efficaciter in perpetuum valituras.

Lulitania, quam nunc Portugalliam appellant, habet, ut audio, similem legem, & constitutionem, quæ hodie scripta, & inspecta legitur in libro secundo ordinationum, tit. 1. §. è podera: &c. Illius verba non adscripsi, cum ejus copia facta mihi non fuerit.

De harum legum, & Constitutionum validitate, interpretatione, præxi, & usu, etsi permulti eruditissimi, gravissimique juris interpretes multa doctè, & accuratè scripserunt, in eo tamen Lillorum pace dictum sit) mihi defecisse videntur, quod non habito aliquo personarum, & casuum delectu, & differentia perplexè, & confusè plus satis, eorum interpretationes scriptis commiserunt. Dabo igitur operam, meis pro viribus, ut lucem aliquam, etsi non omnem, his afferam.

Quod equidem libentissimo faciam animo, ut & desiderio, & mandato majorum meorum, quibus obtemperare omnino debeo, aliqua ex parte satisfaciam. Et primum quidem, jure existimo, has leges, & Constitutiones tanquam juri divino naturali, ac positivo, consentaneas (quod suis locis ostendemus) esse observandas; Nam juxta Divi Isidori sententiam, in v. erit autem lex &c. distinctione 4. sunt honestæ, justæ, possibiles, secundum naturam, & secundum consuetudinem Patriæ, locis temporibusque convenientes, necessariæ, ut utiles manifestè, nullo privato commodo, sed communi Civium utilitate conscriptæ. Et præterea sunt secundum explanationem Turrecrematæ in d. c. erit autem lex, & Dominici Soto, in libro primo de Iustitia, & jure q. 5. art. 37. conditæ, & promulgatæ à Regibus, qui potestatem habebant ferendi de his legem, cum in profanis, & quæ hujus

seculi sunt, neminem suis in Regnis, & ditionibus recognoscerent superiorem. Hispaniæ Regni duæ sunt Constitutiones. Illa prima, quæ scripta legitur in lib. 2. tit. 6. lib. 1. generalis est, quoad omnes oppressiones, & injurias, quæ committuntur inter Prælatos, & Clericos. De Secularibus nil sancitum, etsi à rationis majoritate dicendum est, comprehendi etiam casus, quando Clericus laico, & è contrâ laicus Clerico injuriam infert, & opprimere conatur, pro rebus profanis, & Ecclesiæ. Illa verò secunda Constitutio, quæ habetur in lib. 36. tit. 5. lib. 2. providet solo in casu, quâdo scilicet Judex tam Ecclesiasticus, quam Secularis recusat admittere justam appellationem interpositam à Clerico condemnato, ac etiam, ni fallor, à Seculari, sicuti significat dictio illa Lalguno) idest aliquis, quæ cõprehendit quemvis appellantein à lata sententia.

Regnum Neapolitanum, ut supra, retulimus, quatuor habet leges, & Constitutiones, quæ ab uno Rege Roberto editæ sunt. Prima est, quæ incipit. *Ad regale fastidium*. Hæc generalis est respiciens omnes casus oppressionum, & injuriarum Secularibus à laicis Judicibus pro Episcopis, & aliis Ecclesiarum Prælatibus factarum. De oppressionibus verò factis à Secularibus Clericis, & è contra, nil statuit Robertus.

Secunda est ipsius Roberti Constitutio, quæ incipit, *Charitatis affectus*, & providet solum uno in casu, nempe quando Seculares in sua possessione perturbantur extrajudicialiter à Clericis, & Prælatibus.

Tertia est lex ejusdem Regis Roberti, quæ incipit, *finis præcepti*. Hæc pariter lata est de uno casu tantum perturbationis, & molestiæ illatæ extra judicium à Clerico alteri Clerico possessori.

Quarta est ejusdem Regis Constitutio, quæ incipit. *Omnis prædictio*: Hac sancitum est pro Secularibus sua possessione spoliatis à Vicario Episcopi (quod intelligo extrajudicialiter) quemadmodum verba illa, *Auctoritate propriâ*, significare videntur spoliationem à Vicario, tanquam à persona privata factam. Imò & Judex, non servato juris ordine, spolians possessorem à sua possessione, à privato spoliatore non differt, sicuti ex aliorum sententia copiosè scripsi in *commentariis de recuperanda possessione, remedio octavo nu. 13. n. 19*. Cæterum etsi prædictæ leges, & Constitutiones non provent, nisi certis in casibus, verum tamè est, quod vel ob majoritatem rationis alii includantur, vel propter eadem rationem extendantur juxta *l. illud ff. ad legem Aquiliam*, & scribunt post alios Cravetta, in *cons. 62. n. 14. & in cons. 138. n. 3.* & Tiraquellus, in *l. si unquam, in verbo libertis n. 45. Cod. de revocan. donat.* Vel demum reliquerunt in juris communis dispositione juxta *l. commodissime ff. de libertis, & posthumis, cum vulgatis similibus*. Quod verò de omnibus oppressionibus, & injuriarum casibus, quodque de personis oppressis, & ipsis oppressoribus, ac demum de Regis, & Principis defensoris munere, jure tam divino, quam humano dicendum, & observandum sit facile intelligimus, propositis, & explicatis quinque conclusionibus, quarum primâ in universum ostendemus, Regem, & Principem omni jure teneri, & debere Cives, & Subditos suos defendere, & tueri ab injuriis, & oppressionibus potentiorum; Secundâ, Regem, & Principem teneri, & debere defendere à prædictis oppressionibus non solum Seculares homines subditos suos, sed, & Clericos, qui eodem Subditorum nomine contineri dicuntur; Tertiâ Regem, & Principem teneri, & debere defendere prædictos Seculares, & Clericos ab oppressionibus eis illatis ab aliis Clericis tanquam personis privatis. Quartâ, Regem, & Principem teneri, & debere defendere prædictos Seculares, & Clericos ab oppressionibus eis illatis à Judicibus Ecclesiasticis inferioribus; Quintâ, & ultimâ Regem, & Principem teneri, & debere tueri, & defendere prædictos subditos suos ab oppressionibus eis illatis ex rescriptis, & concessionibus Põtificiis falsis, & malis suggestionibus à summo Pontifice impetratis, De harum cõclusionum differendo intelli-

intelligemus, quomodo, & quibus in casibus loquantur prædictæ leges, & Constitutiones, ac etiam Doctores, & interpretes, qui ut *supra* annotavi, subobscure, & perplexè, sine aliquo delectu, illas sunt interpretati. Sed ad rem.

Prima itaque conclusio est, Principem jure divino, naturali, civili, & Pontificio teneri, & omnino debere tueri, & defendere Cives, subditosque suos ab oppressionibus, & injuriis potentiorum. Conclusio multis juribus rationibus, & interpretum auctoritatibus sic probatur.

Primo lege divinâ, quæ habetur *Exodi cap. 2. relata in cap. non inferenda. 23. quæst. 3.* ubi Moyses Hebræum ab Ægyptio injuriam, & oppressionem patientem defendit, ita ut Ægyptium prosterneret, & in sabulo, seu arena absconderet, sic ut ibidem subjicitur, & Salomon ait, *proverb. 4. Eripe eum, qui injustè ad mortem ducitur.* Et apud Hieremiam Prophetam *cap. 22.* ita scriptum legitur. *Hæc dicit Dominus, facite judicium, & justitiam, & liberate oppressum de manu calumniatoris.* Et hoc quidem proprium Regis, & Principis. Hunc Hieremiæ locum exponens scribit Divus Hieronymus, ut & relatum est *in cap. Regum 23. q. 5.* cujus verba hæc sunt. *Regum officium est proprium, facere judicium, atque justitiam, & liberare de manu calumniantium vi oppressos, & peregrinis, pupillisq; quod facilius opprimuntur à potentibus, præbere auxilium.* Hæc Divus Hieronymus. Et rectè, ac Sanctè quidem; nam cum Rex sit Dei Minister in terris, sicuti egregiè scribit Plutarchus *de doctrina Principis,* & Cornelius Tacitus, *in lib. 3. annalium,* ea quæ ipse Deus mandavit, facere tenetur nempe ne minus potentes à potentioribus opprimantur, & injuriâ afficiantur.

Secundò accedit illud Divi Pauli ad Timotheum *epistola prima cap. 5. si quis autem* (inquit Apostolos) *suorum, & maxime domesticorum curam non habes, fidem negavit, & est infideli deterior.* Quæ sanè Apostoli vera sententia maximè convenit Principi, cujus curæ, & custodia commissa est populi universitas; Et comprobatur egregiâ Divi Ambrosii *in libro de officiis auctoritate relata in cap. non satis §. grandis 86. distinct.* cujus verba placet adscribere *Grandis culpa: est, si sciens se fidelis egens, si scias eum sine sumptu esse, fame laborare, arumnam perpeti, qui præsertim egere erubescit. Si in causam ceciderit, aut captivitatibus suorum, aut calumnie, & non adjuves. Si sit in carcere, & panis, & supplicii propter debitum aliquod justus excrucietur: (nam etsi omnibus debetur misericordia, tamen justo amplius:) si tempore afflictionis sue nihil à te impetret; si tempore periculi, quo rapitur ad mortem, plus apud te pecunia tua valeat, quam vita morituri; non est leve peccatum.* Hæc Divus Ambrosius. Idem censuit Pelagius Pontifex Maximus, *in c. omnis qui gomebat, ver. qui autem 7. q. 1. Qui autem* (inquit Pelagius) *negant misericordiam faciendam fugientibus, ac necessitatem patientibus, ipsum Christum negant, qui est misericordia, & veritas.*

Tertiò confert, quod legitur apud Apostolorum *acta cap. 23.* relatum *in c. Maximianus 93. quæst. 3.* ubi Divus Paulus timens opprimi à Judæis, qui in eum conspirabant per adolescentem significavit Tribuno ipsorum Romanorum, ut sibi opem ferret. Et apud eadem *acta cap. 25.* idem Apostolus metuens duci ab eisdem Judæis Hierosolymam, ad Principes, Scribas, & Phariseos, Cæsarem appellavit. Si ergo licuit Paulo pertimescenti injustum Phariseorum judicium adire Tribunum, & Cæsarem appellare, ut ab eis defenderetur adversus Judæorum oppressiones, & injurias, cur non licebit Seculari, ac Clerico, à Judice, Prælatoque suo oppresso, & injuria affecto, ad Judicem Secularem confugere, & ab eo auxilium, opemque consequi, & referre? Et si Tribunus, &

Cæsar poterant, & debebant tueri, & defendere Apostolum ab oppressionibus Judæorum, ac eorum Principum, Scribarum, & Phariseorum, quid est, & impedimento esse potest, quin Rex, & Princeps tueri, & defendere possit, & debeat sibi subditos, sive Seculares, sive Clerici sint ab oppressionibus Judicis, & Prælati Ecclesiastici? Quarto non solum lege divinâ, ut demonstravimus, sed etiam naturali, Rex, & Princeps tenetur defendere, & tueri cives, subditosque suos ab injuriis, & oppressionibus cujuscunque potentioris, sicuti in specie tradit Fernandus Vasquius, *in libro primo controversiarum illustrium, c. 41. n. 20. & in lib. 2. c. 51. n. 72.* & rectè quidem; Nam certum est jure naturali permissum, datumque unicuique se ipsum defendere, & vim injuriamque vi repellere *l. ut vim ff. de justitia, & iure. l. sed & passus §. 2. ff. quod metus causa, & l. 3. §. cum vi. ff. de vi, & vi armata, & Clem. pastoralis §. Caterum. de re iudicata,* & egregiè Marcus Tullius, *in oratione pro Milone,* his verbis. *Est enim, Indices, hæc, non scripta, sed nata lex, quam non didicimus, accepimus, legimus; verum ex natura ipsa arripimus, hausimus, expressimus, ad quæ non docti, sed facti, non instituti, sed imbuti sumus; ut si vita nostra in aliquas insidias, si in vim, si in tela aut latronum, aut inimicorum incidisset, omnis honesta ratio esset expeditio de salutis.* Hæc Cicero, qui libro primo de officiis sic scriptum reliquit. *Principio, generi animantium omni est à natura tributum, ut se, vitam, corpus tæantur, declinent ea, qua nocitura videntur &c.* Et defensionem sui ipsius, & suorum esse juris naturalis receptum magis est apud nostros, sicuti scribunt Baldus, & Alber, *in dicta l. ut vim ff. de iustitia, & iure,* & ibidem Zalius *numer. 9.* & novè Riminaldus junior, *numer. 52. qui num. 50. & num. 54.* refert Franciscum Conn. *in libro primo commentariorum iuris cap. 4.* & Rodericum Suarem, *in l. quomodo in prioribus, in secunda limitatione num. 4. C. de inoffioso testamento,* qui intelligunt esse jus naturale secundarium, quod alio nomine appellatur, jus gentium primum. Porro Rex, & Princeps, se ipsum tueri, & defendere dicitur ab injuriis, & oppressionibus, si Civem, subditumque suum tueretur, & defendit, cum Cives sint Reipublicæ membra, ipse verò Princeps caput, ut egregiè suadent Lucas de Penna, *in l. quicumque colum. 3. ver. istam Princeps C. de omni agro deserto lib. 11. §. l. 2. C. de appellationibus Procons. & legati lib. 12.* & Franciscus Avilas, *in tractatu Prætorum in proœmio, in verbo regimento n. 7.* Præterea jus ipse Naturæ tribuit facultatem patri defendendi proprium filium. Ita Bartolus, *in l. ut vim n. 7. ff. de iustitia & iure, Baldus, in repet. l. 1. n. 19. ver. circa personam C. unde vi, Decius, in d. l. ut vim. n. 32. & ibidem Riminaldus junior, n. 369. & Petrus Placa, in epitome delictorum, cap. 28. num. 21. & 22.* His addo Flotianum, *in l. scientiam §. qui cum aliter num. 8. ff. ad legem Aquiliam;* & egregiè Marcus Tullius, *in libro tertio de finibus sic scribit. Ut Tauris naturâ datum est, ut pro vitulis contra Leones, summâ vi impetunque contendant, si is, qui valent opibus, atque id facere possunt, nō do Hercule, & Libero accepimus, ad servandum genus humanum naturâ incitantur;* Sic & divinus propè ille Plato *in Timæo* inquit, Unumquodque animal pro suis fœtibus dimicare. At Regem, Principemque suorum Civium, & Subditorum patrem esse dicimus ex sententia Baldi, *in rubrica ff. de rerum divis. num. 3. in fine,* & Francisc. Avilas, *in tractatu Prætorum in proœmio in verbo, regimento, n. 8.* & sensit Aristoteles, *in libro octavo Ethicorum, cap. 11.* Rursus lex ipsa naturæ docet, maritum tueri, & defendere posse, ac debere propriam uxorem, sicuti tradunt Bartolus, & Decius, *in d. l. ut vim ff. de iustitia, & iure, ille n. 7. iste n. 32.* Sic & Floriano

in I. scientiam. §. qui cum aliter num. 9. ff. ad legem Aquilianam. Ratio est, quia vir, & uxor sunt duo in carne una. Genesis cap. 2. & dicuntur socii divinæ, & humanæ domus. l. adversus. C. de crim. expil. hered. Porro Rex, & Princeps dicitur Maritus Reipublicæ, sicque civium, ut egregiè tradunt Lucas de Penna, in dict. l. quicumque. col. 3. ver. item Princeps C. de omni agro deserto. lib. 11. & Franciscus Avilas, in loco supra allegato. Et demum Princeps est populorum, & Civium amicus, & Pastor si credimus Aristoteli, in præcitate lib. 8. Ethicorum, cap. 11. in principio, cuius verba placet ascribere. In unaquaque autem Republica tantum amicitia constat esse, quantum & iusti. Atque Regis quidem amicitia ad eos, qui reguntur, in excellentia beneficii consistit, confert enim in eos beneficia, qui ab ipso reguntur, siquidem cum sit bonus, curam ipsorum habet, quod bene sese habeant, ut ovium pastor. Unde, & Homerus Agamenonem populorum appellavit Pastorem. Talis autem est, & amicitia paterna; beneficium verò magnitudine differt. Porro, & Deus ipse Optimus Maximus, & natura iubet, pastorem ovium tantam ad eum curam habere debere (ita scriptum est apud Evangelistam Joannem cap. 10.) ut animam suam, id est propriam salutem, pro eis ponat. Sic & amicus amicum tuetur, & defendit. cap. dilecto ver. & quidem de sententia excomm. in 6. & scribunt in l. ut vim. questione 3. ff. de iustitia, & jure, & ibidem copiosè Riminaldus junior, num. 381. 388. & 389. & multis probat Gramm. in Consilio 56. num. 22. in criminalibus. Et demum Rex, & Princeps, & ejus Cives, & subditi dicuntur societate quadam conjuncti, ut legitur libro primo Regum cap. 23. his verbis. Fuit Rex Saul, & Socii ejus, & scribit Præpositus, in summa, distinctione 15. num. 51. Porro certum est jure naturali Socium tueri, & defendere debere Socium, sicuti tradunt Baldus, in dicta l. ut cum 9. 4. Albertus in l. s. C. unde vi, & alios commemorant Gramm. in d. cons. 16. num. 25, & Petrus Placa, in epitome delictorum, cap. 28. num. 28.

Quintò jure positivo, & primò quidem Cæsareo, comprobatur hæc sententia, hoc est responso Ulpiani, in l. illicitas §. si potentiores ff. de officio Præsidis, his verbis. Ne potentiores viri humilioras injuriis afficiant, neque defensores eorum calumniis criminibus infestentur innocentes, ad Religionem Præsidis Provincia pertinet, &c. Et rectè quidem Ulpianus, cuius sententiam confirmant verba Marci Tullii in libro secundo de officiis, sic scripta. Nam cum premeretur inops multitudo ab iis, qui majores opes habebant, ad unum aliquem confugebant, virtute præstantem, qui cum prohiberes, injuriâ tenuiores, equitate constituenda, summos cum infimis pari jure retinebant. Hæc Cicero. Quòd si Præsidis Provinciæ est hoc munus, tueri perpressos, multò magis Regis, & Principis, qui dicitur Civium protector, & pater. Et sicuti Princeps jure debet defendere Vassallos ab ipso Principe feudo donatos, ut tradunt Baldus, in l. 1. quest. 7. num. 21. in secunda lectione C. unde vi, & Horianus, in dicta l. scientiam §. qui cum aliter num. 9. ad legem Aquilianam. Sic & olim constitutio Romuli, ut in ejus vita scribit Plutarchus, hoc erat inter patronos, & clientes vinculum, ut patroni omnia pro clientibus facerent, quæ pro filiis patres, & ex adverso patronis exhiberent Clientes reverentiam, & obsequium, & pietatem, quam parentibus filiis; Quòd si alteruter clientelam violasset, reus fieret prodicionis, sicuti memoriæ proditum est à Dionysio Halicarnassèo in lib. 1. Et propterea Rex, & Princeps, & Reipublicæ moderator ob oculos habere debet præclaram illam Marci Tullii in libro primo de officiis sententiam, his scriptam verbis. Omnino qui Reipublica præfaturi sunt, duo Platonis præcepta teneant. Vnum ut utilitatem Civium sic tueantur, ut quidquid agant, ad eam referant, oblii commodorum suorum. Alterum,

ut totum corpus Reipublicæ curent, ne dum partem aliquam tuentur, reliquas deserant, ut enim tutela, sic procuratio Reipublicæ ad utilitatem eorum, qui commissi sunt, non ad eorum, quibus commissi, gerenda est. Qui autem parti Civium consulunt, partem negligunt, rem perniciosissimam in Civitatem inducunt, seditionem, atque discordiam. Hactenus Cicero. Quemadmodum ergo necesse habet pater, ut diximus supra, tueri, & defendere filium, & patronus clientem, ita & Rex, Princepsque Civem, Subditumve suum. Et rursus si Rex, & Princeps non tueatur, & defendat oppressuram & injuriam affectum, oppressori consulat, & favorebit, & in Civitatem inducet discordiam, & seditionem, quæ omnium malorum est, ut dixit Cicero, pessima.

Secunda est conclusio, Principem jure divino, naturali, civili, & Pontificio teneri defendere, & tueri ab injuriis, & oppressionibus non solum Cives, & subditos suos Seculares, & profanos, sed etiam multò magis Clericos, & Ecclesiasticos. Conclusio hæc probatur.

Primò eâ ratione, & argumento, quòd Princeps, ut supra demonstravimus, tenetur omni jure defendere Cives, & subditos suos; atqui Clerici dicuntur Cives, & subditi Principis Secularis, quo ad profana, & temporaria, ergo Clerici ii possunt & debent tueri, & defendi à Principe. Illa minor propositio, quòd scilicet Clerici dicantur, & ipsi Cives Principis Secularis, affirmatur à multis. Ita sanè Bartolus, in l. 1. n. 10. & 11. ff. ad municip. Baldus, in c. s. col. ult. ver. an Sacerdos de militie vasa, qui arma bell. depos. Alexander, in l. in provincialis §. ult. n. 12. ff. de novi operis nunciacione, Natta, in cons. 175. n. 8. lib. 1. Idem ex sacris Theologis affirmant Franciscus à Victoria, in relectione de potestate Ecclesiæ, distinct. 7. in quarta propositione, Dominicus Soto, in 4.º sententiarum, distinct. 25. questione 2. art. 3. in quarta conclusione, Ludovicus Molina, in tractatu de iustitia, & jure, dispensatione 31. in fine, Bellarminus, in primo tomo de controversiis, libro primo de Clericis, & Sacerdotibus cap. 28. in secunda, & tertia conclusione. Et Clericos esse quo ad profana subditos Principis affirmant Præpositus, in cap. in primis §. de persona. 2. quest. 1. num. 6. post Joannem Andream, quem refert; sic & Baldus, in l. s. hujus studii ff. de iustitia, & jure, scribit Clericum esse Reipublicæ partem. Et Baldum secuti sunt Franciscus Martius, in quest. 456. num. 9. in prima parte, Alcuius, in cap. cum non ab homine, num. 25. ver. non obstat. de judiciis, Ofascus, in decisione 30. num. 5. & 8. Ignatius Lopez, in additionibus ad practicam canonicam criminalem Bernardi Diaz, cap. 55. column. 18. Sic & Joannes de terra rubea, in tractatu contra rebelles, in tertia parte articulo 5. Conclusione quinta, dixit, personas Ecclesiasticas esse membra mystici regni, & idem in cons. 27. scripsit, quòd sicuti pater familias habet potestatem æconomicam etiam in Clericum ex sua familia, sic, & Princeps, qui dicitur caput Reipublicæ, & Clericus membrum Principis. Respondit etiam Oldradus, in cons. 34. ver. & id circo, personas Ecclesiasticas, tamquam partem universitatis usi posse ad sui commodum, & favorem statuti ipsius Communitatis. Et idem Oldradi nomine suppresso scribit Alberticus, in l. 1. column. 2. ver. vide etiam ff. quod cujuscunque univer. nomine, & in tractatu statutorum, in secunda parte quest. 2. n. 27. & securus est Felinus, in c. cum ten. 8. de rescriptis, sic & Marcus Salon, de pace, in commentariis ad leges partitarum Hispaniæ in prima parte in l. 3. conclus. 3. num. 399.

Secundò probatur hæc conclusio auctoritate Divi Augustini, in lib. 2. contra epistolam Petiliani, relata in distinct. 10. c. si in adiutorium vestrum terreni Imperii leges assumendas putatis, non reprehendimus; fecit hoc Paulus cum adversus injuriosos Romanum se esse testatus est. Hæc Divus Augu-

Augustinus. Si ergo licet Clericis in auxilium leges Cæareas assumere, quanto magis eisdem licebit adire ipsum Imperatorem, Regem, & Principem, ut ab injuriis, & oppressionibus potentiorum defendatur, cum Princeps ipse dicatur lex animata in terris, ut inquit Justinianus, in *S. omnibus, ubi glossa in Auth. de Consul.*

Tertio confert Canon Marcelli Pontificis Maximi, in *cap. ult. distinctione 96.* ejus verba hæc sunt. *Boni Principis est, & religiosi, Ecclesiis coneritas, atque conscientiam restaurare, novis adificare, & Dei Sacerdotes honorare, atque tueri &c.* Idem etiam habetur in *cap. tributum, 22. quest. 8.*

Quarto accedit antiquissima quasi possessio Regis, tuendi, & defendendi Clericos, quemadmodum de hac quasi possessione Navarrus, in *cap. cum contingat in primo remedio, ver. octavo facit, de rescriptis*, Didacus, in *libro practicarum questionum cap. 35. num. 2. in fine ver. ceterum & n. 3. ver. quinto justitia*, & Ignatius Lopez, in *additionibus ad practicam criminalem Bernardi Diez, cap. 102. col. 8.* Que sanè quasi possessio antiquissima quid operetur, dicemus infra in ultima conclusione argumento penultimo.

Nec huic veræ, & probatæ conclusioni repugnat *cap. placuit num. 1. & 2. quest. 1.* quibus prohibetur Clericus confugere ad Principem Secularem, ut ipse cognoscat de controversiâ inter se, & alium Clericum. Ea videtur esse ratio, quod de Ecclesia malè sentire videtur is, qui à Judice Seculari judicium postulat. Hinc sancitum est in *cap. si quis 23. quest. 8. & ibidem glossa.* puniri Clericum, qui spreto Judice Ecclesiastico ad Imperatorem confugit; Nam respondetur, ut diximus supra in casu nostro non recurri ad Principem Secularem, ut ipse cognoscat de causa contra Clericum, & sententiam ferat, sed ut viâ, & modo extrajudicialis defensionis Clericum oppressum tueatur, & defendat, sicuti declarando prædictas leges, & Constitutiones Regias scribunt Lucas de Penna, in *l. si coloni, col. penult. in fine C. de agricol. & cens. lib. 11.* Afflictus, in *decisione 24. num. 9. & in decis. 85. num. 2. & in commentariis ad Constitutiones Neapolitanas, rubr. 67. de Sacramento præstando, Balivis, cap. de Burgenfaticis num. 2.* Navarrus, in *dicto cap. cum contingat, in primo remedio, ver. septimo facit.* Didacus, in *dicto cap. 35. num. 3. ver. nec regii*, Joannes Guttierrez, in *libro primo practicarum questionum, quest. 20. num. 2.* Ignatius, in *dicto cap. 102. ver. præterea rem hanc*, Olascus, in *decis. 30. num. 19.* qui comprobant simili traditione Bart. in *l. de pupillo §. si quis ipsi Pratori num. 5. de operis novi nunciatione*, quem reliqui ibi, & alibi sequuntur.

His intelligimus justam, & juri divino, ac humano consentaneam esse legem, & Constitutionem prædictam Hispaniæ, quæ habetur in *dict. l. 2. tit. 6. lib. 1. nove collectionis*, quæ sancitum est, Regem agnoscere posse de injuria, & vi illata Clerico, & de quo quidem intelligi etiam potest *l. 36. tit. 5. lib. 2.* dum generaliter loquitur de oppresso à Judice Ecclesiastico non admittente appellationem à sententia à se lata. Intelligi sanè potest, ac debet etiam de Clerico oppresso & eò magis, quod regulariter Judex Ecclesiasticus est Clericorum Judex. Sic pariter de Clerico injuriâ affecto, & oppresso loquitur Constitutio illa Roberti, Regis Neapolis, quæ incipit, finis præcepti charitas.

Tertia conclusio, Principem teneri, & debere, tueri, & defendere tam Clericum, quam Secularem oppressum, & injuriâ affectum à Clerico itaquam privata personâ. Hæc conclusio in specie harum Constitutionum, & legum Regiarum affirmatur ab Afflicto, in *decisione secunda, & in decisione 24. & in commentariis ad Constitutiones Neapolitanas rub. 67. cap. de Burgenfaticis col. 1. & 2.* Gramm. in *commentariis ad dictum cap. ad regale fastigium, & in decisione 78.* Franciscus à Porta, in *conf.*

96. num. 20. Sic etiam intelligo Aufrerium in *tractatu de potestate Seculari super Ecclesiastica, & person. Eccles. reg. 2. fallen. 3.* Azavedo, in *l. 2. tit. 6. lib. 1. nova recompilationis col. 5. ver. nono Clerici*, & manifestius Joannes Antonius Niger, in *commentariis ad dictam Constitutionem Roberti, Finis præcepti cap. 206.* Et hæc conclusio clarè sumitur ex dicta Constitutione Regis Roberti, *Finis præcepti*; quæ juri communi est consentaneâ, quæ quidem jus ipsum commune permittit, quod vis Clerici alterâ vi repelli possit, sicuti scribunt Abbas, in *cap. 3. de senten. excommun.* ex illo textu, Decius, in *l. ut vim num. 7. ff. de justitia, & jure*, & ibidem Riminaldus junior, *n. 60.* Accedunt Marfilus, in *conf. 4. n. 5. & 6.* & Petrus Placa, in *epitome delictorum, lib. 1. cap. 28. nu. 4.* Porro Princeps defendendo sibi subditum dicitur se ipsum defendere, & tueri, cum ut diximus supra, Clericus sit Civis, & subditus Principis, licque membrum, & pars Reipublicæ, Princeps verò caput, & alia pars. Imò est Princeps tanquam pater, & maritus, subditus verò & Respublica tanquam filii, & uxor, atque ita una, & eadem persona, ut diximus supra. Præterea accedit Canon Concilii Calcedonenfis relatus, in *c. quidam Monachi 16. q. 1.* ejus verba hæc sunt. *Quidam Monachi nihil habentes sibi injunctum à proprio Episcopo, interdum verò etiam illi, qui ab eo fuerant excommunicati, veniunt ad Regiam Civitatem Constantinopolitanam, & in ea perturbaciones tranquillitati Ecclesiastica inferunt, & diversorum domos corrumpunt. Statuit igitur Sancta Synodus, hos primum commoneri, ut exeant à Regia Civitate, demum eos in vias dejici ac inde per defensorem compelli, ut ad sua loca redeant.* Hactenus Concilium, cujus postremis verbis constat, etiam Clericos vagos publicæ quietis perturbatores, aliorumque oppressores è Civitate posse ejici, & cogi aliò se conferre à Civitatum defensoribus, sicque à Judice Seculari, sicuti in illo loco exponunt Archidiaconus, & Turcremata. Et huc facit, quod scribunt multi, Principem compellere posse Clericum depositarium ad depositi restitutionem, cum negans depositum, dicatur vim, & injuriam ipsi deponenti facere, sicuti scribunt Baldus, in *l. acceptam col. 1. in fine C. de usuris, & in l. si fidejussor. §. si satis datum ff. qui satisfacere cogantur*, Aufrerius, in *tractatu de potestate Seculari super Ecclesiastica, in regula secunda, n. 14. ver. decimo quarto fallit*, Rebuffus in *commentariis ad Constitutiones Gallie tomo primo, in tractatu de litteris obligatoriis, glos. 9. num. 3.* & in specie nostra idem decidit Afflictus, in *decis. 24. num. 3.* Urfillus, *num. 2. & 3.* & securus sum in *commentariis de recuperanda possessione remedio decimo quinto n. 215.* Ita quoque dicemus, Principem Secularem cognoscere, etiam inter Clericos de vi, & spoliatione possessionis rei beneficiariæ, & mādare ipsum spoliatum restitui, & reintegrari ad suam possessionem. Ita sanè in specie hujus Neapolitanæ Constitutionis: *Ad regale fastigium*, decidunt Lucas de Penna, in *l. si coloni col. ultima C. de agris, & cens. lib. 11.* Afflictus, in *Constitutione Neapolitana, rubrica 67. Incipit, de Burgenfaticis 2. n. 10. & 11. & in decis. 24. n. 9. & in decis. 81. n. 2.* Gram. in *dec. 38.* Idem observari apud Hispanos testatur Navarrus, in *d. e. cum contingat, in primo remedio col. 2. ver. tertio facit, de rescriptis*, Didacus, in *libro practicarum questionum c. 35. n. 2. ver. sexto, non negamus.* Et Ignatius Lopez, in *additionibus ad practicam criminalem canonicam Bernardi Diez, c. 102. col. 4.* Sic servari in Gallia scribunt Guido Papæ, *q. 1. q. 71. & q. 85.* Franciscus Martius, in *questione 190. & in qm. 512. in prima parte*, Bero, in *quest. 69. n. 23.* Rebuffus, in *commentariis ad Constitutiones regias Gallie, tomo tertio in tractatu de possess. benef. octavo articulo, glos. 2.* & Gulielmus Benedictus, in *cap. Raynucius, in verbo, & uxorem nomine Adelasiam n. 39. de testam.* Sic quoque observare Cameram Imperialem asserit Mynsingius, in *suis observationibus, centuriâ secundâ, observatione 67.* & opinionem hanc sequitur, & Andreas Giulius, in *libro primo practica-*

practicarum observationum, observatione 37. num. 5. Idem observari hac in ditione Mediolanensi scribit Alciatus, in respons. 24. Secundum impressionem antiquam Lugdunensem. Idem servatur apud Pedemontanos, & Sabaudienfes. Ego ipse scripsi, in commentariis de recuperanda possessione, remediò decimò quintò num. 211. in fine. Et idem affirmat Olascus, in decisioe 30. nu. 19. & decis. 16. num. 1. & apertius Thetaurus, in decisioe 82. num. 1. & in decisioe 117. nu. 1. ubi num. 4. ver. verum his auctoritatibus &c. testatur idem fuisse decisum in possessoriò causæ Matrimonialis, quando scilicet Maritus petit sibi restitui uxorem, & è contrà. Et hæc quidem receptissima sententia, præter communem illam rationem, quòd causa possessionis sit merè temporalis, etsi ipsum petitorium esset spirituale, in specie nostra alià probatur ratione, quòd in hoc iudicio agitur potius de defensione extrajudiciali, quam de judiciali ordinaria cognitiòne, cum sola contentio sit, quòd spoliatus restituitur ad possessionem, à qua, vi, inique, & per injuriam fuit ejectus, quemadmodum scribunt Afflicus, in dicta decisioe 24. num. 7. Didacus, in dicto cap. 35. n. 2. in fine, & alii, quos commemoravi supra, & Joannes Antonius Niger, in commentariis ad dictam cap. Ad regale fastigium nu. 26. & num. 21. in fine, dicit esse ex dispositione hujus Constitutionis. Et hoc in casu loquitur etiam lex illa 2. tit. 6. libro primo Hispania, nova electionis. An verò spoliator iste condemnari possit à Principe, seu ejus Judicibus in expensis à Spoliato factis tradit Joannes Guttierrez, in libro practicarum questionum, quest. 20. nu. 2. qui multis rationibus affirmat, condemnari posse. Idem scribunt Gregorius Lopez, in lib. 13. tit. 13. in secunda partita, & ibidem. Humed.

Quarta est conclusio, Regem, Principemque posse, & debere opem, & auxilium ferre Subditis, Civibusque suis oppressis, & injurià affectis à Prælatibus, Clericis, & Iudicibus Ecclesiasticis, qui tanquam Iudices opprimunt, & injurià afficiunt. Conclusio hæc multis sic probatur.

Primò argumentò ductò à fortiori, quòd si Rex, & Princeps potest, & debet Cives, & Subditos tueri, & defendere, atque ita opem ferre Civibus, & Subditis, si contingat eos opprimi, & injuria affici à Summo Pontifice, ut in subsequenti conclusione ostendimus, quanto magis potest, & debet defendere, & tueri ab oppressionibus, & injuriis illatis à Prælato, & Iudice Inferiori.

Secundò accedit, quòd defensio ab oppressionibus, & injuriis est juris naturalis, sicuti demonstravimus supra, in prima conclusione, in quarto argumento: Atqui certum est, ea, quæ juris naturalis sunt, exerceri posse contrà quemcumque, cum, ut diximus supra, tolli nullò jure positivò possint. Ergò, & Princeps potest, & debet tueri, & defendere Cives, & Subditos suos ab oppressionibus, & injuriis illatis à Iudicibus Ecclesiasticis.

Tertiò urget non parum argumentum: sic ductum à fortiori. Princeps, & Iudex magis delinquent aliquid faciendò contrà jus, quam omittendò aliquid facere, juxta glossam in l. si mori in verbo, nè facto. ff. soluto Matrimonio, & ibi Doctores, & Iason, in l. edita n. 40. C. de edendo: Atqui Princeps, & Iudex Secularis suam exercere potest jurisdictionem, & potestatem pro Clerico, & contrà Clericum, quando Prælatas, & Iudex Ecclesiasticus negligit justitiam administrare, ergò multò magis Princeps, & Iudex Secularis suam exercere potest jurisdictionem, auctoritatem, & potestatem pro Seculari, & Clerico oppressis, & injurià affectis, adversus Clericum, & Secularem, mediante Iudice Ecclesiastico opprimente, & injurià afficiente. Hoc argumenti genere uti voluerunt in specie nostra Navarrus, in sapius allegato cap. cum contingat. primo remedio. ver. decimò facit. de rescriptis. Didacus Covarruvias, in libro practicarum questionum cap. 35. num. 3. ver.

Secundò probatur, qui minorem hujus argumenti propositionem probant ex textu cap. filiis 16. qu. 7. quem sic intelligunt, rejectà interpretatione Abbatis, in cap. qualiter, & quando de iudicis. Idem scribunt Hostiensis, Aufferrius, & Gulielmus Benedictus, quos retuli, & probavi in commentariis de retinenda possessione, remedio tertio. nu. 354. Et his accedunt Igneus, in repet. §. non alias. nu. 615. 617. & 618. ad Senatus cons. Syllanianum, Franciscus Martius, in questione 1089. & quest. 1091. in prima parte, & in Specie nostra Olascus, in decisioe 30. num. 14. Et ignatius Lopez, in additionibus ad practicas criminales canonicas Bernardi Diaz, cap. 102. col. 5. ver. deinde, & ver. rursus. Ita è contrà dicimus, quòd quando Princeps, & Iudex Secularis negligit administrare justitiam pro Clerico contrà Secularem, adiri potest Iudex Ecclesiasticus. Sic sanè affirmant Baldus, in l. in contractibus. §. in omni C. de non numerata pecunia, & in Auth. ad hac col. 2. C. de usuris, Angelus, in Auth. ut differen. jud. & in Auth. ut Clerici apud proprios Episcopos, Felinus in cap. significarunt. col. 3. de iudicis, & in cap. cum sit generale yum. 38. ver. ultra casus de foro competenti, Afflicus, in cap. si Clericus, in principio nu. 3. de pace ten. & ejus violatoribus. Aufferrius in tractatu de potestate Ecclesiastica super laicis, nu. 24. & Decianus, in tractatu criminali, lib. 4. cap. 9. nu. 84. cap. 10. n. 3. ver. nonò limita, & n. 6. ver. vigesimo limita.

Quartò controversiam hanc diffinit antiquissima quasi possessio Regum Hispaniæ, & Neapolis utendi legibus, & constitutionibus, sicuti de hoc usu, & quasi possessione testatur Navarrus, in dicto cap. cum contingat. in primo remedio, ver. octavo facit de rescriptis, Didacus, in libro practicarum questionum in dicto cap. 31. n. 2. in fine ver. ceterum, & n. 3. ver. quinto justitia, ubi idem affirmant observari in Gallia illius Regni Constitutione, ac usu, ac etiam in Flandria Caroli Quinti Imperatoris lege; Ignatius Lopez, ad practicas criminales canonicas Bernardi Diaz, cap. 102. col. 8. & Ioannes Segura, in directorio Iudicis Ecclesiastici libro 2. cap. 13. nu. 51. Et de Duce Sabaudie suis in ditionibus affirmat idem Olascus, in decis. 30. n. 15. ver. ad ferebant. Quæ sanè antiquissima quasi possessio vim habet legis, constituti, & privilegii. l. hoc jure §. ductus aqua ff. de aqua quod. & asiva, & cap. super §. præterea de verborum significarione, & scribunt permulti, quos longa serie congesti in commentariis de presumptionibus, libro tertio presumptione 131. nu. 43. ubi Baldus, Decium, Soqinum leniorem, Curtium juniorem, Parisium, & Cravettam retuli, & ibidem n. 42. dixi cursum temporis immemorialis operari, ut id, quòd ab initio præsumi poterat vitiosum ita convalidetur, ut de ejus latenti vitio amplius querendum non sit. Et nu. 45. subjuncti, post Baldum, Castrensem, Decium, Parisium, Cravettam, & Covarruviam locum habere etiam, quando agitur de obligatione contrà Ecclesiam, in his tamen, cui lex ipsa non resistit, sicuti non repugnat, sed concedit, ut Princeps ipse Secularis provideat, nè Subditi sui, quorum in numero sunt etiam Clerici, opprimantur, & injurià afficiantur, quemadmodum supra demonstravimus. Nec urget adversus prædicta, quòd scribit Cajetanus, in summa, in verbo, excommunicatio cap. 30. in fine, dum inquit, Bullam in cæna Domini editam ab Adriano Sexto Pontifice Maximo habere clausulam hæc. Ac insuper in præmissis omnibus, & singulis, & aliis quibuscunque juribus Sedis Apostolica, ad Sancta Romana Ecclesia undequaque, & quomodolibet questis, seu quærendis, per quoscunque actus contrarios, aut quomodolibet præjudicantes tacitos, vel expressos à nobis, vel Sede Apostolica quò modolibet factos, aut faciendos, aut quemcumque temporis fluxu, seu patientiam vel tolerantiam nostram, nullatenus quomodolibet præjudicare debere, aut quomodolibet posse, & sic nostra incommutabilis intentionis semper fuisse, fore, & esse &c. Hæc sanè clausula non obstat, cum illa,

& alix similes bullæ non loquantur nostro in casu, sicuti demonstrabimus *infra suo loco*.

Quintò accedit, quòd quilibet resistere potest cuius iudici volenti exequi iniuste quæ damnum afferunt irreparabile. Ità Baldus, in l. ut vim n. 7. ff. de iustitia, & iure, & in l. 1. in secunda lectura quæst. 12. C. de vi. Abbas, in cap. si quando. n. de rescriptis, Decius, in dicta l. ut vim n. 26. & ibidem Riminaldus junior. num. 279. qui ejusdem sententiæ refert in l. 1. n. 68. ff. ad legem Cornelianam de Sacerdotibus, & alios nonnullos; Et accedit Maranta, in ejus disputationibus, in disputatione prima, n. 23. qui dicit, quòd quando Iudex aliquid facit evidenter. & manifestè injustum, Subditus non tenetur ei obedire: *Imò* (subjungit Maranta) *non obstante quòd causa sit devoluta ad superiorem, potest Iudex inferior se intromittere in dicta causa, revocando dictum factum injustum ob ejus notorietatem cap. sollicitudinem ver. si verò, C. de appellationibus, ibidem Francus, sic & Cardinalis Zabarella, in Clem. 2. in fine principii, de penitentia, & cum eo Maranta, præcitato in loco, scribit Iudicem inferiorem cognoscere posse de facto superioris, quando est injustum, & nullum, declarando illud nullum, & obviando, nè effectum sortiatur.*

Sexto, & ultimò suffragatur autoritas multorum, qui in specie harum legum, & Constitutionum Hispaniæ, & Neapolis scribunt, Reges horum Regnorum ità jure statuisse, & hæc diffinitione uti posse adversus oppressiones, & injurias factas ab his Iudicibus Ecclesiasticis inferioribus. Ità sanè quatuordecim gravissimi, & præstantissimi Doctores, qui sunt, nempe.

1. Lucas de Penna, in l. si coloni col. ult. de agri: & conf. lib. 11.
2. Gregorius Lopez, in commentariis ad legem partitarum Hispaniæ in secunda partita. l. 13. tit. 3. in verbo, sin fuerça.
3. Navarrus, in cap. si contingat. in primo remedio. de rescriptis.
4. Didacus Covarruvias, in libro practicarum quæstionum cap. 35. n. 3. & 4.
5. Ursillus, in additionibus ad Afflictum, in decisione 24. num. 12.
6. Joannes Gutierrez, in libro primo practicarum quæstionum. quæst. 20.
7. Olascus, in decisione 30.
8. Alfontus Vivaldus, in candelabro Ecclesiæ, in explanatione Bullæ cænæ Domini in casu 16. num. 115.
9. Fabius de Anna, in conf. 7. nu. 11. junctò n. 26. Ego ipse in commentariis de retinenda possessione remedio tertio nu. 356.
10. Joannes Segura; in directorio Judicis Ecclesiastici. libro 2. cap. 13. n. 51.
11. Ludovicus Maxius, in commentariis legis Regiæ Toleti de los terminos, in secunda parte, in undecimo fundamento. num. 47.
12. Petrus Arundamus, in tractatu de exequendis mandatis Regum Hispaniæ in prima parte cap. 1. numero 32.
13. Joannes Antonius Niger, in commentariis ad Constitutiones Neapolitanas, cap. 213. ad regale fastigium.
14. Bartholomæus Humada, in l. 13. tit. 13. in secunda partita novæ recompilationis.

Non obstant nunc aliqua, quæ adversus hanc conclusionem objici posse videntur.

Primò, quòd Principis Secularis nulla est potestas, nulla jurisdicção; & nullum Imperium adversus Clericum cap. certum cum duobus sequentibus distinctione 10. & cap. cum ad verum, & cap. ad dno. distinctione 96. & Imperatorem aliamvè Principem supremum non posse exercere Imperium contra Clericum, multis probat Decianus, in tractatu criminali. lib. 4. cap. 2. nu. 2. qui inter alia adducit cap. Sacerdotibus 11. qu. 1. Non ergò

potest Princeps cognoscere de injuria, vi, & oppressione illata à Clerico alteri Clerico, vel Seculari.

Respondetur primò, quòd argumentum posset procedere quando Princeps, vel ejus nomine Minister, & Officialis vellet cognoscere judicialiter de vi, injuria, & oppressione, per modum jurisdictionis, sed dicimus esse, quando, ut nostro in casu, cognoscit per modum extrajudicialis defensionis. Ità scribunt, & declarant Afflictus, & alii, quos retuli *suprà, in secunda conclusionem, in fine.*

Respondetur secundò, Principem, & Judicem Secularemi posse cognoscere, & judicare adversus Clericum, quando Judex Ecclesiasticus neglexerit administrare justitiam, ut diximus *suprà, & multò magis* quando constat de notoria Iudicis ipsius Ecclesiastici injuria. Non repero jam dicta.

Secundò urgere videtur, quòd Princeps Secularis non potest, nec debet se imiscere negotiis Ecclesiasticis. cap. decernimus, & cap. novis. de judiciis, & tradunt Decius, in cap. Ecclesia Sancta Maria num. 24. de consuet. Imò Principes Seculares à Sacerdotum judicio pendere, non autem Sacerdotes esse sub Principum voluntate probat textus dicti cap. duo. distinct. 96.

Respondetur, ut diximus *suprà, hanc* de qua loquimur, esse defensionem extrajudicialem Principi, et Iudici Seculari permissam, vel ob negligentiam, vel ob manifestam injustitiam Iudicis Ecclesiastici.

Tertiò adduci solet, quòd Princeps, vel Iudex Secularis impedire non potest potestatem, & jurisdictionem Principis Ecclesiastici. cap. 1. de officio ordinari. cap. licet Episcopus de praben. & tradunt glos. in Clem. dudum. §. si verò de Sepul. Abbas, in dicto cap. in secundo notabili, Cardinalis, in Clem. ultima col. 1. de arate. & qualitate, Calder. in conf. 11. tit. de feudis, & idem, inter conf. Ancha. in conf. 36. Curtius, in conf. 2. col. 1. Alciatus, in dicto cap. 1. num. 25. de officio ordinari. & Rebuffus, in commentariis ad constitutiones Gallia, tom. primo in proemio glos. 1. nu. 57. & 58.

Respondetur primò dictum cap. 1. de officio ordinari. non procedere hoc in casu, in quo non impeditur jurisdicção Judicis Ecclesiastici, sed præstatur, ut diximus *suprà, extrajudicialis quædam defensio adversus vim, & injuriam illatam à Clerico, vel Seculari, præsertim quando periculum est in mora: Et non dicitur impedimentum, cum sit inhibitió ad breve quoddam tempus. Ità respondet Olascus, decisione 30. n. 18. ver. non etiam adversari. Et hæc quidem defensio tunc demum præstatur, quando clarè, & manifestè constat de oppressione, & injuria, sicuti tradunt Lucas de Penna, in l. si coloni. col. penult. in fine C. de agricol. & cons. lib. 11. Afflictus, in commentariis ad Constitutiones Neapolitanas rubrica 67. de Sacramento præstando, Balius, cap. de Burgensaticis n. 1. & 2. & n. 7. Idem, in decisione 2. nu. 6. ver. ad hæc respondetur, & in decis. 24. nu. 3. ubi Utilillus, in additionibus, Ferrandus Valquius, in libro primo controversiarum illustrium cap. 41. nu. 27. Et verè ità loquitur illa Constitutio Neapolis Regis Roberti Ad regale fastigium, quemadmodum ostendunt ejus verba sic scripta; Per facti notorium, famam &c. Constat autem dicitur de notoria, & manifesta oppressione, & injuria, quando sumptæ sunt informationes summariæ, & ex actis, ut in eadem Constitutione legitur, & declarant Lucas de Penna, & Afflictus, præcitatis in locis. Et accedit Navarrus, in dicto cap. cum contingat. in primo remedio col. 4. ver. tertio idem, qui dicit, illud dici notorium, & evidens, quòd constat ex actis. Summariz illæ informationes, quæ de oppressione, & violentia aliundè quam ex actis assumendæ sunt, vocantur adversario, sumi debent secundum Afflictum in dicta decisione 24. nu. 3. in fine, & nu. 7. qui dicit, satis esse, si Clericus adversarius in jus vocetur per edictum generale quòd compareant, qui sua interesse putant.*

Id quod clarè statuit prædicta Constitutio: *Ad regale fastigium*: sic & Constitutio, *Femis præcepti*, & altera sequens, & refert, ac probat Maranta, in *Speculo Advocatorum*, in titulo de citatione num. 88. & in distinct. 7. in fine. Et juri communi constitutionem hanc convenire constat ex traditis à Baldo, Castrensi, & Alexandro, in l. testamenta omnia C. de testamentis, Maranta, in *speculo Advocatorum distinct. 11. num. 36.* & in locis supra allegatis, quos secutus sum in *commentariis de recuperanda possessione remedio octavo num. 118.* Verum repugnare videntur, quæ scriptæ in *eisdem commentariis, in remedio decimo quinto num. 232. ex Senten. Ancha. in cap. ea qua. de regulis juris questione 17.* & Capicii, in *decisione 8. num. 3.* hanc citationem, si sua putaverint interesse nil operari, si ipse Clericus compareat, & alleget sua interesse, & se tanquam Clericum frui debere privilegio fori, quia, tunc remitti debet ad suum Iudicem. Et decisum sic fuisse in illo Sacro Concilio Neapolitano testantur Gramm. in *decisione 62. num. 2. & 3. juncto fine.* Responderi potest, traditionem Ancharam, Capicii, & Grammatici locum habeat, quando causa spoli tractaretur judicialiter, in quo ordo juris tractandus est, sed diversum est in hoc casu, in quo (ut jam diximus) dum agitur de defensione extrajudiciali, Princeps jus dicit contra Clericum oppressorem, sicuti se ipsum declarando sentit Didacus Covarruvias, in *libro practicarum questionum cap. 35. nu. 2. ver. sexto non negamus*, junctis his, quæ jam ipse paulò supra dixerat in *ver. primum etenim*, & eo prius, & clarius explicat Lucas à Penna, in l. si coloni col. ult. ver. sed ut cum ipso fori C. de agricol. & cens. lib. 11. Imò scribit Grammaticus, in *decisione 78. num. 2.* Clericum, hoc in casu, citari omninò posse. Idem tradit Joannes Antonius Niger, in *commentariis ad Constitutiones Neapolitanas cap. 213. Ad regale fastigium num. 17. & num. 18.* Subjungit, Clericum, hoc in casu non posse declinare forum. Postquam verò sumptæ sunt informationes, ex quibus constat de oppressione, injuria, & violentia, monere debet Princeps Prælatum, Judicemque Ecclesiasticum, quòd justiciam faciat. Ità Lucas de Penna, in *dicta l. si col. ni. col. ult. ver. maxime si Judex Ecclesiasticus &c. C. de agricol. & cens. lib. 11.* qui si recusabit, vel negliget, ipse Princeps de tota ipsa causa cognoscet: imò quando Judex ipse recusat his in casibus parere ipsi Principi, puniri potest pœnâ amissionis, & ejectionis è regno, & ditione ipsius Principis, ut tradit Didacus, in *dicto cap. 35. num. 3. ver. adversus verò.*

Ex prædictis inferitur ex Sententia Olaschi, in *decisione 30. num. 15.* & Azevedi, in *dicta l. 2. tit. 6. lib. 1. nova recompilationis col. 7. ver. item*, & decimo quarto, Regem, & Principem mandare posse Episcopo, vel ejus Vicario, ne aliquem excommunicet, donec de justa excommunicationis causa cognoscatur, & hujus opinionis referunt Antonium Gorfertum, in *tractatu de potestate regiam quarta parte num. 8.* qui tamen meo in codice hoc non scribit. Idem sensit Avendamus, in *tractatu de exequendis mandatis, prima parte cap. 1. nu. 32. ver. & istud remedium*, qui tamen adducit Gulielmum Benedictum; cujus locum invenire non potui. Nec repugnat Sacrum Concilium Tridentinum *sess. 25. cap. 3.* cum illi respondeat Bartholomæus Humada, quem referam in *subsequenti conclusione, in responsione ad secundum argumentum.*

Inferitur secundo, Regem, & Principem posse cognoscere de vi, & injuria illata injustè excommunicato, & cogere excommunicantè restituere famam, & honorem excommunicato: Ità Navarrus, in *dicto c. cum contingat in primo remedio. col. 2. v. poterit ergò de rescriptis.* Quòd si superioribus annis apud nos fuisset observatum, tot, & tantæ perturbationes fortè inter Ecclesiasticos, & Ministros Regios exortæ non fuissent.

Inferitur tertio, Regem, & Principem mandare, pos-

se Judici Ecclesiastico, ut admittat justam appellationem à Sententia à se lata contra Subditum ipsius Regis, & Principis, sicuti legit Regiâ Hispaniæ lib. 36. tit. 5. lib. 2. supra relata sancitum est, quam esse juri communi consentaneam admittunt Navarrus, in *dicto primo remedio*, & Didacus Covarruvias, in *dicto cap. 35. num. 3.* Et rectè quidem, cum Judex non admittendo justam appellationem opprimere, & injuriam adeò gravem inferre dicatur condemnato, ut ei resisti à quovis possit, si ipse Judex Sententiâ conaretur exequi, sicuti scribunt Innocentius, in *cap. si quando de rescriptis*, Decius, in l. ut vim. num. 25. ff. de justitia, & jure, & ibidem Riminaldus, junior, num. 290. & 291. qui multis comprobat, & declarat. Cæterum etsi Princeps mandat admitti hanc appellationem, attamen ipse de ea cognoscere minimè potest, ut ab eo, seu ejus Ministris confirmetur, seu revocetur Sententia, ut declarant Francus, in *cap. cum veniamur num. 21. de appellationibus*, & ibidem Decius, col. 2. Et in specie hæc constitutionum, & legum Regiarum idem affirmant Aufferius, in *tractatu de potestate seculari super Ecclesiis, & personis Ecclesiasticis num. 30. in fine*, Navarrus, in *dicto primo remedio. col. penult. ver. ad secundum*, & Didacus Covarruvias, in *dicto cap. 35. num. 3. ver. nec regis*, etiam Carolus Grassallius, in *libro secundo regisum Franciæ, jure Septimo col. 2. ver. & licet D. Aufferius &c.* scribit in Gallia, imò Judices Regios cognoscere etiam de meritis causæ, id quod esse potest illius regni privilegium. Illud tamen observandum est, quod tradit Joannes Gutierrez, in *libro primo practicarum questionum cap. 20. num. 7.* Quòd si constat, condemnatum, temere, & injustè appellasse, causa ipsa remittitur ad Iudicem Ecclesiasticum, & ipse appellans condemnatur in expensis, pro arbitrio tamen ipsius Principis, seu Regiorum Ministrorum, sicuti significant verba dicta l. 36. tit. 5. lib. 2. Si verò appellatio fuit jure interposita, is pro quo lata fuit sententia non condemnatur in expensis, ratione non admittæ appellationis à Iudice, cum nulla sit ipsius Victoris Culpa. Ità Gutierrez ubi supra, qui subjungit, nec Iudicem ipsum non admittentem appellationem condemnari in ipsis expensis, nisi quòd semel, & multò magis si bis, & pluries, jussus admittere, ipsam appellationem admittere recusavit.

Inferitur quarto Regem, & Principem teneri, & debere defendere, & tueri subditos suos, nè Ecclesiastici exigant decimas non solitas, & inconsuetas, sicuti in specie tradit Avendamus, in *tractatu de exequendis mandatis Regum in prima parte cap. 1. num. 32. ver. item ista jurisdictione*, qui hujus sententiæ tradit Gulielmum Benedictum, in *cap. Raynautius, in verbo, absque liberis il. 2. in tractatu substitutionis pupillaris num. 45. de testamentis.* Et in decimarum exactioibus nihil novi fieri debere, sed antiquum usum, & consuetudinem observari debere oportere tradunt Decius, in *Consilio 215. num. 1.* Chassaneus, in *consuetudine Burgundiæ rubr. 4. §. 6.* Et subjungit Avendamus, in *loco supra citato. ver. & loquendo.* hoc habere locum etiam in decimis personarum libus ex sententia *glof. in cap. 1. de decimis in 6.* Archidiaconi, in *cap. quicumque 16. questione 7.* Rachi Curtii, in *cap. ultimo num. 80. de consuetudine.* Bcërii, in *qu. 236.* Et Hispaniæ legibus sic sancitum esse adjungit Avendamus.

Illud etiam hac in disputatione observandum est, quòd in hujusmodi causis, in quibus per modum defensionis extrajudicialis Reges, & Principes, vel ejus Ministri cognoscunt, non admittitur appellatio, neque reconventio. Ità Avendamus, in *dicto cap. 1. nu. 32. ver. & quia provisio &c.* qui testatur in foro sic servari. Et quoad reconventionem ejusdem opinionis refert Bartolum, in *cap. 1. num. 5. & 6. de controversiis feudi apud Pares terminan.* & Robertum Marantam, in *Speculo*

culo Advocatorum in sexta distinctione judiciorum quæst. 3. num. 31. ver. Secundo infero. Quo verò ad appellationem recenset Avedanus, Paridem Puthcum, in *tractatu de Syndicatu. in verbo negligentia in eo capite, quod incipit, Judex ut non arguatur num. 2.* cum dicit, appellari non posse ab ea sententia, qua ad evitandam rixam, & scandalum visus est aliquis non accedere ad possessionem, in qua uterque contendendum affirmat esse, cum dicat, sententia hæc per modum provisionis; & interim lata, summam causâ cognitâ. Et Puthcum, & alios multos commemoravi, ac securus sum in *commentariis de retinenda possessione, remediò ultimo. num. 48. ubi num. 50.* Scripti non admitti hanc appellationem etiam quoad effectum devolutivum. Et illis accedunt Cæsar Contardus, in *lege unica. in tertia limitatione num. 48. Cod. si de momen. possess. fuerit appellat.* & Rinualdus junior, in *conf. 149. num. 7. lib. 2.*

Est etiam observandum, quod scribit idem Avedanus, in *dicto cap. 1. num. 32. & cum hac consuetudo &c.* hanc consuetudinem tollendi violentias inter personas Ecclesiasticas habere locum in persona Regis, non autem Ducis, vel Marchionis, vel alterius Principis inferioris, vel Judicis. Eâ ratione motus est Avedanus, quia consuetudo strictè interpretatur, ut tradunt Bartolus, in *l. 1. §. hoc interdicto ff. de itinere, actuque privato,* & alii ab ipso Avedano allegati, & copiosè scripti in *commentariis de retinenda possessione remediò quinto num. 62.*

Verùm Avedani traditio non satis mihi probatur, cum hæc facultas, & jus defensionis Regi concessa non à consuetudine, & usu sit, sed à lege divina, naturali, & positiva, quemadmodum demonstravimus *suprà, in prima conclusione.* Et ratio illa, quâ hoc datum est, locum habet etiam in aliis Principibus à Rege inferioribus, & eò magis in Principibus illis, qui suo in Principatu ea possunt, quæ suo in regno potest Rex.

Et demum observandum est, hanc facultatem Regibus, & Principibus concessam non habere locum, in crimine hæresis, sicuti lege Regia sic sancitum esse testantur Simancas, in *catholicis institutionibus, tit. 36. nu. 2.* & Ignatius Lopez, in *annotationibus ad practicam criminalem Bernardi Diaz, cap. 102. col. 9. ver. & licet dictum remedium.*

Quinta est conclusio, Regem, Principemque posse, & debere tueri, & defendere tam Clericos, quam alios sibi subditos ab oppressionibus, & injuriis, quæ ex rescriptis, & præceptis Summi Pontificis inferri sibi contingunt. Conclusio hæc, etsi non probatur claris verbis dictarum legum, & Constitutionum Regiarum, sed solâ interpretatione, & extensione, atamen probari potest multis ipsarum Pontificum rescriptis, ac etiam rationibus, & Doctorum autoritatibus. Verum prius quàm illa in medium proferam, observandum est, quòd etsi Pontifex Maximus, cui Spiritus Sancti gratia semper assistit, errare non potest in his quæ ad fidem catholicam pertinent, quemadmodum doctissime multis ostendit Melchior Canus, in *libro sexto de locis theologis cap. 2. & aliis subsequentibus,* rejectâ, & confutatâ contrariâ opinione multorum, quos ipse Canus, in *eodem libro sexto cap. 1. in fine,* commemorat, & quibus accedunt Alfonso de Castro, in *libro primo adversus hæreses cap. 4. & Tiraquellus, in tractatu de nobilitate cap. 31. num. 537.* Veruntamen errare potest in profanis, & quæ hujus sæculi sunt, sicuti non uno in loco permulti ipsi Summi Pontifices testati sunt, ut Leo, in *cap. nos si incompetenter 2. quæst. 7.* Alexander, in *cap. si quando de rescriptis, & in cap. cum teneamur de prebendis,* sic & ex Bonifacii & Martini sententia habetur in *cap. si Papa distinet. 40.* Et passim admittunt Sacræ Theologiæ, & juris Pontificii interpretes, ut Alvarus Pelagius, in *libro primo de planctu Ecclesie cap. 10. & cap. 34.* Ludovicus Gomez, in *cap.*

1. num. 44. de constit. in 6. Alios sciens omitto. Eius quidem errores non à dolo, & malitia, aliquavè ipsius Pontificis culpa proveniunt, sed vel à falsis interpretantium suggestionibus, sicut dicitur in *dicto cap. si quando de rescriptis;* vel ob id, quòd ignoravit ea, quæ in remota regione observantur, observarique debeant, quemadmodum admonet Didacus Covarruvias, in *libro practicar. quæstionum cap. 35. num. 4. ver. sic etiam, & num. 6.* Et hinc sequitur, quòd à mente, & voluntate verisimill Summi Pontificis non distant hæc leges, Constitutiones, & praxes Hispaniæ, Neapolis, &c. rescripta, & præcepta ipsius Summi Pontificis statim, & nullâ interpositâ morâ executioni mittantur, sed superfedatur, donec certior factus sit ipse Summus Pontifex de oppressione, & injuria, quæ alioqui ei fieret, adversus quem est rescriptum, & factum præceptum. Imò sunt Constitutiones illæ juri Pontifici, & rationi consentaneæ, quemadmodum multis juribus rationibus, & Doctorum autoritatibus probatur.

Primò egregiè probat illud Leonis Papæ ad Imperatorem rescriptum, quod legitur in *cap. si incompetenter. 2. quæst. 7.* ubi Ecclesiæ Subditi, atque ita etiam Clerici conquesti fuerunt apud Imperatorem, quòd Leo Pontifex Maximus incompetenter, & non servatò legum ordine aliquid adversus eos fecisset. Ob id, cum Imperator ad ipsum Leonem destinasset nuntios, ipse Leo ita Imperatori rescripsit. *Non si incompetenter aliquid egimus, & in Subditis justa legis tramitem non conservavimus, vestrò, ac missorum vestrorum cuncta volumus emendare judicio, quoniam si nos, qui aliena corrigere debemus peccata, pejora committimus, cerè non veritatis discipuli, sed (quod dolentes dicimus) erimus præ cæteris erroris Magistri. Inde magnitudinis vestrae magnoperè clementiam imploramus, ut tales, ad hæc, quæ diximus, perquirenda, missos in his partibus dirigatis, qui Deum per omnia timeant, & cuncta, quemadmodum si vestra præsens fuisset Imperialis gloria, diligenter exquirant. Et non tantum hac sola, quæ superius diximus, quarimus, ut ex amussim exagitent, sed sive minora sive majora illis, de nobis indicata negotia, ita eorum cuncta legitimum terminentur examine, quatenus imposterum nihil sit, quòd ex eis indiscussum, vel indiffinitum remaneat.* Hæc Sanctissimus Pontifex Leo, qui manifestè à se minùs rectè gesta non modò non exequi, sed corrigi, & emendari ab Imperatore, sicquè à Principe seculari voluit.

Secundò comprobatur prædicta illa Divi Augustini sententia in Sermone sexto de verbo Dei, relata, in *cap. qui resistit 11. quæst. 3.* quæ ita se habet. *Qui resistit potestati, Dei ordinationi resistit; Sed quid, si illud jubeat, quòd non debeas facere? Hic sanè contemne potestatem, timendo potestatem. Ipsos humanarum legum gradus advertite. Si aliquid jufferit Curator, nonne faciendum est? Tamen, si contra Proconsul jubeat, non utique contemnis potestatem, sed eligis majori servire. Nec hinc debet minor irasci, si major prælata est. Rursus, si aliquid ipse Proconsul jubeat, & aliud jubeat Imperator, nunquid dubitatur illò contemptò illi esse serviendum? Ergo, si aliud Imperator, & aliud Deus, quid judicatis? Major potestas Dei. Da veniam ò Imperator, tu carcerem, ille gehennam mimatur. Hic jam tibi assumenda est fides tua tanquam Sontum, in quo possis omnia ignita jacula inimici extinguere.* Hæcenus Divus Augustinus, qui & in *epistola centesima sexagesima sexta ad Donatistas* relata in *cap. Imperatores, eadem 11. qu. 3.* ita scripsit. *Imperatores, si in errore essent, quòd absit, pro errore suo contra veritatem leges darent, per quas justis probarentur, & coronarentur, non faciendo, quòd illi juberent, quia Deus prohiberet, sicut jufferat Nabuchodonosor, ut aurea statua adoraretur, quòd qui facere noluerunt, Deo talia prohibenti placuerunt &c.* Idem statuit Justinianus, in *§. deinde competens in Aurb. de mandatis Principum,* dum mandavit Iudicibus, & administris, ne permittant injusta officialium ab ipso Cæsare delegatorum mandata exequi.

Cum

Cum ergò nostro in casu præsupponatur notorium esse oppressionem, & injuriam illatam à Iudicibus etiam Ecclesiasticis vel Seculari, vel Clerico, sequitur eorum mandata sic Dei præceptis repugnantia non esse exequenda; Nam Imperatori etsi Dei ministro non est obtemperandum, si injusta jubet, & imperat. Ita tradit Baldus, in *Auth. habita. num. 13. C. ne filius pro patre*. Et Principi tam Ecclesiastico, quam Seculari non obediendum, sed resistendum esse, quando jubent, & præcipiunt injusta, scribunt Isernia, in *Constitutionibus Neapolitanis, in ea Constitutione, qua incipit. Ut participatio. col. 2. in fine*, Felinus, & Decius, in *cap. si quando. col. 1. de rescriptis*, Marianus, Socinus Senior, in *cap. nulli. num. 62. de senten. excom.* Franciscus Martius, in *questione 456. col. ult. in prima parte*, qui ad rem nostram subjungit, delegatum ad exequendum summi Pontificis præceptum injustum debere ab ipsa executione supersedere, & ipsi Pontifici rescribere, qua de causa executus non sit ipsum præceptum.

Tertio confirmatur prædicta sententia Canone illò Alexandri Tertii Pontificis Maximi in *cap. si quando. de rescriptis*, cujus verba adscripsi. *Si quando aliqua tua fraternitati dirigitur, qua animum tuum exasperare videntur, turbari non debes, & infra. Qualitatem negotii, pro quo tibi scribitur, diligenter considerans, aut mandatum nostrum diligenter adimpleas, aut per litteras tuas, quare adimplere non possis, rationabilem causam præendas. Quia patienter subscribimus, si non feceris, quod prava nobis fuerit insinuatione suggestum.* Hæc Alex. Pontifex, cujus legem exponentes, ibid. Bald. n. r. Abbas, Felinus, & Ripa, scribunt non esse obediendum mandato injusto Papæ, vel alterius Principis. Idem scribunt Rolan. in *conf. 12. nu. 80. 81. & 82. libro 3.* & Avilas, in *tractatu Prætorum, in verbo mandamus, num. 20. ver. attamen quando*, non esse parandum mandato Summi Pontificis, quando apparet injustum, sed Iudicem causæ supersedere debere, nè adversus eum dicatur, quod dici solet de miseris Prælati, qui supersedere recusant ab executione præcepti Papæ, etiamsi justa adest causa supersedendi. Debet itaque Iudex supersedere, & veritatem sequi, quia sic supersedendo placebit Deo, Papæ, & Regi: Imò obediendo Papæ præcepto injusto, ex quo alia mala, & scandala sequi possent, peccare docuit Innocentius, in *cap. inquisitioni, in fine de senten. excom.* quem secuti sunt ibidem Socinus Senior, num. 8. Zabarella, in *conf. 147. num. 6. & in conf. 150. num. 10.* Abbas, in *sua quest. prima num. 22. ver. tertius casus*, Navarrus, in *Manuali Confessorum, cap. 25. num. 14.* Alfonso Azevedo, in *l. 14. tit. 3. lib. 1. novæ recollectionis num. 34.* qui aliis comprobatur. Et esse ab executione præcepti injusti Papæ, vel alterius Principis supersedendum, & rescribendum, nè alioqui injustè aliquis opprimatur, scribunt Adrianus Papa, in *quolibet secundo ver. pro solutione*, Navarrus, in *cap. inter verba 11. qu. 3. num. 53.* & Dominicus Soto, in *tractatu de secuto. in tertio membro. qu. 2. conclus. 1. & 2.* Sic & Afflictus, in *commentariis ad Constitutiones Neapolitanas, rub. 67. de Sacramento præstando à Dajulis cap. de Burgensaticis num. 6.* post Ancharanum, in *conf. 383.* scribit Iudicem Secularem obedire non debere Iudici Ecclesiastico, qui non servatò juris ordine nulliter processit, & nullas est evidens. Ità quoque quando apparet mandatum Pontificis maximi, alteriusvè Principis, etiam supremi, esse injustum, supersederi, & rescribi debere, expectariquè oportere secundam iustionem scribunt Abbas, in *dicto cap. si quando & ibidem Ripa, numer. 1. & numer. 17.* Neviz. in *libro 6. Sylve nuptiarum num. 49.* Azevedo, in *d. l. 14. num. 35. & num. 37.* clarè subjungit esse supersedendum ab executione mandati injusti Summi Pontificis. His accedunt Cardinalis Turrecremata, in *summa de Ecclesia lib. 2. cap. 106. col. 2. ver. quarto atten-*

to, & Cardinalis Jacobatus, in *tractatu de Concilio lib. 8. art. 3. num. 9.* dum scribunt, collationes, promotiones, & provisiones beneficiorum Simoniacè à Papa factas non esse acceptandas, sed rejiciendas. Idem scribit Cardinalis Alexandrino, aliò nomine Præpositus, in *summa, distinct. 15. num. 41. ver. item quintum est remedium.* Confert quod tradit Archidiaconus, in *cap. rescripta. 25. quest. 2. præcepto. Papa grave damnum inferenti non esse parandum.* Et Archidiaconum secutus est Avilas, in *tractatu Prætorum cap. 1. in verbo mandamus num. 21.*

Quarto confert, quòd ne quis opprimatur, injuriatque afficiatur, & consequenter scandalum aliquod oriatur, jure permissum est, quòd inferior à Papa cognoscere possit, & debeat, de his, quæ ad cognitionem ipsius Pontificis pertinent, sicuti quòd ordinarius cognoscere potest etiam principaliter de appellatione interposita ad ipsum summum Pontificem, quando subest timor scandali, si differatur, & est difficilis recursus, & aditus ad ipsum summum Pontificem *cap. consitut. de appellat;* & scribunt ibi. Hostiensis, & Aretinus, in *cap. ut si Clerici. §. de adulteriis. col. 3. de judiciis*, sed ad rem propè nostram Navarrus, in *cap. cum contingat. in quarto remedio. ver. decimo facit. de rescriptis*: Ergò & nostro in casu à fortiori dicendum est, Regem, & Principem uti posse hoc remediò extrajudicialis cognitionis, & defensionis, nè scilicet executioni mittatur rescriptum Pontificis, ejusvè præceptum, quando apparet de oppressione, & injuria; si exequeretur statim, certiore non reddito ipsò Pontifice.

Quinto idem Alexander Tertius Pontifex Maximus, in *cap. cum teneamur de præbendis*, ità statuit. *Cum teneamur, & infra, si mandatum nostrum pro alicujus provisione receperis, qui aliud beneficium habeat de quo, valeat commodè sustentari, nisi forte in literis ipsis de hoc mentio habeatur, aut si non potest ei sine scandalo provideri, a-quantimiter sustinemus, si pro ea mandatum nostrum non duxerit exequendum.* Hæc sanctus Pontifex, qui postremis illis verbis prohibet sui mandati executionem, quando scandalum oriretur. Et hoc Canone adducti ità scribunt Zabarella, *ibidem*, & Decius, num. 6. Roman. in *conf. 522. num. 13.* Joannes de Selva, in *tractatu de beneficio. in tertia parte. quest. 8. num. 1.* Gramm. in *vo-10 32. in fine*, & egregiè, ac copiosè Didacus Covarruvias, in *cap. peccatum in prima parte. ver. octavo quamvis de reg. juris in 6.* Et his accedunt in specie Olafcus, *dec. 30. n. 15.* Azevedo, in *l. 14. tit. 3. l. 1. novæ recollectionis n. 29.* qui subjungit post Abbatem *inducto c. cum teneamur de præbendis*, & Felinum, in *cap. si quando num. 2. de rescriptis*. Non etiam esse obediendum Papæ mandanti, quòd non obstante futurò scandalò literæ ejus exequantur. Idem scribit Alfonso Nojeda, in *tractatu de beneficio. in prima parte cap. 21. num. 5.* Ne ergò oriatur aliquod scandalum in executione præcepti injusti, quòd iustus exequi non parietur, sequitur dicendum, Regem, Principem, & ejus Ministros impediri posse exequi illa summi Pontificis mandata, & præcepta, quæ notoriè injusta apparent, & quæ, si ipse Pontifex meliùs informatus fuisset, pro sua bonitate non concessisset.

Sexto huc etiam, & ad rem maximè facit, quòd debet unusquisquè ius quòd contrà alium statuit, in se ipsum observare. *l. 2. ff. quod quisquè juris*, ubi Decius, in *quarto notabili*, & Riminaldus iunior. *nu. 153.* scribant habere locum etiam in Principe, & ipse Riminaldus, *ibidem nu. 167. in fine.* sensit idem esse in Pontifice Maximo. Porro ipse Pontifex Maximus approbavit legem, & constitutionem à Theodosio promulgatam, præcipiente Divò Ambrosiò, quæ legitur in *cap. cum apud Thessalonicam 11. qu. 3. & in l. si vendicari C. de panis.* Constitutionis verba hæc sunt. *Si vendicari in ali-*

in aliquis severius contra nostram consuetudinem pro causa intuitu jufferimus: nolimus statim eos, aut subire pœnâ, aut excipere sententiam, sed per dies triginta super statum eorum fors, & fortuna suspensa sit. Reos sanè excipiat, vinciatque custodia, & excubiis solertibus vigilantèr observet. Hæc Theodosius, qui statuit exequendam non esse sententiam ipsiusmet Imperatoris, in qua de re gravissima agitur, sed super sedendum, & expectandam esse secundam jussionem, nè alioqui injustè opprimatur innocens aliquis, vel calore iracundiæ ipsius Principis, vel quòd certior factus non sit rem aliter se habere, sicuti declarant Doctores ibi, & Nevizanus, in libro sexto Sylva nuptialis. n. 49. Cagnolus, in l. quidquid calore iracundia n. 12. de reg. juris, Cravetta, in cons. 319. col. 2. ver. quareo respondeo, & Didacus, in libro secundo variarum resolutionum cap. 8. n. 1. in fine, & cap. peccatum in prima parte ver. octavo quamvis de regulis juris in 6. & in d. l. 14. n. 47. sicuti ergo Pontifex Maximus approbando præd. Theodosii constitutionem statuisse dicitur, quòd non mittant executioni rescripta, & præcepta Imperatoris, & aliorum Principum secularium, nè injusta sequatur oppressio; Sic & ipse summus Pontifex eadem lege uti debet, cum eadem etiam sit ratio in ipso Summo Pontifice, quàm in Imperatore, Rege ac Principe, cui tanquam Dei Ministro in tetris ad regendum populum suâ fide commissum in his, quæ hujus sæculi sunt, obediendum est.

Septimò confert, quod à rescripto, & præceptis summi Pontificis permissum est ab eodem Pontifice supplicari. cap. ex litteris de restitutione in integr. & cap. pastoralis de appellat. Imò & Clericus potest à mala Pontificis informatione supplicare, ut Sanctitas sua melius se informet, ut scribunt Ioannes de Selva, in tractatu de beneficio in tertia parte quest. 8. n. 10. ver. decimo nono, Colmus Gumier, in annotationibus ad pragmatiscam sanctionem titulo de frivolis appellationibus in verbo Fores, & Alfonso Azevedo, in commentariis ad leges Hispania in l. 14. tit. 3. lib. 1. n. 49. qui subjungit, hæc fieri ut Papa melius informatus mutet sententiam, juxta glosam in cap. variato 35. q. 9. Et quòd constat Pontificis rescriptum inferre grave damnum alicui, opponi potest, concessum fuisse à Papa malè informato, & ob id exequendum non esse, ut scribunt Decius, in cons. 407. col. ultima, & in cons. 606. col. ultima, & Gomezius, in regula Cancellaria de jure quasito non tollendo questione 1. col. 3. quos secutus est Azevedo, præcitato in loco. Jure ergo Rex, & Princeps mandare potest, nè rescriptum Pontificis executioni mittatur, donec Regii Ministri videant an aliquod damnum injustum, aliquamvè oppressionem contineat, quæ Pontifex ipse Maximus non concessit, si benè informatus fuisset.

Octavo suffragatur, quòd Rex Hispaniæ est in hac quasi possessione antiquissima utendi his defensionibus adversus rescripta Pontificia, hoc in casu, ut testantur Didacus Covarruvias, in cap. 35. n. 2. ver. caterum &c. juxta hæc quæ scripsit ibidem n. 4. ver. sic etiam & Vasquius, in libro primo de controversiis illustribus cap. 41. n. 26. Quod autem operetur hæc quasi possessio immemorialis, & antiquissima, scripsi supra in quinto argumento præcedentis conclusionis, Nonò & ultimo movet me non parum auctoritas eorum, qui affirmant, has leges, & Constitutiones justas & observandas esse, quoad rescripta, & præcepta Summi Pontificis Ita sanè.

Didacus Covarruvias, in libro practicarum questionum cap. 35. n. 3. qui num. 4. reddit rationem Regii decreti, & praxis Hispaniæ, quare multis in casibus, & negotiis literæ Apostolicæ non mittuntur prius executioni, quam videantur à Tribunalibus Regiis, & ad rem hanc refert egregiam Driedoni eruditissimi Theologi sententiam. Ferrandus Vasquius, in libro primo de controversiis illustribus cap. 41. n. 25. & n. 26. Alfonso

Azevedo, in commentariis ad leges Hispania nova recopilationis in l. 2. tit. 8. lib. 1. col. 3. ver. unde si Papa, vellejus Comes. Idem apertius in l. 14. tit. 3. lib. 2. n. 37.

Joannes Gutierrez, in libro primo practicarum questionum, quest. 20. n. 1. in fine; dum loquitur de Bulla In cœna Domini.

Ludovicus Mexias, in commentariis ad legem Regiam Toleti de los terminos in secunda parte in undecimo fundamento. n. 47. ver. inde Princeps &c. dum scribit Principem posse resistere Papæ dispensanti Ecclesiam, & injusta facienti.

Ignatius Lopez, in additionibus ad practicam criminalem Bernardi Diaz. cap. 102. col. 8. ver. nec etiam.

Afonius Vivaldus, in candelabro Ecclesia in explanatione Bulla cœna domini casu 14. n. 102.

Carolus Degrafallius, in libro secundo regalium Francia. jure septimò col. 2. ult. unde si Papa.

Olascus, in decisione 30. n. 13. in fine idem sentit.

Bartholomæus Humada, in commentariis ad leges Hispania in l. 13. tit. 13. parte secunda in glosa, sin fuerca.

His addi possunt & illi, quos enumeravi in secundo argumento præcedenti conclusione, qui etsi non loquuntur in specie rescriptorum, & præceptorum Pontificis, sed Ecclesiasticorum, attamen rationes, & argumenta, quibus illi uti sunt, satis significant eosdem sentire de ipso Summo Pontifice. Accedit etiam Cajetanus, in tractatu primo de auctoritate Papa, & Concilii cap. 27. col. 2. ver. ad secundam rationem, cum dicit, quòd etsi Papa prò se male gestis judicari à nemine potest, ejus tamen injustè gesta possunt impediri, & illis, defendendo se, resisti.

Nunc superest, ut diluamus, atquè confutemus duo, quæ prò contraria opinione, quam tamen ab aliquo non video probari, adduci possunt.

Primò obstare videtur Constitutio illa Bullæ, quæ In cœna Domini appellatur cap. 14. cujus verba hæc sunt. Excommunicamus, & anathematizamus omnes, & singulos, qui per se, vel per alios auctoritate propria, & de facto, quarumcunque exemptionum, vel aliarum gratiarum, & litterarum Apostolicarum preteritu, beneficiales, & decimarum, ac alias causas spirituales annexas, ab Auditoribus, & Commissariis nostris, aliisvè Iudicibus Ecclesiasticis avocant, illarumvè cursum, & audientiam, ac personas, ac capitula, conventus, Collegia, causas ipsas prosequi volentes impediunt, ac se de illarum cognitione tanquam Iudices interponunt. Quicquid adversus partes adstrictas, qua illas committi fecerunt, faciunt ad revocandum, & revocari faciendum citationes, vel inhibitiones, aut alias literas in eis directas, ad faciendum, vel consentiendum eis, contra quos tales inhibitiones emanaverunt, & censuris, & pœnis in illis contentis absolvi, per statutum, vel alias compellunt, vel executionem litterarum Apostolicarum, seu executorialium, processuum; ad decretorum prædictorum quomodolibet impediunt, vel sumum ad id favorem, consilium, aut assensum præstant, etiam prætextu violentia prohibenda, vel aliarum prætextuum, seu etiam donec ipsi ad nos informandos, ut dicunt, supplicaverint, aut supplicari fecerint; nisi supplicationes hujusmodi caram nobis, & Sede Apostolica legitimè prosequantur, etiam si talia committentes fuerint Præsidentes Cancellaria, Consiliorum, Parliamentorum, Vicecancellarii, Cancellarii ordinarii quorumcunque Principum Secularium, etiam si Imperialis, Regali, & Ducali, vel aliâ quacunque præfulgeant dignitate, aut Archiepiscopi, Episcopi, Abbates, Commendatarii, seu Vicarii fuerint. Hactenus constitutio Bullæ, quæ illis verbis, etiam prætextu violentia prohibenda &c. tollere, & abrogare videtur prædictas leges Hispaniæ & Neapolis. Prohibere etiam dicitur Bulla hæc, nè supremi Principes remediis dictarum legum, & Constitutionum utantur.

Respondetur

Respondetur, prædictam Bullam loqui, quando Rex & Princeps per modum iurisdictionis ordinariæ, & cum causæ cognitione, tanquam Iudex, vellet procedere contra Clericum, & de causis Ecclesiasticis; Non enim tunc potest, & ob id incideret in pœnam d. & Bullæ, ut potè quòd esset Iurisdictionis Ecclesiasticæ usurpator. Ià sanè loqui Bullam, significant ejus verba ibi. *Causas ab Auditoribus, & Commissariis nostris aliisque Iudicibus Ecclesiasticis advocant &c.* Et ibi *scad illarum cognitionem tanquam Iudices &c. intrinsestere &c.* sed longè diversum est nostro in casu, in quo Rex, & Princeps extraordinariâ, & extrajudiciali quadam defensione tuetur, & defendit oppressum, & injuriâ affectum ab alio Clerico, & per factum notorium, & rei evidentiam, & citatis, quorum interest. Non etiam Rex, vel ejus Consiliarii cognoscunt de ipsius causæ meritis, sed solummodò ut tollatur vis, & oppressio, quæ à Iudice Ecclesiastico inferitur, sicuti declarat Didacus Covarruvias, in dicto libro præf. *quæst. cap. 35. n. 3. ver. nec regii &c.* Et huic interpretationi non repugnant postrema illa ejusdem Bullæ verba: ibi. *Vel alias executionem litterarum Apostolicarum, vel executorialium, etiam sub prætextu violentiæ prohibendâ, vel quòd ad nos informandum, ut ipsi veniant, supplicaverint, aut supplicari fecerint &c.* Nam verba illa intelliguntur, quando executio prædictarum litterarum impeditur quodam fictò colore defensionis ab oppressione, & injuria, fingendo injuriam & oppressionem, ubi non est; Sicuti in specie Bullam hanc sic declarat, & explicat *Alfonso Vivaldus, in Candelabro Ecclesia in explanatione Bullæ cœna Domini cap. 14. n. 109.* Et idem priùs senserunt Navarrus, in *Manuali Confessorum cap. 70.* Cordua, in *sua summa cap. 35.* Azevedo, in *l. 2. tit. 6. lib. 1. novæ compilationis*, quos secuti sunt Bartholomæus Humada, in *l. 13. tit. 13. parte secunda novæ compilationis n. 1. ver. sed contra &c.* Et Ignatius Lopez, in *additionibus ad practicam criminalem canonicam Bernardi Diaz, cap. 102. col. 8. ver. nec etiam superioribus.* Et hunc quidem sensum comprobare videtur verbum illud, *sub prætextu*, quò utitur Bulla, cum nil aliud significet, quam fictum colorem, sicuti doctissimis Guilielmus Budæus, in *annotationibus Pandectarum ad l. minor ff. de minoribus 25. annis.* declarat illud Virgilio in *quarto Aneidos.* *Non tamen Anna novis prætexere funera sacris Germanam credit.* Et idem poëta, eodem lib.ò, dum sic cecinit. *Conjugium vocat, hoc prætextu nomine culpam.* Et Cicero in oratione contra Pisonem *Nemo potest Exercitum aperte petere, ut non prætexat cupiditatem triumphi.* Et jure nostrò probatur in *l. sub prætextu 1. & l. sub prætextu 2. C. de transactionibus.* Et si aliter diceremus, sequerentur duo absurda, & repugnantia verisimili menti, & voluntati Pontificis Maximi, & Regis: Alterum quorum est ex parte ipsius Papæ, quòd tollere voluisset justam defensionem oppressis, quæ cum sit juris naturalis, ut *suprà* demonstravimus, à nemine tolli potest. *Clemen. pastoralis de senten. excom. & rejudicata,* & scribunt Bartolus, in *extraord. ad reprimendum, in verbo figura in glos. diffinitio*; Aretinus, in *conf. 163. n. 14.* & alii, quos congesi in *libro primo de arbitrariis Iudicium. quæst. 17. n. 5. & 6.* & in specie nostra idem affirmant Afflictus, in *decis. 24. n. 7.* Valquius, in *libro primo de controversiis illustribus cap. 41. n. 27. in fine.* Alterum absurdum, & repugnans menti, & voluntati verisimili Regis est, quòd verisimile minimè sit Regem Catholicum, qui sedis Apostolicæ, ac totius Christianæ religionis semper defensor acerrimus extitit, voluisse his suis legibus, & Constitutionibus à suo instituto recedere, & Dei Ecclesiam deferere, atque contemnere, sicuti à verisimili est longè procul, tot celeberrimos Doctores, fide, religione & pietate insignes, inter quos unum referte

sufficiat Didacum Covarruviam, Sancti Dominici Archiepiscopum, & supremi Consilii Hispaniarum Præsidentem, singularis eruditionis Iurisconsultum, voluisse sententiam hanc probare adversus Sacros Canones, & Sacrorum Pontificum Sanctiones.

Secundò urgere videtur Sacri Concilii Tridentini Constitutio, *sessione 25. cap. 3. & cap. 20. de reformatione*, quâ prohibetur, Principes omnes etsi supremos, eorumquè Ministros impedire iurisdictionem Ecclesiasticam.

Respondetur, Sacrum Concilium Tridentinum loqui de injusto impedimento, quò cupiditatis studiò (Concilii verba hæc sunt) seu inconsideratione præstatur; Non autem si justum est impedimentum, ut est manifestæ oppressionis, injuriæ, & injustitiæ, sicuti etiam videmus, impediri posse executionem rescripti Summi Pontificis, de cujus subreptione constat, ut statuit idem Sacrum Concilium Tridentinum *sess. 22. cap. 5. de reformatione.* Et verè credendum est, Regem Catholicum cui unà cum aliis Sacrum Concilium Tridentinum *sess. 25. cap. 20.* demandavit Ecclesiæ, & religionis defensionem, nolle suis his legibus, & Constitutionibus, ab ipso Sacro Concilio sancita, & diffinita evertere, & destruere velle.

Respondet secundò Bartholomæus Humada, in *d. l. 13. n. 2. 3. 4. & 5.* Sacri Concilii Constitutionem locum non habere adversus Regem Hispaniarum, qui antiquissimâ, & speciali consuetudine consecutus est potestatem impediendi, & tollendi violentias à Iudicibus Ecclesiasticis, vel illatas, vel inferendas, & eo maxime, quòd consuetudo hæc, inquit Humada, est jure Pontificio corroborata.

His paucis levibusquè confutatis argumentationibus manifestè constat, has leges, & Constitutiones, ac earum praxim convenire juri divino, & humano. Et cum omnes ferè Christiani (sunt hæc verba doctissimi Didaci Covarruvias, in *sapius allegato libro practicarum questionum cap. 35. n. 3. ver. quinto iustitia*) orbis Principes seculares hac utantur, & tot annis fuerint usi potestate, consiliò prudentissimorum virorum, qui justitiæ Zelò, & Christianâ pietate id ipsas persuasent, credendum omnino est, hoc in maximam fieri Reipublicæ utilitatem, commodum, & ad rectum utriusquè spiritualis, & temporalis Iurisdictionis usum, & compendium. Quòd si quis (subjungit Didacus) contendat à Principibus hanc tollere potestatem, statim, non quidem serò, comperiet experimentò manifestissimò, quantum calamitatis invexerit Reipublicæ. Hæc vir doctissimus, & religiosissimus Covarruvias, cui accedit pietate, ac religione Martinus Navarrus, in *praallegato s. cum contingat, in primo remedio, in fine de rescriptis, secundum impressionem antiquam Combricensem*, qui cohortatur Reges, & Principes uti his legibus, & Constitutionibus; earumquè remedio ad pacem, tranquillitatem, & cultum divinum suis in regnis servandum, & augendum, & ad impediendam irreverentiam, quâ ii executores Pontifici non solum ipsi Sedi Apostolicæ, sed etiam Jesu Christo Domino Deo nostro (verba Navarri refero) faciunt, dum Ecclesiæ sacrosanctis clavibus sine ulla cognitione, reverentia, ac pudore abutuntur, magno censurarum contemptui occasione præbentes, cum nulla ferè partis, præ qua feruntur utilitate, & cum magno cultus divini detrimento. Hactenus Navarrus,

Cæterum observandum est, Principem non posse omninò, & perpetuò impedire executionem mandati, præcepti, & rescripti Summi Pontificis, etsi de injustitia, & oppressione constat, sed impedimentum, & suspensio executionis esse debet donec quamprimum rescribatur ipsi Pontifici, ut reddatur certior de negotio, sicuti diximus *suprà*. juxta *cap. si quando de rescriptis*, & in specie nostra scribunt Didacus, in

dicto

dicto c. 35. n. 6. v. interim, & Vasquius in l. 1. pe contro. illustribus, c. 41. n. 25. & 26. cessareque debet omnis fraus impediendi executionem literarum Pontificis, ut inquit in specie Azevedo, in lib. 14. tit. 3. nova recompilationis n. 49. post Bosticum, de Synodo in tertia parte n. 285. & 286.

Infertur primò, quòd si Papa, vel ejus nomine Comes Palatini legitimare vellent illegitimè natos, ut possent succedere in bonis sitis in Hispania, Rex, vel ejus Ministri possent impedire, quemadmodum in specie scribit Alfonso Azevedo, in l. 2. tit. 6. lib. 1. nova recompilationis col. 3. ver. sexto facit, qui refert Carolum Grassalium, in libro secundo regaliun Francie jure septimo col. 2. ver. unde si Papa, & Rebuffum, in commentariis ad Constitutiones Gallie tomò tertio in tractatu de appellationibus ab abusu in glos. 2. n. 8, idem apud Gallos observari dicentem.

Infertur secundò, quòd si summus Pontifex conferre vellet beneficium aliquod extero, collationis executio impediri poterit ab ipso Rege Hispanie, seu ejus Ministris, cum non solum temporis longissimò cursu, sed etiam concessionibus summorum Pontificum, ac etiam Constitutionibus pragmaticis Caroli Quinti Imperatoris, Hispaniarumque Regis, beneficia conferti debent Hispanis, non autem exteris, sicuti in specie scribunt Avedanus, in tractatu de exequendis mandatis Regum cap. 1. n. 32. ver. item ex eadem jurisdictione, & Didacus Covarruvias, in libro practicarum questionum, cap. 35. n. 5. & 6. Id quod tam juri divino, quam humano consentaneum esse existimo; est enim ita scriptum Deuter. cap. 18. Prophetam de gente tua, & de fratribus tuis suscitabit tibi Dominus Deus tuus ipsum audies. Et de Episcopis sic finitum legitur in l. in Ecclesiis C. de Episcopis, & Clericis, & Clemen. in cap. nullus invicis, distinctione 61. in cap. quomodo in plerisque de officio ordinar. & in cap. bona st. 2. §. intelleximus de postular. Pralator. & scribunt Abbas, in cap. cum terra n. 12. de electione, & in cap. cum ad decorum de insti. Zenzelinus, in extravag. Joannis XXII. qua incipit, Execrabilis, Gulielmus Benedictus, in cap. Raynutius in verbo, & uxorem nomine Adelsiam decis. quinta n. 482. & in verbo absque liberis n. 52. de testam. Joannes de Selva, in tractatu de beneficiis in secunda parte quest. 23. n. 58. qui n. 59. & 60. idem esse scribit de beneficiis inferioribus. Sic & copiose Carolus Degraffalium, in libro secundo regaliun Francie jure octavo & omnium melius Franciscus Azevedo, in commentariis ad leyes Hispanie in l. 12. tit. 3. lib. 1. qui duodecim rationibus, quas referre supervacaneum duxi, comprobavit. Imò scribit Renatus Coppinus, in lib. 1. de sacra politica cap. 6. n. 11. in fine, lege regia Gallicà sancitum, & usum observatum, Episcoporum Vicarios nullos admitti, etiam si Episcopi aliqui alienigeni sint. Et rectè quidem, ni fallor, cum experientia nos, nostrò malò, docuerit, quantum detrimenti attulerit exterorum Vicariorum ignorantia nostris his regionibus, ac etiam Hispanie, ut non immeritò doctissimus Joannes Lupus, in cap. per vestras in secundo notabili, in fine de donationibus inter virum, & uxorem, & Franciscus Duarenus, in libro primo de Sacris Ecclesie ministeriis cap. 4. gravissimè invehantur. Loca indicasse sufficiat. His, & aliis malis quæ ab Ecclesie Prælati, & Inducibus emanare, & provenire solent, non melius provideri, & ob viam iri potest, quam si præstantissimus, & de Christi Salvatoris Sacrosancta Ecclesia optimè meritis Rex noster, ejusquè Ministri omni studio, & diligentia operamur, ut prætermisso omni, quòd in cæteris omnibus facere consuevissent intelligo, affectu, Ecclesiasticorum acta, & gesta æquò perpendant animò, & si quid iustum ab eis erit, quòd bonò jure impediri, & suspendi debeat, donec summo Pontifici rescribatur, id quidem promptè faciant, statimquè eà quæ decet pietate,

& charitate, Sanctitati suæ dent literas, ut piissimus Pastor, paterquè amore paternò quò omnes Christi fideles solet proficere, pro summa sua benignitate, & prudentia, statuat, provideat, & christianæ salutis consulat.

CAPUT. XX.

Clericorum, & Religiosorum nomine qui veniant & comprehendantur, ut fruantur privilegiis concessis Clericis, & Religiosis.

Uo hæc nomina, Clerici Religiosi, multis modis sumuntur. Religiosi enim nomen tripliciter sumitur. Largissimè, largè, & strictè, seu propriè secundum Angelum Clavaicum, in summa in verbo, religiosus n. 1. Largissimè sumitur Religiosus quilibet Christianus, sicuti dicitur Religio Christiana. cap. pro humani in principio de homicidio in 6. Largè, ut comprehendat omnes Clericos, seculares, & omnem Christianum honestè viventem, cum in eo, quod Deo impendit, ille qui deservit Religiosus dici potest. cap. nullus il. 2. 1. q. 1. & cap. quod Deo 33. quest. 5. Strictè, & propriè Religiosus ille dicitur, qui tria vota in manibus superioris Monasterii Religionis approbatæ à Summo Pontifice emisit. cap. quod votum §. presentis de voto lib. 6. Idem propè scribit Sylvester Pierius, in summa in verbo religio 1. n. 1. ver. & intellige, et si quatuor modis enumerat. Quòd religiosus propriè dicatur Clericus ille regularis, qui tria emisit vota solemnia, castitatis scilicet, paupertatis, & obedientie, affirmant etiam Abbas, in cap. Ecclesia Sancta Maria in quinto notabili de constit. in cap. dilecta de mayo & obed. & in rubrica de regularibus, Zabarella, in Clementina prima in quarto notabili de testibus. Geminianus, in cap. ut officium §. verum. ver. nota bene istud dictum de hæreticis in 6. & Decius, in dicto cap. Ecclesia Sancta Maria n. 13. in quinto notabili, qui post Albarem & Geminianum commemoratos, scribit in statutis sic propriè, & strictè sumi, nisi alioqui statutum nihil operaretur secundum Ancharanum, quem probat Decius, rejectà Abbatis opinione. Exemplum afferunt in statuto Senensi, quòd religiosi habere non possint officia publica Civitatis. Intelligit statutum, inquit Ancharanus, de religiosis largè, quia si strictè sumeretur, nihil posset operari, cum religiosi propriè removeantur ab omnibus officiis secularibus, & profanis, cap. sicut ne Cler. vel mona.

Clerici nomen non ita latè patet, ut nomen Religiosi, sed sumitur solum pro illis, qui divino cultui ministeria religionis impendunt, sicuti statuit Constantinus, in l. 2. C. de Episcopis, & Clericis in Codice Theodos. Et si quidem aliquandò appellantur Clerici Seculares, qui tria vota solemnia non emitunt, aliquandò regulares, qui vota ipsa profitentur, & in Claustris vitam agunt. Sic & Federicus de Senesi, in cons. 73. n. 2. dicit. Clerici nomen esse generale, nomen verò Canonici esse speciale, quòd sub ipso generali continetur. Isidorus verò in libro 7. Etymolog. cap. 12. relatum in cap. Cleros. distinctione 21. scribit hæc verba. Cleros, & Clericos hinc appellatos credimus, quia Matthias forte electus est, quem primum per Apostolos legitimus ordinatum. Knege enim græcè, sors latinè, vel hereditas dicitur. Propterea ergo dicti sunt Clerici quia de sorte Domini sunt, vel quia Domini partem habent. Generaliter autem Clerici nuncupantur omnes, qui in Ecclesia Christi deservunt, quorum gradus, & nomina sunt hæc, Ostiarius, Psalmista, Lector, Exorcista, Acolythus, Subdiaconus, Diaconus, Presby

Presbyter, Episcopus. Hactenus Isidorus, qui nōvem tantum Clericorum nomine contineri enumerat. His ergo alios adjungam, repetitis primam prædictorum nominibus, & officiis.

I. Ostiarius Clerici nomine continetur secundum Isidorum. Et idem censent Imperatores Diocletianus, Maximus, Valens, & Gratianus in *leg. Presbyteros C. de Episcopis, & Clericis*. Est autem Ostiarii munus, & officium (inquit idem Isidorus, in *cap. perlectis distinct. 25.*) claves Ecclesiæ habere, ut claudat, & aperiat templum Dei, & omnia quæ sunt intus, extraque custodiat, fideles recipiat, excommunicatos, & infideles repellat. Et illo in loco Turrecremata, *num. 2.* ex sententia Alberti Magni, in *quarto sententiarum*, annotavit, hos actus non esse purè corporales, sed ad spiritualia ordinatos, & ob id potestatem spirituales esse.

II. Psalmista Clerici nomine contineri dicit præcitus Isidorus. Hic appellatur Cantor à Justiniano, in *§. Presbyteros, in Auth. de Sanct. Episcop.* relat. in *Authentica Presbyteros C. de Episcopis, & Clericis*, & à Concilio Carthaginensi in *cap. psalmista, distinctione 24.* Ad psalmistam, (inquit Isidorus, in *dicto cap. perlectis*), pertinet officium canendi, dicere benedictiones, laudes, Sacrificium, responsoria, & quidquid pertinet ad canendi peritiam. Hoc tamen officium, est munus, non est ordo, sed officium ordini annexum, ut scribunt Divus Thomas, & alii relati à Turrecremata, in *dicto cap. psalmista, num. 1. & 2. distinct. 27.*

III. Lector inter Clericos refertur ab Isidoro, & Imperatoribus, prædictis in locis, & à Concilio Carthaginensi in *cap. lector, distinctione 27.* Ad Lectorem pertinet, (inquit idem Isidorus in *dicto cap. perlectis*) pronuntiare lectiones, & ea quæ Propheta vaticinarunt, populis predicare. Hic dicitur ordo, cum character ex libri traditione imprimatur, sicuti ex aliorum sententia scribit Turrecremata, in *dicto cap. lector.*

IV. Exorcista Clerici nomine continetur, ut Isidorus, & Imperatores, præcitis in locis affirmant. Ad exorcistam pertinet exorcismos memoriter tenere, manusque super Energumēnos, & catechumēnos in exorcizando imponere. Ita Isidorus in *dicto cap. perlectis distinctione 25.* & scribit Turrecremata, in *cap. Exorcista, distinctione 23.* ex Alberti Magni sententia Exorcistarum potestatem esse tollere, vel diminuire vim Dæmonis in fomite, impediētis Sacramentorum perceptionem; aliam verò liberationem Dæmoniacorum, & curationem infirmorum habere adjunctam quando expedit, & non semper. Prætermitto reliqua sciens à Turrecremata hac de re scripta.

V. Acolythus quoque Clericus est, sicuti testatur Isidorus in *dicto cap. Cleros, & Imperatores.* Ad Acolythum (inquit idem Isidorus in *dicto cap. perlectis*) pertinet preparatio luminariū in Sacratio; ipse cerentim portat, ipse suggesta pro Eucharistia, calices subdiaconis præparat. Idem propè habetur in *cap. Acolythus distinct. 23.* quo loco Turrecremata scribit, hunc recipere ordinis characterem, & quidem principaliter à traditione urceoli, in quo defert vinum, & aquam ad faciendū Sacramentum Eucharistiæ virtute verborum ab Episcopo prolatorum, ex sententia Divi Thomæ, & Durandi, quos refert, & probat. De Acolytho alia scribunt Petrus Gregorius Tholosanus, in *libro 16. Synagmat. juris cap. 6.* & Germonius, in *lib. 2. de Sacrorum immunit. cap. 2. num. 7.* qui *num. 14.* tradit, Acolythos non esse propriè Clericos, sed largè sumpto nomine.

VI. Subdiaconus Clerici nomen obtinet, quem admodum præcitus Isidorus, & Imperatores affit-

mant. Et Justinianus, in *Authentica Presbyteros, C. de Episcopis, & Clericis*, his verbis. *Presbyteros, & Diaconos, & subdiaconos Catores, & lectores, quos omnes Clericos appellamus, res quolibet modo &c.* Ad Subdiaconum, (inquit idem Isidorus) in *d. c. perlectis pertinet calicem, & patenam ad altare Christi deferre, & Levitis tradere, eis quo ministrare, urceolum quoque, & aquam, manile, & manutergium tenere, Episcopoque & Presbytero, & Levitis pro lavandis ante altare manibus aquam præbere.* Quocirca in Concilio Carthaginensi relato in *cap. subdiaconus, distinctione 23.* sancitum fuit his verbis. *Subdiaconus cum ordinatur, quia manus impositionem non accipit, patenam de manu Episcopi accipiat vacuum, & calicem vacuum; de manu verò Archidiaconi accipiat urceolum cum aqua, manile, & manutergium.* Porro characterem ordinis recipit Subdiaconus à traditione calicis, & patenæ sicuti ex sententia Divi Thomæ, Alberti Magni, & Durandi tradit Turrecremata in *dicto cap. Subdiaconus.*

VII. Diaconus Clerici nomine contineri testantur Isidorus, & Imperatores in *dictis cap. Cleros, leg. Imperatores, & Authen. Presbyteros supra citatis.* Ad Diaconum (inquit idem Isidorus in *dicto cap. perlectis*) pertinet assistere Sacerdotibus, & ministrare in omnibus, quæ aguntur in Sacramentis Christi, in baptismo, scilicet, in chrismate, & patena, & calice, oblationes quoque inferre, & disponere in altari, componere etiam mensam Domini, atque vestire, crucem ferre, & predicare Evangelium, & Apostolum. Nam sicut lectoribus veteris testamenti, ita Diaconis novum predicare præceptum est, Ad ipsum quoque pertinet officium precum & recitatio nominum. Ipse præmonet aures habere ad Deum, ipse hortatur clamare, ipse donat pacem, & ipse annuntiat. Hæc Isidorus. Habet Diaconus Ordinis characterem, qui imprimi dicitur per impositionem manus ab Episcopo, secundum Divum Bonaventuram, vel Sanctum Thomam, Ricardum, & Durandum, hos refert Turrecremata in *cap. Diaconus, distinctione 23.* per traditionem libri Evangeliorum. Diaconum ab Archidiacono vel in eo differre dicitur, quòd Diaconus Presbytero, Archidiaconus verò Episcopo inservit, ut scribit Petrus Gregorius Tholosanus, in *lib. 15. Synagmat. juris cap. 20. num. 3.* In aliis differre tradit Germonius, in *libro secundo de Sacrorum immunitatibus, cap. 2. num. 5.* & copiosius in *paratilis, in tit. 22. de officio Archidiaconi.*

VIII. Presbyter inter Clericos enumeratur à prædictis Isidoro, & Imperatoribus. Sic & Gregorius Pontifex Maximus, in *cap. ex persona, 11. quæst. 2.* Sic & Theodosius in *l. 8. C. de Episcopis, & Clericis, in Cod. Theodosiano* his verbis. *Presbyteri circa injuriam questionis testimonium dicant, ita tamen ut falsa non simulent. Ceteri verò Clerici, qui eum deinde gradum, vel ordinem sequuntur, si ad testimonium dicendum petiti fuerint, prout leges præcipiunt, audiantur &c.* Presbyterum Clerici nomine contineri ostendit illa dictio, Ceteri, quæ includit, & ampliat ad similia, quæ sunt ejusdem speciei, ut scribunt glosa, & Doctores, in *cap. ultimo de summa Trinitate, & Fide Catholica, Bartolus, in leg. si quis servo §. ultimo de legatis 2º. l. pater §. quindecimo de legatis 3º.* & Rebuffus, in *leg. Ceterum col. 2. ver. ad hac non est ff. de verborum significatone*. Respectu verò actus dicendi testimonium separantur Presbyteri à Clericis in *dicta l. 8.* sic explicando defendi potest Germonii explanatio in *libro secundo de Sacrorum immunit. cap. 2. num. 4.*

IX. Episcopus, etsi supremum habet ordinem, Clericus tamen & ipse appellatur, ab Isidoro, & Imperatoribus, præcitis in locis. Episcopus habet characterem Ordinis, qui imponitur per impositionem libri super ejus cervicem secundum magis receptam

ceptam opinionem , quam probat , & Turrecremata, in cap. *Episcopus* , distinctione 23, numer. 27. col. penult. Ad *Episcopum* (inquit Isidorus, in dicto cap. perlectis distinct. 25.) pertinet Basilicarium consecratio. Episcopi autem nomine veniunt Archiepiscopi , Primates, & Patriarchæ, sicuti refert Isidorus, in dicto cap. *Cleros* 21. distinct. & prius Justinianus, in Authentica, de privilegiis Archiepiscopi, novella 11. & in Authentica de Sanctiss. Episcopis, novella 123. Non desunt tamen, qui negant, Episcopatum esse gradum, sed dignitatem, & ordinum apicem. Ita sanè Sacræ Theologiæ interpretes, in 4. sententiarum distinctione 24. & alii, quos referunt Joannes Lupus, in tractatu de sponsalibus, & matrimonio, in secunda parte principali, numer. 4. Pacius in tractatu de visitatione, in secunda parte, quaestione 10, num. 95. latè Nicolaus Plovius, in tractatu de Sacramentis, in sexta parte, cap. 1. numer. 4. & Petrus Gregorius, in lib. 16. Syntagmat. juris cap. 1. numer. 9. Cæterum in odiosis appellatione Clericorum non continentur Episcopi, nec alii in dignitate positi. Ita Abbas, in rubrica de vita, & honestate Clericorum, & Sylvester Pierius, in summa, in verbo *Clericus*, num. 1.

X. Tonsuratus, cujus nomen non meminere Isidorus, nec Imperatores, præallegatis in locis, Clericus appellatur ab Hostiensi, in titulo de temp. ordin. quem secuti sunt Abbas, in cap. *Clerici*, de Iudiciis, Ancharanus, in cap. 1. de Clericis conjug. lib. 6. Jafon, in leg. filia numer. 7. C. de collationibus. Petrus Belluga, in speculo Principum, rubrica 11. §. videndum numer. 5. ver. sed videndum, Sylvester Pierius, in summa, in verbo excommunicatio. 6. numer. 3. Marcus Antonius Niger, in extravag. de vita, & honestate Clericorum, in ver. tonsura numer. 1. & 2. Porro hic tonsuratus ordinem non habet, sicuti scribunt Doctores, in cap. cum contingat. de etate, & qualitate, Divus Thomas, in tertia parte summa, quaest. 36. art. 2. fuse Clavasius, in summa, in verbo ordo. §. 2. Alfonso de Castro, lib. 2. contra hereses, in verbo ordo, Joannes Lupus, in tractatu de libertate Ecclesiastica, quaest. 5. numer. 1. & 2. Decianus, in tractatu criminali, lib. 4. cap. 9. num. 21. & Petrus Gregorius, in dicto cap. 1. numer. 10. qui dicit, primam tonsuram, vel coronam esse signaculum, quo signatur in partem fortis ministerii divini, & designationem ponis ordinandam, quam electionem. Exemplo, inquit Gregorius, armatæ militiæ Romanæ, in qua non statim Sacramentum militare præstatur, nec militare omnibus licebat, sed prius delectus habebatur juventutis evocatione factâ, & postea addicebantur militiæ, & scribebantur deinde inter ordines; ut apud Livium, libro secundo decadis 3. & libro sexto Decad. 1.

Cæterum ii Clerici primæ tonsuræ fruuntur multis privilegiis concessis aliis propriè Clericis. Non enim conveniri possunt coram Judice Seculari, cap. nullus, 11. quaest. 2. cap. *Clerici*, cap. decernimus, & cap. cum non ab homine, de iudiciis, & cap. 2. de foro competenti, & scribunt Joannes Andreas, in cap. nullus, de ord. cog. in 6. Zabarella, in Clem. 2. §. 1. de Sepul. Abbas, in rubrica, de vita, & honestate Clericorum, Sylvester Pierius, in summa, in verbo *Clericus*, num. 1. & in verbo, excommunicatio. 6. numer. 3. Calca, in cap. *Ecclesia Sancta Maria* numer. 6. de consue. Marfilii, conf. 67. numer. 58. Egidius Thomatus, in tractatu de collectis, in verbo si quisquam, numer. 13. latè Remigius, in tractatu de subsidio charitativo, quaest. 64. & quaest. 65. Didacus, in libro practicarum questionum, cap. 31. numer. 5. ver. tertio illud, qui alios refert, Decianus, in tractatu de criminali, lib. 4. cap. 9. num. 21.

Hæc tamen recepta opinio intelligitur quando Clericus iste primæ tonsuræ clericaliter vivit, quemadmodum declarat Speculator, in titulo de Cleri-

cis conjugatis, Abbas, rub. extra de vita, & honestate Clericorum, Alexander, in cons. 210. lib. 2. & Parpalea, in leg. placet, numer. 21. 22. 23. C. de Sacros. Eccles.

Imò nondum tonsuratus ob minorem adhuc ætatem, sed inserviens eo animo Ecclesiæ, ut Clericus efficiatur, Clerici nomine continentur, ut fruatur privilegiis Clericorum. Ita glosa 2, in cap. 2. de foro competenti, ubi Abbas, numer. 5. & Barbat. numer. 29. Decianus, in dicto cap. 9. numer. 27. Hodie Sacrosancto Concilio Tridentino, sessione 23. de reformatione cap. 6. sancitum est his verbis. Nullus primâ tonsurâ initiatus, aut etiam in minoribus ordinibus constitutus, ante decimum quartum annum beneficium possit obtinere. Is etiam fori privilegio non gaudeat, nisi beneficium Ecclesiasticum habeat, aut Clericalem habitum, & tonsuram deferens, alicui Ecclesiæ ex mandato Episcopi inserviat, vel in Seminario Clericorum, aut in aliqua schola, vel Univeritate, de licentia Episcopi, quasi in via ad majores Ordines suscipiendos, versetur. In Clericis verò conjugatis servetur Constitutio Bonifacii Noni, quæ incipit, Clerici qui cum unicis; modo ii Clerici, alicuius Ecclesiæ Servitio, vel ministerio deputati ab Episcopo, eidem Ecclesiæ serviant, vel ministrant, & Clericali habitu, & tonsurâ utantur; nemini, quoad hoc, privilegio, vel consuetudine, etiam immemorabili, suffragante. Hactenus Sacrum Concilium.

XI. Monachus olim Clerici nomine non continebatur, quippè qui nullos suscipiebat ordines, sicuti multis ostendit Germonius, in libro secundo de Sacrorum immunitatibus, cap. 2. numer. 1. & sequentibus, & præter eum probat leg. omnes in principio de Episcop. & Cler. his verbis. Omnes, qui ubique sunt, vel posthac fuerint orthodoxa fidei Sacerdotes, & Clerici cujuscunque gradus sint, Monachi quoque &c. illa dictio quoque est implicativa, ut scribunt Bartolus, in leg. habet ff. de partis, Jafon, in leg. jusjurandum, §. ultimo ff. de jurejurando, & Decius, in cons. 523. numer. 2.

Hodie verò monachi Clerici nomine appellantur, & Clericorum privilegiis fruuntur quemadmodum scribunt Abbas, in rubrica de vita, & honestate Clericorum, Sylvester Pierius, in summa, in verbo, *Clericus*, num. 2. Germonius, in dicto lib. 2. de sacrorum immunitatibus, cap. 2. num. 13. qui commemorat privilegia Monachis concessa, de quibus suo loco differemus.

Extenditur primò hæc sententia, ut locum habeat etiam in eo, qui novit religionem; Nam & hic fruatur privilegiis concessis Monachis, & Religiosis. Ita Baldus, in l. C. an servus ex suo facto, Jafon, in l. cum quadam puella, numer. 11. ff. de jurisdictione omnium Iudicum, & ibidem Jacobinus à Sancto Gregorio, numer. 7. & idem, in leg. si quis postea, numer. 10. ff. de iudiciis, Thomas Ferratius, cautela 23. Petratanta Seg. si, Nevizanus, in libro primo Sylva nuptialis, numer. 62. Duennas, in reg. 100. num. 18. ver. quod tamen, Marfilii, in singulari 534. & Decianus, in tractatu criminali, lib. 4. cap. 9. num. 23. Eâ ratione ii moti sunt, quia votum retrahitur.

Extenditur secundo, ut procedat etiam in Monacho Novitio; Nam, & hic existens intra annum probationis Clericus dicitur, ut scilicet fruatur privilegiis concessis Clericis. Ita sanè scribunt Angelus, in l. 1. ff. de pœnis Geminianus, in cap. presens Clericus 20. quaest. 3. Jafon, in leg. cum quadam puella numer. 13. de jurisdictione omnium Iudicum, Marfilii, in singulari 534. propè finem, & Decianus, in tractatu criminali, lib. 4. cap. 9. num. 24.

XII. Conversi qui se Ecclesiæ Servitio dedicaverunt, & professionem trium votorum emisserunt, Clerici,

& Religiosi dicuntur, ut fruuntur Clericorum privilegiis; reliqui verò in domibus suis permanentes, & proprium habentes, non dicuntur Clerici, nec eorum privilegiis fruuntur. Ita Hostiensis, & alii, quos refert Sylvester Pierius, in *summa, in verbo excommunicatio. 6. numer. 3. ver. de conversis*, Cald. in *conf. 30. an conversi in titulo de regularibus*, Zabarella, in *Clemen. 1. de decimis*, Abbas, in *cap. Ecclesia Sancta Maria, num. de constitutione, & ibidem Decius, in quar- to notabili. num. 11. & 12.* Petrus Belluga, in *Speculo Principum, in rubrica 11. §. videndum, num. 6. ver. item comprehendit*, Decianus, in *dicto cap. 9. num. 28.* & probatur *cap. ex tenore, cap. non dubium, & cap. de monialibus, de senten. excom. cap. ex eo de electione in 6. & cap. religiosa de senten. excom. in 6.*

XIII. Jesuati dicuntur Religiosi, & Clericorum nomine continentur, ut Clericorum privilegiis fruuntur. Ita Felinus, in *cap. 2. numer. 11. de foro competenti*, Butrius, in *cap. nullus Indicum de foro competenti*, Sylvester Pierius, in *summa, in verbo excommunicatio 6. numer. 3. ver. de Jesuatis*. Dissentiunt, Decius, *cap. 2. colum. 7. numer. 14. ver. sed tamen considerandum est. de constit.* Belluga, in *Speculo Principum, rubrica 11. §. videndum, num. 8.* Cæterum Decianus, in *dicto cap. 9. numer. 3.* qui scribit hodie cessare omnem dubitationem, ob multa privilegia his concessa à summis Pontificibus, qui religionem hanc approbarunt. Et scribit Sylvester, *præcitato in loco*, Martinum Quintum Pontificem Maximum concessisse his Jesuatis, quod usque ad beneplacitum Sedis Apostolicæ possint licite suo in statu permanere.

XIV. Moniales Sanctæ Brigittæ inter personas Religiosas enumerantur, & ob id fruuntur privilegiis concessis Clericis, & Religiosis, sicuti respondit Abbas, in *conf. 8. num. 1.* quem secutus est Decianus, in *dicto cap. 9. num. 33.* qui scribit illa Monasteria mulierum, quæ cum viris versantur, & habitant etsi omnes religionem profitentur, non sunt religiosæ, cum eis repugnet *cap. Monasteria. 12. quæst. 2.*

Quocirca subjungit Decianus jure, & merito damnatam fuisse hic Mediolani Congregationem Paulinorum, in qua Presbyteri cum mulieribus versabantur, neque quidquam per viros fieri poterat sine mulierum assensu, & vagabantur quoque simul viri, & fœminæ modò in hanc, modò in illam Civitatem.

XV. Eremitæ Religiosæ sunt personæ, & Clericorum privilegiis fruuntur, ex sententia gloriæ, in *cap. nulli distinctione 27. & cap. qui vero 16. quæst. 1. & cap. 1. in fine de excessibus Prælatorum*, Angelus, in *Authentica apud quos oporteat causas dicere Monachos*, & in *consilio 121. arguo primo col. ult.* Butrius, in *conf. 19. col. penult. ver. ad nonnum.* Zabarella, in *Clementina penult. quæst. 9. de sen. excom.* Abbas, in *cap. 2. num. 10. de foro competenti*, & ibidem Felinus, *num. 7.* Marianus Socinus Senior, in *octava declaratione, num. 11.* Petrus Belluga, in *Speculo Principum rubrica 11. §. videndum est, numer. 7.* Turcremata, in *dicto cap. qui vere.*

Verum à prædictis dissentiant Joannes Lignanus, in *Clementina per litteras, de praben.* Auffrerius, in *additionibus ad Capellam Tolosanam, quæst. 8. & 9.* & alii, quos refert Abbas, in *dicto cap. 2. num. 10. de foro competenti*, Germ. in *Clementina per litteras, de prabendis*, & Petrus Belluga, in *Speculo Principum, rub. 11. §. videndum, num. 8.*

Distinguo, atque constituo aliquos casus ex sententia Zabarellæ, Barbatæ, Socini, & Deciani, quos statim referam.

Primus est casus, quando Pontifex Maximus expressè approbavit regulam Eremitarum, tradito eis certo vivendi modo. Hoc sanè casu sine controversia ii dicuntur

Religiosi, & Clericorum privilegiis fruuntur. Ita Zabarella, in *Clementina 2. quæst. 12. de prabendis*, Decianus, in *tractatu criminali lib. 4. c. 9. num. 33.* Idem quando Papa tacite approbavit longâ patientiâ, & scientiâ, ut tradit Belluga, in *d. §. videndum est n. 7.* qui è contra dicit, hos non gaudere Clericorum privilegiis, quando Papa diu passus est, hos judicari à Judicibus Secularibus.

Secundus est casus, quando, Papa non approbavit regulam aliquam Eremitarum, sed is, qui vitam agere cepit eremiticam, erat prius Clericus. Hoc etiam casu sine dubio fruitur hic Eremita Clericorum privilegiis, cum nec Clericus esse desierit. Ita Zabarella, in *dicta Clementina 2. quæst. 12.* Decianus, in *dicto cap. 9. num. 33.*

Tertius est casus, quando Papa non approbavit regulam aliquam Eremitarum, & is qui vitam cepit agere eremiticam erat Secularis, & non permanet continuo in eremo, sed huc, atque illuc vagatur; Hoc sanè casu non dicitur iste Clericus, nec religiosus, & ob id non fruitur privilegiis Clericorum. Ita Decianus, in *dicto cap. 2. num. 33. ver. aut vagantur*, & idem sentit Zabarella, in *dicta Clementina 2. quæstione 12. in fine.* Imò in sexta Synodo Constantinopolitana, Canone quadragesimo secundo, sancitum est, ut Eremitæ, qui in Urbibus vagantur inter viros & mulieres, vel habitum cæterorum Monachorum sumant, vel Urbe secedant. Et hoc in casu loqui intelligo Auffrerium, in *tractatu de potestate Seculari super Ecclesiastica in regula secunda, numer. 37. in fine*, qui testatur Curiam Parlamenti suspendi fecisse Eremitam, qui multa furta commiserat. Et ii vagantes appellantur. Sarabitæ secundum Boërium, in *tractatu de vita Eremitarum, num. 11.* qui hos valde detestatur, & damnat, & *num. 14.* alia ad rem scribit.

Quartus est casus, quando Eremitarum regula approbata non legitur à Papa, & is qui vitam agit eremiticam, erat Secularis, & continuo manet in Eremo, inserviens Deo jejuniis, orationibus, & disciplinis. Hoc quidem casu dicitur Religiosus, & frui debet privilegiis religiosorum, & Clericorum, quemadmodum scribunt Zabarella, in *dicto cap. 2. quæst. 12.* & apertius Decianus, in *dicto cap. 9. num. 33. ver. aut vero sua sponte.* Idem senserunt Abbas, in *cap. cum ad Monasterium num. 2. de electione*, Barbat. in *cap. 2. num. 65. de foro competenti*, & Marianus Socinus, in *cap. 1. num. 11. eodem titulo.* Et hoc in casu intelligi possunt Butrius, Imola, & alii relati ab Auffrerio, in *tractatu de potestate Seculari super Ecclesiastica, in regula secunda numer. 37.* Noverius, in *tractatu de vita Eremitarum numer. 12. & 13.* & Didacus, in *libro practicarum questionum; cap. 34. num. 4. ver. secundo intelligitur.* His, & aliis, privilegiis maximè digni fuerunt Simeon dictus Columna, & Divus Antonius Eremitæ, qui, ut scribunt Theodoretus, in *libro quarto cap. 38.* & D. Anastasius, in *vita Divi Antonii*, integrum vitæ cursum, qui multorum annorum fuit, in solitudine duxerunt.

XVI. Fratres, & Sorores tertii Ordinis Sancti Francisci, qui ab aliquibus pœnitentes appellantur, si ipsi religioni Franciscanæ inserviunt, vel eorum regula est approbata à Papa, vel Episcopo, & Uxores non habent, Clericorum nomine continentur, ut eorum fruuntur privilegiis. Secus verò si domi suæ agunt. Ita declarat Bartolus, in *l. 1. ff. de pœnis*, & in *l. semper, de jure immunis.* Baldus, in *consilio 272. lib. 1.* Angelus, in *conf. 218.* Zabarella, in *cap. si diligenti, in quæst. antepen. de foro competenti*, Ancharanus, in *cap. 1. de immunis. Ecclesia, libro sexto*, Abbas, & Felinus, in *cap. 2. de foro competenti*, ille *numer. 9. iste, numer. 11.* Marianus Socinus Senior, in *cap. 1. num. 12. eodem titulo*, Corens. in *conf.*

205. col. 1. lib. 1. Et id conf. 220. num. 10. lib. 3. Marsilius, in sing. 534. in fine. Egidius de Thomatis, in tractatu de electis, in verbo si quisquam in hoc. num. 2. Petrus Belluga, in Speculo Principum, rubr. 11. §. videndum, numer. 9. Duennas, in reg. 100. nu. 18. Parisius, in conf. 40. nu. 13. lib. 3. Mylengerius, in conf. 100. num. 14. Joannes Bollogo, in conf. 22. Marcus Antonius Eugenius, in conf. 26. Ego ipse, in lib. 2. de arbitrariis Iudicium, casu 271. 271. ubi scripsi, hos tanquam seculares succedere in feudo, Decianus, in tractatu criminali, lib. 4. cap. 9. num. 34. Et 38. & Octavianus Ulpellus, in tractatu de libertate Ecclesiastica, in tertia parte nu. 29. Et 30. qui testantur hodie ob Bullas Pii Quarti, & Gregorii Deciam tertii, quibus abrogata est concessio Nicolai Quarti, hos fratres Tertii Ordinis ceteri Seculares, & sic se servasse, & servari pluries vidisse. Et his tollitur conflictus illarum hac de re opinionum, quem refert Joannes à Platea, in l. ultima n. 5. C. de exact. tribur. lib. 10.

XVII. Hierosolymitani milites, quos hodie equites Melitenses appellamus, Clericorum nomine veniunt, & ob id eorum fruuntur privilegiis. Ita Decianus, in dict. cap. 9. num. 36. ex sententia Joannis Monacus, Felini, & Barbatæ. His accedunt à me congesti in conf. 54. num. 17. lib. 1. Et in lib. 2. de arbitrariis Iudicium casu 231. num. 19. Et 20. ubi num. 21. idem scripsi de militibus Sancti Jacobi Calatravæ, & Alcantaræ. Accedunt etiam Egidius Thomatus, in tractatu de collectis, in verbo; Si quisquam num. 3. & Remigius, in tractatu de subsidio caritativo, quest. 62. nu. 35.

XVIII. Hospitalarii, hoc est rectores Xenodochiorum; qui aliam quam profitentur regulam, auctoritate Papæ, vel Episcopi, Clericorum, Religiosorumque nomine, & privilegiis gaudent; secus verò si omnino seculares sunt. Ita Abbas, in dicto cap. 2. num. 11. de foro competenti, & ibidem Barbat. num. 68. & Felinus, num. 9. & Decianus, in dicto cap. 9. Et 37. His accedunt Butrius, in conf. 40. num. 3. Zabarella, in Clementina 2. de prebendis. Et in Clemen. 2. §. ut autem quest. 4. de religio. domin. Petrus Belluga, in Speculo Principum, rubrica 11. §. videndum num. 9.

XIX. Disciplini, quos vulgus appellat Batturos, an Clerici dicantur. Primus casus est, respectu personarum, Clericorum nomine non continentur, nec eorum gaudent privilegiis, cum omnino Seculares sint, & uxores habere, & ducere possunt. Ita Bartolus, in l. ultima num. 15. ff. de Collegiis illicitis, quem secuti sunt Zabarella, in conf. 13. Iason in conf. 213. colum. 2. ver. ad prædicta etiam lib. 2. Parisius, in conf. 34. nu. 28. lib. 4. quos retuli, & probavi, in commentariis de recuperanda possessione, remedio decimoquinto, nu. 31. Et nu. 33. ver. primus casus. Et his accedunt Felinus, in cap. 2. nu. 8. de foro competenti, Rochus Curtius, in tractatu de jure patronatus, in verbo vis col. 2. ver. tertia questio, Jacobus Rebuffus, in l. memo col. ult. C. de Spectaculis, lib. 10. Petrus Rebuffus, in commentariis ad Constitutiones Franciæ, tomo secundo, tractatu de confratris num. 12. Et Joannes Gutierrez, in libro secundo canonicarum quest. cap. 35. num. 21.

Secundus est casus, quando agitur de bonis ipsius Congregationis; & loci horum disciplinatorum; & fruuntur privilegiis loci pii, & religiosi, si eo animo acquisita sunt, ut sint Deo dicata, & maximè accedente auctoritate Summi Pontificis, vel Episcopi, aliàs secus, sicuti post alios declaravi in præcitate remedio 15. num. 34. ver. secundus est casus. Et accedit Joannes Gutierrez, in dicto cap. 35.

Tertius, quando Confraternitas constituta est, ut sit sacra, & Deo Optimo Maximo dicata, & bona eo animo sunt congesta, ut ad opera Oratorii necessaria, & pauperibus sublevandis perpetuò sint dicata; tunc bona illa, isque locus ceteri debet religiosus, etiam si Episcopi consentus non accesserit. Ita scripti, in dicto remedio decimoquinto numer. 36. ver. si verò locus Et c. ubi

Jacobum, & Petrum Rebuffos, Zabarellam, Abbatem, & Socinum seniore retuli. Et accedunt Cæsar Lambertinus, in tractatu de jure patronatus articulo 10. prima questionis principalis prima partis lib. 1. Ludovicus Stortia, de restitutione, in tertia parte, questione 3. articulo 6. numer. 46. & Gutierrez, in dicto cap. 35. numer. 23. qui numer. 24. post Lambertinum, ubi supra, scribit, quòd si hoc in casu oritur controversia inter confratres de eis admittendis, vel excludendis, vel de bonis ipsius Confratris agatur, Judex Ecclesiasticus cognoscit, non autem Secularis. De aliis verò bonis, & delictis ipsorum Confratrum adeundus est Judex Secularis, cum ii Confratres, sint, ut diximus, laici, & seculares, non autem religiosi.

Quartus est casus, quando agitur de visitandis his Confratris, ac inquirendo an bona ipsarum Confraternitatum expendantur in eum usum pium, sicuti relicta sunt à testatoribus, & cogendo Administratores reddere rationem de administratis. Hoc casu si hæ confraternitates fundatæ, vel confirmatæ sunt ab Ordinario, sicque Episcopo, vel sumus in dubio, si in eis sunt altaria, Campanæ, & similia, in quo solet celebrare, Judex Ecclesiasticus visitat, & inquit. Ita Gutierrez in dicto cap. 35. numer. 26. Et 27. qui refert sacrum Concilium Tridentinum sessione 22. cap. 8. de reformatione, statuisse, quòd Episcopi etiam tamquam sedis Apostolicæ delegati, in casibus à jure concessis, habeant jus visitandi Hospitalia, Collegia quæcunque, & Confraternitates Laicorum, quæ ad Dei cultum & animarum salutem. Et confert, quod de Ursulini scripsi in conf. 948. num. 20. attingam infra.

XX. Priores locorum piorum non dici Religiosos in specie scripsit Decianus, in tractatu criminali lib. 4. cap. 9. num. 38. qui ex multorum sententia censuit non omnia loca pia subesse jurisdictioni Ecclesiæ.

XXI. Oblati, qui se suæque Ecclesiæ, & Monasterio dicantur, Religiosi dicuntur, & privilegiis concessis religioni fruuntur. Ita glosa, in cap. 1. de decimis in glos. 1. in fine, Abbas, in conf. 53. n. 2. Et 3. lib. 1. Egidius Tomatus, in tractatu de collectis. in verbo, non obstant n. 18. Remigius, in tractatu de Subsidio charitativo, quest. 61. num. 33.

XXII. Canonice Seculares, quarum meminit Clemens Quintus in Clementina ult. §. illas quoque de Scitu Monachorum, & prius Justinianus, in Novella 59. de debita impensa in exequiis defunctorum, cap. 4. §. bis ista factis, non dicuntur personæ religiosæ, sicuti scribit nonnulli, quos refert Marianus Socinus Senior, in cap. 1. num. 15. de foro competenti, & manifestè tradunt Sylvester Pierius, in Summa, in verbo religio. colum. 3. ver. quartum mulieres, qui fortius dicit, nec quidem largè sumpto nomine dici Religiosas. Petrus Gregorius, in lib. 15. Syntagm. juris cap. 23. nu. 20. Cæterum Rota, in decisionibus 1. tit. de regularibus in antiquis, censuit, has mulieres, donec vivant in Monasterio, frui privilegio Ecclesiasticæ immunitatis. Idem sensit Francus, in cap. indemnitateibus, §. penult. in tertio notabilis de election. in 6.

Rectius distinguit Marianus Socinus, in dicto cap. 1. num. 15. in fine. Quòd si harum Canonicarum regula est approbata ab Episcopo, vel alio superiore, dici debent Religiosæ, & gaudent privilegio fori, aliàs non. Et Socinum secutus est Decianus, in tractatu criminali, lib. 4. cap. 9. num. 39. Et hæ quidem visitari possunt ab Episcopo, ut scripsi, & declaravi, in conf. 948. numer. 35. lib. 10.

XXIII. Ursulinæ Religiosæ non sunt, sed sub Jurisdictione, & potestate Seculari, sicuti copiosè disserui in dicto consilio 948.

XXIV. Parabolani, vel, ut alii scribunt, Parbulani, non sūt Clerici, nec Religiosi, sicut passim admittit Alciatus,

ⁱⁿ libro quarto *diffus. juris. cap. 9.* Jacobus Cujacius, in ⁶⁰ *mmenariis ad Novellam tertiam*, Josephus Stephanus, ⁱⁿ libro de potestate coercitiva *cap. 9. num. 13.* & Anastasius Germonius, in libro secundo de Sacrorum immunitatibus, ^{cap. 2. num. 11. & 12.} qui sanè inter se dissentiunt, qui olim dicerentur Parabolani, vel Parabolani. Et quidem prætermittà interpretatione Accursii, in *l. placet, & in l. Parabolanus C. de Episcopis, & Clericis*, qui dicit, & hoc nomine appellatos fuisse Medicos, ob id, quod loquaces sint, multasquè habeant parabolas. Quam interpretationem rejicit post alios Tiraquel. in *tractatu de jure primogen. cap. 31. num. 415.*

Parabolani erant, inquit Alciatus, in *diff. cap. 9. plebeij quidam, famulatio, vel Ecclesiarum, vel Hospitalium, Xenodochiorumvè deputati, & quasi adscriptis gleba.* Hanc interpretationem probavit antè Alciatum Cælius Rhodiginus, in *lib. 29. lectionum antiquarum cap. 11.* Sed eam rejiciunt Tiraquellus, in *dicto cap. 31. num. 421.* & Germonius, in *dicto cap. 2. num. 11.* Placet magis Cujacii, Josephi Stephani, & Germonii interpretatio, Parabolanos dictos fuisse illos Hospitalibus, & Xenodochiis, magnò suæ salutis periculò inservientes, quasi intrepidi, & temerarii in periculis sæpe non paueis verarentur, frequenti ægrotorum eontractu. Et quidem ante Cujacium, Josephum Stephanum, & Germonium, hoc scripserat Tiraquellus, in *dicto cap. 31. num. 421. ver. quid tamen &c.* & etiam ejus nomine suppositò Hotomannus, in *commentariis verborum juris, in verbo Parabolanos.* Horum Parabolanos amplum fuisse Collegium, & de eo alia multa scribit Germonius, *præcitato in loco.*

XXV. Græcorum Clerici, & Sacerdotes, quos Orientales Clericos appellare solemus, an Clericorum nomine apud nos contineantur, ut iisdem privilegiis, & prærogativis frui possint, quibus fruuntur Romanæ nostræ Ecclesiæ Clerici, dubitari potest, *S. & quidem unus tantum, quod sciant.* Baldus, in *conf. 23. Orientalibus licitum lib. 3. prope principium ver. ipsi autem &c.* Manifestè respondit esse propriè Clericos, cum eadem formâ eis conferantur ordines, & characteres ut

nostris, etsi continentiam non profiteantur, sed uxores retineant, sicuti statuit Sacrum Concilium Nicensium, de quo apud Sozomenum, in libro secundo *historia Ecclesiastica cap. 22.* & est relatura in *cap. Nicena. distinctione 31.* quò locò Turrecremata, *num. 1.* annotavit, Sacerdotes Græcos cogi non posse ad servandam continentiam, & idem docuit Abbas, in *cap. cum olim. n. 4. de Clericis conjugatis.* Quod quidem intelligitur, post susceptos ordines; Nam ante eorum collationem, post se sine dubio Pontifex Maximus mandare, ne illi inferantur, nisi præmissâ continentia. An verò Clerici iis Græci fruuntur privilegiis, & præminentis concessis Clericis occidentalibus, valde dubitat Baldus, qui tandem in eam ivit opinionem, quòd Clerici Græci non uxorati gaudere debeant his privilegiis, uxorati verò non, qui enim uxores habent, ab Ecclesia Romana separati sunt, & ob id indigni sunt, qui ejus fruuntur prærogativis. Reliqua à Baldo scripta facile apud eum legi possunt.

XXVI. Pœnitentes an Religiosi dicantur dubitari solet apud nostros. Sunt pœnitentes, ut primum sciamus de quibus agimus, qui à Iudice Ecclesiastico pœnitentiam propter aliquod crimen Ecclesiasticum damnati sunt ad agendam pœnitentiam, & ea sub forma fuere admissi ad Ecclesiam, veniamquè criminis consecuti sunt. Ita declarat Didacus Covarruvias, in *libro practicarum questionum cap. 34. nu. 2. ver. & in hoc eodem &c.* Dubitatur itaque, an ii, dicantur Religiosi. Hac in re, etsi varia sunt doctiorum sententiæ, attamen magis recepta est eorum, qui scripserunt, hos non esse Religiosos, sed seculares, & consequenter subiectos Iurisdictioni profanæ, & Seculari. Ita sanè Innocentius, in *cap. significantibus de officio delegat. Abbas, in cap. 2. de foro competentis, & ibidem Aretinus, col. 2.* Marianus, Socinus Senior, in *capitulo 1. num. 23. eodem titulo de foro competentis, Berolius, in cap. de his. num. 13. de accusat.* qui testatur, hanc esse communem opinionem, quam probarunt etiam Simancas, in *cathol. institut. tit. 4.7. n. 19.* & Didac. Covarruvias, in *lib. practicarum questionum cap. 34. n. 3.* qui latissimè differit.

FINIS Libri Primi.

D. JACOBI
MENOCHII
DE
IURISDICTIONE, IMPERIO
ET POTESTATE ECCLESIASTICA AC SECVLARI,
LIBER SECVNDVS.

CAPVT PRIMVM.

Leges Principum Secularium Superiorum, an, quando, & quo modo ligent Clericorum personas, res, & bona.

Est in iudiciis omnium frequentissima hæc disputatio, de qua copiosè admodum agunt Interpretes nostri in *l. cunctos populos C. de summa Trinitate, & fide*

Catholica, & in cap. Ecclesia Sancta Maria, de consist. quo postremo in loco Abbas, in prima lectura num. 10. & in secunda, num. 15. distinguit primùm duo capita, quorum alterum est de Legibus, & Constitutionibus Principum Superiorum, alterum de statutis, & legibus inferiorum, ut Civitatum, & Oppidorum. Inter has leges differentiam passim constituunt Doctores nostri, ut Ioannes Andreas Hestienis, in *cap. ult. de solutio. Imola, in cap. 2. in fine de his que fiunt, à Pralato sine consensu Capit. Iason, in l. quoties num. 24. de rei vendic. cas. Didacus, in libro practicarum questionum cap. 8. in*

quinta conclusio, ver. nihilominus. Distinguit itaque Abbas duo prædicta capita, deinde singulis in capitibus permultos casus. Abbatis ordinem probo, & sequor. Et de primo capite tantum hoc in loco agam.

Primum itaque caput est, quando lex lata est à Principe, ut ab Imperatore, Rege, & similibus, qui supremam suis in ditionibus obtinent potestatem. Hoc in capite distinguo, unà cum ipso Abbate, decem casus.

Primus est, quando lex Principis disponit super Ecclesiis, & personis Ecclesiasticis, nec jure Pontificiò contrarium eorum legitur. Hoc sanè casu lex hæc non ligat Ecclesiam, nec Ecclesiasticos. Ità Abbas, in dicto cap. Ecclesia Sancta Maria in prima lectura num. 10. & in secunda num. 15. Ioannes Calderinus, in cap. 1. de novi operis nunciacione, Felinus, in dicto cap. Ecclesia Sancta Maria num. 40. ver. prima est, Decius, ibidem num. 24. Angelus Clavarius, in summa in verbo lex, numer. 15. Nevizanus, in conf. 39. num. 10. Fortunius Garzia, in tractatu de ultimo fine juris canonici, & civilis num. 227. qui verè admittit hanc opinionem, et si subjungit, leges Imperatorum Canonibus repugnantes debere comprobari, ut statim dicemus. Et accedunt alii, quos referam infra in prima extensione. Hic casus eà ratione, & argumentò sic à præcitatis Doctoribus probatur, quòd facultas ferendi legem pendet à Jurisdictione, vel ut rectius dicam, à potestate, & scripsi supra, cap. 4. in primo exemplo: Atqui Princeps Secularis et si supremæ autoritatis, nullam habet in Ecclesiam, & Ecclesiasticos jurisdictionem, & potestatem cap. cum ad verum, & cap. si Imperator. distinct. 96. & scripsi supra cap. 13.

Hinc inferatur, leges, & Constitutiones illas omnes relatas in titulo Codicis de Sacrosanctis Ecclesiis, in titulo de Episcopis, & Clericis, & in Authentica de Sanctissimis Episcopis, & aliarum similes, quæ specificè Ecclesiarum, & Clericorum mentionem faciunt, nullam vim defectu potestatis habere, sicuti scribunt Abbas, Felinus, Decius, Clavarius, Sylvester, & alii supra commemorati, qui & illud maximè observandum affirmant, invalidam esse Constitutionem illam Iustiniani in §. nos igitur. in Authentica de non alienandis rebus Ecclesia relata in Auth. hoc jus porrectum C. de Sacrosanctis Ecclesiis, quâ statuit Imperator ille certam formam, & solemnitatem servandam esse in alienatione bonor. Ecclesiarum. Nec repugnat, quòd tradit Fortunius Garzia, in dicto tractatu de ultimo fine juris Canonici, & civilis. n. 227. dum dicit, has leges esse validas, nam facile est respondere, cum ipsemet fateatur, opus esse summi Pontificis approbatione.

Extenditur hic casus, ut locum habeat etiam, quando hæc leges, & Constitutiones sunt Ecclesiarum, & Clericis favorabiles, nam, & hæc non ligant ipsam Ecclesiam, & Clericos, nisi ab ipso summo Pontifice sint receptæ, & approbatæ. Ità in specie scribunt quindecim Doctores, me cum illis enumeratò, nempe,

1. Butrius, in cap. quod Clericis num. 12. de foro comp.
2. Abbas, eodem in loco num. 42.
3. Imola, ibidem num. 20.
4. Matthæus, notab. 110. nota unam lucrosam.
5. Rochus Curtius, in tractatu de, consuetudine sessione octavà num. 71.
6. Decius, in cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ, num. 24. de constit.
7. Gregorius Natta, in tractatu, quòd stantibus masculis fœminæ non succedant. in tertia quæst. principali. ad n. 87.
8. Nevizanus, in consilio 39. nu. 10.
9. Purpuratus, in consilio 335. nu. 2. lib. 2.
10. Brusatus, in consilio, 90. num. 22. lib. 1.
11. Lambertingus, in commentariis ad statutum Mediolani; Quòd Mulier contrahere non possit sine

agnatorum consensu in glosa 2. num. 57.

14. Lancellotus Gallia, in commentariis ad consuetudines Alexandriæ, in verbo, maritus, 94. nu. 7.
13. Andreas Gailius, in libro secundo practicarum observationum observatione 52. num. 2.
14. Ioannes Petrus Surdus, in conf. 2. n. 5. lib. 1. & in conf. 301. nu. 13. & 14. lib. 3.
15. Ego ipse in commentariis de recuperanda possessione remediò decimo quinto nu. 56. Nec repugnat, quòd Abbas, in cap. Ecclesia Sancta Maria in prima lectura. num. 10. in fine, & in tepet. n. 15. in fine, & ibidem Felinus, num. 40. in fine, scriptum reliquerunt, leges Principis more privilegiationis Ecclesiarum, & Clericorum valere, quia hæc intelligitur, si modò ipsa Ecclesia, & Clerici eas receperint, & approbaverint, cum privilegium, & beneficium non conferatur in invitum l. invito ff. de regulis juris, ubi Decius, multis comprobatur. Porro hæc leges, & Constitutiones tunc demum censentur receptæ, & approbatæ à summo Pontifice, vel expressè, vel tacitè, quando vel clarè illas confirmavit, vel aliquo suo in Canone earum verba, & tenorem inseruit, cum tunc, ut dici solet, canonizatæ censentur, non autem si tantummodò appareant à solo Gratiano in decreto relatæ, sicuti scribunt glosa, in cap. 1. de rebus Ecclesia non alienandis in 6. Federicus de Senis, in conf. 76. Domino Auditori, Felinus, in dicto cap. Ecclesia Sancta Maria num. 40. ver. & ista limitatio, & in cap. super eo. de testibus, Ripa, in cap. 2. n. 80. de rescriptis. Sebastianus Medices, in commentariis de legibus, & statutis. in prima parte quæst. 3. num. 19. & ego ipse in commentariis de adipiscenda possessione remediò quarto num. 843. Et his intelligimus, non satis rectè sensisse Fortunium Garziam, in dicto tractatu de ultimo fine juris canonici, & Civilis num. 234. dum opinatus est, ob id satis dici has leges à Pontificibus approbatas, quòd à Gratiano inter canones sunt approbatæ.

Declaratur secundò non procedere, quando lex Principis Secularis lata de Ecclesiarum, & Clericorum rebus est ratione naturali fundata; Nam tunc, inquit Abbas, præcitato in loco, lex hæc servari potest, non ratione legis ipsius Principis, sed ipsà naturali ratione, in qua lex fundata est. Idem scribunt Felinus, in dicto cap. Ecclesia Sancta Maria num. 40. in fine, Clavarius, & Sylvester, in summa in verbo, lex, ille, n. 5. iste, num. 15. Est tamen observandum, quòd Abbas, & Felinus utuntur his verbis. Servari potest hæc lex. Clavarius verò, & Sylvester usi sunt verbo, debet, ii in necessitate, isti in facultate, & libera voluntate Ecclesiarum, & Clericorum ponunt hujus legis observationem. Et adjungit Abbas, quòd, ubi deficit lex, recurrendum est ad rationem naturalem. l. scire oportet ff. de excusation. tutor. & cap. 2. requiris. de appellat. Est enim magna vis rationis naturalis, sicuti latissimè tradunt Tiraquellus, in tractatu, quòd cessante causa cessat effectus limitatione prima n. 68. & Cravet. in tractatu de antiq. tempo. in quarta parte principali. nu. 96.

Nec repugnat, quòd cum nulla sit lex positiva ratione naturali carens, ne alioqui dicatur injuria, non autem lex, omnis lex Clericos ipsos ligaret; Nam responderetur, non omnem legem positivam esse fundatam in ratione naturali, sed in sola civili, quæ ab ipsa naturali differt. l. bona fides ff. de positi, & lib. 1. §. hac actio. ff. si quis testam. liber esse jussum fueris. Et scribit Angelus, in l. justitia. num. 2. ff. de justitia, & jure, duplicem esse justitiam, idest legem, naturalem scilicet, & positivam. Naturalis est, quæ habet, inquit Angelus, naturalem rationem urgentem: Positiva, quæ procedit ex mera voluntate jus statuentis: Imò aliquandò jus positivum caret omni æquitate naturali, & lex illa, ob id, perquam dura appellatur, observanda

tamen, ut respondit Ulpianus, in *l. perspexit ff. qui & à quibus*. Quò responsò motus Baldus, in *l. non omnium in principio ff. de legibus*, scripsit à Legislatore querendam non esse rationem, sed voluntatem, & legem infringi non posse per Subditos, licet non habeat in se rationem. Et idem Baldus, in *l. leges. num. 1. in fine C. de legit. hared.* Scriptum reliquit hæc verba. *Et idèd cum omne jus civile sit mutabile, valent statuta, qua disponunt super successione filiorum, & filiarum, & sufficit, quòd statuta habeant aliquod motivum, licet non contineant aequitatem, sed statuentium voluntatem, & auctoritatem: Porro ubi de nullius periculo tractatur, omne statutum valet, frvè habeat in se rationem, vel non.* Hactenus Baldus, & accedit Joannes Fabri, in *§. ex non scripto nu. 10. Institut. de jure naturali, gentium, & civili*, qui docuit valere statutum, & consuetudinem duram, & ratione carentem, si modò non sit contrà fidem, jus naturale, vel divinum, nec inducat occasionem peccandi, nec aliàs bonis moribus repugnet; Sufficit enim dicere, lex irà scripta est, ut censuit Innocentius, in *cap. irrefragabili. in fine. de officio Iudicis ordinarij.*

Secundus est casus, quandò lex Principis Secularis loquitur generaliter, nullà factà mentione Ecclesiæ, & Ecclesiasticorum, & non posset servari sinè peccato. Hoc casu lex hæc servanda non est, non modò in foro Pontificio, sed nec in Cæsareo. Ità Abbas, in *dicto cap. Ecclesia Sancta Maria in prima lectura n. 11. & in Secunda n. 16. & ibidem Felinus, num. 41. & Decius, num. 25. & alii multi, quos statim in exemplis commemorabimus. Et hoc in casu sic etiam intelligendi sunt Bartolus, in *l. omnes populi. nu. 22. ver. aut causa legis, & statuti ff. de justitia, & jure, & in l. ult. num. 2. in fine C. si contrà jus, vel utilit. pub. & Sylvester, in summa, in verbo lex. quest. 9. IO. II.**

Primum est exemplum in præscriptione triennali cum mala fide, quæ etsi jure civili approbatur. *Authen. mala fidei C. de præscriptionibus longi temporis*, ubi Accursius, Baldus, & reliqui; & scribunt multi, quos etiam referam, attamen jure canonicò, quòd legem hanc civilem corrigit, damnatur. *cap. ult. extra. de præscrip. & copiosè post eos scribunt Franciscus Balbus, in tractatu de præscriptione in secunda particula tertia partis principalis. quest. 13. ver. contrariam partem, Parisius, in conf. 66. num. 97. lib. 3. & in specie nostrà, hoc exemplo usi sunt Abbas, Felinus, & Decius, præcitatis in locis. Et idem est, quando lex, & statutum disponit, quòd creditor non petens creditum suum intrà decennium, cadat à jure suo. Hæc etiam lex, & statutum tamquam juri Pontificio repugnans damnatur, servatque non debet. Ità Bartholus, in *l. omnes populi num. 24. ff. de justitia, & jure, quem secuti sunt multi relati à Balbo præcitato in loco. quest. 14. & præter eum Lud. Bolog. in conf. 27. col. 3. & in conf. 41. Decius, in conf. 639. in fine. Thomas Ferrarius, in cautela 38. Ripa, in *l. nemo potest. num. 216. de legat. 1. Paris, in dicto conf. 66. num. 99. & in conf. 93. num. 23. lib. 3. & Crotus, in dicta l. omnes populi. num. 72. qui copiosè hanc sententiam defendit, & declarat Abbas, in dicto cap. Ecclesia Sancta Maria in secunda lectura. num. 36. ver. sed prò concordantia, aliter distinguit, ut apud eum.***

Secundum exemplum est in casu *l. Grachus C. ad legem Juliam de adulteriis*, quâ permissum est occidere adulterum in ipso adulterio comprehensum. Hæc sanè lex, cum non excuset in foro conscientie, ex quo is homicida peccat mortaliter, jure Pontificio censetur abrogata. Ità glosa in *cap. inter hac. 33. quest. 2. Abbas, in cap. veniens il. 2. de sponsal. Felinus, in cap. Ecclesia Sancta Maria num. 42. qui subjungit in tertis Imperii, & aliis non subditis Ecclesiæ hunc homicidam excusari, & aliis multis, hoc exemplum comprobant post alios Nevizanus, in libro primo Sylve nuptialis num. 84. & 85. Tiraquellus, de legibus connubialibus lege nona. numer. 4.*

& Petrus Placa, in epitome delictorum cap. 36. n. 12.

Tertium est exemplum in duello, quòd alias Imperatorum legibus fuit permissum certis in casibus, ut scribunt Signorolus, in *conf. 96. Baldus, in l. ex hoc jure quest. 8. de justitia, & jure, & ibidem Jason, n. 20. & Decius, in conf. 986. num. 6. & 7. Jure verò Pontificio omnino damnatur ob id, quòd nutrit peccatum mortale, cap. Monomachiam 2. quest. 4. & cap. 1. de pur. vulg. & cap. 1. de torneam. & scribunt Imola, in *l. cum filius. §. ult. ff. de leg. 2. & in l. 15. qui reus ver. Sed nunquam tamen ff. de publico judicij*, Joannes de Avana: in rubr. de Clerico pugnante in duello. in fine, & in specie, dum hoc exemplo usus est, prædictos retulit, & probavit Decius, in dicto cap. Ecclesia Sancta Maria num. 26. ver. & ex istà quest. & in dicto conf. 686. nu. 1. Grachus, in conf. 4. lib. 2. Curtius junior, in conf. 173. Alciatus, in tractatu de singulari certamine. cap. 3. Hodie manifestè constat, Sacrum Concilium Tridentinum *sess. 25. cap. 19. de reformatione* damnasse duellum gravi sub pœna excommunicationis, infamie, & publicationis bonorum.*

Quartum est exemplum in lege, & statuto permitte occidere bannitum, etsi enim jure Cæsareo, & civili valet lex, & statutum, non tamen jure Pontificio, & in foro conscientie, ob id, quòd homicida iste peccat. Ità Baldus, in *cap. 1. col. 1. de judicij, & in cap. ultimo. in secundo notabili. de præscriptionibus*, Jason, in *l. si plagij. col. 1. de verborum obligat. & Petrus Placa, in epitome delictorum cap. 36. n. 12. & n. 18.*

Extenditur hic casus, ut locum habeat etiam quandò hæc lex Principis Secularis induceret peccatum veniale; Nam adhuc servanda non est, ut scribunt Abbas, Butrius, & Imola, in dicto cap. ultimo. in tertio notabili. de præscripti. Felinus, in dicto cap. Ecclesia Sancta Maria n. 42. & ibidem Decius, num. 25. ver. & ista conclusio. Ità etiam dicimus juramentum servari non debere, si est causa peccati, etiam venialis: Sic sanè scribunt glosa, & Archidiaconus, in *cap. si aliquod 12. quest. 3. Idem Archidiaconus, & Joannes Andreas, in capitulo quamvis. de pactis. in 6. Butrius. in cap. si jurejuram. Felinus. & Decius, supra citati. Et ex his intelligimus hæc esse receptam opinionem, etsi Alciatus, in libro quinto paradoxorum cap. 3. num. 4. post Archidiaconum, Baldum, & Alexandrum, scriptum reliquit, intelligi solum de peccato mortali, & de veniali, ex quo mortale sequitur. Et hoc quidem in casu potest Judex Secularis compelli, ne leges has peccati, vel capitalis, vel venialis nutritivas servet. Ità Abbas, in dicto cap. Ecclesia Sancta Maria in prima lectura num. 11. in fine.*

Et præterea potest summus Pontifex etiam inter Seculares abrogare hanc legem, & consuetudinem peccati nutritiam. Ità Abbas, in *cap. ad nostram in ultimo notabili. de probationibus*, & sequitur Decius, in loco sæpius citato. Idem affirmant Joannes Andreas, in *cap. possessor. de regulis juris, in 6. & Sylvester Pierius, in summa. in verbo, lex, numer. 11. ver. quidam enim dicunt.*

Tertius est casus, quando lex Principis Secularis non contradicens Canonis, est generalis, rationabilis, & favorabilis. Hoc casu servari debet etiam quoad Clericos. Ità Abbas, in dicto cap. Ecclesia Sancta Maria in prima lectura. numer. 12. & in secunda lectura. num. 17. & ibidem Decius, qui in ver. & materia favorabilis &c. Scribit, legem esse favorabilem, quandò apparet conditam ad communem hominum utilitatem principaliter, etsi in consequentiam afferat aliquod detrimentum argumentò *l. si quis nec causam ff. si certum petatur. & l. qui exceptione ff. de condition. indebit.* ubi Bartolus, num. 1. quem secuti sunt per multi, quos congesti in commentariis de recuperanda possessione remediò num. 28.

Quar-

Quartus est casus, quando lex est generalis, sed præjudicialis Ecclesiæ. Hoc in casu fervari non debet quoad Clericos. Ita Abbas, & Decius, supra citati. Præjudicialis etiam dicitur, quando infert damnum, & præjudicium sine causa, ut scribit Abbas, in dicto cap. Ecclesia Sancta Maria, in 2. lectura num. 17. in fine.

Quintus est casus, quando lex hæc Principis Secularis non apparet manifestè favorabilis, nec præjudicialis Ecclesiæ, & Clericis, sed versatur in dubio, sicuti est illa, quæ habere potest aliquod commodum, & aliquod incommodum. Hoc sanè casu servandam esse legem hanc affirmant Abbas, in dicto cap. Ecclesia Sancta Maria in prima lectura num. 13. & in secunda lectura, num. 17. de consuet. & alii, quos statim referam; Non enim hoc casu conqueri potest Clericus, cum dici non possit læsus, juxta l. de jactura in C. de inofficioso testamento, ubi Jason, & Decius, & in l. si pater pupilla, & de inofficioso testamento, ubi Jason permultis exornat similibus.

Primum est exemplum, in casu l. ult. § ult. C. de jure deliber. quæ sancitum est, hæredem in teneri conficere inventarium, alioqui obligatus sit solvere æs alienum hæreditarium etiam ultra vires hæreditarias. Hæc sanè ligat etiam Ecclesiam, & Clericos hæredes Secularis, ut tradunt glosa, in cap. 1. de testam. & in cap. 1. de solutionibus, Bartolus, in §. ultimo, & in Auth. de hæred. & falcidia, & ibi em Angelus, Baldus, in leg. jubemus, col. ult. ver. item videtur C. de Senatus-consulto Trebell. & alios multos congerunt, & sequuntur Rolandus à Valle, in tractatu de inventario, in secunda parte, questione 12. numer. 3. ver. sed prædictis non obstantibus, & Phanucius, in simili tractatu de inventario, in secunda parte, numer. 2. prope finem, qui testatur hanc esse receptam opinionem, etsi ab ea dissentiant alii multi ab eisdem commemorati. Et illis accedunt Abbas, in dicto cap. Ecclesia sancta Maria, in prima lectura numer. 13. in fine, & in secunda, numer. 18. de consuet. & in cons. 73. lib. 2. & Sylvester Pietius, in summa, in verbo, lex, qu. 15. ver. sed si afferunt præjudicium.

Secundum est exemplum in legibus juri Pontificio non repugnantibus, quæ statuerunt aliquid circa contractus, ut emptionis, & venditionis, locationis, & conductionis, Societatis, modum succedendi, & similia. Hæc sanè leges ligant etiam Clericos, quemadmodum affirmant non solum juris Pontificii, sed etiam Sacræ Theologiæ Interpretes. Ita sanè ex Canonistis, Abbas, in dicto cap. Ecclesia Sancta Maria, in prima lectura, numer. 13. de consuet. & ibidem Decius, numer. 27. in fine, qui tamen dixit, has leges esse Clericis favorabiles. Ex Sacris Theologis idem scribunt Angelus Clavalius, in summa, in verbo, lex, il. 2. numer. 5. ver. aut lex disponit generaliter, Sylvester Pietius, in summa, in verbo, lex, quæst. 15. ver. unde omnes leges, Dominicus Soto, in quarto sententiarum, distinctione 25. quæst. 2. articulo 2. in quarta conclusionem, Ludovicus Molina, Societatis Jesu, in tractatu de justitia, & jure, dissertatione 31. in fine, Henriquez, in lib. 10. Theologiae Moralium, cap. 15. numer. 7. & Cardinalis Bellarminus, in tomo primo de controversiis, lib. 1. de Clericis, cap. 28. in secunda & tertia observatione. Hujus postremi doctissimi Theologi verba, quæ eadem propemodum sunt Soti, & Molinæ, sic leguntur. Secunda propositio. Non sunt exempti Clerici illo modo ab obligatione legum, quæ non repugnant Sacris Canonibus, vel officio Clericali. Explicite. Loquimur hic præcipue de legibus politicis, quæ dirigunt actiones humanas in rebus temporalibus, ut cum Princeps lege suâ constituit pretia rebus venalibus, vel jubet noctu non incedere cum armis, vel sine lumine, aut non asportare frumentum extra Provin-

ciam &c. Nec volumus dicere, his legibus teneri Clericos obligatione coactivâ, sed solum directivâ, ut sunt leges Principum, quamquam essent legibus, quæ ab Ecclesia approbantur, & rata habentur, etiam coactivâ obligatione teneantur. Probatur, nam Clerici præterquam quod Clerici, sunt etiam Cives, & partes quædam Reipublicæ. Igitur ut tales vivere debent civilibus legibus. Non sunt autem alia, quam quæ à Magistratu politico lata sunt. Igitur illas Clerici servare debent, alioqui magna confusio, & perturbatio in Ecclesia oriretur, si Clerici non servarent politicas leges in rebus humanis, & politicis. Hactenus doctissimus Bellarminus, qui deinde propositionem hanc probat auctoritate Nicolai primi, Pontificis Maximi, in Epistola ad Michaelem prope finem, dum inquit, Deum divisisse Pontificiam auctoritatem ab Imperiali, ut Christi ani Imperatores pro æterna vita Pontificibus indigerent, & Pontifices pro cursu temporalium tantummodò rerum Imperialium legibus uterentur. Et Imperator Valentinianus, in epistola ad Episcopos Asia, quam refert Theodoretus, in libro quarto, cap. 7. historia Ecclesiastica, scripsit, probos Episcopos non solum Dei, sed etiam Regum legibus obtemperare debere. Denique Chrysostomus in illud ad Romanos, cap. 13. Omnis anima sublimioribus potestatibus subdita sit, inquit, Christi legem non tollere leges politicas; Et ideo debere etiam Sacerdotes, & Monachos eis parere. Hæc prope eadem scribit dem Bellarminus, in dissertatione de exemptione Clericorum, cap. 1. colum. 2. ver. Secunda propositio. Hinc infertur veram esse illam magis receptam sententiam Interpretum affirmantium; Constitutione Imperatorum Diocletiani, & Maximiliani, in leg. quoties, C. de rei vindicatione, quæ statuerunt, posteriorem emptorem, cui rei traditio facta est, præferri anteriori emptori, qui traditionem ipsius rei non est consecutus, habere locum etiam in Ecclesia, & Clerico venditoribus, sicuti scribunt Butrius, Zibarella, Ancharanus, Abbas, & Imola, in cap. continebatur de his, quæ fiunt à Prælato sine consensu capituli. Alexander, in cons. 122. numer. 5. lib. 5. Socinus Senior, in cons. 29. numer. 9. lib. 4. Jason, in leg. manumissiones, in §. ff. de justitia & jure, l. ult. numer. 29. C. de Sa. rogantibus Ecclesiis, & in dicta l. quæ res, numer. 20. C. de rei vindicatione, Felinus, in cap. Ecclesia Sancta Maria, numer. 67. ver. similiter per prædicta, de consuet. Parisius, in cons. 11. numer. 20. lib. 1. Traquellus, in tractatu de privilegiis pro causa privi. §. 107. in fine. Communem hanc esse opinionem testatur Alcizus, in responsio 165. numer. 3. secundum impressionem antiquam Lugdunensem, & Didacus Covarruvias, in lib. secundo variarum resolutionum, cap. 19. numer. 4. cum enim Constitutio, & lex hæc sit Principum Superiorum, nempe Imperatorum, & non repugnet juri Pontificio, sicque peccatum non contineat, nec damnum inferat, etiam Clericos ligat. Ita Imola, in dicto cap. continebatur, in fine, & Jason, in dicta leg. quoties, numer. 24. ver. concludo ergo.

Et ex his constat, hanc esse meram, & receptam sententiam, etsi ab ea dissentiant Hostiensis, & Joannes Andreas, in dicto cap. continebatur, Romaninus, in consilio 70. numer. 3. ver. vel secundo aliter & in cons. 298. colum. 2. ver. ult. videtur, & in Authentica similiter, numer. 12. specialis, C. ad legem falcidiam, Imola sibi parum constans, in Clem. cum illusio in primo notabili, de renunt. Alex. in cons. 93. n. 5. lib. 7. Socinus Senior, in tractatu fallentiarum reg. 118. in octava fallentia, Marcellus, in leg. quæ duos, numer. 3. ff. de falsis, & in sing. 82. Volo tibi, in secunda limitatione. Gozad. in cons. 14. numer. 14. in fine. Cæterum quando vel res ipsa Ecclesiastica conceditur, vel alienatur, vel Clericus Ecclesiæ rem suam vendit, primus acquiritor præferitur secundo, cui res ipsa tradita

dita fuit, cum utroque casu solâ concessione, vel alienatione absque traditione aliqua transferatur rei dominium. Sic sanè declarant Butrius, & Imola, in dicto cap. continebatur. Roman. in dicto conf. 298. col. 2. ver. ultim. viderur, Jason, in dicta l. quoties. num. 23. Socius Senior, in dicto conf. 29. num. 9.

Sextus est casus, quando lex Principis Secularis de rebus profanis, & temporalibus promulgata differt à lege Pontificia. Hoc sanè casu lex ipsa civilis servari debet in foro civili, & temporali: Lex verò Pontificia in foro Ecclesiastico. Ità scribunt Abbas, in cap. Ecclesia Sancta Maria in primalectura num. 14. & in secunda lectura num. 19. de conslit. & ibidem Felinus, num. 43. & Decius, num. 28. sic & Bartolus, in l. privilegia num. 2. C. de Sacrosanctis Ecclesiis, Baldus, in l. eos. in fine C. de usuris, Butrius, in cap. Clerici num. 7. de iudiciis, & in cap. 1. num. 5. de operis novi nunciacione, Calderinus, in conf. 18. in titulo de conslit. Ancharanus, in repet. cap. 1. n. 5. eo. titulo de conslit. Sylvester Pierius, in summa, in verbo, lex, quest. 15. ver. si verò lex civilis est generalis, & idem ego ipse respondi in conf. 93. nu. 30. & 32. libro primò.

Primum est exemplum in usu cap. 2. de Arbitris in 6. quò sancitum est, quòd si ex tribus Arbitris unus impeditus est, vel recuset interesse causæ, duo alii possunt cognoscere, & laudum proferre, cum tamen iure civili aliter sancitum, & statutum legatur in l. si tres ff. eo. titulo de Arbitris. Jus Pontificium suo in foro, & inter suos servatur, jus verò Cæsareum in foro temporali inter Seculares, & profanos. Ità Abbas, Felinus, & reliqui supra commemorati.

Secundum est exemplum in casu cap. cum esses de testa. quò sancitum est valere testamentum nuncupativum conditum coram duobus testibus, & Parocho, cum tamen iure civili adhibendi sint septem testes l. hoc consultißima §. per nuncupationem C. de testamentis: Jus Pontificium quo in foro, & inter subditos summo Pontifici; jus verò Cæsareum in seculari foro servari debere scribunt Abbas, & reliqui supra relati, & alios quamplures congerit Didacus Covarruvias, in dicto cap. cum esses num. 12.

Tertium est exemplum in casu cap. 1. de pactis, ubi pactum nudum parit actionem efficacem secundum jus Pontificium, & tamen iure civili non parit l. juris gentium §. sed cum nuda ff. de pactis; ubi Jason, num. 4. & 6. Felinus, in dicto cap. Ecclesia. n. 43. & idem, in cap. qua in Ecclesiarum n. 59. eod. de conslit. & Alciatus, in lib. 5. paradoxorum cap. 3. & alios retuli in dicto conf. 93. nu. 30. lib. 1. quo in loco post prædictos scripsi, jus Pontificium in foro illo servari debere, Cæsareum verò in foro temporali, & profano.

Declaratur primò hic casus, ut locum non habeat in Civitatibus, Oppidis, & Castris Ecclesiæ Subditis; Nam in his servantur leges Pontificiæ, quæ à legibus civilibus differunt. Ità Abbas, in dicto cap. Ecclesia Sancta Maria in secunda lectura. num. 19. & ibidem Felinus, num. 44. & Decius, n. 29. & idem Decius, in cap. si duobus num. 6. de appellationibus, & ibidem Bero. num. 18. Et his accedunt Baldus, in Authentica ad hac num. 6. C. de usuris, Imola, in cap. quo in Ecclesiarum num. 12. de conslit. Alexander, in conf. 177. num. 2. ver. nec obstat quod si lib. 2. Felinus, in cap. qua in Ecclesiarum num. 59. de conslit. Jason, in l. juris gentium §. sed cum nulla nu. 6. ff. de pactis, & hos secutus sum in conf. 93. num. 31. lib. 1. ubi num. 32. scripsi hoc procedere etiam in civitatibus, oppidis, & Castris mediare subditis Ecclesiæ, ut in Civitate olim Ferrariæ, nunc Urbini, & similibus. Et hujus opinionis eo in loco retuli Socinum Seniore, in conf. 92. num. 11. ver. sed pars adversa lib. 3. Et accedunt Corne. in conf. 9. num. 7. ver. quia ex pacto lib. 4. Afflictus, in rubrica, qua sine regalia num. 55. Cepola in conf. 17. num. 44. in criminalibus, Petrus Benenitendi

in decis. 79. num. 1. & Contardus, in l. unica limitatione 3. num. 11. C. si de momenta possessione fuerit appella.

Declaratur secundò, ut locum habeat in casu cap. cum haberet in fine de eo, qui duxit in Matrimonium eam, quam polluit per adulterium, quâ sancitum est, suadente æquitate, filiis spurciis deberi alimenta ex bonis patris, etsi iure civili aliter cautum legitur. §. ult. in Authentica quibus modis natura. effici sui, latè Surdus, quem mox referam, tit. 1. quest. 10. n. 1. Quod sanè jus canonicum servatur etiam in foro Seculari. Ità in specie declarant Felinus, in dicto cap. Ecclesia Sancta Maria, nu. 45. & ibidem Decius, n. 30. qui alios nonnullos recenset, quibus accedunt alii propè innumeri congesti à Ioanne Petro Surdo, in tractatu de alimentis. titulo 1. quest. 10. num. 5. & præterea enumeratos sic Alexander, in conf. 74. num. 7. lib. 2. & in conf. 188. num. 3. lib. 7. Marsilius, in sing. 358. & Rolandus à Valle, in tractatu de lucro doris. quest. 94. in conf. 74. num. 32. & 38. & 42. lib. 1.

Declaratur tertio, ut non procedat, quando aliquid, quod in re civili est dubium, iure Pontificio est clare decisum, nam, & tunc, jus Pontificium servatur in foro seculari, & propterea prævalet opinio illa, quæ cum iure Pontificio convenit. Ità Abbas, in cap. dilecti. in primo notabili de iud. & in cap. 1. de operis novi nunciacione. Fulgositius, in conf. 1. 6. Felinus, in dicto cap. Ecclesia Sancta Maria num. 49. & ibidem Decius, num. 31. de conslit. & accedit Alexander, in l. à Divo Pio. in principio. ff. de re iud.

Declaratur quarto non habere locum in feudalibus, in quibus in subsidium recurritur ad jus Pontificium, & hoc quidem propter vim iuramenti, quod in investituris toler adhiberi. Ità Baldus, in cap. Imperialem. §. ult. de prohib. feudi aliena. per Feder. Alex. in conf. 5. n. 10. lib. 8. Felinus, in dicto cap. Ecclesia Sancta Maria nu. 54. de conslit. & ibidem Decius, nu. 32. Rectius fortè scribunt Calderinus, in conf. 2. in titulo de foro competente, & Jason, in conf. 9. col. penult. ver. unde in terminis. lib. 3. Iudicem Ecclesiasticum tunc posse cognoscere de feudo regi concessio si non servatur iuramentum, licet principalis questio de ipso feudo pertineat ad Iudicem Seculare. Idem sentit, si rectè perpendatur Marianus Socinus Senior, in cap. ex transmissa quest. 8. principali nu. 41. de foro competente, quem simpliciter secutus est Decius, in cap. ceterum in fine de iudiciis.

Declaratur quinto, ut locum non habeat hic casus in personis miserabilibus, quæ sunt sub Ecclesiæ protectione; Nam in eorum causis servatur jus Pontificium. Ità Butrius, & Imola, in cap. Clerici, de iudiciis. Felinus, in dicto cap. Ecclesia Sancta Maria n. 51. de conslit. & ibidem Decius, num. 33. Et conferunt quæ dicemus infra lib. 2. cap. 6. casu 20. ubi explicabimus, coram quo convenire, & conveniri possit persona miserabilis; scripsi in libro secundo de arbitrariis Iudicum casu 66.

Declaratur sexto, non procedere, quando lex civilis continet, & fovet lucrum proximo odiosum vel rigorem quandam. Hoc etiam casu lex hæc civilis non servatur in foro Ecclesiastico, sed servari debet hæc Pontificia. Ità Abbas, in cap. item illo. Felinus, in quarto notabili. de testam. Felinus, in dicto cap. Ecclesia Sancta Maria num. 52. de conslit. Exemplum est in casu dicti cap. Filius, ubi legatum rei alienæ scienter factum à testatore, etsi iure civili valet, attamen in foro ecclesiastico servatur, ut non debeatur, ut potè quod fovet lucrum odiosum contra hæredem. Verum recipienda non est hæc declaratio, cum sensus ab Abbate traditus dicto cap. Filius, communi Doctorum voto, & opinione rejiciatur, ut testatur Didacus Covarruvias, in eodem cap. Filius num. 6.

Septimò declaratur, non habere locum, quando lex civilis continet majorem benignitatem, quam lex Ponti-

Pontificia. Hoc casu lex ipsa civilis servari debet etiam in foro Ecclesiastico. Ita post Archidiaconum, in cap. quod à pauperibus distinctione 75. Felinus, in dicto cap. Ecclesia Sancta Maria, num. 53. de consis. qui multis probat, & declarat. Non refero hic duas alias declarationes, quas commemorat idem Felinus, in eodem cap. Ecclesia Sancta Maria, num. 55. nam de eis dicemus suis locis.

Septimus est casus; quando lex Principis Secularis disponit, de his, quæ ad Ecclesiam pertinent, non quidem de re illa, vel facto disponendo, vel statuendo, sed tollendo lucrum, quod alias declarat, vel imponendo pœnam adversus facientem actum illum. Hoc in casu Abbas, in dicto cap. Ecclesia Sancta Maria in prima lectione, num. 55. de consis. duo affert exempla, quorum alterum est, quando lex tollit lucrum; alterum, quando imponit pœnam. Nos alia adjungemus.

Primum itaque exemplum est, si raptor contrahit matrimonium cum rapta; Lex civilis hoc casu repugnat, legi Pontificiæ; nam jure ipso Cæsareo raptor amittit lucrum bonorum sibi à rapta traditorum l. unica C. de rapto. Virginis, jure verò Pontificio permissum est indistinctè hoc matrimonium inter raptorem, & raptam, cap. tria 36. questione ult. & cap. cum causa, de rapto. Nunc dubitatur, an lex ipsa civilis vel potius canonica servari debeat. Et servandam esse legem civilem affirmant glosa, in cap. cum secundum leges, de hered. in 6. Joannes Andreas, & Butrius, in cap. 1. de sponsali, Joannes de Anna, in cap. cum causa, de rapto, Salicetus, in l. unica C. de raptoribus Virginis, & ibidem Marcellus, num. 64. Ancharanus, & Germonius, in dicto cap. cum secundum, Lucas de Penna, in l. 3. in fine C. de navicula, lib. 11. Quod verò in hoc casu servari debeat lex Pontificia, scribunt glosa in cap. de puellis, 36. quest. 2. Federicus de Senis, in conf. 35. Incipit. Talis casus est, Maritus uxori; Angelus, in conf. 29. num. 3. Rom. in rubrica ff. soluto matrimonio, Abbas, in cap. 1. de sponsal. in cap. cum causam, de raptor. in dicto cap. Ecclesia Sancta Maria, in prima lectione, num. 15. ver. sed contrarium, est in secunda lectione, num. 19. ver. & ideo, & ibidem Felinus, num. 60. ver. nihilominus, & Decius, num. 34. ver. finaliter, qui utriusque opinionis rationes, & argumenta satis diligenter excutit. Eandem opinionem probarunt Abbas, in conf. 12. num. 3. lib. 2. Sylvester Pierius, in summa, in verbis, lex, quest. 15. ver. exemplum primi de rapto: & Alexander, in conf. 97. nu. 3. lib. 1.

Secundum est exemplum in casu l. 1. §. l. penult. C. de interdicto Masii. quibus sancitum est, ne tutor uxorem ducat pupillam, cujus tutelam gerit, quod quidem matrimonium cum lex Pontificia non prohibeat, servandi sunt Canones, quod ad ipsam matrimonii substantiam, ut scilicet valeat, si contractum sit inter ipsos tutorem, & pupillam. Ita sanè scribunt decem ii Doctores.

1. Glos. in cap. constitutus. 1. questione 3. & in cap. 1. 30. quest. 3.
2. Federicus de Senis, in conf. 36.
3. Baldus, in §. ult. Instit. de excusat. tutor.
4. Archidiaconus, in cap. Euthemium 2. q. 3.
5. Imola, in l. si filius à patre §. si quis eo tempore, nu. 7. ff. de liberis, & posthumis.
6. Rom. in rubrica ff. soluto matrimonio. n. 37.
7. Abbas, in cap. 1. num. 7. de Sponsal. in cap. ult. num. 2. in fine, de secundis nuptiis.
8. Butrius, in dicto cap. 1. num. 9. de Sponsal. & in cap. per Venerabilem, num. 25. qui filii sint legit.
9. Felinus, in Cap. Ecclesia sanctæ Mariæ, num. 62. de consis.
10. Curtius Senior, in conf. 27. Magnificus vir. col. 2. ver. 2. quia statuta.

Cæterum an hic casus respectu pœnæ indictæ à lege civili servari illa debeat, atque ita an pœna contra sic contrahentes exigi possit, ex his quæ disseremus, in-

frà, constabit.

Tertium est exemplum in casu statuti prohibentis, ne mulier cum hæreditate nubat extero, sicuti cautum est statuto Mediolani cap. 310. de pœna mulieris nubentis cum hæreditate extra jurisdictionem Communis Mediolani incipit: Nulla mulier &c. Hoc sanè statutum tanquam repugnans juri Pontificio, quod matrimonia omnino libera esse, ut dicemus infra, statuit, servari non debet respectu substantiæ matrimonii, quod sic contrahatur inter exteros, & mulierem Civem Mediolani, quemadmodum manifestè tradunt Bartolus, in l. edicimus, num. 2. ver. respondeo Statutum C. de murileg. lib. 11. & ibidem Jacobus Rebuffus, num. 2. Angelus Lucas de Penna, ver. sed an hæc lex, & Joannes de Platea, ver. & nota hic prohibitionem, Balb. in l. 1. §. jus naturale ff. de justitia, & jure, Sic & lege antiquâ divinâ permissum fuit nubere exteris, sicuti à sensu contrario colligitur ex illo Genesi cap. 28. ubi Isaac præcipit Jacob, ne uxorem duceret ex filiabus Canaan ob id, quod genus illud adeo malitiâ, malignitate, & idololatriâ abundabat, ut divino judicio esset bello petendum, erudendum, & suis habitationibus privandum, quemadmodum declarat Divus Thomas, in additionibus ad tertiam partem summae quest. 47. art. 6. in responsione ad secundum, & Dominicus Soto, in quarto sententiarum, distinct. 29. qu. 1. art. 4. col. 3. ver. per hæc ergo. A sensu itaque contrario permissum erat alias exteras ducere, Romanis vetitum fuit cum peregrinis connubium, nisi eis à Republica concessum esset, sicuti testatur Vlpianus, in Instit. fragmentis lib. 7. tit. 5. Boërius, ad topica Ciceronis, & Macrobius, in lib. 1. Saturnalium cap. 6. & egregiè hoc significat Titus Livius, in lib. 8. decad. 4. his verbis Campani petierunt, ut sibi cives Romanas uxores ducere liceret, & si qui prius duxissent, ut habere eas, & ante eam diem nati, & justis liberi, hæredesque essent; utraque res impetrata. Hæc Livius; Verùm respectu pœnæ amissionis bonorum, & hæreditatis; an servari debeat Statutum prædictum, vel non, magna est inter Doctores disputatio. Et quidem Statutum debere servari, atque ita pœnæ locum esse affirmant duo & viginti gravissimi juris Pontificii, Cæsareique interpretes.

1. Bartolus, in dicta l. edicimus in fine C. de murileg. lib. secundo.
2. Baldus in dicta l. 1. §. 1. jus naturale ff. de justitia, & jure, & in specie prædicti Statuti Mediolani, idem Baldus, in l. si matre in fine C. de suis, & legit.
3. Angelus, in dicta l. edicimus.
4. Jacobus Rebuffus, ibidem num. 2.
5. Lucas de Penna, ibidem. ver. sed an hæc lex.
6. Joannes de Platea, eodem in loco. ver. & nota hic prohibitionem.
7. Ancharanus, in cap. nemo potest. de regulis juris. in 6.
8. Roman. in Rubrica ff. soluto matrimonio, in fine.
9. Alexander, in rubrica ff. soluto matrimonio in fine, & in conf. 151. num. 3. lib. 2.
10. Barbat. in conf. 4. col. 3. in fine, libro primo.
11. Crocius, in l. omnes populi. n. 69. ver. secundo limitatur. ff. de justitia, & jure.
12. Marianus Socinus Senior, inter consilia Socini Sen. in conf. 31. colum. 2. ver. sed potest responderi. lib. 2.
13. Angelus Aretinus, in Instituto de jure naturali, gentium, & civili, in principio num. 3.
14. Joannes Lupus, in cap. per vestras, in tertio notabili. §. 21. de donationibus inter virum, & uxorem.
15. Brunus, in tractatu, quod stantibus masculis feminæ non succedant. art. 6. quest. 6. membr. 4.
16. Parisius, in conf. 29. num. 44. lib. 3.
17. Curtius, junior, in conf. 105. num. 1.
18. Alcuius, in respons. 62. num. 1. & in respons. 65. col. 1. ver.

ver. unde tale statutum &c. Secundum impressionem antiquam Lugdunensem.

19. Didacus Covarruvias, in epitome de sponsalibus, in secunda parte, cap. 3. §. 3. n. 7.
20. Emanuel Costa, in l. cum tale, §. si arbitrato, in quinta limitatione, ff. de conditio, & demonstra.
21. Marcus Salon de Papæ, Hispanus, in conf. 20. numer. 6.
22. Galeatius Malvasia, in conf. 123. num. 12. & 13. qui respondit super prædicto Statuto Mediolani, cap. 310. An verò hoc statutum comprehendat dicemus in subsequenti capite in tertio exemplo tertii casus.

Simile est, quod dicemus, Statutum, sic cautum est novis Constitutionibus hujus Domini Mediolani, *titulo de pœnis, §. matrim.* Requiritur patris consensum in matrimonio contrahendo à filio, vel filia, alioqui priventur bonis ipsius patris, Etsi non valet quo ad substantiam matrimonii, sicuti post alios scripsi, in *libro secundo de arbitrariis Iudicium, casu 453. num. 8.* & hodie sublata est omnis dubitatio Constitutione Sacri Concilii Tridentini *sessione 24. cap. 1. de reformatione matrimonii*, attamen valere quo ad pœnam amissionis, scilicet successionis bonorum, & hæreditatis, scribunt multi ex præcitat, & præter eos Cravetta in *conf. 1. num. 3.*

Est etiam simile, imò fortius, quod scribunt multi valere dispositionem testatoris mandantis filia, ut nubat aliqua in familiâ, vel certo generi personarum, alioqui sibi succedere non possit. Ita sanè *Oldratus, in conf. 16. num. 2.* & alii multi, quos connumeravi in *conf. 1082. lib. 11. à me reddito super testamento Domini Casari Casati.*

Contrariam verò sententiam, quod imò nec quo ad pœnam valeant prædicta statuta, atque ita exigi illa non possit, scriptum reliquerunt unus, & viginti Doctores, hoc est.

1. Ioannes Andreas, in cap. statutum il. 1. de hæret. in 6.
2. Baldus, in l. nemini, in fine C. de nuptiis, dum sequitur Ioan. Andream præcitato in loco.
3. Federicus de Senis, in conf. 275. casus talis est, Statuto cavetur, num. 7.
4. Angelus, in l. consulta, n. 2. C. de testam.
5. Geminianus, in dicto cap. statutum, il. 1. num. 8. ver. ego crederem de hæret. in 6.
6. Ancharanus, in repet. cap. 1. num. 57. de constit. & in conf. 21. pro resolutione dubiorum, nu. 5.
7. Zabarella, in cap. gemma in tertia, & quarta oppositione de sponsal.
8. Butrius, in c. 1. n. 12. ver. quandoque ver. disponunt, eod. tit. de Sponsal.
9. Abbas, idem. num. 8. in fine.
10. Alexander, in l. Seius, & Eugenius, ff. ad legem falcidiam, in conf. 97. nu. 5. ver. similiter, lib. 1. & in conf. 1. num. 10. lib. 3.
11. Felinus, in cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ, nu. 62. in fine, de constit. & in dicto cap. 1. n. 13. & n. 20. de sponsal.
12. Præpositus, in eodem cap. 1. n. 6.
13. Calcaneus, in conf. 3. n. 5. & 6. & in conf. 13. n. 8.
14. Curtius Senior, in conf. 27. magnificus vir. col. 2. & colum. 3. ver. & quorum &c. testatur hanc esse magis communem opinionem.
15. Decius, in l. nuptias, nu. 10. & nu. 14. ff. de regulis juris, & in cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ, nu. 36. de constit. & in conf. 239. num. 5. in fine, qui testatur, opinionem Bartoli in dicta l. edicimus, C. de murileg. lib. 11. communiter damnari.
16. Nevizanus, in lib. 4. Sylvæ nuptialis, n. 120.
17. Ioan. Iacobus de Leonardis, inter consilia Brunii, in conf. 114. num. 532.
18. Rodericus Suarez, in commentariis ad leges Hispaniæ, tit. de los casamientos, l. 2. nu. 19.
19. Alciatus, in respons. 53. nu. 16. 17. secundum impres-

sionem Lugdunensem antiquam.

20. Cattelianus Cotta, in memoriali, in verbo Sr tuto Mediolani, & Laudæ ver. numquid autem, qui dixit, Statutum Mediolani, cap. 310. de quo supra, prohibens, mulierem nubere extero, jure Pontificio repugnante non valere.
21. Hieronymus Gabriel in conf. 12. n. 15. 17. & 18. lib. 2. qui fortius respondit, non valere hæc statuta, etiam si edita sint favore publico & agnatorum, & ibidem num. 19. affirmat opinionem Bartoli in dicta l. edicimus in fine C. de murileg. lib. 11. communi Doctorum voto esse rejectam, & his accedunt illi, qui dissentiunt ab Oldrado in dicto conf. 16. nu. 2. Quos retuli, & probavi in dicto conf. 1082. lib. 11. à me reddito super testamento Domini Casari Casati.

Et hujus quidem opinionis, quæ mihi magis probatur, ea ratio est, quia matrimonia debent esse omnino libera ab omni metu pœnæ, & damni, *cap. gemma, & cap. cum locum, de sponsal.* Et accedit, quod sicuti statutum directè impediens matrimonium non valet, ut diximus supra, sic nec observari debet, quando indirectè impedit, quemadmodum Ecclesiæ libertas tolli, & impediiri nequit directè, sic nec indirectè per additionem pœnæ, ut dicemus *infra cap. 23.* Qui enim disponere non potest simpliciter, nec etiam potest pœnaliter, sicuti post Baldum, in *leg. omnes populi colum. 6. ver. sed nunquid statutum invalidum ff. de justitia & jure*, scribit Decius, in *dicta leg. nuptias, num. 13. ver. & notat etiam ff. de regulis juris.* Ita dicimus quod ubi non potest aliquid prohiberi directè, & principaliter, sic non potest conditionaliter, & indirectè, l. Seius, & Eugenius, ff. ad legem falcidiam.

Hinc inferitur, patrem exhæredare non posse filium ob id, quod contra ejus voluntatem, vel sine ejus consensu uxorem duxit, cum exhæredatio sit pœnâ privationis etiam legitimæ ipsius filii. Ita scribunt Ancharanus, in *conf. 21. pro resolutione dubiorum num. Abbas, in conf. 12. num. 1. lib. 1. Alexand. in conf. 97. num. 4. lib. 1. Decius, in dicta leg. nuptias, numer. 11 ff. de regulis juris, Parisius, in conf. 29. numer. 16. & numer. 28. libro 3.º* qui idem scribunt de filia, quæ & sine patris consensu indigno nupsit, dotem tamen à patre consequi potest. Quæ de re scripsi, in *commentariis de præsumptionibus, libro quarto præsumptione 189. numero 76.*

Cæterùm improbanda non est lex civilis, & Statutum quod mandat, filium, filiamve, priusquam matrimonium contrahant, patris consilium requirere debere, sicuti, post Sotum, & Navarum, scripsi in *conf. 69. num. 33. lib. 1.* Et illis accedunt Baldus, in *cap. statutum, il. 1. de hered. in 6.* quem sic dicentem refert eodem in loco Francus, *propè finem, Castrensis, in conf. 301. Videretur dicendum lib. 1. Alexander, in l. turpia, §. 1. de leg. 1. Felinus, in cap. ex parte, colum. 2. de constit. Decius, in cap. Ecclesia Sancta Maria, num. 36. ver. & prædicta conclusio eodem tit. de constit. Gulielmus Benedictus, in cap. Raynutius, in verbo, qui cum alia matrimonium num. 88. de testam. Ioannes Lupus, in cap. per vestras, in tertio notabili, §. 3. numer. 11. de donatio. inter virum, & uxorem, Rodericus Suarez, in commentariis ad leges Hispaniæ, in tit. de los casamientos, num. 23. & multi ex prædictis, & Castrensis, Alexand. Felinus, Lupus, & Suarez idem affirmant in testatore, qui mandare potest hæredi à se instituto, ne uxorem ducat sine consilio alicujus. Et hos secuti sunt Cravetta, in *conf. 1. numer. 3. ver. solum superest, & Melchior Palca, in tractatu majoratum, in prima parte quæst. 50. num. 5.* Et hæc quidem est magis recepta opinio adversus Dynum, Bartolum, & Baldum, in *leg. cum tale, §. si arbitrato, ff. de conditio. & demonstra. 3. & ibidem Albericum, & Imolam in fine.* Et idem scribunt Imola, in *cap. ex parte, de constit. post Ioannem Andream, in conf. 67. nu. 1.**

Jacobinus

Jacobinus à S. Georgio, in l. 2. num. 7. C. de instit. & subdit. Lancellotus & Decius, in l. turpia, §. 1. de leg. 1. & Emanuel Costa, in dicta l. cum tale §. si arbitrariu. in undecima limitatione. num. 3. ver. sed quamquam.

Quartum exemplum est, quando lex imponit poenam contra contrahentem secundas nuptias, quas lex civilis damnat, & punit. l. femina, & l. hac edita. li. C. de secundis nuptiis, lex v. rō Pontificia omnino permittit. cap. penult. & cap. ult. de secundis nuptiis. Hic modò dubitatur, an lex civilis, vel Pontificia servari debeat. Abbas, in dicto cap. Ecclesia Sancta Maria in prima lectione. num. 15. ver. exemplum secundi. testatur, communem esse legislatorum, & Canonistarum sententiam, quod poenae appositae in odium contrahentium secundas nuptias censentur sublatae, & abrogatae lege Pontificia; poenae verò in favorem filiorum non. Et verè opinionem hanc probarunt decem, & novem ii Doctores nempe.

1. Innocentius, in cap. ult. extra de secundis nuptiis.
2. Bartolus, in l. 1. in fine. C. de secundis nuptiis, & in l. liberor. in principio. ff. de his qui norantur infamia.
3. Baldus, in l. si qua mulier. in fine C. ad Senatus consultum Tertullianum, & in conf. 148. quidam nobilis. lib. 4.
5. Ancharanus, in cap. 1. quest. 2. prin. de constit. & in conf. 100. ex praedicto themate. n. 1.
6. Romanus, in conf. 183. in casu proposito.
7. Joannes de Anna, in conf. 74. col. ult. ver. quarto potest dubitari, & in conf. 103. col. ult.
8. Geminianus, in cap. placuit 32. distinct. col. 2.
9. Butrius, in cap. 1. col. 2. de sponsal.
10. Alex., in confilio 69. n. 12. & in conf. 135. n. 9. lib. 4.
11. Marianus Socinus Senior, inter consilia Socii Senioris. conf. 34. n. 7. & in conf. 39. n. 9. lib. 1.
12. Ruinus, in conf. 53. n. 21. lib. 2. & in conf. 44. n. 2. & in conf. 58. n. 8. lib. 5.
13. Decius, in rubrica C. de Secundis nuptiis. n. 6. ver. & communis resolutio, & in cap. Ecclesia Sanctae Mariae n. 35.
14. Curtius junior, in conf. 94. n. 1. & 2.
15. Bernardus, in l. 1. C. de secundis nuptiis, & in conf. 100. l. 2.
16. Parisius, in conf. 29. n. 80. l. 3.
17. Joannes de Garronibus, in dicta l. 1. n. 23. C. de Secundis nuptiis.
18. Boërius, in quest. 186. n. 2.
19. Socinus junior, in conf. 122. n. 40. libro 3.

Dissentiant tamen à praedictis Abbas, in dicto cap. Eccl. S. Maria in prima lectione. n. 15. ver. Sed. ego, & in secunda n. 19. & ibidem Felinus, n. 56. ver. sed ista declaratio de consuetudine, qui dixerunt etiam poenam indictam favore filiorum esse sublata, & abrogatam: Quae verò sint poenae indictae mulieri secundò nubenti eius odio, & quae filiorum favore, facile est colligere ex Joanne de Garronibus, in d. l. 1. C. de secundis nuptiis, qui septuaginta sex poenas indictas mulieri secundò nubenti refert.

Octavus est casus, quando lex Principis Secularis statuit circa accidentia temporalia, & profana ad actum Spiritualem. Hoc casu si lex non repugnat juri Pontificio, servari debet. Si verò contradicit, distinguendum est secundum Abbatem, & alios, quos statim referam.

Exemplum est, quando disponit circa dorem, quae dicitur quoddam accidens ad matrimonium, quod est quid spirituale. Distinguit Abbas, in cap. Ecclesia Sancta Maria in prima lectione n. 16. ver. sextus casus, & in secunda lectione n. 21. Quod, aut lex civilis non contradicit legi Canonicae, & tunc dicendum est, legem civilem servandam esse cap. Raynaldus, & cap. Rainaldus de testa: & cap. 1. & 2. de dote

post divortiam restituen. Aut repugnat lex civilis legi Pontificiae, & tunc quaelibet lex servabitur in suo foro; cum causa dotis sit mixti fori. Abbatem secuti sunt Felinus, in dicto cap. Ecclesia Sancta Maria. nu. 58. & Decius n. 37. qui declarat, & nos copiosius agemus infra lib. 2. cap. 6. ubi de causis civilibus, seu pecuniariis mixti fori agemus, in casu vigesimo secundo.

Nonus est casus, quando lex Principis Secularis disponit circa aliquem actum spirituales, praesumendo, & lex Pontificia repugnat. Hoc in casu servandam non esse legem civilem, sed Pontificiam in utroque foro affirmant Abbas, in dicto cap. Ecclesia Sancta Maria in prima lectione n. 17. & in secunda n. 22. & ibidem Felinus, n. 64. & Decius, n. 39.

Primum exemplum afferri solet in casu, quando masculus, & femina simul habitant. an praesumatur inter eos contractum in matrimonium? Jure civili praesumuntur contraxisse l. in libera aff. de ritu nuptiarum. Jure verò Pontificio non praesumitur. cap. aliter 30. quaestiones. & haec admittunt Abbas, Felinus, & Decius, supra commemorati. Et alios plures congesti in commentariis de praesumptionibus. lib. 3. praesumptione prima n. 68. & 69. Hoc casu servatur lex Pontificia, non autem Caesarea, secundum Abbatem, & praedictos, quod intelligitur ratione peccati praesumendi inter ipsos cohabitantes. Verum quia respectu, & causa filiorum ab eis procreatorum, qui secundum jus civile praesumuntur legitimi, servari debet lex ipsa civilis, sicuti copiose post alios scripsi, in dicta praesump. prima n. 38. Reliqua, quae ad rem hanc scripsi, in dicta praesump. prima. n. 68. usque ad 80. cum facile illo in loco legi possint, non est, quod hic repetam.

Secundum exemplum est in casu legis, & Constitutionis Justiniani in Authentica Episcopo nullam. C. de Episcopis, & Clericis, quae prohibetur absolute, & indistincte cohabitatio Episcopi, & Mulieris, ob fornicationis suspicionem. Jure verò Pontificio sancitum est, Episcopum cohabitare posse cum non suspecta, ut cum matre, vel sorore. cap. interdictum. distinctio 32. Hoc etiam casu secundum Abbatem, & Felinum, & Decium supra allegatos, servari debet lex ipsa Pontificia. Et idem scribunt Archidiaconus, Geminianus, & Praepositus, in dicto cap. interdictum, & Hostiensis, in summa titulo de cohob. Clerici, & mul. §. 1.

Decimus est casus, quando lex Principis Secularis disponit circa aliquem actum spirituales praesumendo, & lex Pontificia non repugnat. Hoc casu jus ipsum Pontificium servari debet, non autem lex ipsa civilis. Nam sicuti Princeps Secularis de causis spiritualibus cognoscere non potest, sic etiam nec circa eas potest praesumptionem inducere. Ita scribunt Abbas, in dicto cap. Ecclesia Sancta Maria. in prima lectione n. 17. in fine, & ibidem Felinus, n. 65. ver. hanc declarationem, & Decius, n. 40., & alii multi, quos statim referam.

Primum exemplum adducitur in casu legis, & Statuti civilis irritantis juramentum, quod jus Pontificium servari vult quando fieri id potest sine interitu salutis aeternae cap. & si Christus, & p. o. inquit de jurejurando. Hoc in casu lex civilis non obligat, servarique non debet, ut tradunt Abbas, Felinus, & Decius, praesertim in locis. Restius, & planius traditionem hanc explicavit Jo. Baptista à Sancto Severino, cognomento Caccialupus, in repet. l. omnes populi. n. 68. ff. de iustitia, & iure. distinguendo tres casus. Primus quorum est, quando lex, & Statutum annullans actum, seu contractum, annullat juramentum, extendendo causam peccati, sicuti facit lex, & Statutum disponens, quod contractus minoris, vel mulieris sine certa solemnitate factus, & celebratus, etiam si fuerit juratus, praesumatur dolo, & metu

extortus, & confectus, & ob id non valeat ipso iure. Hoc sanè casu lex, & statutum servabitur, atque ita contractus non valebit. Ita scribunt Bart. in dicta l. omnes populi, nu. 25. Baldus. in Authen. Sacramenta p.uberum. n.12. C. si adversus vendit. & ibidem Salicet 3, nu. 15. Ancharanus. in repet. cap. 1. quest. 11. de consuet. Cacciolus, in dicta l. omnes populi numer. 68. circa primum. Butrius in cap. ver. cum contingat, n. 13. de iureiurando; Abbas, in dicto cap. Ecclesia Sancta Maria. in prima lectura, num. 18. ver. & per hoc de consuet. & ibidem. Felinus, num. 65. ver. hanc declarationem, & Decius, nu. 40. & alios quamplurimos longa serie commemorat Joannes Stephanus Lambertengus, in commentariis ad statutum Mediolani prohibens mulieres sine certa solemnitate contrahere in glossa. in verbo mariti. num. 93. qui n. 94. recenset per multos dissentientes, & alios addit Seraphinus, de privilegiis iuramenti, privilegio 74. num. 28. & præter eos Thomas Ferrarius, cautela 16. Ripa, in libro 3. respons. cap. 15. num. 11. egregie Ruinus, in cons. 64. n. 5. in cons. 195. n. 1. & in cons. 194. n. 9. lib. 4. & in cons. 26. n. 4. & n. 29. libro 3. & in cons. 105. n. 7. lib. 4. Didacus in cap. possessor. in secunda parte, §. 11. de regulis iuris num. 6. Iacè Rollandus in cons. 99. num. 15. libro 1. Hieronymus Gabriel, in cons. 13. num. 6. lib. primo. Et hic quidem casus intelligitur, quando extat iusta causa, seu conjectura præsumendi metum, & dolum, aliàs secus, quemadmodum declarant Caccialupus, in dicta l. omnes populi. n. 69. Abbas, Felinus, & Decius, in locis supra relatis, quibus accedunt alii relati à Lambertengo, in dicta glossa, n. 95. Secundus est casus (inquit Caccialupus, in d. l. omnes populi nu. 73. ver. circa secundum membrum) quando lex, & statutum Principis Secularis annullat simpliciter actum, seu contractum, annullando etiam iuramentum, non servatà formâ, & solemnitate statutaria. Non tamen aliquid dicit de dolo, metu, fraude præsumenda. Hoc in casu lex & statutum non valet; & consequenter iuramentum servari debet. Hanc esse communem sententiam testatur Caccialupus, in dicta l. omnes populi, nu. 74. & alios refert Lambertengus, in dicta glossa n. 95. Tertius est casus (inquit Caccialupus, in dicta l. omnes populi n. 74. ver. circa tertium) quando lex Principis Secularis simpliciter reprobat, & annullat contractum, nullam tamen mentionem facit iuramenti. Hoc casu an iuramentum sit servandum, vel non servandum, scribunt Doctores, in Authentica Sacramenta p.uberum. C. si adversus venditionem. & in cap. cum contingat de iuratu. an.

Secundum est exemplum in casu legis, vel statuti, quod certis conjecturis contractus præsumatur. Hoc etiam in casu lex hæc non valet, atque ita non obligat, ut respondit Federicus de Senis, in cons. 116. incipit, Apparet quadam, quem securi sunt Abbas, in dicto cap. Exc. S. Maria, in prima lectura, n. 18. & in secunda, n. 22. de consuet. & ibid. Felinus n. 65. & Decius n. 4. qui declarant non procedere, quando lex principaliter disponit circa actum temporalem, cui annexus est spiritualis, ut loquitur Bartol. in l. omnes populi. nu. 25. in fine. ff. de iustitia, & iure, & diximus in precedente exemplo.

CAPUT II.

Leges seu Statuta Principum Secularium inferiorum, & populorum, an & quando ligent Clericos.

DE legibus, & Constitutionibus Principum Superiorum disputavimus superiore in capite, nunc secundum Abbatis & sequacium, quos statim

citabimus, ordinem, agendum est de legibus, quæ statuta appellare solemus Principum inferiorum, & populorum, an, & quando hæc ligent Clericos. Abbas in sepius citato c. Eccles. Sanctæ Mar. in 1. lect. nu. 10. ver. venio ad secund. & in secunda. n. 26. de consuet. distinguit atque constituit per multos casus, quos & nos, nonnullis aliis additis, ex ordine prosequemur.

Primus casus est, quando statutum specificè disponit, & statuit de ipsis Clericis, & eorum rebus, & bonis. Hoc casu dicendum est statutum non valere defectu potestatis; sicuti inquit, præcatis in locis, Abbas, dictum fuit à fortiori præcedenti in capite de legibus Principum Superiorum. Et Abbatem secuti sunt omnes ut Felinus, in eod. c. Eccles. Sanctæ Mar. n. 69. & ibid. Decius, n. 45. ver. secundò principaliter, qui eisdem sententiæ refert Bart. in l. omnes populi n. 15. ff. de iustitia, & iure, & Cardinalem Zabarellam, in repet. cap. perpendimus. qu. 10. de sentent. excomm. & accedunt Angel. in cons. 23. dict. statuti. Abbas, in cons. 83. præsens dubium, (ij ambo de eadem facti specie responderunt) lib. 2. Barbat. in rubric. de reb. Eccles. non alienan. in 2. & 3. dubio. Matthæus, notabilis 145. nota mirabile, Jason, in l. ult. n. 25. C. de pactis. Dec. in c. qua in Eccles. in tertio notabili de consuet. & in l. ult. nu. 28. C. de pactis. Brunus, in tract. quod statibus Masculis femina non succedant articulo sexto n. 32.

Extenditur primò, ut locum habeat etiam quando ex verbis ac sensu colligitur, statutum loqui de personis Ecclesiasticis. Exemplum in casu statuti Mediolani, cap. 28a. incipit. Illa persona. Dicemus in cap. 23. ubi explicabimus, quando statutum dicatur contra libertatem Ecclesiasticam.

Extenditur secundò habere locum etiam si alterius Ecclesiæ commodum editum sit statutum, ut si caveatur, quod de relictis Ecclesiæ solvatur certa quantitas pro fabrica alicujus certæ Ecclesiæ. Ita Butrius, cons. 40. Statuta Civitatis. Abbas, in cons. 26. n. 2. lib. 1. & Felinus, in dicto cap. Ecclesia Sancta Maria. n. 94. de consuet. Et dicemus aliqua, cap. 23. ubi explicabimus, quando statutum repugnet libertati Ecclesiasticæ.

Extenditur tertio hic casus, ut locum habeat etiam quoad bona patrimonialia ipsorum Clericorum, quæ nec his statutis ligari possunt, sicuti tradunt Abbas, in dicta c. Eccles. Sanctæ Mar. in prima lect. n. 21. & in secunda. n. 26. & ibid. Felinus n. 8. & Decius, n. 45. in fine. ver. & hoc procedit non solum, & n. 52. ver. not. tamen. Plotus casu 93. Ea est hujus traditionis ratio, quod Clericorum patrimonialia non sunt foro Seculari supposita. I. decernimus, C. de Episcop. audien. & aliis multis comprobabimus, lib. 3. c. 3. atqui à pari procedunt, forum sortiri, & statuto ligari, ut scribunt Castrensis, in l. omnes populi in fine. ff. de iustitia & iure, & multis comprobatur Decius, in d. cap. Eccles. Sanctæ Mar. n. 6. & in dicto cap. qua in Eccles. n. 15. & Boërius in qu. 13. num. 14. Extenditur quartò, ut procedat etiam, quando iusta extitisset causa sic statuendi. Nam adhuc non valent hæc statuta defectu iurisdictionis, & potestatis. Ita Decius, in c. qua in Eccles. in tertio notabili. ex sententia Angel. in dict. c. 23. n. 1. qui respondit statutum Florentinũ, quod nemo possit ingredi possessionem bonorum Ecclesiæ, & Hospitalis sine licentia Magistratus ipsius Civitatis, non valere, licet sit commendabile ob iustam causam evitandi scandala. Et de eadem facti specie idem respondit Abbas, in cons. 83. lib. 1. & alia dicemus, in fr. c. 23. ubi agemus, quando lex Secularis dicatur contra libertatem Ecclesiasticam.

Extenditur quinto, ut locum habeat, etiam si utile dominium horum bonorum sit Secularis, directum verò Ecclesiæ, vel Clerici; nam respectu ipsius directi domini statutum Seculare non valet: Quo verò ad dominium utile, sicquæ in præjudiciũ seculari domini directi,

directi observandum est. Ita Decius in *dist. c. qua in Eccl. n. 6. ver. Secundo ampliatur*, qui hujus opinionis refert Anch. in *conf. 125. Vis & diligenter reassump. col. pen. ver. per predi. & in conf. 434. postquam iste duo n. 3. Alex. in conf. 9. n. 2. lib. 5. Barbat. in conf. 14. col. pen. ver. ad hoc lib. 1. Decius in Ausb. Chassa secundo notabili. C. de Sacros. Eccl. & in conf. 139. n. 2. ver. nec obstant, quod ista. E. conferunt quæ dicimus infra. lib. 3. cap. 4. ubi differemus, an dominium utile Secularis, ex feudo, vel emphyteuti Ecclesiastica, collectæ, & gabelle onere gravari possit.*

Secundus est casus, quando lex, & Statutum Principis inferioris lædit libertatem Ecclesiasticam, Clericorum. Hoc etiam in casu non valet, nec observari debet hoc statutum. Ita Abbas in *dist. cap. Eccl. Sanctæ Mariae in prima lectura. n. 24. & manifestius in secunda lect. n. 26. in fin. ver. & iste primus casus de consit. & idem Felinus. n. 69. Decius. n. 46.*

Quando autem statutum dicatur editum contra libertatem Ecclesiæ, & Clericorum, explicabimus infra c. 23. ubi inter alia exempla retulit illud in casu statuti disponentis, quod ingressus Monasterium, & religionem non succedat.

Tertius est casus, quando statutum generaliter disponens, nullâ factâ specificâ mentione Ecclesiæ, vel Ecclesiasticorum, editum est ante Clericatum. Hoc casu statutum ligat etiam Clericos. Ita Abbas, in *dist. c. Eccl. Sanctæ Mariae, in prima lect. n. 25. & in secunda lect. n. 34. Quem secuti sunt ibidem Felinus, n. 101. & alii quos statim referam.*

Primum exemplum adduci solet, si statutum quod primogenitus succedat in hereditatem editum fuit ante Clericatum secundogeniti, qui deinde monacho primogenito vult succedere. Hoc casu recepta est Doctorum sententia huic secundogenitum ligari hoc statuto, atque ita excludi. Ita Joann. Andreas in *sine culpa. de regul. iuris in mercurial. Abbas in dist. c. Eccl. Sanctæ Mar. in prim. lect. n. 25. ver. primo casu, & in secunda. n. 34. & ibidem. Felinus, qui ejusdem opinionis refert Buttium, & Imolam. Sic, & Brunus, in tract. quod stantibus masculis femina non succedant, art. 6. n. 37. ver. pro hac opinione. Tiraquell. de jure primog. qu. 44. qui alios quamplurimos refert, & post Caldarrinum declarat. Et accedunt Vulpellus, in tract. de libertate Ecclesiastica in tertia parte n. 11. ver. Sed quid sit, & alii, quos referam infra in 4. casu, in primo exemplo. à sensu contrario.*

Secundum est exemplum in casu statuti editi, atquequam prætendens successionem effectus esset religiosus, & loquentis generaliter, quod nulla mulier succedat existente masculo. Hoc statutum comprehendere etiam mulierem jam ingressam monasterium, & religionem, ut excludat censetur. Superfite aliquâ masculo, scribitur multi, quos referam infra cap. 8. in prima dubitatione.

Tertium est exemplum in casu statuti Mediolani in civilibus cap. 310. rubrica de panis mulieris nubentis cum hereditate extra jurisdictionem Communis Mediolani, quod incipit. Nulla mulier. Hoc sanè statutum comprehendere, & ligare etiam mulierem ingredientem religionem affirmat in specie Catelianus Cotta, in memorabilibus, in verbo Clerici ligantur in fine, qui vel eâ ratione visus est uti quod hoc statutum jam injecit vinculum ipsi mulieri ante religionis ingressum, quod statui potuisset, diximus præcedenti in casu. Et idem sensit Brunus, in tract. quod stantibus masculis femina non succedant. in sexto articulo. n. 34. à sensu contrario argumento ducto.

Quartus est casus, quando statutum generaliter loquens editum, & promulgatum fuit post Clericatum, & agitur de damno & præjudicio Clerici. Hoc sanè casu statutum non comprehendit, nec ligat Cle-

ricum: Ita Abbas, in *dist. cap. Eccl. Sanctæ Mariae, in secunda lectura. n. 38. de consit. & aliis quos statim referam.*

Exemplum est, si postquam secundogenitus effectus est Clericus, conditum, & promulgatum est statutum, quod primogenitus succedere debeat, excluso secundogenito. Hoc statutum non comprehendere, sicque non ligare secundogenitum jam ad Clericatum promotum. Ita seriè scribunt Jo. Andr. in *tr. sine culpa. de regul. iuris. in mercor. & alii quamplurimi, quos longa admodum seriè congestit. Tiraquell. in tract. de iure primog. qu. 43. n. 6. Et illis accedunt Roland. in conf. 57. n. 25. lib. 2. & Octavianus Vulpellus, in tract. de libertate Ecclesiastica. in 3. part. n. 2.*

Quintus est casus, quando statutum generaliter loquens editum, & promulgatum fuit etiam ante Clericatum, & agitur de commodo, & utilitate ipsius Clerici. Hoc sanè casu comprehenditur & ipse Clericus sub hoc statuto. Ita Bald. in *l. cunctos populos, G. de Sum. Trin. & fide Catholicæ. & alii, quos referam infra, & accedit Andr. Gailius, in lib. secundo practicarum observationum. observ. 32. n. 2.*

Primum est exemplum in casu statuti, quod existerentibus filiis masculis femina non succedant, & extat filius masculus Clericus tempore, quo evenit casus successionis. Hic sanè Clericus comprehenditur sub hoc statuto, ut excludat feminas. Hanc opinionem probarunt Baldus & Gailius supra allegati, & alii permulti, quos referam infra cap. 8. in secunda dubitatione, ubi agemus de hoc statuto.

Secundum est exemplum in casu statutorum Mediolani cap. 305 & 306. quod ascendentes non possint meliorare conditionem alicuius descendantis, sed quod æqualiter succedant. Hoc quoque statutum comprehendere etiam Clericos, nè in aliorum detrimentum parentes possint aliorum filiorum conditionem meliorem facere in sui præjudicium. Respondit Decius, in *conf. 214. col. 2. ver. Sed tamen his non obstant. Verum à Decio dissentit Alciat. in resp. 29. n. 6. & in respons. 534. n. 6. Secundum impress. antiq. Lugdun. qui testatur Decium ea in causa de qua respondit, non potuisse in Senatu Mediolani obtinere.*

Tertium est exemplum in casu statuti tribuentis executionem paratam instrumentis. Hoc statutum comprehendere etiam Clericos creditores, familia hebenres instrumenta, ut valeant consequi eorum executionem affirmant Oldratus. in *conf. 32. questio. est. Bald. in dist. repet. l. cunctos populos. col. 7. Abbas, in cap. Eccl. Sanctæ Mar. in 2. lect. n. 37. ver. siem si Cler. de consit. & ibid. Felin. n. 81. ver. ex his inferit. Cotta, in mem. in verbo, Clerici ligantur, ver. similiter quod Clericus,*

Verum repugnare videtur, quod scribit Bald. in *l. de quibus qu. 10. n. ff. de legib. & in l. si quis curial. C. de Episc. & Clericis, & in conf. 261. licet Statutum laicorum. lib. 3. repetitum in conf. 270. eod. libro, Alexander, in l. 4. in secundo notabili, ff. de acquir. hered. & in conf. 209. n. 11. lib. 2. Decius in conf. 84. col. 3. ver. Sexto respondetur, & in conf. 114. col. 1. cum dixerunt, quod et si statuta auferri minimè possunt Clericis ea, quæ juris communis sunt, attamen possunt ab ipsomet statuto cõcessa, cū proprium beneficium, permittunt sit eis negare; Nam respondetur, Baldum, & Sequaces, loqui, quando statutum vel expressis verbis, vel verbis eandem vim habentibus non concedit beneficium à se introductum ipsis Clericis; Secus in casu nostro, in quo statutum generaliter loquitur, non excludens alicujus personam. An verò è contra statutum hoc liget Clerici debitores, dicemus statim.*

Sextus est casus, quando statutum generaliter loquens de contractibus, vel quasi, et si fuit editum, & promulgatum ante Clericatum, vel post, attamen obligatio, & jus agendi oritur ex facto, vel quasi, ut ex contractu,

vel quasi. Hoc sanè casu statutum comprehendit etiam ipsam Clericum. Ita Abbas, in *dict. cap. Eccles. Sanctæ Mariæ, in secunda lectura, n. 40. de consuet. & aliis qd. l. acim referam.*

Primum exemplum est in casu statuti tribuentis executionem paratam instrumentis. Hoc statutum comprehendit etiam Clericum debitorem, qui simili instrumento obligari voluit, atque ita ex suo facto oritur obligatio. Ita Bartolus, in *l. cunctos populos, n. 29. C. de Summa Trinitate, & fide catholica.* Joan. Andreas, in *cap. ult. col. penult. de Solutio: Lupus, allegatione 81. Calcal. in cons. 7. Barbatus, in rubrica de rebus Ecclesiæ non alienandis. in secundo dubio. Rodericus Suarez, in *reper. l. post rem, ff. de rei jud. in prima extensione, ubi tractat, de executione instrumentorum & contrarium, Octavianus Vulpellus, in tract. de libert. Ecclesiastica, in secunda parte n. 33. ver. binc dixit. Didacus Covarruvias, in lib. practiarum questionum, cap. 8. n. 5. ver. quod si publicum, & c. dicit huius instrumenti executionem contra Clericum petendam esse coram Iudice Ecclesiastico, & testatur se nunquam vidisse aliter observari.**

Secundum est exemplum in casu statuti, cuius beneficio, & commodò, vult uti Clericus. Hoc casu ligatur ipse Clericus servare statutum quoad alias qualitates in statuto requisitas, etsi alioqui Clerico damnosæ sunt; Nam, & hic proprio facto se obligat Clericus utendo ipso statuto. Sic sanè tradunt Bartolus, in *l. enim novatione, C. de Sacros. Eccles.* Alexander, in *cons. 209. n. 11. lib. 2. Socinus senior, in consilio 36. & in cons. 97. lib. 1. Corneus, in cons. 104. lib. 2. Tiraquellus de retract. consang. §. 1. glos. 15. n. 7. Brusatus, in cons. 29. lib. primo, qui alios refert. Et Vulpellus, in dicto tractatu de libertate Ecclesiastica, in secunda parte, n. 43. Reliqua exempla prætermitto.*

Septimus est casus, quando statutum per indirectum læderet famam, & honorem Clerici. Exemplum est in Statuto edito contra Clericorum concubinas, ut scilicet de earum crimine cognoscere etiam possit Iudex Secularis. Hic casus parum dubitationis habet, si admittimus illam magis receptam opinionem eorum, qui scribunt, secundum jus commune etiam Iudicem Secularem, posse de hoc crimine cognoscere, & hanc concubinam punire, asserentes hoc esse delictum mixti fori. Quam quidem sententiam veram esse demonstrabimus. in libro subsequenti cap. 10 in octavo casu. Si verò admittimus, jure communi inspectò, hoc crimen esse Ecclesiasticum, casus iste est dubius in quo Petrus Anchar. in *cap. ea. qua. questio. 24. de regulis iuris in 6. & in cons. 296. incipit Mag. & Illustris. Princeps num. 4. distinguit duos casus, quorum primus est, quando agitur de concubinis occultis. Hoc quidem casu statutum non valere scribit, præcisatis in locis, Ancharanus, quem secuti sunt Joannes de Anna, in rubrica extra de adulter. col. ult. Felinus, in cap. Ecclesia Sancta Maria. num. 102. ver. tandem distinguit de consuet. & alii multi, quos referam in sequenti casu. Et ratione primâ usus est Ancharanus, quòd Princeps Secularis statuere nihil potest directè, vel indirectè adversus Clericos, Sicuti copiosè demonstravi supra cap.*

Porro statuendo contra Clericum concubinas diceretur indirectè sancitum contra ipsos Clericos, cum ob criminis connexitatem nequeant accusari concubinae, quin & Clerici accusentur, & infamiâ notentur. Non ergo valet Statutum. argumento *l. sed si hac §. penult. ff. de in ius vocando, & l. Papinianus, ff. de obsequ. à liberi. præstan.*

Verum responderi potest, non sequi hinc necessarie, quòd censentur, & hoc casu accusati, & infamia notati ipsi Clerici, cum fieri possit, quòd falsis accusatoribus accusentur concubinae, & falsis etiam testibus probetur esse concubinas, & è contra verum

non sit Clericos habuisse concubinas, juxta *l. damnatae in fine, ff. ad legem Iuliam de adulteris, & l. nisi crimen, C. eodem.* Hac ratione dicemus, quòd licet Pontifex Maximus accusari non possit de adulterio, attamen accusari potest mulier nupta, quæ cum ipso Pontifice adulterium commisisse dicitur. Sicuti affirmat Putens, in *quest. 44. in fine, quem secutus est Felinus, in dicto cap. Ecclesia Sancta Maria. n. 102. & dicemus infra.*

Secundò sic argumentari voluerunt præcitati Interpretes, delicta occulta tegenda sunt quantum fieri potest *cap. in scripturis distinctione 96.* ubi referuntur egregia illa Constantini Imperatoris verba, tegenda esse Clericorum occulta, & omnino incognita crimina, quæ alioqui majus pariunt scandalum, quàm secularium, ergo de occultis Clericorum concubinis agendum non est coram Iudice Seculari, nè alioqui occultus Clerici concubinatus, & delictum detegatur.

Cæterum responderi posse videtur secundum Videricum Zafium, in *l. cum quadam puell. n. 12. ff. de iurisd. om. iudicium, & in lib. singular. respons. cap. 17. n. 9. ver. nec ad rem.* Clericos imputare sibi debere, quòd hinc scandalo occasionem dent. *l. inter coher. §. quod ex facto, ff. famil. oriscen. & l. quod quis ex sua culpa, ff. de regul. iuris.* Immo ipsi se scandalifant, qui dant occasionem scandali *l. qui occiderat, §. in hac, ff. ad legem aquil.* Replicari fortè potest Zafii considerationem procedere posse, quando constat de concubinato, secus si non appareat, ut nostro in casu.

Contrariam opinionem visus est probare Zafius, præcisatis in locis, dum indistinctè & absolute affirmat valere hoc statutum & hanc distinctionem Ancharam manifestè improbavit Petrus Binsfeld, in *tract. de iniur. & damno dato. cap. 7. qu. 1. in conclus. 13. pag. 458. ver. præterea illa distinctio.*

Primò urgere videtur, quòd concubina Clerici non debet consequi commodum, & privilegium in re ob quam meretur poenam. *l. si ve her. in fin. ubi gl. ff. de neg. gest.* Atqui concubina consequeretur comodum ex persona clerici, ex qua propter fornicationem puniri debet, ergo, &c. Hoc argumentò usus est Zafius, in *dict. l. cum quadam puell. n. 12. ff. de iurisd. omnium iudicium, & in dict. lib. 2. sing. respons. c. 17. n. 3.* Verum responderetur, quòd donec constat de concubinato, & delicto, dici non potest, quòd mulier illa mereatur poenam, & consequenter interim contra eam nil statui potest, nec accusari. Sunt enim, ut diximus supra, tegenda delicta occulta, quantum fieri potest, nisi pariturum id sit scandalum. Retinenda itaque est prima opinio, quæ & mihi magis probatur, & quam continere maximam æquitatem affirmat Boërius, in *quest. 72. n. 7.*

Secundus est casus, quando agitur de Clericorum concubinis notoriis. Hoc sanè casu recepta est opinio valere statutum Principis secularis, quòd puniri illæ possint à Iudice seculari. Hanc sententiam probarunt decem, & octo eruditissimi juris Pontificii, & Cæsarei interpretes, quorum nomina hæc sunt.

1. Ancharanus, in *cap. ea. quæ q. 27. de regulis juris in sexto, & in dicto cons. 196. n. 4. ver. & scribam.*
2. Joan. de Anna, in rubr. extra de adult. col. penult.
3. Jason, in *l. cum quadam puella n. 17. ff. de iurisd. omnium iudicium.*
4. Barbat. in *cap. per suas, n. 4. de probat.*
5. Joannes Lupus, in *cap. per vestras, §. 21. n. 13. extra de donat. inter virum, & uxorem.*
6. Boërius, in *quest. 72. n. 2.*
7. Bernardus Choverof. in *tract. de publicis concubinariis in verbo penitus arceri n. 5. & 6.*
8. Everardus, in *cons. 202.*
9. Aufrerius, in *tract. de potestate Seculari super Ecclesiasticas personas, reg. 2. n. 34.*

10. Montal. Hispanus, in commentariis ad leges fori in parte concubinæ.
11. Antoninus Gomezius ad leges Tauri Hispanas. l.80.n.22.
12. Avedanus, in tractatu de exequendis mandatis regis. in 2. parte, cap. 26.n.7.
13. Didacus Perez, in l. 21. tit. 3. lib. 1. ordin.
14. Joannes Matrengus, in l. 6. gl. 2. titulo 8. lib. 5. ordina.
15. Julius Clarus, in practica criminali. quæst. 37. ver. quæro etiam.
16. Ignarius Lopez, in additionibus ad practicam criminalem canonicam Bernardi Diaz. cap. 79. col. 2. ver. & non solum talis concubina, &c.
17. Franciscus Aviles, in tractatu Prætorum. ca. 47. in verbo à Clerigo, n. 1.
18. Petrus Rebuffus, in commentariis ad concordata Franciæ titulo de concubinariis. §. ipsas autem concubinas, gl. ver. contrarium teneo.

Primo vel eâ ratione usi sunt Ancharanus, & Sequaces, quod omnis fornicatio est jure Pontificio damnata, cap. meretrices 23. q. 4. Sic ut jure Cæsareo, ex quo jus ipsum civile in his, & aliis multis inservit, & famulatur juri Pontificio. *l. omnium, & l. privilegia C. de Sacrosanctis Ecclesiis, & cap. 1. cum sequentibus, distict. 18.* Statutum ergo quod imponit pœnam concubinæ Clerici, non dicitur contra jus Pontificium, sed illud coadjuvat, eique deservit contra mulierem sibi subditam, eam castigando, atque ita unum jus alteri coadjuvat, quod fieri semper debet, *cap. si adulterium, distinctione 10. & c. 1. de operis novi nuntiatione.*

Verum respondetur, negando jure civili damnatam esse simplicem fornicationem, cum verius sit eò jure non puniri, ut copiosè scripsi, *in lib. secundo de arbit. Judic. casu 289. n. 16.* quò loco n. 18. subjunxi, damnatum quidem esse concubinatum, & alia scripsi superiore libro, c. 10. in octavo casu.

Secundò urgere videtur, quod contra Clericorum concubinas indici potest pœna per statutum, cum non repugnat juri Pontificio, quod nullam his concubinis tribuit immunitatem, & exemptionem à foro, & judicio seculari; sed potius reliquisse dicitur earum punitionem Judici Seculari. Hoc vel ex eo colligi potest, quod lex Pontificia indicit pœnam Clericis concubinariis, de ipsis autem concubinis nil statuit, ut in integro illo titulo de cohabitatione Cler. & mulier. quasi quod nihil hoc ad Canones pertineat, licet cum personis Ecclesiasticis fornicentur, persona enim, cum qua, vel in quam delictum committitur, non mutat, nec constituit novum forum, sicuti tradunt Bartolus, *in l. cunctos populos, num. 45. & 46. C. de Summa Trinitate, & fide catholica.*

Cæterum respondetur, quod imò jus Pontificium punit concubinas Clericorum, *cap. eos. distinctione 32.* & tradunt idem Archidiaconus, & Geminianus, Buttrius, Abbas, & Aretinus, *in cap. cum sit generale, de foro competentis, Abbas, in cap. si concubina, de Senten. ex com. Felinus, in dicto cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ. n. 102. ver. sed advertit, & Boerius, in quæst. 72. n. 2. & n. 6.* ut supra attingimus, & copiosè Superiore libro cap. 10. in casu octavo.

Tertiò suffragari videtur, quod nemo consequi debet commodum & privilegium ex eo actu, ex quo meretur pœnam. *l. si ve hereditaria, in fine, ff. de negot. gest.* ubi glossa multis juribus comprobat. Atqui hæc concubina, quæ deliquit in Clericum, consequeretur ex Clerici persona commodum, & privilegium evadendi Judicem Seculare, si statutum hoc non valeret, ergo valere debet Statutum indicens pœnam contra hæc Clerici concubinam. Hor argu-

menti genere usus est Zafius, *in dicta l. cum quadam puella, n. 12. & in dicto lib. 2. singul. resp. cap. 17. n. 5.*

Responderi potest, prædictum commodum, & privilegium evadendi forum Seculare non esse considerabile, ex quo non evitat pœnas à lege Pontificia indictas.

Quartò huc pertinere videtur, quod cum crimen hoc præsupponatur esse notorium, Judex incompetentis efficitur competens, cum in notoriis cesset iudicii ordo, *cap. pervenit, de testibus.*

Respondetur secundum Felinum, *in dict. cap. Eccles. Sanctæ Mariæ, n. 102. ver. nec propter delictum notorium de consti.* quod imò propter delictum notorium Judex incompetentis non efficitur competens, & hujus opinionis refert Felinus Bald, *in l. magisterie, C. de jurisdictione omnium Iudicum, & in l. crimin. in fine, C. qui accusare non possunt, & Angelum, in l. magistratibus, ff. de jurisdictione omn. Iudicum.*

Quintò adducitur traditio Pilei. *in quæst. 44.* affirmantis accusari posse mulierem de adulterio cum Papa commisso, licet accusari minimè possit ipse Pontifex, *argum. l. adult. ff. ad legem Juliam de adult.* ergo à fortiori idem dicendum est in casu nostro.

Responderi potest, veram non esse Pilei opinionem, quæ nullo jure, vel ratione probatur.

Sextò, & ultimò ad rem magis facit, quod hoc concubinatu ita mulier committit Sacrilegium, adulterium, imò incestum, sicuti diximus Superiore in lib. cap. 10. in octavo casu, ubi etiam scripsi, ob id dici mixti fori. Nimirum ergò si valet statutum, quò sancitum sit, quod Judex secularis possit hoc de delicto cognoscere, & mulierem pœnis afficere.

Contrariam opinionem, quod imò non valet hoc statutum, etiam respectu concubinatus notorii Sed quod solus Judex Ecclesiasticus sit Judex, probatur Felinus, *in dict. cap. Eccl. Sanctæ Mariæ, n. 102. ver. Sed advertit qui, &c. & ver. ex quib. in effectu de const. & Petrus Binsfeldius, in tractatu de injuriis, & damno dato. cap. 7. quæst. 1. in conclusione 13, pag. 456. ver. Sed cerè puto.*

Primò eâ ratione, & argumento ij visi sunt vti, quod lex Pontificia est illa, quæ pœnis afficit concubinam Clerici. *cap. eos. distict. 32. ver. & Felinus in dict. cap. Eccles. Sanctæ Mariæ num. 102. ver. & adde, & Boerius, in dicta quæst. 72. num. 1. & num. 6. & alij supra relati.* Nec ergo etiam puniri potest à Judice Seculari; nè alioqui duplici pœnâ afficiatur cont. *cap. quæsitum 13. quæst. 2. & l. licet in fine, ff. nauis caupo. stabul.*

Respondetur, quod etsi secundum jus commune Clerici concubinæ puniantur à solo jure Pontificio, cum jus Cæsareum non damnet concubinatam, attamen statuto sanciti posse dicimus, quod hæc concubinæ possint à Judice seculari puniri. Nec inconvenit, quod duplex dicatur indicta pœna, quia aliquando tam Pontificia, quam Cæsarea exequi potest, ut aliquando locus est præventioni, ut diximus supra in c. 12. Præterea juris est, quod jure communi puniunt hoc crimen etiam à Judice Seculari, ut diximus Superiore libro cap. 10. in octavo casu. Et concubinam dici non posse de familia Clerici probant Felinus, & Binsfeldius, *præcatis in locis, & accedit Zafius, in l. cum quadam puella. nu. 12. ff. de jurisdictione omnium Iudicum, & in lib. 2. singul. resp. c. 17. n. 5.*

Secundò adducitur quod concubina Clerici dicitur de familia Clerici, quo scilicet ad privilegium fori. Ita glossa in dict. c. eos, ubi Geminia colligit, familiam Clerici, etsi prohibitam retineri, esse tamen de foro Ecclesiæ. Idem scribunt Felin. *in dict. cap. Eccl. Sanctæ Mariæ, n. 102. ver. & adde,* qui ejusdem opinionis refert Buttrius, & Abbatem. Atqui adversus Clericos concubinarios nil statuere potest Statutum, ergo, &c.

Respondetur, verum non esse, quod concubina Clerici sit ex familia ipsius Clerici quoad forum. Nam adversus glossam dicti cap. eos senserunt Ancharanus, in dicto conf. 196. n. 4. in fine. Zasius in dicta l. cum quadam puella, n. 13. & in dicto cap. 17. n. 4. qui refert glossam in cap. Clericum il. 1. in glossa 1. 11. quest. 1. aliter sentientem. Retinenda itaque est prima opinio.

CAPUT III.

Leges Principis Secularis pro communi bono, & utilitate tam Clericorum, quam Secularium edita, an, & quando ligent etiam ipsos Clericos, eorumque res, & bona.

Differimus hactenus de legibus secularium editis pro communi utilitate, & bono in universum, nunc verò agendum est de legibus illis, ex quibus tam Clerici ipsi quàm Seculares certam quandam utilitatem, & commodum consequuntur, sicuti sunt leges & edicta de custodiis, excubiis faciendis in Civitate vel Castro, de pontibus, & viis construendis, & aptandis de non exportanda annona extra Provinciam, & his similibus, ut statim dicemus; hæc enim cum ita Clericis, quam Secularibus afferant utilitatem juri & æquitati consonum est, ut & ipsi Clerici obtemperare, & parere his legibus, & edictis debeant, quemadmodum scribunt Ancharanus, in cap. non minus num. 7. de immunit. Eccles. Didaucus Covaruvias, in cap. possessor. in secunda parte, §. 4. num. 9. vers. tertium sit, de regulis iuris, in 6. Dominicus Soto, lib. primo de iustitia, & iure, quest. 6. art. 2. ver. ceterum, & in quarto sentent. qu. 28. distinct. 25. qu. 2. art. 2. ver. quarta conclusio. Ludovicus Molina in tractatu de iustitia, & iure, disput. 31. colum. 8. ver. sexta conclusio. Robertus Bellarm. in tomo primo de controversiis, libro primo de Clericis, cap. 28. in secunda & tertia observatione. Henriquez, in lib. 10. Theologia Moralis, cap. 15. num. 7. Et horum quidem vera sententia comprobatur à fortiori ex iis quæ scripti in præcedentibus capitibus, dum demonstravimus, legem pro communi bono, & utilitate in universum latam ligare etiam Clericos, multò magis ergo dicendum est, comprehendere, & ligare, quando & Clerici ipsi in particulari sentiunt commodum, & utilitatem. Et hoc in casu cessat ratio illa, quæ contrariam opinionem conatur defendere Ioannes Petrus Surdus, in conf. 301. num. 12. & num. 24. dum dicit, legem Principis Secularis editam etiam pro commo, & utilitate Clericorum non habere vim legis ob potestatis defectum. Cessat sanè hæc ratio nostro in casu, in quo Clerici non solum dicuntur subditi, & Reipublicæ partem constituere, ut in præcedenti capite diximus, sed etiam particulare commodum, & utilitatem percipiunt. Et Doctores à Surdo allegati non loquuntur hoc in casu, sicut præcedenti in capite explicavimus. Et huius quidem casus exempla in medium proferri possunt multa.

Primum quorum est legis & edicti Principis de excubiis, & custodiis adhibendis in Civitate & Oppido. Hæc ligant etiam Clericos distinguendo tamen cum Abbate in cap. pervenit, n. 6. de immunit. Ecclesia. tres casus, quos, aliò observatò ordine, referam & explicabo.

Primus est, quando magna urget necessitas custodiendi ipsam civitatem ita quod sine ipsis Clericis non potest commodè Civitas ab oppressione & invasione custodiri. Hoc sanè casu Clericos ligari respondit Cast. in conf. 423. ex puncto transmiss. col. ult. ver. cum enim Clerici, lib. 2. & secuti sunt Abbas in dicto

c. pervenit. n. 6. ver. aut imminet magna, Barbat. in conf. 1. n. 6. lib. 3. Luc. de Penna, in l. 2. in fin. C. de quibus numer. vel prestam. nem. liceat se excusare. Dh. 10. Parpaleas, in l. placet, n. 18. & n. 28. C. de Sacros. Eccles. & ibidem Iason, in prima lect. n. 14. clarè Everardus, in conf. 42. n. 43. Beros. in conf. 31. num. 25. ver. quarto potest. lib. 1. Olacus. in decis. 68. n. 11. & Octav. Vulpell. in tract. de libert. Eccles. in secunda parte, n. 30. & Petrus in tract. de potest. Princip. c. 5. n. 23. Et primum Abbas motus est Constitutione illà nullus C. de cursu publ. lib. 12. cujus verba hæc sunt. Nullus penitus, cujuslibet ordinis, seu dignitatis, vel Sacrosancta Ecclesia, vel domus Regia, tempore expeditionis, exactionem angariorum habeat. Hactenus Theodosius, & Valentianus.

Verum constitutio hæc non satis probat hunc casum, cum Imperatores illi nil statuerint de Clericorum personis, sed de bonis, ex quibus collectæ, bellæ causâ, indictæ præstari debent. Et propterea illo in loco Bartolus scriptum reliquit, quod quando armatorum Societates circum eunt Civitates, & Oppida, & ad ea defendenda, necesse est comparare exercitum, ut resisti illis possit collectandæ sunt etiam Ecclesiarum, & Bartolum secutus est Iason, in l. si ex toto in princip. n. 9. de leg. 1. & si idem Iason, in l. placet n. C. de Sacros. Eccl. aliter sentit. Præterea & secundo perpendit Abbas, in cap. pervenit. de immunit. Eccl. his verbis scriptum pervenit, & c. Fraternalis tua nullum per nostrum, vel Ecclesia sua nomen, aut alio modo excusari à murorum vigiliis patiatur, sed omnes ad hoc generaliter compellantur, quatenus cunctis vigilantibus melius valeat custodia Civitatis procurari. Hactenus Gregorius Pontifex Maximus, cujus quidem constitutio parum mihi urgere videtur, cum absolute, & simpliciter loquatur, non distinguendo casum necessitatis à casu, quo non urget ipsa necessitas. Immo utitur Gregorius illis verbis. Melius valeat custodia Civitatis procurari. Quæ quidem verba non necessitatem, sed majorem, ut ita dicam, commoditatem significant, & idè Innocentius, in dicto cap. pervenit n. 6. ver. extra ord. aut appellando causam hanc pietatis. dixit simpliciter, hac lege ligari Clericos, eorumque bona etiam si lex hæc non fuisset à Pontifice ipso confirmata. Idem penè docuit Ancharanus, in cap. non minus n. 8. ver. Item Clerici eodem tit. de immunit. Eccles. & in conf. 96. n. 4. Nec dicatur hanc esse Constitutionem Summi Pontificis latam in Vrbe Terracinæ Sedis Apostolicæ, ob id mirum non esse, si eam ligantur etiam Clerici; nam respondetur primò non constare, quòd eò tempore, quo sedit Gregorius, ista Civitas Terracinæ subesset Sedi Apostolicæ. Et rursum dicimus, legem illam fuisse probatam à Pontifice tanquam Principe, & Domino temporali dictæ Civitatis; Nam Papa potest sustinere duorum personam, nempe Papæ, ut domini in Spiritualibus, & Principis in temporalibus & quod agit in temporalibus, agere dicitur tanquam Princeps Secularis, ut scripti supra lib. 1. cap. 10.

Cæterum admittà ipsa necessitate custodiendi Civitatem, si Clerici recusabunt subire hoc custodiæ onus, & munus à Iudice Eccles. erunt compellendi juxta cap. non minus eod. tit. de immunit. Eccles. nec hoc in casu possunt se excusare. Clerici, ob id, quod eis non liceat deserere divina officia. cap. reprehensib. 23. quest. 8. cum verius sit, hoc casu posse deserere. Ità Lucas de Penna, in l. 2. in fin. C. de quibus muner. & prest. nam liceat se excusare li. 10. Quò loco rejicit opinionem glossæ, & Hostiensis, qui dixerunt, satis esse hoc casu, si Clerici mittant servos & famulos ad has custodias, qua de re dicemus statim.

Secundus est casus, quando non subest magna necessitas custodiendi Civitatem. Hoc sanè casu excusantur Clerici, qui à divinis officiis avocari non debent

debent. dicto cap. reprehensibile. Ità Castrensis, in dicto conf. 423. col. ult. ver. cum enim. lib. 2. & clarius Abbas, in dicto cap. pervenit. n. 6. qui dicit ad rem facere cap. Cyprianus 21. q. 3. & l. placet C. de Sacrosanctis Ecclesiis. Idem sentit Alciatus, in dicta l. placet. n. 24. Nec casus repugnare mihi videtur dicto cap. pervenit, in quo ut dixi non fit distinctio hæc, an urgeat magna, vel levis necessitas. Rectius dici posse existimo, quòd secundo hoc in casu satis esse debeat, si Clerici contribuunt pro impensa, quam facit Civitas in his custodiis, & vigiliis, sicuti post Bertachinum, in tractatu de Gabellis. in septima parte ver. item nisi. scribunt Collegium Taurinense, inter consilia feudalia diversarum conf. 3. n. 7. Ioannes Antonius Niger, in extravag. unica n. 997. de usua, & honestate Clericorum, & Decianus, in conf. 14. num. 10. ver. ad idem testum lib. 1. Vel saltem mittere debent Servos, & famulos, qui sub nomine custodiant quo in casu defendi fortè potest opinio Bonii, in conf. 31. num. 25. ver. tertio intelligitur, ac prius glos, & Hostiensis, quos supra retuli, & dixi damnari à Luca de Penna; & Collegio Taurinensi commemoratis in locis.

Tertius est casus, quando agitur de collectis, & contributionibus tempore necessitatis à Principe Seculari impositis, an Clerici ad ea teneantur Abbas, in dicto cap. pervenit n. 8. scripsit de his agi in cap. non minus. eodem titulo, de immunitate Eccles. & nos suis locis explicabimus. Et in specie prædictum responsum cap. pervenit, hoc in casu procedere dicit Abbas, in conf. 3. lib. 1. quod non improbat Collegium Taurinense, in dicto conf. 3. n. 8. & uno verbo attingi præcedenti in casu.

Secundum est exemplum in casu legis, & ædifici Principis de reficiendis, vel ædificandis mænis Civitatis, vel Castri distinguendo tamen duos casus. Primus est, quando Civitatis. Oppidi, vel Castri mænia ædificantur, vel reficiuntur, ornatus tamen causa, non autem ob necessitatem, & Civium defensionem, tuitionemque. Hoc sanè casu Clericos non teneri conferre, scribunt Dignus, Iacobus de Anna, Butrigarius, & Baldus, in l. ad instructionem C. de sacrosanctis Ecclesiis, & idem Baldus, in conf. 312. si de jure communi. col. 1. ver. sed si Civitas. lib. 3. Guido Papa, q. 38. & Everardus, in conf. 42. n. 40.

Secundus est casus, quando Civitatis, Oppidi, vel Castri mænia sunt vel reficienda, vel novè ædificanda ob belli suspicionem, vel ob aliam similem causam, & necessitatem. Hoc quidem casu recepta magis est Doctorum sententia, etiam Clericos, hac lege, & edicto Principis Secularis ligari, atque ità teneri conferre. Ità Sanè affirmant septem & viginti Doctores, quos ex ordine hic enumerandos censeo.

1. Butrigarius, in l. ad instructionem. C. de Sacrosan. Eccles.
2. Iacobus de Anna, eadem l. ad instructionem.
3. Lambero S. Ramponus, eodem in loco.
4. Baldus, in eadem l. ad instructionem n. 4. in fine, & n. 6. C. de Sacrosanctis Ecclesiis, in l. contractus C. de fide instructionem in conf. 246. antiqua querela, & in conf. 312. si de jure communi lib. 3.
5. Angelus, in l. omnes n. 3. C. de oper. pub.
6. Ancharius, in cap. non minus. n. 7. de immunitate Eccles.
7. Cardinalis Zabarella, in eodem cap. non minus quest. 6.
8. Guido Papa, q. 78.
9. Barbatius, in conf. 29. col. 4. lib. 4.
10. Lucas de Penna, in l. 2. col. 1. 2. & 3. C. de quibus muer. vel præsta: nem. liceat se excusare.

lib. 10.

11. Parpalea, in l. placet. n. 76. ver. & ponatis aliam C. de Sacrosan. Eccles.
12. Collegium Taurinense, inter consilia feudalia diversorum in conf. 3.
13. Jason, in dicta l. placet in prima lectura. n. 14.
14. Gulielmus Benedictus, in cap. Raynutius in verbo, & uxorem nomine Adelasiam decis. 5. n. 468. de testa:
15. Rebuffus, in commentariis ad Constitutiones regias Gallie tomò primò tractatu de sententiis provisionalibus art. 8. glos. 6. n. 4.
16. Alciatus, in l. ad instructionem. n. 3. C. de Sacrosan. Eccles.
17. Ripa, in respon. l. 168. n. 8.
18. Remigius Connus, in tractatu de Charitativo Subsidio. q. 62. n. 42. & 43. 85. 92. & aliis subsequentibus.
19. Everardus, in conf. 42. n. 40.
20. Sylvanus, in conf. 32. col. ult. ver. quinimò
21. Ioannes Antonius Niger, in commentariis ad extravag. unicam n. 266. de vita, & honestate Clericorum, qui testatur, hanc esse communem opinionem & n. 292. ver. limita nisi & c.
22. Ofalsus in decisione 68. n. 6. 10. & 11.
23. Ludovicus Mexias, in tractatu de taxa panis conclus. 5. n. 61.
24. Octavianus Vulpellus, in tractatu de libertate Ecclesiastica, in secund. parte. num. 30.
25. Andreas Gailius, in libro primo practicarum observationum, observatione 52. n. 15.
26. Azevedo, in commentariis ad leges Hispanie novæ recompilationis. in l. 11. n. 6. tit. 3. lib. primo, qui latè differit, sed declarat procedere, quando Civitas non habet ex proprio, ut opus faciat, & sic in subsidium, & eum sequitur in his declarationibus Gutierrez, libro primo practicarum observationum q. 3. col. 9. ver. tandem.
27. Petra, in tractatu de Principe cap. 5. n. 19. & num. 20.

Primò affertur illud, quod habetur Eldræ lib. secundo. cap. 3. cujus verba hæc sunt. *Et surrexerit Elias Sacerdos magnus, & fratres eius Sacerdotes, & ædificaverunt portam gregis, sanctificaverunt eam usque ad turrim &c. & cap. 4. legitur, factum est autem, cum audisset Sanabellat, quòd ædificaremus murum, iratus est valde &c.* Cujus quidem divinæ legis auctoritas ad rem nostram jure adduci potest, posteaquam & lege novâ, ut mox dicemus, divinâ, ac rationibus comprobatur.

Secundò urget cap. pervenit. de immunitate Ecclesiast. quò statuit Gregorius Nonus Pontifex Maximus Clericos teneri ad custodiam Civitatis, quando illa indiget custodia, ergo fortius tenentur conferre pro ædificatione murorum Civitatis, sinè quibus custodiri non potest. Et à pari procedit onus excubiarum, & onus ædificandi mænia, cum ambo inter sordida conferantur. l. ult. § inter personalia. ff. de muner. & honor. & l. placet C. de Sacrosan. Ecclesiis.

Tertio accedit regula, secundum naturam de regulis juris, quòd is, qui sensit commodum, sentire etiam debet in commodum. Cum ergo ex ædificatione murorum Civitatis etiam Clerici sentiant commodum juri & æquitati convenit, ut ad ipsorum murorum ædificationem conferant.

Quartò vel ex eo comprobatur hæc sententia, quòd ità Clerici, sicuti Seculares partem Reipublicæ constituunt, eundemque communem Regem habent cum laicis, & ob id legibus illius toti Reipublicæ communibus tenentur subiacere, quo ad id, quod cum earum libertate exemptione non pugnat, cum Princeps ipse Secularis facultatem habeat ferendi

legem, quæ bonum publicum communemque respicit utilitatem, sibi a Deo Optimo maximo concessam non autem ad Episcopum, cui rerum spiritualium demandata est cura. Ità post Franciscum à Victoria scribit Ludovicus Molina Societatis Iesu, in *tractatu de iustitia, & jure disput. 31. col. 8. ver. sexta conclusio.*

Contrariam opinionem quod imò Clerici non teneant conferre prò refectione, & ædificatione murorum Civitatis, Oppidi, & Castri, nisi principis Secularis Lex, & edictum, Summi Pontificis auctoritate comprobetur, & alia requisita concurrant, quæ enumerat post alios Bero. in *conf. 31. n. 10. lib. 1.* Hac in opinione fuerunt.

1. Ioannes Andreas, in dicto cap. non minus. col. ult. de immunit. Eccles.
2. Calderinus, in *conf. 3. tit. de censibus.*
3. Præctica Papiensis, in forma libelli prò actione reali ex verbo, jure domini.
4. Abbas, in d. cap. non minus n. 18. & in *conf. 3. & in conf. 30. lib. 1.*
5. Castrensis, in *conf. 423. expuncto transmissio col. 3. ver. quædam aliæ lib. 2.*
6. Imola, in Clementina unica. col. ult. n. de immunit. Eccles.
7. Corneus, in *conf. 72. n. 16. & 17. lib. 4.*
8. Capra, in regula 96. n. 77. n. 6.
9. Barbat. in *conf. 1. col. 13. ver. & ad prædicta. lib. 3.*
10. Sylvester, in summa in verbo, immunitas, l. 2. num. 10.
11. Beros. in *conf. 31. n. 10. ver. pro parte verò. l. b. 1. q. n. 13. dicit l. requisita concurrere debere, ut Clerici cogi possint conferre hac prò impensa.*
12. Gregorius Lopez, in commentariis ad leges Hispaniæ. il. 51. tit. 6. partida prima in glosa pechar.
13. Alfonsus Guenero, in thesauro Christianæ religionis. cap. 36. n. 29.
14. Avilas, in tractatu Prætorum cap. 23.
15. Ioannes Gutierrez, in lib. primo practicarum questionum q. 3. n. 6. ver. quid tenendum.
16. Gigas, in tractatu de pensionibus. q. 90. n. 3.
17. Lancellotus Gallia, in *conf. 59. n. 53.*

Et ii quidem moti sunt multis juribus, & argumentis.

Primò Constitutione Iustiniani in *Authentica, Item nulla communitas C. de Episcopis, & Clericis,* quæ sancitum est, nè quis audeat ab Ecclesiis exigere collectas, exactiones, angarias, & perangarias, quæ omnia propter communem utilitatem, & defensionem Reipublicæ, in qua sine dubio includitur utilitas Ecclesiæ, & Clericorum exiguntur. Ità arguit Abbas, in dicto cap. non minus. n. 18. ver. *secundò ad idem adduco.*

Respondetur unò verbò, Iustinianum non loqui, quando collectæ, & onera inducuntur prò impensa facta, pro communi utilitate Sec. & Ecclesiastica sicut Constitutionis verba ostendunt.

Secundò adducitur Canon Concilii Lateranensis, de quo in *cap. non minus de immunitate Ecclesiast. ibi. Quæcirca sub anathematis distributione fieri de cætero talia C. fossata, & expeditiones, quarum supra mentionem fecerat, intelligit.) prohibemus, nisi Episcopus, & Clerus tantam necessitatem vel utilitatem aspexerint, ut absque ulla exactione, ad relevandas communes utilitates, vel necessitates, ubi laicorum non superant facultates subsidia per Ecclesias existiment conferenda, &c.* His sanè intelligimus Clericos non teneri conferre pro ædificandis fossatis quæ prò Civitatis & Oppidi defensione fieri solent, nec prò expeditionibus, id est comparando exercitu, quò hostes ab Urbe, vel Op-

pido arceantur, nisi Episcopus, & Clerus unà cum omnibus judicaverint, necessarium, & utile esse ea facere.

Verùm respondetur ex sententia Ancharani, in eodem cap. non minus. n. 8. Canonem illum loqui eo in casu, in quo cum de sola Secularium utilitate ageretur, volebant etiam seculares illi gravare Clericos etiam ultrà quàm par erat, & id persèpe nimis faciebant. Hoc colligitur ex illius Canonis præfatione, quæ declarare solet mentem, & animum loquentis *l. ult. ff. de hered. instituend. & scribunt à me congesti in commentariis de presumptionibus. librò sexto. presumptione.* Idem manifestius significant illa verba *sive quidem fossata, sine expeditiones, seu alia qualibet sibi arbitrentur, agenda, de bonis Ecclesiarum, & clericorum, & pauperum Christi usibus deputatis volunt ferè, cuncta compleri.* Hanc quoque interpretationem probarunt multi ex supra commemoratis, & inter alios Remigius, de *charitativo subsidio. q. 62. n. 118. in fine, Decianus, in conf. 24. n. 22. librò primo & prius Collegium Taurinense, in dicto conf. 3. n. 11.* Præterea constitutio hæc edita est adversus Consules, & Vniversitatem, quæ Principis personam, & auctoritatem cum non sustineat, dici non potest, quòd Clerici habeant eundem Principem, & Regem cum Secularibus. Id quod diversum est in casu nostro, qui est quandò Princeps ipse legem pro bono communi tulit, ut diximus *suprà.*

Tertiò affertur canon alter Concilii generalis, de quo in *cap. adversus. eodem titulo de immunit. Eccles.* quò comprobatur, quod in eo lateranensi Concilio de quo supra, fuerat sancitum. Hoc solum adjecit, quòd ubi de imponendis his oneribus agi contingat, prius consulatur summus Pontifex.

Cæterum eadem responsione satisfieri potest ut Anchar. & reliqui, *practicatis in locis.* Et præterea dicimus in casu hoc nostro non satis convenire, quòd Princeps secularis, qui vel Civitatis, vel Oppidi æcœnia reficere, vel nova ædificare vult, significet Clericis, vel summo Pontifici, quæ de causâ necesse habeat sic reficere, vel ædificare. Nam & sæpe vidimus à summo Pontifice susceptum bellum adversus alios Principes seculares Christianæ religionis, quibus significare ipsi Pontifici velle Civitates, & Castra munire, perniciosum valdè esse posset. Suederem tamen, ut nulla esset cum ipso Pontifice similitudo, quòd Princeps ipse secularis saltem reverentiæ causâ certiorum eum faciat de his impensis, quas facturas est. Existimo quidem juri, & æquitati convenire, quòd Clerici vocentur in conficiendis calculis futuræ & impensæ, ut sciant, quantum conferre debeant, sicuti observatum aliquando fuisse scribit Guido Papa, in *practicata questione 78.*

Quartò perpendi solet *cap. 1. de immunitate Ecclesie. in 6.* quò Alexander Quartus Pontifex Maximus prohibuit, nè consules Vniversitatum indicere possint onus aliquod Clericis prò bonis eorum jam quæsitis, & aquirendis, Et idem sancitum est in *cap. quamquam de censibus in 6.*

Cæterum uno verbò respondetur, constitutiones illas loqui solum quandò collectæ, & onera indicuntur prò sola secularium utilitate, secus si communis sit etiam pro ipsis Clericis utilitas.

Quintò eò argumentò usus est Abbas, in d. cap. non minus col. *ante penult. ver. probatur quarto &c.* quod cum bona Ecclesiæ sint deputata publico usui spirituali. *cap. videntes 12. q. 1. cap. quoniam 16. q. 1. & cap. nulli liceat. in. q. 2.* non debent mundano usui deservire.

Respondetur, Canonem illum *cap. quoniam* loqui de decimis, quæ nullo penitus onere gravari possunt: illi verò *Canones cap. videntes, & cap. nulli liceat*

Secundum. Loquuntur non de redditibus ipsis aliqua ex parte præstandis pro impenſa communis utilitatis cauſa facta, ſed de alienandis prædiis ipsis Eccleſiaſticis, nullâ urgente neceſſitate, qui caſus à noſtro longè diverſus eſt. Cæterùm communis illa ſententia ſuprà probata declaratur non habere locum contra clericos non poſſidentes aliqua bona in ipſa Civitate vel ejus Tenitorio. Ita Rebuffus, in dicto tractatu de ſententiis provisionalibus art. 3. gloſ. 6. & Joannes Guttierrez, in libro primo practicarum quaſtionum. cap. 3. col. 5. ver. ſecundò requiritur.

Eſt etiam in caſu hujus exempli obſervandum quòd ſi Pontifex Maximus contenderet, ob id Clericos compelli non poſſe conferre aliquid hæc pro reſectioe, vel ædificatione murorum Civitatis, quòd non ſit vel neceſſarium, vel utile, vel quòd juſta non extet cauſa reſectioe, vel ædificationis, Princeps verò Secularis contendat, utilem, & neceſſariam eſſe, ac juſtam cauſam ſubſeſſe, cui magis adhibenda ſit fides: Crediderim, rectiore judiciò ſalvò, præſertim Sacroſanctæ Eccleſiæ Catholice, credendum magis eſſe Principi Seculari; Nam ſcribunt Franciſcus à Victoria, in tractatu de poſteſtate Eccleſiæ reſectioe prima. quaſt. ult. n. 14. & Ludovicus Molina, in tractatu de juſticia, & jure. diſputatione 29. col. 227. ver. interrogabit aliquis &c. quòd ſi ſummus Pontifex juberet Principi ſeculari revocare legem aliquam, aut aliquid aliud in ſeculari regimine mutare, quòd judicaret, id minimè expedire, contra verò Princeps Secularis expedire contenderet, credendum eſſe Principi, ex quo agitur de negotio, & re temporali pertinenti ad regimen temporale, & bonum Reipublicæ, & in quo apparet, non verſari periculum animarum. Id quòd eſt proprium Principis Secularis eſt diverſum eſt, quando conſtat de imminente peccato, & æternæ Salutis detrimento, cui providere ſpectat ad ſummum ipſum Pontificem. Et accedit, quòd in caſu noſtro magna ſtat præſumptio pro ipſo Principe Seculari, quòd ſcilicet verum ſit expedire, vel reſicere, vel novè ædificare Civitatis mœnia, cum non ſit veriſimile, eum velle jactare ſuum, & illud populi, juxta l. cum de indebito ff. de probat. cum ſimilibus. Et multò minùs veriſimile eſt, quòd voluerit indebitè gravare Clericos pro eorum contingenti portione, cum nemo, præſertim Princeps, præſumatur immemor ſalutis æternæ. l. ultima. C. ad legem Inliam repet.

Tertium eſt exemplum in caſu legis Secularis Principis quâ compelluntur omnes conferre pro impenſa reſectioe viarum publicarum, & pontium. Hac lege ligantur etiam Clerici, cum de eorum utilitate, & commodo agatur. Ità ſanè ſcribunt Bartolus Baldus, & reliqui, in l. ad inſtructionem C. de Sacroſanctis Eccleſiis, Salicetus, in Auſtanica caſſa: col. 6. ver. & primò quaro. eòdem titulo, Cæpolla, in tractatu de ſervitutibus ruſticorum prædiorum. cap. 3. de via. quaſt. 23. Ripa, in reſponſ. 168. incipit. Civis, & incola. n. 5. & 6. Remigius, in tractatu de charitativo ſubſidio. q. 62. n. 36. Alciatus, in l. ad inſtructionem. n. 2. & 6. Galezius Malvaſia, in conſ. 264. & Petra, in tractatu de poſteſtate Principis. cap. 5. n. 19. & 20.

Declaratur hoc exemplum non habere locum, quia dò frequens non eſt iter, & tranſitus per vias illas, & pontes. Sic ſanè declarant Rebuffus, in commentariis ad Conſtitutiones Gallia Regiæ, tomò primò. in tractatu de ſententiis provisionalibus. gloſa 6. n. 7. & Joannes Guttierrez, in libro primo practicarum quaſtionum. cap. 3. col. 6. ver. limitas tamen.

Quartum eſt exemplum in caſu legis, & editi Principis Secularis, quibus indicitur omnibus collecta pro conſervanda pace inter cum alio Principe.

Hæc ligare etiam Clericos reſpondit Barbat. in conſ. 1. lib. 3.

Quantum eſt exemplum in caſu legis, & editi Principis Secularis, quibus imponitur collecta pro hoſtibus expellendis, è territorio, in quòd venerunt ut animalia etiam Clericorum deroberent, aliavè damna inferrent. His legibus, & editis ligari etiam Clericos affirmant Bartolus, in l. nullo C. de curſu publico. lib. 10. Caſtentiſis, in conſ. 427. ex puncto tranſmiſſo. n. 3. lib. 1. Ancharanus, in cap. non minus. n. 18. ver. & per hæc dixit, de immunitate Eccleſiæ. in cap. 2. col. 5. ver. ulterius quaro. eòdem titulo. in 6. & in conſ. 96. Benediſtus Capra, in tractatu conſuſionum in conſuſ. 96. n. 58. Brunus, in conſ. 139. Natta, in conſ. 280. lib. 2. Silvanus, in conſ. 32. n. 18. & Octavianus Vulpellus, in tractatu de Libertate Eccleſiaſtica. in ſecunda parte. n. 48.

Sextum eſt exemplum in caſu legis, & editi Principis Secularis, quibus datur forma, & modus ædificiorum, ut pura, quòd ædificantes Porticum, immittant viam tantæ latitudinis. Hæc leges pro communi utilitate, & commodo Clericorum, eos ligare affirmant Salicetus, in Auſtan. caſſ. col. 6. ver. & primò quaro C. de Sacroſanctis Eccleſiis, Barbat. in conſ. 1. col. 12. & adduco quòd volui. lib. 3. Ambroſius Opizonus, in l. filius familias 9. divi n. 88. de leg. 1. Alciatus, in dicta l. ad inſtructionem n. 5. eòdem titulo. Vulpellus, in tractatu de libertate Eccleſiaſtica. in ſecunda parte. n. 17. & n. 26. & Ignatius Lopez, in additionibus ad practicum criminalem Bernardi Diaz. cap. 55. col. 19. ver. quinto binò &c. qui idem dicit de via reparanda, & mundanda. Nec loquitur Salicetus, ut aliqui ſunt malè interpretati, quia dò hæc leges ſunt confirmatæ à Papa, vel ejus legato.

Septimum eſt exemplum in caſu legis, & editi Principis Secularis pro aëris ſalubritate, ad evitandam, vel curandam peſtem. His ligari etiam Clericos ob id, quòd eorum quoque utilitatem reſpiciunt, affirmant Iſennia, in cap. 9. illicitæ. de pac. juramen. firman. & ibidem Afflicus, n. 9. Maniſteſius Paris Puteus, in tractatu de reintegratione feudis. cap. 13. n. 26. Ripa, in tractatu de peſte. in titulo de remediis ad conſervandam ubertatem. n. 234. ver. & dero quòd &c. & in reſponſ. 168. n. 7. Remigius, in tractatu de charitativo ſubſidio. q. 62. n. 64. Petrus Duennas, in regula 100. n. 27. Decianus, in conſ. 14. n. 24. lib. 2. Vulpellus, in tractatu de libertate Eccleſiaſtica. in ſecunda parte. n. 50. & Ignatius Lopez, in additionibus ad practicum criminalem Bernardi Diaz. cap. 55. col. 9. ver. quarto nec, qui & illud ſcripſit, quòd ſi vermes, vel locuſtæ, aut alia animalia nociva in Clericorum prædiis naſcentur, per ſtatu Civitatis compelli poſſunt Clerici, ut ſuis expenſis capiant, & occidant nè aliis noceant. Quocirca reſpondi in conſ. 1000. n. 56. lib. 20. edito Illuſtriſſimorum hujus Mediolanenſis Domini Gubernatorum de non ſervanda &c. ne inſiciatur aër, ligare etiam Clericos, ſicuti ab ipſiſmet Eccleſiaſticis reſpondit interrogatus Hieronymus Gabriel, in conſ. 37. lib. 2. quem ſecutus ſum in conſ. 800. n. 22. lib. 8.

Octavum eſt exemplum in caſu legis, & editi Principis Secularis, nè plus à ſe ſtatutò pretiò vendatur annona, tamquam pro communi bono, & publica utilitate editi, ligari etiam Clericos. Ità tradunt Bartolus, & Joannes de Platea, in l. 1. C. ut nemini liceat in empt. ſpec. ſe excuſare. lib. 11. Idem Platea, in 9. item lex Inlia. Inſtitut. de pub. jud. Vincent. Francus, in decif. 9. n. 3. qui teſtatur ità decifum fuiſſe in conſilio Neapolitano. Idem tradunt Martius Navarrus, in Manuali Confeſſorum. cap. 23. n. 88. Dominicus Soto, in quarto ſe ſeniarum diſtinctione 25. q. 2. col. 4. ver. quarta concluſio, Ignatius

Lopez, in dicto 6. 55. col. 15. ver. secundo deducitur, Ludovicus Molina, in tractatu de iustitia, & iure. disputacione 31. col. 8. ver. sexta conclusio, Vulpellus, in tractatu de libertate Ecclesiastica in secunda parte n. 21. & n. 31. & idem ego scripti in dicto conf. 800. n. 27. lib. 8.

Nonum est exemplum, in casu legis, & edicti Principis Secularis, ne quis triticum à se emptum vendere valeat, tamquam editi pro communi bono, & utilitate ligare etiam Clericos, ut scribunt Vasquius, in tractatu de successorum creatione. lib. 1. §. 10. n. 648. ver. & Hispania usq., & Ignatius Lopez, in dicto cap. 55. col. 13. ver. sed ut libere.

Decimum est exemplum in casu legis, & edicti Principis Secularis tempore penuriz editi, ne quis extra Civitatem, ejusque Territorium annonam deferat, tamquam pro communi bono, & utilitate promulgati, ligare etiam Clericos. Ita ex Baldi, & Calderini sententia scribunt Didacus Covarruvias, in cap. possessor. in secunda parte. §. 4. n. 9. ver. tertium est. de regulis juris. in 6. Vulpellus, in tractatu de libertate Ecclesiastica in secunda parte. n. 17. & 21. Ignatius Lopez, in dicto cap. 15. ver. sed ut libere, Alphonsus de Azevedo, in commentariis ad leges Hispania nova compilationis lib. 6. tit. 3. l. undecima n. 2. in fine, & Petra, in tractatu de potestate Principis. cap. 5. n. 23. ver. decimus quartus.

Undecimum est exemplum in casu legis, & edicti Principis secularis pro bono publico, communique utilitate tam Clericorum, quam secularium editi de custodiendis vineis, pascuis, & nemoribus, quæ ligare etiam ipsos Clericos affirmant Lucas de Penna, in l. jubemus. C. de navibus non excusa: lib. 11; Avendanus, in tractatu de exequendis Principum mandatis. cap. 13. n. 7. Gulielmus Benedictus, in cap. Raynuinus. in verbo, Et uxorem nomine Adelasian. decis. 2. n. 36. de testam. Chassaneus, in commentariis ad consuetudines Burgundia. rubr. 3. §. 5. Ludovicus Mexias, in tractatu de taxa panis conclus. 5. n. 4. Alphonsus de Azevedo, in dicta l. undecima. n. 40. & in l. duodecima n. 1. Petra, in dicto cap. 5. num. 24., & Ignatius Lopez, in dicto cap. 55. col. 20. ver. sexto his consentaneum. Imò impensa hæc proprie pertinet ad ipsos Clericos pro contingenti eorum portione, ut respondit Castrensis, in conf. 423. ex puncto transmissio. col. 2. ver. breviter respondendum. lib. 2. Et executio ipsa fieri potest à Judice seculari in ipsorum Clericorum rebus, & bonis, ut in specie tradit Azevedo, in dicta l. undecima. n. 5. & in l. 12. n. 1. in fine. & dicemus infra lib. 3. cap. 1. in fine.

Duodecimum est exemplum in casu decreti antiqui hujus Domini Mediolanensis nunc relati in novis Constitutionibus in tit. de aquis & fluminibus cap. omnibus & c. quò sancitum est, quòd aqua duci, & derivari possit per fundum alienum, soluto pretio prædii, per quod ducitur aqua ipsa. Hæc Constitutio ligat etiam Clericos, sicuti docuit Ambrosius Opizonus, in l. filius familias. §. divi n. 89. de leg. 1. quem secutus sum in conf. 800. n. 18. lib. 8. Est enim (inquit Opizonus) lex hæc edita pro communi utilitate, & bono. Id quod respondit, & Rubeus, in conf. 92. n. 1. in fine, quem secutus sum in lib. 2. de arbitrariis Iudicum casu 462. n. 11.

Decimum tertium est exemplum in casu legis; & edicti Principis Secularis, quòd omnes conferant pro impensa alicujus operis, ex quo etiam Clerici perceptum sunt utilitatem in particulari, sicuti contingit hoc tempore, quò ceptum est construi flumen, quod vulgo appellatur navigium Papæ, quò ab hac Vrbe Mediolani navigari possit Papiam usque, quod sanè opus ceptum hoc annò 1601. die 4. Junii, quemadmodum testatur publicum instru-

mentum ad æternam rei memoriam confectum à Jacobo Antonio Rinaldo Notario Camera Magistratus Ex raordinarii, cujus nunc sum Præses, cum enim jam anno 1564. cogitatum fuisset à majoribus nostris de tam insigni opere pro publico, communique hujus ditionis Mediolanensis imò Italiae commodo, & utilitate, conficiendo, permulteque exortu, essent difficultates, quæ impedimento fuerunt, ne huic bono admoveretur manus, tandem me collegisque meis suadentibus, operis utilitatem, & magnitudinem demonstrantibus, omnem tandem supervavit difficultatem Illustrissimus & Excellentissimus D. Don Petrus Henriquez de Azevedo Comes de Fuentes Regiæ Catholicæ Magestatis Capitaneus Generalis, & hujus Mediolanensis Domini Gubernator. Hic enim prudentissimus Princeps ad commoda publica natus, die antescrpto, prima jecit operis fundamenta, Regiæ Camera primum impensa, & sumptu, deinde mandavit, ut singuli, qui habent prædia ipsi flumini, & navigio vicina aliquot per miliaria, ob commodum, quod sunt ex ipsa navigatione percepturi, modicum quid conferant, nempe qui à navigio per miliare unum distant, solidos duodecim, qui duo miliaria solidos octo, & qui per tria miliaria solidos quatuor pro singula perita prædiorum suorum. Hac pro impensa teneri conferre etiam Clericos, si navigationis commodò invehendi ad Urbem hanc, vel Papiam, annonam, vel alios fructus, uti volunt; alioqui Reg. Catholica Majestas Clericis conferre recusantibus objicere poterit, jure sibi licere beneficium tam insignie suæ impensa huic ditioni paratum eis nolle tribuere juxta ea, quæ tradunt postalios Socinus Senior, in conf. 97. col. ult. ver. ult. confirmatur, & in conf. 122. in fine. lib. 1. Tiraquellus, de retr. actu consanguineor. §. 1. glof. 8. num. 42.

Decimum quartum exemplum est in casu legis & edicti Principis Secularis, quòd omnes teneantur conferre pro impensa publicæ Academiæ, & studii, nempe pro honorariis præstandis Interpretibus. Hæc lex respiciens etiam utilitatem, & commodum Clericorum, eos obligat, ut teneantur conferre. Ita in specie respondit Decianus, in conf. 14. lib. 1. & secuti sunt Octavianus Vulpellus, in tractatu de potestate Principis, cap. 5. n. 18. ver. undecimus. Hoc sanè opus, cum communem etiam Clericorum utilitatem respiciat, communi pariter impensa confici debet, sicuti de antiquo aquæductu reficiendo, pro communi commodo, & utilitate scriptum reliquit Octavianus Vulpellus, in tract. de libertate Eccl. in secunda parte, n. 50. in fine.

CAPUT IV.

Clerici sine justa causa recusantes parere legibus à Principe Seculari pro communi bono, & utilitate latis, à qua Iudice cogi, & compelli, & quibus pœnis affici possint, & debeant.

Differuimus superiore capite, Clericos ligari legibus à Principe Seculari, pro communi utilitate, & bono latis. Nunc agendum est, à quo Iudice, & quibus pœnis affici possint Clerici reculantes illis legibus parere, & obtemperare. Illud primum fati expeditum est, nempe cogi, & compelli debere à Iudice Ecclesiastico, cujus proprium est hoc Imperium. Ita sanè decem, & sex juris Pontificii, Cæsareique Interpretes affirmant, nempe.

1. Ancharanus, in cap. non minùs. n. 7. extra de immuni. Eccles. & in cap. n. 5. eo. titulo in 6.

2. Salic

2. Salicetus, in Authentica Cassan. q. 9. n. 16. C. de fauetolan. Eccles.
3. Turrecremata, in cap. continus. 11. q. 2.
4. Ripa, in tractatu de peste, in titulo de remedijs ad conservandam ubertatem. n. 236.
5. Sylvester Pierius in summa, in verbo, immunitas. 1. n. 20.
6. Gulielmus Benedictus, in cap. Raynotius. in verbo, uxorem nomine Adelasiam. decis. 5. n. 468. & n. 470. de testa.
7. Ferrandus Vasquius, de successio[n]um creatione. §. 10. n. 648.
8. Dominicus Soto, in quarto sententiarum distin. 25. in quarta conclus.
9. Nicolaus Balbus, inter decisiones.
10. Oñascus, conf. 68. num. 28. vers. septimus, & ultimus.
11. Ludovicus Molins, in tractatu de justitia & jure disputatione 31. in fine.
12. Rolandus, in conf. 1. n. 3. lib. 4.
13. Ignatius Lopez, ad practicam criminalem Canoniam Bernardi Diaz. cap. 55. col. 13. ver. secundo Clericos.
14. Alphonsus Gertero, in thesauro Christiane religionis. c. 36. n. 23.
15. Decianus, in conf. 14. n. 22. lib. 1.
16. Joannes Gutierrez, in lib. primo practicarum questionum. q. 3. n. 9.

Et hujus receptissimæ opinionis ratio, quia Clericorum personæ non nisi à Judicibus Ecclesiasticis cogi, & puniri possunt, sicuti dicemus in libro sequenti.

De secunda propositione, quibus scilicet pœnis plecti debeant Clerici inobedientes obtemperare prædictis legibus à Principe Seculari pro communi utilitate, & bono latæ. Et primò puniri quidem debent pœnis indictis ab ipomet Principe, sicuti in specie scribunt Ludovicus Mexias, Hispanus in *tract. de taxa panis*, conclus. quinta n. 41. Et Dominicus Soto, in *quarto Sentent. distin. 25. q. 2. art. 2. in quarta conclus.* qui tamen excipit, nè pœnâ corporali afficiantur. Ea est hujus sententiæ ratio, quod certum est, ut & suprà demonstravimus in initio præcedentis capituli, Clericos ipsos ligari. Cum ergò hæc leges pœnam contineant, illa est indicenda, non autem arbitraria pro Judicis Ecclesiastici arbitrio, ut existimavit Ignatius Lopez, in *dict. cap. 55. col. 15. vers. tertio minime teneri.*

CAPUT V.

Leges, & Statuta Principis Secularis circa actus judiciales coram Judice Seculari, an, & quando, ligent etiam Clericos, & Ecclesiasticos.

HActenus non mediocri studiò, & diligentia explicavimus, an, & quando leges, & statuta Principum Secularium circa actus extrajudiciales ligent Clericos. Nunc agendum est, an, & quando hæc leges, & statuta, quæ versantur circa actus judiciales coram Judice Seculari comprehendant & ligent ipsos Clericos. Hoc in capite distinguo, atque constituo duos casus, quemadmodum duæ sunt species actuum Judicialium, nempe ordinatorii, & decisorii.

Primus itaque casus est, quando lex, & statutum disponit, & statuit circa judicia ordinatoria, & solemnitates, sicutè circa modum procedendi. Hoc sanè in casu regulam constituunt Abbas in *cap. Ecclesia Sancta Maria*, in *prima lectura*. n. 19. de *consuet.* & *ibidem* Felinus. num. 55. Afinius, in *tractatu de excu-*

tionibus. §. 2. cap. 78. n. 13. & alii quòs statim referam, has leges, & statuta comprehendere, & ligare etiam Clericos agentes contra Secularitatem coram Judice Seculari, cum in omnibus servari debeant leges, & statuta illius fori, in quo causæ, & controversiæ vertuntur, & agitantur, & prædicti sic loqui intelligunt glosam in *cap. cum Clerici. de foro competentis* ubi Abbas num. 2. & 6. scribit diversum esse, quando Clericus causam agit coram Judice Ecclesiastico, & idem tradit Neapodanus, in *consuetudinibus Neapolitanis in principio* num. 322. Hinc inferitur, quòd si Clericus agit coram Judice Seculari causa recipiet ibidem instantiæ peremptionem, secundum leges, & statuta fori Secularis, sicuti è contra si causa ipsius Clerici tractatur coram Judice Ecclesiastico, non habebit ibi locum peremptio instantiæ, juxta *cap. penult. de iudicijs*. Ita tradunt Calderinus, in *sua disputatione, qua incipit, statuto cavetur, Abbas, in dicto cap. Ecclesia Sancta Maria. in prima lectura*. n. 19. ver. *ex hoc inferitur. de consuet.* & in *cap. quod Clerici* num. 10. de *foro competentis*. Salicetus, in *Authentica Cassa. quest. 1. C. de Sacrosanctis Ecclesijs*. Ancharanus, in *cap. 1. q. 21. de consuet.* & in *conf. 8. num. 1. Comen. in conf. 140. num. 2. Marianus Socinus senior, in cap. quod Clerici* num. 5. ver. *ex prædictis. de foro competentis*. Decius, in *dicto cap. Ecclesia Sancta Maria*, num. 44. Puteus, in *decis. 99. n. 2. lib. 3.* & alijs comprobatur Afinius, in *practi judiciorum. in princ. cap. 2. n. 7. pag. 30.*

Ita quoque dicimus, statutum Principis Secularis, quod de nullitate sententiæ obijci non possit post certum tempus, ligare etiam Clericum litigantem coram Judice Seculari, cum hæc respiciant ordinem judicii. Ita sanè decidit Rota Romana, ut testatur Puteus, in *dicta decis. 99. n. 2. lib. 2.*

Huc pertinet, quod si de iuratis causa agatur coram Judice seculari, Judex non procedit summarie simpliciter, & sine figura judicii, sed ordinariè, sicuti è contra summarie procedendum est, quando causa iuratum agitari contingit coram Judice Ecclesiastico. Ita glosa, in *Clemen. dispendiosam, de iudicijs*, Bartolus, in *l. cunctos populos. num. 29. Cod. de Summa Trinitate*, & *fide Catholica*, & Abbas, in *dicto cap. Ecclesia Sancta Maria in prima lectura*. n. 20. & in *6. quod Clerici* n. 10. de *foro competentis*, & *ibidem* Marianus Socinus senior, n. 5 in *fine*.

Confert & illud, quod si Clericus litiget coram Judice seculari, non potest appellare ante sententiam, nisi in casibus, in quibus jura civilia admittunt appellationem. Ita scribunt Archidiaconus, in *cap. non ita. 2. quest. 6. Abbas, in dicto cap. Ecclesia Sancta Maria. in prima lectura* num. 19. ver. *per hoc etiam, & in cap. quod Clerici* n. 10. in *fine*, & *ibidem* Butrius, col. ult. de *foro competentis*, & idem Butrius, in *cap. qualiter. in secundo notabili de iudicijs*. Francus, in *cap. si duobus*, §. denique n. 3. de *appellat.* Corneus, in *conf. 187. n. 2. lib. 4* Felinus, in *dicto cap. Ecclesia Sancta Maria*, num. 55. & *ibidem* Decius, n. 43. de *consuet.* & Jason, in *l. cunctos populos. in prima lectura*. n. 21. C. de *Summa Trinitate*, & *Fide Catholica*, Afinius, in *tract. de excutionibus*. §. 1. cap. 78. in *fine*. Etenim posse, vel non posse appellare à sententia respicit modum procedendi, sicque est judicii ordinatoria, non autem decisoria, ut tradunt Alexander, in *l. 1. in fine de leg. 2. & in conf. 116. n. 5. lib. 2.* & Corneus, in *dicto conf. 187. num. 18 lib. 4.*

Sicque affirmant multi, Statutum Principis Secularis, quòd fieri debeat compromissum inter litigantes, comprehendere, & ligare etiam Clericos qui litigant coram Judice Seculari. Ita sanè Baldus in *conf. 4. nam quid Clericus, lib. 2.* Corneus, in *conf. 114. nam 4. lib. 2.* Decius, in *cap. Ecclesia Sancta Maria*.

n. 45. ver. tertio inferri potest. de consis. Marcus Antonius Blancus, in tractatu de compromissis qu. 3. nu. 32. Alciatus, in Auth. Cassa. n. 12. C. de Sacros. Eccles. & Rolandus, in cons. 57. n. 10. lib. 2. Hoc enim statutum respicit ordinatoria iudici, sicque modum procedendi in ipso iudicio, & propterea attenditur locus iudicii & fori, ubi extat Statutum, ut in specie tradit Baldus, in l. si Iudex. in fine ff. de iis, qui sunt sui, vel alieni juris, & in cap. ult. ver. sed quid si statutum. extra. ut lite pendente. Castrensis, in cons. 321. in causa appellat. n. 4. lib. 1. in cap. ult. de foro compe. Imola, in cap. sanè. eo. tit. & Ruvius, in cons. 9. n. 13. lib. 4.

Cæterum à prædictis dissentiunt multi negantes hoc statutum comprehendere, & ligare Clericos. Ita sanè Capra, in cap. quod Clericus. in fine de foro compe. Jo. Baptista Perulinus, in tractatu de Arbit. lib. 2. cap. 19. lib. 6. Socinus sen. in cons. 71. nu. 10. 11. 12. lib. 4. qui Baldum sibi contrarium refert, cujus loca reperire hætenus non potui, ut Octavianus Vulpellus, in tractatu de libertate Ecclesiast. parte tertia n. 11. Existimo recedendum non esse à prima opinioe, quem multis defendit Blancus, in dicta quast. 3. num. 32. ubi respondet argumentis Socini senioris, in dicto cons. 71.

Et quidem prima illa sententia procedit, quando Statutum compellit fieri compromissum de iure non autem si de facto, sicuti respondit Baldus, in cons. 4. Idem sensit ipse Baldus, in l. prima. in fine, C. qua sit longa consuetudo, sicuti eum declarat Ruvius in dicto cons. 9. n. 12. lib. 4. Præterea non habet locum prædicta opinio, quando statutum disponeret, quod laudum secutum ex compromisso habeat executionem paratam, vel quod de eo laudo peti non possit reductio ad arbitrium boni viri; Nam tunc statutum respicit causæ decisoria, & consequenter eò non ligantur Clerici litigantes coram Iudice Seculari. Ita declarat Decius, in dicto cap. Ecclesia Sancta Maria, num. 45. ver. & ista conclusio de consis. qui hujus sententia refert fuisse Baldum, in cap. ult. num. 2. ver. quod si statutum, ut lite pendente. Et accedunt Socinus senior, in dicto cons. 71. n. 22. & 23. lib. 4. Blancus, in dicto tractatu de compromissis, qu. 3. n. 35. & Rolandus in dicto cons. 57. n. 21. lib. 2.

Huc etiam facit, quod respondit Lupus, in allegatione 71. nu. 2. Clericum agentem contra laicum coram Iudice Seculari ligari statutò Principis secularis, disponente de exhibitione mandati, cum hoc respiciat iudicii ordinatoria. Et Lupum secuti sunt Felinus, in cap. Ecclesia Sancta Maria, nu. 81. ver. tertius casus est de consis. & Afinius. in tractatu de executionibus. §. 1. c. 18. n. 14.

Secundus est casus, quando Statutum disponit, & statuit circa litis, & causæ decisoria. Hoc sanè casu statutum non comprehendit, nec ligat Clericos, sicuti scribunt præcitati Doctores, & alii, quos statim referam, & præsertim Abbas, in cap. quod Clericus n. 24. de foro competentis. & ibidem Marianus Socinus senior, n. 6.

Quare dicimus Statutum quò sancitum est, quod creditor, probare non possit creditum per testes, sed solis instrumentis, non ligare Clericos creditores. Ita Calderinus, in sua disputatione, Status Civitatis cavetur. col. ult. quem secuti sunt Abbas, in cap. quod Clericus, n. 23. de foro competentis. Salicetus, in Authentica Cassa. n. 11. C. de Sacrosanctis Ecclesiis. Ancharanus, in cap. 1. n. 28. ver. accidit de consis. Castrensis, in l. omnes populi. col. ult. ff. de iustitia, & iure, & in l. 2. in principio col. 3. ff. de eo quod certo loco, Comenif. in cons. 140. col. 2. Aretinus, in cap. dicta. col. penult. de iudicio. Alexander, in cons. 210. num. 13. & in cons. 211. n. 4. lib. secundo, Marianus Socinus senior, in dicto cap. quod Clericus n. 5. in fine. Felinus, in cap. Ecclesia

Sancta Maria. n. 101. Sed pro declaratione. de consis. & in cap. 2. n. 22. de probationibus, & ibidem Decius, n. 14. ver. duodecimo. Socinus senior, in l. certi conditio §. quoniam n. 11. ff. si certum petatur. Rochus Curtius, in tractatu de consuetudine. sectione 8. num. 11. principali, Barbat. in cons. 14. in secundo dubio lib. 2, Marfilii, in rubrica C. de probationibus. n. 41. & in singulari 29. incipit. Statuta laicorum n. 41. Parisius, in cons. 106. n. 1. lib. 3. Tiraquellus, in tractatu de iure primog. q. 43. n. 16. Rolandus, in cons. 57. nu. 28. lib. 2. & Afinius, in praxi iudiciorum. §. 19. c. 5. limit. 13.

Idem dicimus, statutum quod creditur libris mercatorum, non comprehendere, nec ligare Clericos. Ita Abbas, in cap. quod Clericus, nu. 35. de foro competentis, & Aretinus, in cons. 45, qui latè distinguit, & declarat.

Declaratur hic casus, ut locum non habeat, quando statutum statuit contra decisoria, quibus Clericus consentit, sicuti contingit in statuto, quod instrumenta certâ formâ, & solemnitate confecta habeant certam executionem paratam, nam tunc si Clericus voluit tali instrumentò obligari, conceditur Seculari creditori executio adversus Clericum debitorem obligatum. Ita scribunt Bartolus, in l. cunctas populos. n. 29. C. de Summa Trinitate, & fide catholica, & alii multi, quos cong. ssi supra hoc libro cap. 2. in sexto casu, et si Bartolus, prædicto in loco, scribit, hoc Statutum respicere formam, & modum procedendi. Accedit Castrensis, in cons. 293, videtur dicendum, quod debeant solvere. n. 3. lib. 1. qui è contra respondit Clericum uti posse hoc statutò, & executione contra Secularem debitorem, & Marianus Socinus senior, in cap. quod Clericus n. 5. in fine. de foro competentis.

CAPUT VI.

Leges, & Statuta Principis Secularis de servanda certa solemnitate, & forma in conficiendis, & celebrandis contractibus an, & quando ligent Clericos.

Disseramus nunc de legibus, & statutis Principis Secularis de servanda certa solemnitate, & forma in conficiendis, & celebrandis contractibus, an comprehendant, & ligent Clericos cum secularibus contrahentes. Et quidem pro regula traditum est comprehendere, & ligare. Ià sanè Abbas, in cap. Ecclesia Sancta Maria. in secunda lectura num. 42. de consis. & ibidem. Felinus, num. 81. ver. quartus casus est, & n. 84. & n. 85. Idem Abbas, in cap. quod Clericus. n. 26. de foro competentis. & Caccialupus, in l. summos populos. n. 187. ver. tertia conclusio. & n. 188. C. de Summa Trinitate & fide catholica. Alciatus in Auth. Cassa. num. 12. in fine C. de Sacrosanctis Ecclesiis, & alii, quos statim referam. Ea est hujus regulæ, & traditionis ratio, quia Seculares, ligantur lege sui Principis, atque ita eam servare omninò debent, alioqui puniuntur. cap. 2. de maior. & obed. & contractus contra ipsius Principis legem confectus, & celebratus est nullus. l. cum lex. ff. de fidei iussu. & ideò Clericus contrahens cum Seculari, non observata statuti solemnitate, nulliter contrahit, cum Secularis ille obligari non potuerit. Ut ergo contractus valeat ad Clerici commodum, & utilitatem, servandæ sunt leges, & statuta Principis Secularis.

Inferitur primo ex prædicta regula, statutum, quod nobilis accipere non possit cessionem actionum à populari, & plebeio, comprehendere, & ligare etiam Clericum, ac Ecclesiam, ut cessio ab eis facta nobili non valeat. Ita Federicus de Senis, in cons. 85. Statutò Civitatis

Civitas Perusia. num. 3. Abbas, in cap. quod Clericis n. 28. de foro competentis. Calcas, in conf. 7. num. 17. ver. idem tenuit. Felinus, in dicto cap. Ecclesia Sancte Maria, num. 81. ver. quartum casus est. Alexander, in conf. 93. numero 3. lib. 2. & Rodericus Suarez, in commentariis ad leges Hispania. l. 13. tit. de las dendas. numero 2. in fine. Natta, in conf. 515. num. 7. lib. 3. & Tiraquellus, in tractatu de legibus connubialibus glos. 6. & num. 166.

Infertur secundò statutum, quod investitura fieri debeat certa forma, & solemnitate observata, comprehendere, & ligare etiam Clericum, cui à laico fit investitura. Ità respondit Alexander, in conf. 93. num. 3. & 4. lib. 2. quem secuti sunt Felinus, in dicto cap. Ecclesia Sancte Maria. num. 81. in fine, Caccia-lupus, in l. unctus populos in fine, Cod. de Summa Trinitate, & fide Cathol. & Tiraquellus, in dict. glos. 6. num. 167.

Infertur tertid, legem, & statutum requirens certam formam, & solemnitatem, ut putà insinuationem in donationibus, quæ à seculari fieri contingunt, comprehendere, & ligare etiam Clericos, quibus fiunt ipsæ donationes. Ità Abbas, in cap. quod Clericis numero 17. & num. 26. de foro competentis. Felinus, in cap. Ecclesia Sancte Maria. numero 82. de consue. & num. 85. Idem scribit de venditione celebranda cum publicatione, sic & Ambrosius Opizonus. in leg. filiusfamilias, §. divi. numero 63. ver. sed prætereà. de leg. 1. Et horum quidem traditio, & sententia intelligitur, quando donatio fit Clerico intuitu ipsiusmet Clerici; Secus verò quando fieret donatio Clerico Contemplatione Ecclesie, & loci pii, ut eis acquiratur. Nam tunc locum non habet lex, & statutum de insinuandis donationibus, sicuti scribunt multi congesti à Felino, in dicto cap. Ecclesia Sancte Maria. numero 82. & alios plures commemorat Tiraquellus, in tractatu de privilegiis pia causa. privilegio 124. & accedit in dicto §. divi numero 83. in fine, qui refert Angelum, in conf. 46. Quidam Francus, in fine. Idem de Statuto requirente contractum venditionis, & emptionis publicari, quòd scilicet liget Clericos, & Ecclesiam scribunt Christophorus Castillioneus, inter consilia Baldi, in conf. 297. licet non sit opus, & ipsemet Baldus, in conf. 299. eo. lib. 1. Decius, in cap. Ecclesia Sancte Maria. numero 55. de consue. & Natta, in conf. 515. numero quarto in fine lib. 3. & dicemus infra.

Infertur quarto ad leges, & statuta Principis, vel Civitatis prohibentia alienari immobilia in non subditos ipsius Principis, vel Civitatis, & qui non sustineant eorum onera, an, & quando Ecclesia, & Clerici comprehendantur. ac ligentur his statutis, & legibus.

Hac in re, quæ perplexa est, & à nostris sub obscure pertractatur constituendi, atque distinguendi sunt aliqui casus, quibus tota ipsa disputatio valde utilis, & frequens explicabitur.

Primus itaque est casus, quando lex, & statutum in specie loquitur, & comprehendit etiam Ecclesiam, & Clericos, quibus tanquam exteris, & forensibus prohibent vendi, & alienari immobilia, Hoc sanè casu sine magna controversia dicimus, legem & Statutum non valere, atque ità non obligare Seculares, quin eis vendere, & alienare possint. Ità scribunt decem, & octo gravissimi, atque præstantissimi Doctores hoc est,

1. Joannes Andreas, in cap. ult. de immunit. Eccles. in 6.

2. Bartolus, in l. ultima, num. 10. Cod. de Sacros.

Ecclesiis, & in leg. dudum. Cod. de contrahen. emptio.

3. Baldus, in l. ultima. num. 11. de Sacrosanctis Ecclesiis, & in conf. 174. præsupponendum est, quod magnus. ver. item consuetudo generalis. libro 5.

4. Signorolus, in conf. 222. n. 26.

5. Albericus, in tract. statutorum. in secunda parte. q. 2. n. 46. ver. sicut quando.

6. Cardinalis Zabarella, in repet. cap. perpendimus. col. 18. ver. & insuper, cap. eos. col. 19. in principio. ver. ad questiones supra formatas, de senten. excom. & in conf. 144. n. 5. ver. nec obstat dictum.

7. Angelus, in l. filius familias. §. divi. numero 4. de leg. primo.

8. Jason, in l. ult. n. 30. C. de Sacros. Eccles.

9. Ruinus, in l. filiusfamilias. §. divi. n. 97. ver. contrarium tamen. de leg. 1.

10. Ambrosius Opizonus, in eodem. §. divi. num. 9. & n. 91.

11. Ripa, in dicto §. divi. nu. 81. & in lib. 1. responsorum. c. 2. n. 3.

12. Marsilius, in singulari. 19.

13. Socinus junior, in conf. 76. n. 30. lib. 3. & eodem §. divi. n. 170. ver. & ad cap. fin.

14. Bossius, in tractatu causarum criminalium, tit. de pœnis. n. 43.

15. Julius Clarus, in pract. crimin. §. finali. qu. 82. ad quintum statutum, ver. sed quomodo.

16. Octavianus Vulpellus, in tract. de libertate Ecclesiast. in secunda parte. n. 6. & 14.

17. Natta, in conf. 515. num. 13. ver. non obstat textus. in cap. ult. lib. 3.

18. Cephalus, in conf. 54. n. 3. lib. 1.

Et prædicti quidem sic intelligunt cap. ult. de immunit. Eccle. libro sexto.

Et horum vera sententia comprobatur ex his, quæ scripsi supra hoc libro cap. 1. in primo casu. ubi multorum auctoritate affirmavi, legem Principis secularis obligantem in specie clericos non valere de facto potestatis, & jurisdictionis.

Secundus est casus, quando leges, & statuta concepta sunt verbis generalibus, & Clericus, cui fit venditio, & alienatio rei immobilis, esset exterus & forensis. Hoc casu comprehenditur Clericus sub verbis harum legum, & statutorum eisque ligatur, ut ei fieri nequeat alienatio. Ità Rebuffus, in commentariis ad Constitutiones Galie, tomo primo. in proœmio glos. 1. numero 78. & in tractatu de liberis naturalibus. glos. 2. num. 2. Cephalus, in conf. 53. numero 40. lib. 1. & Vulpellus, in tractatu de libertate Ecclesiastica. in secunda parte. num. 12. quorum traditio mihi placet, etsi Baldus, Aretinus, Socinus, & Rebuffus, allegati, loquantur non de Clerico extero, & forensi, sed simpliciter de Clerico, quem non subditum, & exterum appellant. Et hujus quidem sententia, & traditionis ratio est, quia etsi ordo Clericalis non impedit Clericum posse acquirere, attamen qualitas illa, quòd sit exterus, & forensis, impedimento est, cum enim duo sint impedimenta, unò cessante, non cessat alterum. §. affinitatis. Insti. de nuptiis, & copiosè tradit Tiraquellus, in tractatu, quod cessante causa cesset effectus. in secunda parte. limitatione 220 numero 8.

Tertius est casus, quando leges, & statuta habent verba generalia, quæ ut dicemus in ultimo casu, comprehendunt etiam Ecclesiam & Clericos, & agitur de modico eorum damno, & præjudicio. Hoc casu valide sunt hæ leges, & statuta, & ob id etiam contra ipsos Clericos observari debere affirmant decem jī Doctores, hoc est,

1. Federicus de Senis, in conf. 85. Statuto Civitatis Perusinae ad finem.
2. Ricardus Salicettus, in l. l. C. de Sacrosanctis Ecclesiis, qui dicit se quaestionem hanc disputasse hic Mediolani in aula Archiepiscopi Vicecomitis. Hunc auctorem, cujus scripta meas ad manus hactenus non pervenerunt, legi relatum ab Alberico, in dict. q. 2. à Barbat. in conf. 14. col. 4. lib. 2. & à Vulpello de libertate Ecclesiastica in secunda parte n. 7.
3. Cardinalis Zabarella, in repetit. cap. perpendimus. col. 10. ver. Sed si nullum praedictum de senten. excom.
4. Felinus, in cap. Ecclesia Sanctae Mariae, num. 88. de consue.
5. Decius, eodem in loco, numero 15. ver. unde concordando.
6. Ruinus, in l. filiusfamilias, §. divi. n. 92. ver. contrarium, & n. 93. de leg. 1.
7. Ambrosius Opizonus, ibid. n. 82.
8. Ferdinandus Suarez, eodem in loco. n. 117. ver. primo limitatur.
9. Joannes Bolognetus, in eodem, §. Divi n. 20.
10. Vulpellus, in tractatu de libertate Ecclesiastica, in secunda parte. n. 7. & 11.

Exemplum afferri solet, quando Statutum prohibet, ne aliqua praedia in finibus Civitatis posita alienentur, ne contingat finium variatio. Ita Felinus, in dicto cap. Ecclesia Sanctae Mariae. num. 88. qui idem dicit, ne certa domus ad usum publicum destinata alienetur in non subditos. Et idem illo in loco docuit Decius, n. 55. ver. unde concordando. Abbas, in conf. 8. & 7. 8.

Est etiam exemplum, quando agitur de alienatione feudii, in quo non convenit, & contra naturam est, ut Clericus succedat, ut scripsi in libro secundo de arbitrariis Iudicium. Prohibitio itaque haec nihil aut saltem parum nocet ipsi Clerico, ut in specie docuit Bolognetus, in dicto §. divi. n. 200. & sentit prius Baldus, in conf. 179. praesupponendum est, quod magnus. col. 2. ver. item Ecclesia debet esse iuxta lib. 5. quintò.

Quartus est casus, quando leges, & statuta verbis generalibus concepta non prohibent simpliciter, & absolute alienari immobilia in non subditos, sed volunt alienationes fieri certam formam, & solemnitate, quae facile observari potest, sicuti sancitum est statuto antiquo hujus Civitatis Mediolani sub rubrica generali de extraordinariis libris extraordinariorum, quo sancitum est, quod volens alienare rem immobilem in non subditum, solvat solidos decem testiolorum pro qualibet libra. Quod quidem statutum abrogatum est, cum in novis non legatur impressum. Super illo respondit Signorolus, in conf. 21. ubi n. 15. & n. 25. ver. & secundo casu & censuit, hoc statutum comprehendere, & ligare etiam Clericos, & de eodem statu verba faciens Signorolus secutus est Albericus, in dict. quae. 2. nu. 29. & n. 64. in fine, & Baldus, in cap. Clerici n. 2. de indubiis. Sic & Federicus de Senis, in conf. 85. Statuto Civitatis Perusinae, n. 3. Barbat. in cap. quod Clerici. col. 24. ver. ergo hanc materiam de foro competentis. & in rub. de rebus Ecclesia non alienandis. Zabarella, in repet. cap. perpendimus. col. 19. ver. si autem nulla, & ver. idcirco. de Senten. excom. & in conf. 144. num. 5. ver. Si vero nihil, aut parum. Crotus, in l. filiusfamilias, §. divi num. 83. de leg. 1. & ibidem. Opizonus. num. 27. ver. Secundo casu n. 80 82. & 83. nu. 100. ver. tertio. decimo, & num. 101, & Suarez, num. 158. ver. item limitatur, &c. Sic & Rodericus Suarez, in commentariis ad leges Hispaniae, l. 13. tit. de las donadas num. 1. Natta, in conf. 515. num. 4. & 10. lib. 3.

Tiraquell. de legibus connubialibus. gl. 6. n. 165. & Abbas, in conf. 8. n. 8.

Exempla solent adduci, & proponi, quorum alterum est, quando statutum requirit, quod alienatio fiat soluto certo quo, sicuti sancitum est praedicto statuto Mediolani. Hanc formam observari facile posse admittunt Signorolus, & Albericus, & praeter eos Baldus, in cap. Clerici col. 1. ver. Sed hic quaeritur. de iudiciis, & Natta, in conf. 515. n. 10. & num. 12. lib. 3. Quod ego intelligo adversus Baldum, in cap. Ecclesia Sancta Maria, num. 22. de consue. nisi summa adeo ingens esset, qua emptor nimis gravaretur, nam tunc via quadam indirecta sancitum ita dici potest, ut excludatur Clericus emptor, & acquisiteor. Id quod confirmare mihi satis videtur responsum ejusdem Baldi in conf. 132. quidam vocatus. lib. 3. cum dixit repugnare libertati Ecclesiasticae statutum prohibens alienari immobilia à non solvente onera, & collectas. Hoc in loco consideravit Baldus grave onus solvendi perpetuo gabellas, collectas & similia.

Secundum exemplum est in eodem statuto, dum requirit, quod Praetor, & ejus Vicarius suam interponat auctoritatem. Hujus solemnitatis observatio, quae ad evitandas fraudes requiritur, difficilis non est observationis, sicuti praecitati Doctores scribunt.

Quintus est casus, quando leges, & statuta praedicta requirunt certam formam, & solemnitatem, quae magna cum difficultate observari potest. Hoc casu censent Signorolus, Albericus, Zabarella, & alii relati, Clericos, & Ecclesiam non comprehendendi, atque ita non ligari.

Exemplum adduci solet, quando scilicet lex, vel statutum requirit dispositionem, & licentiam Principis, vel ejus qui Principis personam sustinet, ut patet Senatus, quemadmodum requirit nona hujus Domini Mediolanensis Constitutio in titulo de panis. cap. Collegium, §. si contingat, cujus verba haec sunt. Si contingat contra, vel praeter hanc constitutionem per Principem, & Senatuum dispensari, haec dispensationes intra decem dies apud Quasitores extraordinarios registrari debent, &c. His verbis praesupponit Constitutio Principem, & Senatuum aliquando dispensare, & licentiam sic alienandi, & acquirendi exteris, & non subditis concedere. Hujus solemnitatis, & formae observationem censent aliqui esse difficilem, cum difficulta aestimentur ea quae pendent à Principis voluntate, & arbitrio. l. apud Iulianum. §. constat de lega, & l. conrinuus, §. cum quis, ff. de verborum obligat. & in illis locis Doctores. Et in specie ita tradunt Signorolus, Albericus supra commemorati, & manifestius Zabarella, in dict. repet. cap. perpendimus col. 19. ver. & per hanc deciditur alia questio. de Senten. excom. & in conf. 144. numero 5. ver. vel quia prohibitio, &c. qui scribit sic declarari posse Statutum Paduae requirens hanc licentiam ipsius Communitatis, sic & Felinus, in cap. Ecclesia Sancta Maria, num. 85. de consue. Horum traditionem non habere locum intelligo, quando Princeps consuevit dispensare, & licentiam concedere exteris, & forensibus acquirendi mobilia, cum non censentur difficultis impetrationis ea, quae Princeps concedere consuevit, ut declarant omnes in dicto §. constat, praesertim Jason, num. 14. & accedunt Socinus senior, in l. quidam relegatus, nu. 11. ff. de rebus dubiis. Afflictus, in decis. 116. numero 4. Curtius junior, in conf. 172. num. 12. Cravetta, in conf. 270. col. 1. sicuti licentiam hanc persæpe concedit Senatus hic noster Mediolanensis Clericis potentibus, qui non conqueruntur, nec conqueri possunt, quod consueverit ipse Senatus adhibere his dispen-

dispensationibus conditionem, seu modum, quod teneantur Clerici pro prædiis illis à se acquisitis sustinere ea onera, quæ ieculares eorum auctores sustinebant; Non, inquam, conqueri possunt, cum nil minus eis concedatur, quàm aliis subditis, à quibus differre non vult ipse Senatus, cui suaderem, ut liberè absque aliquo onere concederet hanc dispensationem, & licentiam Ecclesiæ, & Clericis inopibus, qui aliqua non habent prædia, vel saltem modici admodum redditus, sicuti ad rem sensit Albericus, in dicto tractatu Status. in secunda parte. quest. 2. num. 71. dum cohortatur Archiepiscopos, ut modum, & mensuram apponant Clericis, nè emant secularium prædia, ad cupiditatem, & expensarum largitatem, quod observasse aliquando audiavi Pium Quintum Pontificem Maximum, & sanctitate vitæ conspicuum, dum Dominicanis Oppidi Boschi apud Alexandriam, modum hunc imposuit, nè Oppidani illi suis propè omnibus prædiis privarentur, atque exuerentur.

Sextus est casus, quando leges, & statuta concepta sunt verbis generalibus, & absolutis, hoc est nulla requisita certa forma vel modo, & agitur de magno Ecclesiæ, & Clericorum, præjudicio, & detrimento. Hoc in casu, qui convenit Statuto Papiensi in civilibus 147. rub. de rebus immobilibus in non Subditum transferendis, convenit, & Statuto Mantuano, cujus meminit Ripa, in libro primo responsorum. cap. 2. in principio, Non levis est inter Doctores consensus. Sunt quidem duæ Interpretum opiniones multis hinc inde acutis firmatæ argumentis, & rationibus.

Prima est opinio affirmantium Ecclesiam, & Clericos comprehendere, & ligari his legibus & statutis. Ita sanè decem, est septem qui juris Pontificii, Casareique Interpretes, nempè.

1. Baldus, in cap. Clerici. n. 2. de iudiciis, & in conf. 174. præsupponendum est quod magus. lib. 1.
2. Alexander, in conf. 93. n. 4. lib. 2.
3. Barbat. in cap. Rainaldus. pag. 58. de testam. rubr. extra. de rebus Ecclesiæ non alienandis. col. 6. n. 150. & 151. & multis subsequentiibus, & in conf. 14. num. 9. lib. 2. & in conf. 1. col. ult. lib. 3.
4. Crotus, in conf. 5. n. 47. lib. 1.
5. Calcaneus, in conf. 7. nu. 16. vers. potest etiam. & n. 18.
6. Socinus senior, in conf. 45. n. 2. lib. 3.
7. Ambrosius Opizonus, in l. filiusfamilias. §. divi. num. 102. vers. & volendo tenere, & num. 105. de leg. 1.
8. Ruinus, in dicto §. divi. n. 93. & 94.
9. Alciatus, in dicto §. Divi. nu. 34. & in respons. 53. n. 14. & in resp. 64. col. ult. secundum impressionem antiquam Lugdunensem.
10. Craffaneus, in consuetudine Burgundiz, rub. 10. des mains mortes, §. 10. n. 57.
11. Tiraquellus, in tractatu de retract. consanguin. §. 1. glof. 13. nu. 5. & de legibus connubialibus, in glof. 6. n. 168.
12. Urfillus, in additionibus ad Afflictum in decif. 310. n. 8. & 9.
13. Cephalus, in conf. 53. n. 40. & in conf. 54. n. 9. lib. primo.
14. Andreas Gailius, in lib. 2. practicarum observationum, observat. 32. n. 5. etsi refert Signorolum in conf. 21. qui contrarium scribit, ut statim dicemus.
15. Navarrus, in Manuali confessorum. cap. 27. num. 130.
16. Alphonfus de Azevedo, in commentariis ad leges Hispaniz, lib. primo. tit. 3. lundecima n. 11.

17. Octavianus Vulpellus, in tractatu de libertate Ecclesiastica in secunda parte. numero 12. in fine.

Aliqui ex prædictis, ut Ruinus, Tiraquellus, & Socinus junior, in dicto §. Divi. n. 170. falso alligant hac pro opinione Barriguarium in Authen. cass. C. de Sacrosanctis Ecclesiis, & in l. assiduis, C. qui pociores in pigno. habeant. qui meo in codice nihil hac de controversia scriptum reliquit.

Secunda opinio est negantium, has leges & statuta comprehendere, & ligare Ecclesiam & Clericos. Hujus opinionis sunt triginta Doctores, me cum illis enumeratò, hoc est,

1. Joannes Andreas, in cap. ult. n. 2. & 3. de immunitate Ecclesiast. in 6.
2. Federicus de Senis, in conf. 85. Statuto Civitatis Perusinz. n. 5.
3. Baldus, in leg. filiusfamilias, §. divi. numero 12. l. 2.
4. Signorolus, in conf. 22. numero 25. vers. primo casu.
5. Angelus, in conf. 48. quidam Franciscus num. 3. vers. & confidero.
6. Albericus, in tractatu statutorum in secunda parte, quest. 2. qui longâ habitâ disputatione, tandem, etsi n. 71. hæsitavit, attamen n. 72. & 73. hanc opinionem amplexus est.
7. Imola, in l. filiusfamilias. §. divi. num. 4. de leg. 1. qui sic passim allegatur, sed verè dixit Imola, se nolle decidere, quia, & tunc questio pendebar de facto.
8. Burrius, in cap. tua in principio de decimis.
9. Zabarella, in repet. cap. perpendimus. col. 20. vers. si autem statutum simpliciter prohibet. de senten. excom. & in conf. 144. n. 5.
10. Abbas, in cap. relatum il. 1. nu. 5. vers. facit quod notat, de testa. in cap. à nobis n. 5. de senten. excom. in conf. 63. n. 3. lib. 1.
11. Alexander, in l. filiusfamilias, §. divi. num. 12. de leg. 1. & in conf. n. 211. n. 3. lib. 2.
12. Florianus, in dicto §. Divi. n. 21.
13. Felinus, in cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ, n. 86. 87. & 89. de constit. qui testatur, hanc esse communem sententiam.
14. Crotus, sibi patam constans, in eodem, §. divi. vi. n. 80.
15. Fabianus de Monte, in tractatu de emptione, & venditione. in tertia parte principali. numero 45.
16. Jacobus de Canibus, in tractatu de reprisaliis.
17. Decius, in cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ. n. 55. vers. unde concordando, de constit. & in conf. 124. col. 3. vers. sexto, ut etiam.
18. Jason, in dicto §. Divi. n. 71. & n. 83. & in l. ut inter divinum. n. 30. C. de Sacros. Eccles.
19. Ferdinandus Suarez, in dicto §. Divi. n. 157.
20. Socinus senior, in conf. 14. n. 1. lib. 4.
21. Ripa, in dicto §. Divi. n. 81. & in lib. 1. responsorum, cap. 2. n. 5.
22. Ægidius Bossius, in tractatu causarum criminalium, in titulo de pœnis num. 43. & in titulo de Principe, & ejus privilegiis, numero 339. qui testatur, se nunquam vidisse in hoc Dominio Mediolani infringi aliquam alienationem bonorum immobilium alicui Clerico factam, etsi fieri non soleant hæ alienationes sine licentiâ Senatus.
23. Socinus junior, in conf. 1. n. 13. lib. secundo, & in conf. 76. n. 30. lib. 3.
24. Julius Clarus, in practica criminali, §. finali, qu. 82. statutum quintum, versic. sed quarto num. quid.

25. Abbas, in conf. 8. n. 14. 15. & 16. lib. 1.
 26. Plotus, in conf. 19. n. 11. & 12.
 27. Joannes Bolognetus, in dicto §. Divi numero 100.
 28. Natta, in conf. 515. n. 4. lib. 3.
 29. Ludovicus Mexias Hispanus, in tract. de taxa panis. concl. 5. n. 18.
 30. Ego ipse in conf. 1000 n. 34. lib. 10.

Hæc duæ tam controversæ Doctorum opiniones à duplici disputatione, & fundamento pendent. Nempe primò an statuentes generalibus, seu indefinitis his verbis voluerint comprehendere, & ligare etiam Ecclesiam, & Clericos. Secundò, admisso quòd comprehendere, & ligare voluerint, an sic statuere potuerint. Ita duplicem hanc dubitationem, & disputationem in specie proponunt, & explicant Signorolus, in conf. 21. numero 1. & Albericus, in tractatu Statutorum in secunda parte. qu. 2. n. 22.

De prima dubitatione, an statuentes verbis prædictis generalibus, & indefinitis comprehendere, & ligare voluerint Ecclesiam & Clericos, differamus. Et quòd comprehendere, & ligare voluerint, multa adduci solent argumenta, & rationes.

Primò verba generalia, & indefinita debent generaliter, & indistinctè intelligi. *l. de pretio. ff. de publiciana in rem actione, & in l. 1. §. & generaliter, ff. de lega. præsta. & latissimè disserunt Cravetta, in conf. 3. numero 1. & Tiraquellus, in l. si unquam. in præfatione. numero 116. C. de revocan. donatio. & à proprietate verborum non est recedendum. l. non aliter. de leg. 3. præsertim in statutis, quæ stricti juris sunt. l. quidquid astringenda de verborum obligat. Atqui Ecclesia, & Clerici non dicuntur subditi Principis Secularis, & statuentis. *Authen. statuumus C. de Episc. & Cler. & cap. si diligenti de foro competenti.* Imò Clerici dicuntur minus subditi, quàm laici forenses, cum laici possint renunciare suo favori, quòd facere non possunt Clerici. *dicto cap. si diligenti.* Ergo statuentes voluerunt eos comprehendere, & ligare. Ità arguunt Signorolus, in conf. 21. num. 3. Albericus, in tractatu Statutorum in secunda parte quæst. 2. num. 7. & subjungit Signorolus, *ubi supra, nu. 5.* Statutum non distinguere subditos à non subditis quorum in numero sunt Clerici.*

Respondetur primò, verba, quantumvis generalia, imò & universalia, recipere restrictionem de habilitate. *l. 1. & l. 2. ff. de albo scribendo. glof. in §. legatum. insit. de legat.* Inhabilitas autem est statuentium, posse aliquid statuere contra Clericos, & Ecclesiam. Verba ergo generalia statuti eos non comprehendunt. Præterea verba generalia, imò, & universalia restringuntur ob rationem, & mentem præsumptam disponentis, & statuentis ut post Baldum, Jasonem, & Decium respondit Cravetta, in dicto conf. 3. numero 3. & in conf. 221. num. 7. Præsumpta autem ratio, & mens horum statuentium esse creditur, noluisse aliquid statuere contra libertatem Ecclesiasticam, ut dicemus infra. Et comprobatur, quòd verba generalia debent intelligi, ut quanto minùs fieri possit, derogent juri communi. Cravetta, in dict. conf. 3. numero 12. *vers. quinto facit.* Est ergo restringendus sic generalis sermo, ut non comprehendat Ecclesiam, & Clericos, nè lædatur Ecclesiastica libertas, & ut minùs deroget juri communi permittenti cui libet emere, & vendere.

Respondetur Secundò, negando minorem argumenti propositionem, quòd scilicet Clerici non dicantur subditi Principis Secularis, cum verius sit in favorabilibus ceteri subditos, & cives suæ Civitatis, sicuti demonstrabimus infra cap. 9. *ubi in*

primo casu. Et in specie sic respondet Albericus, in dict. quæstione 2. num. 16. & num. 50. nec repugnat Authen. *statuumus, Cod. de Episcopis & Cler.* allegata in argumento, quia Clericus illo in loco non dicitur subditus Principis, & Judicis Secularis, nè coram eis, in causis, vel civilibus. vel criminalibus conveniatur, vel accusetur. Sic & *dicto cap. si diligenti.* respondetur, alioqui sequeretur, quòd privilegia illa eis concessa in eorum odium retorquerentur contra regulam *l. quod favore C. de legibus.*

Secundò adducitur, quòd verba statuti sic debent interpretari, nè sint superflua, & supervacanea. *l. si quando in principio de leg. 1. & leg. Labeo, ff. de carboniano edicto, & in specie scribunt Alexander, in l. 4. Prator. col. 4. & 5. ff. de damno infecto. & Felinus, in cap. 11. num. 7. de rescriptis. & latissimè multis similibus exornat Cravetta, in conf. 135. nu. 4. & in conf. 272. nu. 7. & in conf. 294. num. 3. & col. 12. *ver. quinto loco,* atqui si Clerici non includerentur in hoc statuto, illa verba statuti *de non subditio communi, & Pratori Civitatis,* sicuti expressim legitur in Statuto Mediolani, essent supervacanea, & nihil operarentur. Illis enim verbis, *non Subditis Communi Mediolani,* etsi satis superquè excluderentur forenses. *l. extra territorium, ff. de jurisdictione omnium Iudicum,* non tamen exclusi dici potuissent Clerici, cum quoad quid censeantur de communi Mediolanis nam quoad constitutionem juris publici concurrunt Magistratus, & Sacerdotes. *l. 1. §. hujus. ff. de justitia, & jure.* Et injuria facta Sacerdotibus Mediolanensibus judicatur tanquam publica, & subditis facta. *l. si quis hoc genus, C. de Episc. & Cler.* ut ergo verba statuti, quæ loquuntur de non subdito Pratori Mediolani, aliquid operentur, & non fiat superflua, necesse est, quòd includant Clericos Mediolanenses, quia licet quoad quid subjaceant Communi Mediolani, non tamen subjacent Pratori ipsius Civitatis Mediolani. Ita arguit Signorolus, in d. conf. 21. n. 7. *ver. septimò probat.* & Albericus, in dict. quæst. 2. num. 26.*

Respondetur primò Albericum argumentari super statuto Mediolani, cujus verba non ità passim fore habentur in aliis statutis, & hic casus à nobis una cum Doctoribus propositis, simpliciter loquitur, quòd bona immobilia nequeant alienari in non subditos.

Respondetur secundò sufficere, quòd verba aliquid modicum operentur nè superflua dicantur, sicuti post alios declarat Felinus, in dict. cap. 1. nu. 4. *in fine, de rescriptis.* Et rursus verba restringi debent, ut etiam nihil operentur, quando vel ratio, vel jus commune repugnat, ut tradit idem Felinus, *eodem cap. 1. num. 9. ver. addo istis etiam, & ver. Secundò declarare.* Porro in casu nostro sufficit, quòd verba operentur illud modicum, quòd comprehendant omnes forenses, & non subditos, etiam si habitent in Oppido, vel Civitate Statuentium; non autem Clericos, cum aliqua ratio Ecclesiasticæ libertatis & jus ipsum commune, ut diximus, repugnet.

Tertiò sic arguitur, In Statuto fit mentio de alienatione, & sic de transitu Domini, de una persona ad aliam; *l. 1. C. de fundo dotali.* Atqui ubi minor est distantia personarum, ibi facilior est transitus, ut ubi major est distantia, ibi est difficilior. *l. in rem. §. item quacunque. ff. de rei vendit. leg. in suis. ff. de liberis, & posthumis. leg. 2. §. ultim. ff. de usu cap. pro hæredes. & leg. inuitis, §. acceptum. ff. de acceptil. minor autem distantia est inter subditos Mediolani, & forenses alienæ jurisdictionis, quàm inter eos, & Clericos Mediolani*

nam secularis forensis habet unitatem cum Civibus, ratione principii, ex quo sunt sub uno Imperatore, *l. de precatio, ff. ad legem Rhodiam de in-
su.* & rursus Secularis forensis effici potest subditus Principi seculari, Clericus vero non, *cap. si diligenti, de foro competentis.* cum sit Deo dicatus, ergo, difficilior est transitus in ipsos Clericos, quam in alios forenses extraneos, & per consequens prohibitio statuti magis extenditur ad Clericos, quam ad alios non subditos. Ita arguunt Signorolus, in dicto *conf. 21. n. 9.* & Abbas, in *d. quest. 2. n. 27. ver. in statu sic mentio, & n. 28.*

Respondetur, quod licet in Clericis difficilior sit transitus domini rerum immobilium, attamen propter, eorum favorem, & privilegium non dicuntur includi, & comprehendi huiusmodi statuto, Ecclesiarum, & Clericis præjudiciali. Ita respondet idem Albericus, in *dict. qu. 2. n. 58.*

Quarto ita sumitur argumentum. Mens, ratio, & intentio finalis statuentium attendi, & considerari debet. *argum. l. milites, in principio, ff. de re militari, & l. adigere, §. quamvis, ff. de iure patroni, & in specie tradunt post alios Parisius, in conf. 83. num. 13. lib. 3. & Cravetta. in tractatu de antiquitate temporum in quarta parte principali, in principio, numero 91. & 95.* Atqui mens, ratio, & intentio finalis horum statuentium non alia fuit, quam ut consulerent bono publico Civium, & retineant bona immobilia, ex quorum redditibus sustinere valeant onera Civitatis, juxta *glos. l. filius familias, §. Divi, de leg. 1.* & in specie horum statutorum rationem hanc perpendunt, & probant Signorolus, in dicto *conf. 21. num. 3. ver. secundo probat. & num. 7. & 18.* Alb. in dicta *quest. 2. num. 41.* Castrensis, in *conf. 89. passet quis n. 2. & 3. lib. 2.* Ripa, in *l. filius familias, §. Divi, num. 80. de leg. 1.* Alciatus, in *respons. 53. num. 98.* & Decianus, in *conf. 32. num. 2. lib. 1.* Et ratio hæc in prædictis Statutis Mediolani, Papiæ, Mantuæ, & aliis supra commemoratis, expressa est. Existit. o & aliam esse hujus prohibitionis rationem, ne scilicet alienatis prædiis in non subditum ferrossem, (hunc appellamus extra Civitatem, Oppidum, seu Territorium & Provinciam habitantem) ipsa loca deserantur, sicuti videmus depopulari ferè Civitates, quarum prædia urbana, & rustica magna ex parte forensibus, seu non habitantibus possidentur, quod nostrâ hac ætate evenire videmus insigni Civitati Patavii, quæ ita in dies à Civibus vel ea de causa deseritur, quod illorum Civium domus, & agri à nobilibus Venetis emuntur, ut nisi tanto malo Serenissima illa Respublica aliquam adhibeat medelam, verendum non parum sit, quin aliquando cogatur novam ibi ex suis coloniam deducere. Et quidem rationem hanc præ oculis esse video Senatui nostro Mediolanensi, qui dum dispensat facultatemque concedit alicui forensi, ut prædia hoc in Dominio Mediolanensi emere, & acquirere alio titulo possit, conditionem, seu modum adhibet, ut scilicet intra annum se conferat ad habitandum in hac ditione. Et quidem magni hoc referre, vel ex eo colligi potest, quod Paulus in *l. cum ratio, §. si plures, ff. de bonis damnatorum.* probat Adriani Cesaris sententiam, satius esse ampliari Imperium hominum additione, quam pecuniarum copiâ. Et imperator in *l. si quis servo, in fine C. communia de manumiss.* censuit ampliandam magis esse Civitatem, quam muniendam, & in *l. 2. C. de indicta vid. soland.* ita legitur. *Augeri etenim magis nostram Rempublicam, & multis hominibus frequentari, &c.* Cum ergo ratio locum habeat etiam, quando alienantur immobilia, & venduntur Clericis, qui Civitatis onera non sustinent, sequitur dicendum, statuentes voluisse & eos comprehendere. Ita arguunt Signorolus, ubi supra. Albericus, in dicta *quest. 2. num. 24.* Et Signorolus *num. 4.* addunt quod imò magis expediens fuit hæc provisio contra Clericos Mediolanenses, quam contra alios forenses, quia ipsi Clerici sapius faciunt hoc contractus & ob id ad eorum causam tanquam magis necessariam porrigi debet ipsum statutum, *argumento l. Gallus §. quidam vellet, ff. de liberis, & posthumis l. cum ita §. ult. & l. peto §. fratre de leg. 2.*

Respondet Albericus, in dicta *quest. 2. num. 58.* quod licet hoc statutum sit editum pro bono publico, ut cives retineant immobilia præ sustinendis oneribus Civitatis, & Principis, attamen non destruitur hoc bonum publicum, permessa alienatione in Clericos, & Ecclesiam, cum publicè inter sit (voluit fortè dicere Albericus) quod plures sint emptores, quorum concursu magis augetur rei pretium. Non satis mihi placet responsio hæc, quæ verè non tollit rationem statuti in argumento consideratam.

Respondetur Secundo, quod licet hoc Statutum sit ob publicam utilitatem conditum, & editum, attamen non potest, nec debet comprehendere Clericos, in quos nulla est Principum Secularium potestas. Ita in specie respondet Crocius, in dicto *§. Divi n. 80. in fine.*

Quinto, & ultimo arguunt Signorolus, in dicto *conf. 21. n. 9. ver. nono probat &c. & decimo.* Albericus, in dicta *quest. 2. n. 18. ver. item probatur, &c.* quod hæc statuta sic interpretata & intellecta semper fuerunt, ut statuentes voluerint comprehendere etiam Ecclesiam, & Clericos, ergo sic debent intelligi, *l. in iudicio & l. si de interpretatione, ff. de legibus, & l. 1. C. quæ sit longa consuetudo, quia communis usu loquendi Clerici non subditi appellantur, qui tanè communis usus loquendi spectandus est, l. habeo, ff. de supellect. legat. & l. cum de Lanionis, §. asinam, ff. de fundo instruito, cum similibus.* Et in specie, quod statuti verba debeant intelligi secundum communem usum loquendi tradit Decius, in *rubr. ff. de novi operis nuntiatione.*

Respondet idem Albericus, *numero 59.* spectandam, & observandam esse consuetudinem in honestis, & licitis, non in his, quæ minus honesta, & permixta sunt, ut hæc est, quæ dicitur contra Ecclesiam, & Clericos, & dicitur potius corruptela *cap. cum tanto de consuetud.*

Respondetur Secundo per Albericum de consuetudine interpretativa certi loci, nempe hujus Civitatis Mediolani, quæ cum localis dicatur, non extenditur ad alias Civitates, & Oppida, ut scribunt Bartolus, in *l. 1. §. si quis hoc interdicit, in fine, ff. quod vi, aut clam.* Decius, in *conf. 489. numero 21. & 22.* & Cravetta, in *conf. 592. numero 85. libro 4.*

Contraria itaque opinio, quod scilicet statuentes noluerint comprehendere Ecclesiam & Clericos verior videretur,

Primo quia etsi statuti verba sunt generalia, & indefinita, attamen non comprehendunt illicita *leg. si pater, ff. de his qua in fraud. credit. & capi veniens, de iure iurando.* Non etiam veniunt iniusta. *cap. super quibusdam, in fine de verborum significat. & sermo generalis restringitur ad id, quod est verisimile. cap. inspicimus, de reg. iuris in 6.* Et rursus verba generalia referenda sunt ad modum civilem, non autem ad perniciosum, *leg. si cui, ff. de servis.* Nec ad captiosum, *l. cum aquilliana, ff. de transact.* Nec ad calumniosum, *leg. penult. ff. de excoib. nec ad dolosum, leg. non*

fratres ff. de pallio. Nec contra leges, & jura l. quamquam ff. de ritu nupt. & l. hac conditio. in secundo responso. ff. de conditio. & demonstr. Atqui si talis interpretatio extenderetur ad Ecclesiam, & Clericos, eosque comprehenderet, non solum contineret non verisimile, sed etiam perniciosum, captiosum, calumniosum, dolosum, & quid contra jura, ergo Ecclesiam, & Clericos comprehendere noluerant statuentes. Illa minor propositio sic probatur; Nam contineret non verisimile, cum credendum non sit statuentes voluisse incidere in excommunicationem indictam contra ledentes Ecclesiam, & ejus libertatem, vel immunitatem cap. noveris de sent. excom. & cap. & non minus, de immunit. Ecclesia. contineret etiam quid perniciosum, captiosum, dolosum, & contra jura, quæ ita; imò plus facient Ecclesie, & Clericis, quam Secularibus. Ita voluit argumentari Albericus, in dict. q. 2. n. 10.

Respondetur, non satis constare, quod hoc statutum sit perniciosum, dolosum, & contra jura.

Secundò sic arguitur, Statuti generalitas non comprehendit caput. l. eos C. de aqueduct. lib. 11. non etiam comprehendit personas majores. cap. sedes de rescrip. Atqui Clerici sunt caput, & Pastores, Seculares verò membra, & oves. cap. oves. d. 2. q. 3. sunt etiam Clerici majores laicis cap. unic. §. quia verò Christus, de Sacramentis. & in epistola prima Beati Petri. cap. 2. de Clericis, scriptum sic legitur. Vos estis genus electum, regale Sacerdotium, ergo verba statuti generalia Clericos non comprehendunt. Ita Alberic. in dicta q. 2. n. 13.

Respondetur declarando minorem argumenti propositionem, Clericos esse quidem pastores, & capita Secularium in rebus spiritualibus, non autem quoad merè profana, & temporalia, quemadmodum declaravimus supra præcedenti in libro, cap. 8. & cap. 9.

Tertiò urgere videtur, quod sub universitate populi non veniunt Clerici, cum dicantur merè spirituales. cap. si Index de senten. excom. & tradit Innocentius, in cap. si quis contra. de mayo. & obed. ergo statutum editum contra cives & populum non comprehendit Clericum. Hoc argumento uti voluit Albericus, in dict. q. 2. n. 10.

Respondetur, quod licet Clerici respectu spiritualis non veniant sub universitate populi; attamen quo ad temporalia, & profana dicuntur esse de populo, & universitate, sicuti tradunt Doctores, quos referam infra cap. 9.

Quartò suffragari videtur argumentum quod ita deducit Albericus, in dict. q. 2. n. 15. generalis disputatio non comprehendit, ea quæ speciali nomine appellantur. l. ligni, §. o filius de leg. 3. illa quæ speciali nomine nominantur, & maxime si destinata sunt ad aliquem usum nobilem, ut ad fumigationes medicinales. Atqui Clerici proprio, & speciali nomine nuncupantur, & deputati sunt in fumigationibus Altaris l. non distinguemus. §. Sacerdotio. ff. de Arbitris, ergo non comprehenduntur sub hoc statuto verbis generalibus loquente.

Respondetur, quod etsi quoad munera Ecclesiastica, & spiritualia Clerici appellantur nomine speciali, & destinati sint ad usum nobilem, attamen non ita est respectu temporalium, cum tunc dicantur de populo, & universitate, ut diximus supra.

Quintò, & ultimò inquit Albericus, in dict. q. 2. n. 16. hac de re esse casum in cap. si sententia de senten. excom. in 6. ubi nomine populi non veniunt Clerici, maxime in odiosis, & habetur Numeror. cap. 8. Tolle Levitas de medio Filiorum Israel, ut serviant mihi in tabernaculo. Sunt enim duo populi, unus Clericorum, alter Laicorum. cap. duo sunt genera. 1. q. 1. &

diversæ sunt naturæ, & unus inferior, alter superior. cap. solita de maio. & obed. & unus alium non includit. Non ergo possunt laici inferiores, suis legibus impedire libertatem Ecclesiasticam, & Clericorum, qui sunt superiores. l. 4. ff. de arbit. & Clem. n. de electio.

Respondetur primò, hoc argumentum non satis convenire huic dubitationi, sed subsequenti, cum hoc in loco disputemus de voluntate, non autem de potestate statuentium.

Respondetur secundò, dictum cap. si sententia de sent. excom. in 6. loqui in odiosis nempe in interdico, quò dicitur, contineri pœnam, etsi medicinalem, & consequenter restringendum, cap. odia de regulis iuris in 6. & idè Clerici non dicuntur de populo, interdico, sicuti & de aliis odiosis tradunt multi, quos referam infra, cap. 9. in secundo casu. Porro hoc statutum dicitur favorabile, non autem odiosum, cum sit editum principaliter publicò, communique bonò, & utilitate, ut scribunt multi, quos commemoravi supra in quarto argumento contraria opinionis. Nec rupugnat, quod respondit Ripa, in libro primo responsorum. cap. 2. n. 4. ex sententia Barbat. in conf. 43. col. 9. & sequent. lib. 1. hoc statutum esse odiosum, quia respondetur, Barbatium hoc non scripsisse, sed contrarium sentit ibidem col. 10. n. 18. cum dicit, hoc statutum editum esse pro publica Civium utilitate, & bono. Id quod favorabile esse intelligo, & neminem negare posse existimo; Nec desinit statutum esse favorabile, licet pœnam, ut inquit Ripa, imponat, cum pœna non immutat naturam actus, & dispositionis, & dicitur edita, ut subditi obediant,

De secunda dubitatione nunc agendum est admissio scilicet statuentes voluisse comprehendere etiam Clericos, an potuerint, ita contra eos statuere. Et potuisse, multa suadere videntur.

Primò adducitur, quod cum hæc sit prohibitio alienationis rei propriæ, nempe ipsorum statuentium, seu populi, respectu certi generis personarum, ut puta alienigenarum, & exterorum, jure fieri potuit, sicuti probatur toto illo titulo non licere meorum habit. l. ult. C. de fundis limitroph. lib. 11. l. ult. C. de exact. tribus. lib. 10. l. 1. C. de metat. & l. ult. C. de agricol. & mancip. Dom. lib. 11. Ex quo sequitur statutum hoc dici non posse contra libertatem Ecclesiasticam. Ita arguunt Signorolus, in dicto conf. 11. n. 10. & Albertus, in dicto tractatu Statutorum in secunda parte. q. 2. n. 29. & 30.

Respondet primò Albericus, in dict. q. 2. n. 60. quod licet Imperatores statuere ita potuerint contra eorum subditos, non tamen contra Clericos, quia etiam leges conditæ ad favorem Ecclesie, & Clericorum non valent, nisi à Summo Pontifice approbatæ sint, ut tradunt Joannes Andreas, in cap. ex parte. de rescriptis. & Holtiensis, in cap. 1. de solutio. & diximus supra cap.

Respondetur secundò, quod negari non potest quin hæc statuta, quod civis alienare non possit rem suam immobilem exteris, & non sustinenti onera Civitatis, & Principis, repugnent juri communi, quò permissum est cuiquæ liberè alienare, & dissolvere, sive distrahere bona sua cuilibet, sicuti demonstrabimus infra, cap. 7. ubi de libertate Ecclesiastica differemus, ubi in primo capite illius capituli, dicemus, statutum prohibens Clericis contrahere, & distrahere esse contra Ecclesiasticam libertatem à jure communi proventientem. Et in specie sic respondendo sexto argumento, de quo infra respondet Albericus, in dicta q. 2. n. 62. Nec dicatur nostro in casu statuta esse edita contra proprios subditos, qui ligari possunt statutò, non autem contra Ecclesiam, & Clericos, quia facile respondetur per indirectum censeri,

conferri edita contra ipsos Clericos, & Ecclesiam, emere, & acquirere volentes, cum emptor & venditor sint duo correlativa, uno quorum prohibito, prohiberi & alterum dicimus, juxta *l. ult. C. de vendent. reb. civit.* & in specie tradunt Salicetus, in *l. 3. C. que res vendi non possunt*. Fabianus de Monte, in tractatu de emptione & venditione in secunda questione principati prope finem. Everardus, in centuria legali, in loco de correlativis. n. 2. multis comprobatur, Antonius Gabriel, in lib. 6. conclusio. titulo de legib. & Constitut. conclus. 3. n. 12.

Secundò urgere videtur, quòd concessa est facultas, & potestas populis condendi statuta. *l. omnes populi, ff. de iustitia, & iure*. Et non minor est potestas populi condendi statuta de rebus suis, quàm privatorum apponendi legem contractibus à se celebrandis, & conficiendis *l. non impossibile, ff. de pactis, & l. non solum. §. ult. ff. de operis novi nunciacione, & tradit glossa, in rubr. C. de decretis Decurio, & imò major videtur auctoritas universitatis, quàm populorum privatorum, *l. nec ex pratorio, & l. neque pignus, ff. de regulis iuris, & l. privatorum, & l. ult. C. de iurisdic. ne omnium Iudicum*. Atqui privati de rebus suis contrahentes legem suis rebus apponere possunt, quòd scilicet super eis nequeant celebrari contractus aliqui cum certo genere hominum. *l. sed etsi pupillus. §. si plures, ff. de instito. actio*. ergo fortius hoc facere potest Universitas. Hoc argumento usi sunt Signorolus, in dicto conf. 21. n. 10. ver. secundo proba. Albericus, in dicto q. 2. n. 30.*

Respondet primò Albericus, in dicto q. 2. n. 61. Universitatem posse quoad seculares, siue suos sic pacisci, & statuere, non autem quoad Clericos, qui non subditi sunt ipsi universitati.

Respondetur secundò non licere argumentari à prohibitione contractus unius privati ad prohibitionem hanc factam à statuto. Nam quando quis disponit de re propria, plus operatur pactum, quam statutum. *l. ult. §. ult. C. de tempo. appella. iuncto cap. venientes, de iureiurando*. Abbas, in cap. dilectus. col. 7. de Arbitrio. Ità in specie respondet Crotus, in d. §. Divi. n. 8. Socinus junior, in §. Divi. n. 169. Præterea prohibitio illa facta à persona privata est certæ rei, & unius tantum personæ. Hæc verò statuti est rerum omnium immobilium, & generalis respectu personarum Ecclesiasticarum, & propterea hæc dicitur, ut diximus, contra libertatem Ecclesiasticam, illa verò non, cum sit modici præjudicii, & damni, sicuti in specie docuit Ruinus, in *l. filius familias, §. divi. n. 93. de leg. 1.* Post Baldum in *l. 1. Cod. de pactis inter emptorem, & venditorem*. Ita etiam post alios respondet Ruinus, *ibidem n. 95.* illò argumentò, quòd lex prohibens bona dotalia alienari, ligat etiam Clericos, & Ecclesiam, nam & hæc lex modicum, inquit Ruinus, lædit libertatem Ecclesiasticam. Idem eodem in loco docuit Socinus junior, *nu. 171. ver. sed tamen, C. de testa.* Atqui testator imponere potest legem rebus suis, ne ejus prædia alienentur in non subditos, *l. peto. §. fratre, & l. cum pater, §. liberis. de leg. 2.* Imò expressim prohibere potest testator, nè bona sua transeant ad Ecclesiam, ut autoritate quamplurium scripsi, in commentariis de præsumptionibus lib. 4. præsumptione 83. n. 3. Ergo multò magis Universitas statuere ita potest, siue sint personæ Ecclesiasticæ, siue Seculares. Sic arguunt Signorolus, in dicto conf. 21. num. 10. ver. secundo probat. Albericus, in dicta quest. 2. n. 31. & simili in casu sic à testatore ad statuentes arguit Calcaneus, in conf. 7. n. 8.

Respondetur primò, ut dixi supra statim, in casu dispositionis, & prohibitionis factæ à testatore, agi de certis bonis, & ob id modici esse detrimenti quoad ecclesiasticam libertatem, & ob id hac pro-

hibitione à testatore facta non lædi ecclesiasticam libertatem. Scripsi ex aliorum sententia in dicta præsumptione 83. num. 24. & num. 25.

Quartò statutum non est minoris auctoritatis, quàm auctoritas Judicis, ut inquit glossa, in *l. cum quest. §. si plures, ff. de fideicom. liberi*. nam in condendis statutis intervenit Judicis auctoritas præsentis Universitati, seu Decurionum *l. 1. & l. 2. ff. de decretis ab ord. facien. & notatur in l. nulli, ff. quod cuiusque Viver. nomine in l. 1. C. de servis Reipubl. & l. 1. C. de Decurion. lib. 10.* Et quòd majori auctoritate statutum firmatur tantò validius est, ut scribit glossa, in *l. si quis ex argumentariis, §. 1. ff. de eden. & l. ult. ff. de albo scribendo*. Atqui auctoritate Judicis prohiberi potest, nè fiat alienatio intra certos fines *l. in quorum finibus, ff. de pigno*. Ergò & statuto hæc prohibitio fieri potest. Ità arguunt Signorolus, in dicto conf. 21. n. 11. Alberic. in dicto q. 2. n. 3. ver. item statutum, &c.

Respondetur ut diximus supra, nempe & in casu dictæ legis In quorum, agide certa re alienari prohibita, nempe de prædiis sitis in finibus Territorii, quæ vel ea ratione etiam alienari in externos prohibentur, ne sequatur finium confusio, quemadmodum admonui supra.

Quintò quæ paris sunt potentia, sunt ejusdem effectus *l. de quibus, in fine, ff. de legibus, l. ultima, ff. de duobus reis, & l. si libertam, C. de nuptiis*. Atqui lex communis, & statuta procedunt à pari potentia, nempe à Principis auctoritate, licentia, & potestate *l. 1. §. merito, C. de veter. iur. enuclean*. Quemadmodum ergo lege communi potest statui, quòd propter publicam utilitatem, nè cum subditis fiat commercium certarum rerum, nec hoc dicitur contra libertatem Ecclesie. *l. 2. C. qua sit, & in casu l. Principibus, ff. si certam petatur. l. non licet, ff. de contrahenti emptio, & l. 1. C. de contract. Ind.* ergo idem fieri potest per statutum, nec censetur contra libertatem Ecclesie. Ita Signorolus, in dicto conf. 21. nu. 11. ver. quod similiter, &c. & num. 23. Albericus, in dicto q. 2. n. 33.

Respondetur quòd publica ut iustas non tribuit potestatem Principi Seculari statuendi aliquid contra Ecclesiam, & Clericos. Ita in specie respondit Felinus, in cap. Ecclesia Sancta Maria. 28. de consuet. & sequitur Ruinus, in dicto §. Divi. n. 92. ad finem. Nec obitant prædictæ *l. 2. & l. mercatores*. qui loquantur de exportatione & alienatione certarum rerum, quarum usus non est apud Clericos, & Ecclesiam, nempe àsportatio, & alienatio armorum, & propterea agitur ibi de alienatione certæ rei siue prohibitione, quæ vel nihil, vel parum lædit Ecclesiam, & Clericos. Non etiam repugnat casus dicta *l. Principibus, & d. l. non licet*. quia ibi prohibetur Judex & Magistratus contrahere cum Subditis propter præsumptam timorem ut declarant omnes in dicta *l. Principibus, & egregie Baldus, in l. quisquis, num. 2. Cod. si certum petatur. & in conf. 333. Preamisso quod col. 1. num. 2. ver. item quando ipse amittit lib. 3.* qui sanè casus à nostro longe differt.

Sextò statutum, quò non læditur libertas Ecclesiastica edi, & promulgari potest à Principibus, & civibus, ut diximus supra, hoc libro cap. 1. 2. 3. Atqui hoc statutum, quòd cives alienare non possint immobilia in non subditos, & non sufficientes onera Principis, & Civitatis, non sunt contra libertatem Ecclesiasticam, ergò edi, & promulgari possunt. Ille minor propositio vel ex eo probatur, quòd lex, & statutum non dicitur contra libertatem Ecclesiasticam, per quæ limitatur potestas subditorum circa eorum res, & bona, ut tradit Jacobus Butrigatus, in Authen. cassa, C. de Sacros. Ecclis. Porro hoc statutò

limitatur facultas subditorum quò ad eorum res, & bona, non ergò dicitur contrà libertatem Ecclesiasticam. Et rursus quòd facultati naturali Ecclesiarum non detrahitur circà res, & personas earum, dici non potest circà libertatem Ecclesiarum: nam libertas est naturalis facultas ejus, quòd cuiquè facere libet nisi jure prohibeatur. *l. libertas ff. de statu hominum, & §. 1. Instius. de jure personarum.* Atqui hoc statutò nec vi, nec jure, naturali facultati Ecclesiarum circà personas, vel res earum in aliquo non derogatur, cum prohibitione dicti statuti frænnum aliquod non imponatur personis Ecclesiasticis, vel earum rebus, sed, solùm laicis subditis & earum rebus, quòd fieri potest. *l. 1. C. de summa Trinitate, & fide catholica & l. ius dandi ff. de tutor. & curas. datis ab his cum similibus.* Ità arguunt Signorolus, in dicto *conf. 21. n. 12. & n. 13.* Albericus, in dicta *quæst. 2. num. 33.*

Respondetur primò, hoc statutum, ut attigi supra per indirectum lædere libertatem Ecclesiasticam, cum prohibendo secularibus nè vendant, & alienent, censeatur etiam prohibere Clericis, nè emant. Nec repugnat consideratio Alberici, in dicta *q. 2. n. 35.* & Opizoni, supra relati, non esse habendam rationem hujus læsionis, cum attendi, & spectari debeat principalis mens, & intentio statuentium, quæ fuit providere bono communi & publico, ut scilicet Cives possideant bona, è quorum redditibus sustinere possint onera Civitatis, & Principis; Nam respondetur, quòd etsi admittimus, animos statuentium non fuisse lædere libertatem Ecclesiasticam, sed providere, & consulere subditis; at tamen non inde sequitur, quòd in quandam consequentiam potuerint lædere ipsam libertatem Ecclesiasticam, sicuti lædere dicit ipsemet Albericus, in dicta *q. n. 62.* ut scripsimus supra. Non etiam repugnat alia consideratio ejusdem Alberici, in dicta *q. 2. n. 41.* & priùs Signoroli, in dicto *conf. 21. n. 18.* dici non posse contrà libertatem Ecclesiasticam quòd pro bono publico sancitum est, nam respondetur, ut dicemus infra in fine hujus casus.

Septimò in dubio non præsumitur animus injuriandi, nisi probetur, etiam ubi sit alicujus lucii privatio, sed præsumitur fieri pro sui utilitate, & commodo. *l. fluminum §. ult. & l. Proculus. ff. de damno infecto, & post alios copiosè scripti, in commentariis de præsumptionibus. lib. 6. præsumptione 29. n. 3.* Ità & nostro in casu, licet Clerici, & Ecclesia, excludantur à statuto, nè aquirere possint immobilia, atquè ità excludantur à lucro, at tamen non possunt ipsi Clerici ad injuriam sibi attribuere, nec dicere factum esse contrà eorum libertatem, cum cives sic statuendo jure suo usi sint. *dicta l. Proculus.* & confert regula *nihil dolo ff. de regulis juris.* Ità argunt Signorolus, in dicto *conf. 21. n. 14.* Albericus, in dicta *quæst. 2. n. 37.* & Opizonus, in dicto *§. Divi. num. 100.*

Respondet primò idem Albericus, in dicta *quæstione 2. n. 63.* non esse verum, quòd Ecclesia, & Clerici removeantur à lucro, cum verius sit, eis inferri damnum, & injuriam, quia, & eorum interest suas pecunias convertere in res immobiles, instar pupillorum, juxta *l. 3. §. si parens ff. de ad. vir. suo. cum similibus.* Nam Clerici de suis pecuniis negotiari non possunt, ut dicemus infra.

Respondetur secundò, cives, statuendo, suò quidem jure usos esse, quo ad se, non autem quo ad Clericos, quorum libertas læditur, etsi fortè contra mentem, & intentionem ipsorum statuentium, quos dicimus statuere sic non potuisse in præjudicium ipsius libertatis Ecclesiasticæ. Nec repugnat regula *dicta l. fluminum §. ultimo, & dicta l. Proculus ff. de damno infecto,* quia respondetur, etsi statuentes ca-

ruissent dolo, & malitià sic statuendo, non tamen dicuntur habuisse facultatem sic statuendi, impediente Ecclesiasticà libertate, ut dicemus inf. à.

Ostavò, quòd quis putat æquum in persona sua, idè existimare debet in alterius persona. *l. si duo. §. si quis & §. sequenti de jure jurando, & l. cum filio. C. de compensatione.* & non debet quis postulare id cujus contrarium non esset postulaturus. *l. penult. C. de solutio. & l. si ea lege C. de usur.* Atqui Clerici, & Ecclesia existimavit, ac nunc existimat æquum esse, quòd res immobiles Ecclesiæ alienari non possint in seculares sine magna solemnitate, & licentia superioris. *cap. 1. de rebus Ecclesiæ non alienandis,* & scripsi satis copiosè in libro secundo de arbitrariis *Judicium casu 171.* Ergò idem statuendum est nostro in casu, quòd scilicet Ecclesia, & Clerici existimare debeant æquum, quòd Seculares alienare non possint, nisi servatà formà: & solemnitate Statuti. Ità arguunt Signorolus, in dicto *conf. 21. n. 14. ver. sexto probas.* Albericus, in dicta *quæst. 2. n. 37. ver. item probatur alia,* & Alberici nomine, suppresso Opizonus, in dicto *§. Divi. n. 100. ver. duodecimo facit etc.*

Respondet idem Albericus, in dicta *quæst. 2. n. 64.* leges illas requirentes solemnitatem, & formam quandam in alienationibus bonorum pupilli, & minoris esse communes, & valere. *Non enim unus ibi,* inquit Albericus, *admittitur, & alter repellitur,* sicuti nostro in casu repelluntur Ecclesia, & Clerici tanquam non subditi.

Respondetur secundò unò verbò, & rectius quidem, argumentum non convenite huic casui nostro, & nostræ disputationi, sed tertio casui supra explicato, quando scilicet statutum non prohibet absolute alienationem in non subditos, sed cum aliqua formà, & solemnitate; sicuti illo in loco explicavimus.

Nonò leges, & statuta, quæ invitant ad melius; probandæ sunt *l. 1. post principium ff. de justitia, & jure, & l. Cornelia ff. ad Senatusconsultum Syllaniamum,* & è contrario illa sunt improbanda, quibus homo invitatur ad malum. *l. convenire ff. de pactis dotalibus:* Atqui propter hoc statutum Clerici invitantur ad melius, quam si statuti prohibitio non esset; Nam amotò statutò desiderarent ipsi Clerici emere res, & bona secularium, & ad agriculturam, & avaritiam intendere, & divina officia, ac elemosynas pauperum negligere. Ex prohibitione verò statuti removeantur à proposito, ergo statutum est laudabile & pro libertate, non autem contrà libertatem Ecclesiæ, & confert *l. 2. C. de Episcopis, & Cler. & quod habetur in titulo extra: ne Clerici, vel Monachi Secularibus negotiis se immisceant.* Hoc argumentò usi sunt Signorolus, in dicto *conf. 21. n. 16.* & Albericus, in dicta *quæst. 2. n. 40.*

Respondet idem Albericus, *ibidem n. 66. ver. ad illud etc.* negari non posse, quin multi sint Clerici, qui malè agunt, & operantur, sed tamen extant alii quamplurimi, qui optimè se habent: Quòd si qui mala committunt, eorum correctio non pertinet ad seculares.

Respondetur secundò, & rectius quidem, totam hanc argumentationem falsam esse; Nam si vera esset, sequeretur, quòd, Clerici, & Ecclesia possidere non possent, nec deberent bona aliqua immobilia, quòd omninò veritati repugnat, sicuti copiosè, & doctè admodum ostendit Marsilius Columna, in *commentariis de redditibus Ecclesiasticis in prima parte. cap. 6. n. 7. 8.*

Decimo ordinata charitas incipit à se ipso. *l. Praes C. de servis. & aqua l. si quis à liberis §. de alim. ff. de liber. agnoscen.* cum ergo statutum hoc est fundamentum in ordinata charitate, ne scilicet subditi per non subditos bonis suis, & acquisitione depauperentur, ut subditi

subditi sint locupletiores non subditis, dici non potest hoc statutum esse contra libertatem Ecclesiasticam. Ita arguunt Signorolus, in dicto conf. 21. n. 24. Albericus, in dicta quest. 2. n. 45. ver. ultimaratio.

Respondet idem Albericus, in dicta quest. 2. n. 68. ver. ad aliud etc. quod hoc statutum non est fundamentum super charitate, sed super summa iniquitate, interdicens personis Ecclesiasticis, quod concedatur relegatis, deportatis, & bannitis, qui acquirere possunt prædia. l. quidem, & l. deportati ff. de panis.

Undecimò consuetudo longævi temporis, & privilegium Papæ, & Principis æquiparantur. l. 2. §. Cassius ff. de aqua pluvia arcenda, & l. 3. §. plane ff. quod vi aut clam. Imò cursu longi temporis præsumitur consensus tacitus Summi Pontificis, & Principis, ut simili in casu tradunt Jacobus de Arena, in l. sed & reprobari §. legum ff. de excusat. tuto. & Cynus, in l. ultima C. nova ver. institui non posse. Atqui hoc statutum iam diu omnibus ferè in Italia Civitatibus fuit observatum, scientibus, & tacentibus summis Pontificibus, & Imperatoribus, ergo sic potuit statui, cum negari non possit quin statutum hoc esset omninò validum, & non contra libertatem Ecclesiæ, si Papa expressè confirmasset. Idem itaque dicendum est ob tacitum consensum. Ita arguunt iidem Signorolus, in dicto conf. 21. n. 20. Albericus, in dicta q. 2. n. 43. & Opizonus, in dicto §. Divi. n. 99.

Respondet unò verbò idem Albericus, in eadem quest. 2. n. 68. in fine, frequentiam horum statutorum, & observationem hanc, etsi diuturnam, arguere fraudem secularium statuentium, quia commercio, & contractibus removere voluerant Ecclesiam, & Clericos arg. l. hoc modo ff. de condit. & demonstrat. & l. quamvis §. si patronus ff. de jure patro.

Respondetur secundo, & rectius, ni fallor, hoc de consuetudine, & observantia non constare in terminis hujus statuti ita generaliter, & absolute prohibentis alienationem in non subditos, ut scilicet sic statutum fuerit longà observatione interpretatum, quod & Ecclesiæ, & Clericis alienari non possit. Nec hoc in casu loquuntur allegati Signorolus, & Albericus, sed in casu dicti statuti Mediolani, quod permittebat alienationem in externos, & non subditos sub certa forma, & modo, sicuti scripsi supra in quarto casu.

Contraria itaque opinio verior est, quod scilicet statuentes non potuerint ita statuere, sicuti tradunt per multi ex doctoribus congestis supra præ secunda opinione negativa. Hujus sententiæ unicum est sed solidum argumentum, quod statui nihil potest à Principe seculari adversus ecclesiasticam libertatem, quemadmodum infra demonstrabimus cap. 7. Atqui hæc statutum, etsi verbis generalibus conceptum, repugnat libertati Ecclesiasticæ, eamque tollit, & lædit, ergo statui sic non potest. Illa minor propositio vera facile vel ex eo demonstratur, quod contra libertatem Ecclesiasticam dicitur statutum, quod tollit, & aufert ea, quæ à jure communi permittuntur, & concessa sunt omnibus, nempe tam Ecclesiæ, & Clericis, quam secularibus, & laicis, quemadmodum affirmant quamplurimi, quos referam infra dicto cap. 7. in primo casu.

Potèrò dubium non est quin jure communi omnibus permittuntur sit contrahere, & de rebus suis disponere, & ideo statutum prohibens, nè quis possit de rebus suis disponere, odiosum est, sicuti ex aliorum sententia scripsi in conf. 798. n. 1. & multis sequentibus lib. 8. & maxime permittuntur, imò in specie concessum fuit Ecclesiæ & Clericis, ut acquirere possint à secularibus etiam bona immobilia. l. ult. C. de sacrosanctis Ecclesiis. Quæ sanè concessio est quidem per modum privilegii quoad dominii translationem, non autem

quoad acquisitionem, sed est concessio confirmatoria ipsius juris communis, sicuti in specie sentit Signorolus, in d. conf. 21. n. 26. ver. non obstat quod secundo.

Nec repugnat, quod dici non possit fieri id contra libertatem Ecclesiasticam, quod fit pro publica utilitate, sicuti in specie nostra arguunt Signorolus, in dicto conf. 21. n. 18. & Albericus, in dicto tractatu Statutorum in secunda parte questione 2. n. 41.

Nam respondetur, publicum hoc bonum arguere quidem bonam statuentium voluntatem, quod scilicet non ea ratione statuerent sic voluerint, ut læderent libertatem Ecclesiasticam, sed sibi ipsis providerent, & consulerent: attamen hinc non fit quin revera libertas ipsa lædatur, & verè sic sentit Socinus junior, in l. filius fam. §. Divin. 168. ver. secunda facti de leg. 1. quem contigit mihi videre: postquam hæc scripseram. Est itaque retinenda secunda illa opinio negantium has leges, & statuta non comprehendere Ecclesiam, & Clericos.

Tertia est opinio eorum, qui distinguunt inter leges, & statuta, quorum verba concepta sunt in personam, & illa quæ in rem, ut primò casu non censentur persone illæ prohibere alienare Ecclesiæ, & Clericis, secundo vero casu sic. Hanc distinctionem probant quinque ii Doctores, nempe.

1. Baldus, in conf. 174. præsupponendum est, quod magnus. col. 2. ver. item consuetudo. lib. 5.
2. Socinus Senior, in conf. 45. n. 2. lib. 3.
3. Felinus, in cap. Ecclesiæ Sanctæ Mariæ. n. 84. de constit.
4. Ripasius, filius familias. §. Divi. n. 89. de leg. 1.
5. Rebuffus, in commentariis ad constitutiones regis Galliarum tomo primo. in præmio n. 17.

Primo in casu loquitur nona Constitutio hujus Domini Mediolanensis in titulo de panis cap. collegii, cujus verba concepta sunt in personam, cum ita se habeant: Collegiis, Universitatibus, & denique omnibus cujuscumque status, & conditionis sint. interdicitum est per se, vel interpositas personas, directe, nec per indirectum, vendere, nec alienare, nec etiam per quamcumque ultimam voluntatem expressam, aliquam rem immobilem alicujus Territorii hujus Domini, medietate, vel immediate, nobis subditis, nec annum reditum, aut eorum usumfructum in personam huic domino non subditæ, sub pena amissionis rei sic venditæ, vel alienatæ vel pretii ejusdem, bonaque, res & pretium ipse jure, & factò in Fiscum ipso jure perveniant, contractus, & alienationes non valeant, sineque nullius momenti &c. Hoc primo casu procedit secundum prædictos doctores opinio illa magis recepta, his legibus, & statutis non comprehendit Ecclesiam, & Clericos, & propterea non prohiberi eis vendi, & quovis aliò titulo alienari,

Secundo in casu loquitur statutum Papæ in civilibus 147. cujus rubrica ita legitur. De rebus immobilibus in non subditum transferendis: quæ sanè verba in rem concepta esse constat, & manifestius in textu sic habetur. Statuimus, & ordinamus, quod aliqua res immobilis Civitatis, vel districtus Papiæ, de casero non possit, nec etiam valeat alienari in aliquam personam non subditam. Et hoc secundo in casu procedit opinio illa affirmativa, comprehendit etiam Ecclesiam, & Clericos, ut scilicet vendi, & alienari eis non possint immobilia.

Cæterum prædictam distinctionem improbant, & recte quidem Bossus, in tractatu causarum criminalium in titulo de panis n. 43. ver. & adversè, Gramm. in decis. 100. n. 16. ver. & insuper, Alciatus, in Authentica, cassæ. in verbo sanctiones. n. 31. C. de sacrosanctis Ecclesiis. Cephalus, in conf. 54. n. 7. lib. 1.

Quarta est opinio Socii junioris, in l. filius familias §. Divi. n. 171. in fine de leg. 1. qui distinctione duorum

duorum casuum conatur conciliare opiniones. Et primus quidem est casus, quando quaeritur, & dubitatur, an hoc Statutum noceat Ecclesiae, & Clericis, ut scilicet acquirere non possint, atque ita impediatur hujus Domini translatio. Hoc casu, inquit Socinus, non impeditur acquisitio, & consequenter dominium transfertur. Ità procedit secunda opinio supra relata. Hunc primum casum, & nos admittimus. Secundus est casus, quando ambigitur, an hoc Statutum valeat, respectu secularium subditorum, ut scilicet alienantes, sicque contrahentes incidant in poenam à statuto indictam. Hoc casu valere statutum, & ob id seculares alienationes has facientes puniri poenam statuti. Ità Socinus *præcisato in loco*, qui vel eâ ratione primâ usus est, quod subditi à statuentibus quaerere minimè possint de statuti validitate, sed illud observare omnino debent. *cap. erit autem lex in fine distict. 4.* & tradit Joannes de Anna, *in cap. 2. col. 3. de delictis puer.* Et confert *l. 2. C. de crimine sacrilegii.* Nec, (adiungit Socinus), dici hoc debet contra libertatem ecclesiasticam, quia debent subditi ei obedire, non habitâ ratione de Ecclesiis, & Clericis, cum ipsi principaliter non offendantur. *argumento l. si quis nec causam ff. si certum petatur, præsertim quia statutum editum est pro publica utilitate.* Hic secundus casus verus non est, cum ei repugnent rationes, & argumenta deducta supra pro secunda opinione ad demonstrandum hoc statutum condi non potuisse in Ecclesiae præjudicium, & dampnum Ex quo sequitur, quod si nullum est respectu Ecclesiae, ac Clericorum acquirentium, sit etiam invalidum quoad seculares alienantes, cum, ut diximus supra dispositum in uno ex correlativis, censetur sancitum & in altero. *l. ult. C. de indict. vid. tollen.* & in specie respondit Ripa, *in lib. 1. responsorum cap. 2. n. 5.* nec repugnat, quod de statuentium potestate obici non possit à subditis. *juxta dic. l. 2. C. de crim. Sacrilegii* nam id procedit, quando constat de jurisdictione sic statuendi; Secus si ea carent. Ità declarat idem Socinus junior, *in conf. 95. n. 80. lib. 3.* sic dicimus Principis rescripta contra leges concessa à Judicibus exequenda non esse. *rescripta. C. de precibus Imperat. offeren.* Quod verò Princeps secularis careat potestate statuendi contra libertatem Ecclesiasticam, supra demonstravimus.

Cæterum solet dubitari, an prædictum statutum prohibens alienari immobilia in non subditos, locum habeat etiam contra Clericos vendentes bona sua patrimonialia, an scilicet & ipsi censentur hoc Statutò prohibiti vendere non subdito, ac etiam subdito: Distinguo, & constituo duos casus. Primus est quando ambigitur, an Clericus possit alienare immobilia subdito. Hic casus apud me modicam habet dubitationem, cum existimem finè magna controversia, Clericum non ligari, sed liberè vendere posse, ex quo cessat ratio statuti, de qua diximus supra suo loco, nec vidi hætenus, qui de hoc casu ambigat.

Secundus est casus, quando dubitatur, an Clericus possit alienare immobilia patrimonialia non subdito. Hoc de casu respondit in specie Ripa, *in libro primo responsorum cap. 2. in prima dubitatione, cunctis his, quæ scribis ibidem. n. 11. & 12.* ubi affirmat, illum Dominum Galeatum Sfortiam, cui Dominus Cardinalis Mantuz vendiderat prædia quædam, fuisse non subditum Mantuz, cujus Civitatis Statutò cautum est quod immobilia alienari non possint in non subditum. Hoc in casu respondit, *præcisato in loco*, Ripa; Clericum non ligari hoc Statutò, sed posse liberè alienare forensi, & non subdito. Sic & idem Ripa, *in l. filiusfamilias. §. Divi n. 83. de leg. 1.* quem retulit, & visus est sequi Tiraquellus, *de retrac-*

tu confanguineorum. §. 1. glos. 13. n. 11. & Ripa prius, Socinus Senior, in conf. 56. lib. 1. & secutus est Plottus, in conf. 19. n. 13. Quæ sanè opinio mihi nunquam satis probari potuit; Nam argumenta, quibus Socinus, & Ripa usi sunt, levia, & infirma semper existimavi.

Primò arguit Ripa *in dicto cap. 1. n. 2. ver. quia primò &c.* prius Socinus, *in dicto conf. 56. n. 1.* quod cum statuta laicorum non ligent Clericos. *cap. Ecclesia Sancta Maria de consuet. & multis comprobavimus supra cap. 1.* Dicendum est, nec hoc statutò ligari Clericos.

Respondetur, argumentum non procedere nostrò in casu, in quo Clerici respectu bonorum immobilium patrimonialium dicuntur subditi Principi seculari, cum ipsa prædia sint sita in Territorio ipsius Principis & scribunt multi relati à Tiraquello, *de retrac. confanguineorum §. 1. glos. 13. n. 4. & dicimus infra, lib. 3. cap. 18.*

Secundò arguit Ripa, *in dicto cap. 2. n. 4. ver. tertio quod tale &c.* secundum Ripæ argumentum, cum huc non spectet, explicabitur infra, quod sicuti hoc statutum non ligat Clericos, quin à Secularibus emant immobilia cum alioqui impediret libertatem Ecclesiasticam, sicuti diximus supra. Ità è contra dicendum est quod ipse Clericus possit liberè cuivis vendere, alioqui, & hoc casu tolleretur Ecclesiastica libertas, argumentari enim licet à correlativis, ut scilicet in uno dispositum censetur, & in altero sancitum. Et in specie hoc argumentò prius ipso Ripa usus est Socinus Senior, *in dicto conf. 56. n. 3.*

Respondetur, argumentum continere fallaciam, cum unus casus ab altero valdè differat. Quando statutum prohibet subditis, nè immobilia non subditis vendant, & alienent, si præ non subditis intelligatur etiam Clerici, statutum repugnat libertati Ecclesiasticæ, ex quo Clerici omnes impediuntur, ne ab aliquo emant. Est enim prohibitio facta subditis omnibus, atque ita prohibitio est indefinita, quæ æquiparari posset universali tam ex parte Clericorum, quorum nemo posset emere, & acquirere, quàm magis ex parte subditorum, qui dicerentur prohibiti alienare non solum aliis vere non subditis. Diversum est in casu nostro, in quo Clerici dicuntur prohibiti vendere solummodò non subditis, non autem subditis, propterea argumentum à correlativis deductum à Socino, & Ripa concluderet quidem, si ita sumatur: Subditi non prohibentur à statuto vendere & alienare Clericis, ergò & Clericis permissum est vendere ipsis subditis: Non autem licet sic argumentari. Clerici non dicuntur prohibiti emere à subditis, ergò nec Clerici dicuntur prohibiti vendere non cum diversa sit ratio unius, & alterius casus, & consequenter non subditis liceat argumentari à correlativis, ut scribunt omnes, *in l. ult. C. de in dicta vid. tollen. & Everardus, in centuria legali. in loco à correlativis.*

Tertiò arguit idem Ripa, *in dicto cap. 2. n. 5. ver. quarto istud ostenditur &c.* quod nostrò in casu cessat ratio illa statuti prohibentis alienare immobilia in non subditos, quia scilicet non subditi non sustinent onera Civitatis, vel Principis, sub quorum territoriis sunt ista prædia. Hæc sanè ratio cessat hoc in casu, in quo nec ipsi Clerici possidentes ipsa immobilia sustinent hæc onera.

Respondetur, argumentum non obesse, & non concludere, cum longa sit differentia inter Clericos, & non subditos verè, sicque forenses: nam Clerici, si non sustineant illa omnia onera quæ ferunt ipsi subditi, at tamen suis precibus, & orationibus & suo opere in subministrandis sacrosanctis Sacramentis, multum ponderis, & oneris ferre dicuntur, & habitando in Civitate, vel Oppido satisfaciunt illi rationi, quam diximus

diximus supra in quarto argumento considerato in prima dubitatione. Id quod non contingit in forensi habitante in ditione alterius Principis, cum hic non sustineat aliqua onera, & habitando alibi Civitatem liberis reliquat.

Quartò, & ultimò arguit idem Ripa, in dicto cap. 2. n. 7. quòd statuta laicorum generalia non ligant Clericos quoad eorum bona patrimonialia, sicuti in terminis, inquit Ripa, tenet glossa tertia, quam ibi secuti sunt Butrius, & Abbas col. penult. cum dixerunt, statutum prohibens conductorem posse expelli à domo conducta, si solvere nolit conductam pensionem, non ligare Clericos, qui proprias domos locaverunt. Et hoc eodem argumentò visus est uti locinius Senior, in dicto conf. 56. n. 2. ver. hoc etiam confirmatur lib. 1. dum adducit Bartolum in conf. 187. quod incipit, Domini Priores &c. n. 3. Ità & gloss. in cap. Episcopus. de preben. & Abbas, in cap. cum sit generale col. 2. de foro competenti, & in cap. statuimus. de integritate restit. scripserunt, statutum, quòd affines possint intra annum suere rem alienatam, prodest Clericis affinibus, quia favorabile. Id quod ferè comprobatur Tiraquellus, de retractu consanguineorum. §. 1. gloss. 8. n. 4. ergo inquit Ripa, in ea parte, in qua statutum est odiosum ut est statutum nostrum, non ligaret Clericos, & sic si affinis vellet luere rem alienatam per Clericum qui promisit manutene, non valeret statutum, quia odiosum, & prejudiciale Clericis. Et accedit ratio ab eodem Ripa adducta, quòd si stauentes laici possent suis statutis ligare Clericos respectu bonorum patrimonialium, saltem per indirectum haberent jus imperandi Clericis, quod dicendum non est. cap. duo sunt. distinctione 90.

Respondetur negando primum, quòd hoc statutum, de quo agimus sit odiosum, cum verius sit esse favorabile, cum bonum publicum, & utilitatem contineat, ut supra demonstravimus. Nec ad rem pertinent duo illa similia relata à Socino, & Ripa, nam utrumque est de statutis, quæ non publicam, sed privatam utilitatem continent, & quæ diversam habent rationem ab hoc nostro: illo enim in casu, ut supra diximus, publicè interest, ne immobilia transeant ad non subditos, qui publica onera non sustinent; duobus verò in casibus à Ripa relatis, nil ad Rempublicam pertinet; Non enim sua interest, quòd magis hic Civis, & subditus, quàm ille habeat, & possideat. Uterquè Civis, uterquè onera fert publica. Et præterea si rectè consideramus, ubi admitteremus Socini, & Ripæ opinionem, facilè fieri posset fraus legi, & statuto, & indè maximum sequeretur inconveniens; nam possent Clerici negotiatione quadam in dies emere ab hoc, vel illo Subdito prædia, & deindè ea non subditis cariori preiò vendere. Id quod permittendum non est.

Infertur quintò, statuta secularium, quibus conceditur sanguine coniunctis, ut retrahere, ac recuperare possint immobilia alienata ab agnatis, & sanguine coniunctis, an & Clerici sub hoc statuto comprehendantur. Distinguo, atquè constituo quinque casus.

Primus est, quandò dubitatur, an Clericus tanquam consanguineus admittatur, ut possit redimere prædium alienatum ab agnato, & sanguine sibi coniuncto. Hoc casu vera est, & ab omnibus recepta sententia admitti debere. Ità sanè affirmant Abbas, in cap. constitutus n. 4. in quarto notabili. de integritate restitutione. Anchar. in dicto cap. constitutus. in septimo notabili, Decius, in conf. 282. col. ult. ver. ultimò queritur, Afflictus, in tractatu proximæ eos. col. 12. ver. item quero an si Clericus. Tiraquellus, de retractu consanguineorum. §. 1. gloss. 8. n. 4. qui refert

Lupum, Baldum, Butrium, Comensem, Zabarelam, Alexandrum, & Felinum, qui meis in codicibus de hoc ne verba quidem faciunt. Vera tamen est horum traditio, & sententia, quam etiam probavit Joseph Cumia, in commentariis ad ritus magna Curia Neapolitana. cap. 40. n. 2. 88. Et manifestè probatur horum traditio Constitutione illà Gregorii Noni Pontificis Maximi in cap. constitutus. de integritate restitutione. illis verbis. *Et intra annum, & diem à tempore contractus ipsi tanquam proximioribus competere super illa portione jus offerendi emptoribus precium, juxta municipii Parrosinensis consuetudinem approbatam, quod hactenus omiserunt, dignarentur eis super utroque (cum in hoc non modicum lasi noscantur, & emptoribus portione ejusdem, vel eorum successoribus precium sine offerre parati) per idem beneficium subvenire &c.* Hæc Constitutio, ut statim dicemus, fundata in consuetudine Civitatis communi consensu Clericorum, & secularium introducta.

Secundus est casus, quandò ambigitur, an Clericus emptor rei immobilis teneatur vigore dicti statuti editi communi consensu Clericorum, & secularium revendere consanguineo venditori offerenti pretium. Hoc in casu Clericum teneri in specie affirmant Tiraquellus, de retractu consanguineorum §. 1. gloss. 13. n. 2. & Chassaneus, in commentariis ad consuetudines Burgundia. tit. de retract. rubr. 10. n. 11. in textu ibi l'homme. n. 2. ver. in contrarium; & longa habita disputatione idem scripsit Maranta, in disputatione 8. n. 35. ver. super secundo, qui vel eà ratione probat, quòd sicuti Constitutio illa Gregorii Noni in dicto cap. constitutus, prodest ipsi Clerico, ut tanquam consanguineus redimere possit alienata à consanguineo, ità etiam noceat ipsi Clerico, ut ab eo emptore redimere possit alterius venditoris consanguineus: est enim prædicta Constitutio fundata in consuetudine introducta consensu tam Clericorum, quàm secularium, & propterea æquè ligat ipsos Clericos, & seculares juxta traditionem Baldi, in cap. cum venissent. col. 2. ver. oppono dicitur de eo, qui mitt. in possess. quem secuti sunt quam plurimi congesti à Tiraquello, præcitato in loco, & ab eodem, in tractatu de legibus connubialibus. in gloss. 6. n. 170. & accedit Calcan. in conf. 7. n. 28. & 29. & dicemus infra cap. 7. in fine, ubi de libertate Eccl. agemus.

Tertius est casus, quandò dubitatur, an Clericus emptor rei immobilis teneatur revendere consanguineo venditoris, ex dispositione generali statuti à solo Principe Seculari, seu populo editi disponentis, quòd agnatus redimere possit ab eo, qui emit rem immobilem alterius agnati, an inquam Clericus emptor hoc statuto ligetur. Et non ligari respondet Baldus, in conf. 300 statuto caveatur in secundo dubio libro primo. Idem affirmarunt Abbas, in dicto cap. constitutus. n. 4. de restitutione in integrum, Afflictus, in tractatu de jure proximæ eos in principio. col. 11. ver. item quero an istud jus congrui &c, in verbo, est autem col. 4. ver. est Clericus, & Socinus junior, in conf. 1. n. 8. ver. verum his non obstantibus. lib. 2.

Contraria opinio, quòd scilicet hoc statutum liget etiam Clericos, magis recepta est, nam eam probarunt Cynus, in l. neque. C. de hered. instit. & ibidem Baldus, in fine, qui dicit, hoc statutum, seu consuetudinem tanquam prædiale ligare etiam Clericos. Sic passim allegatur Baldus, sed verè hoc non firmat, sed loquitur cum præsupposito, Bartolus, in l. cunctos populos. n. 29. C. de summa Trinitate, & fide catholica, dum allegando dictum cap. constitutus, dicit statuta generalia laicorum honesta ligare etiam Clericos quoad ea, quæ eis competunt tanquam de populo. Butrius, in dicto cap. constitutus n. 9. idem sensit, dum ex eo textu notavit, statuta laicorum li-

gare Clericos, quantum ad eorum patrimonium, aperte ex hoc significans, Clericos hoc statuto ligari. Albericus, in *tractatu statutorum in prima parte. quest. 94.* præsupponit tantum Clericum ligari. Barbatia, in *conf. 14. col. 3. ver. secundo præmisso. lib. 2. & in conf. 56. 4. col. 11. ver. item dicemus lib. 4.* qui tamen hanc traditionem veram præsupponit allegando dictum cap. constitutus, sed clarè eam probarunt Alex. in *conf. 143. n. 5. lib. 7.* Tiraquellus, de *retractu consanguineorum §. 1. glof. 13. n. 4.* qui dixit, se intrepidè huic sententiæ accedere, & Maranta, in *disputatione 8. n. 35. ver. super secundo.* Eà ratione ii usi sunt, quòd sicuti Clerici ipsi uti voluat ad eorum commodum hoc statuto, sic & contrà se admittere debent, juxta æquitatem illius edicti: Quod quisquè juris in alterum statuerit, ipse eodem jure utatur, cujus meminit Vulpianus, in *l. 1. in principio. ff. quod quisque juris, &c. & multis comprobatur Tiraquellus, in dicta glof. 13. n. 6. & in specie subiungit Tiraquellus, prædicto in loco. n. 7.* receptam esse sententiam, quòd si Clerici uti volunt consuetudine, & statuto contra alios, & adversus se quoquè uti patiantur necesse est.

Quartus est casus quando dubitatur, an Secularis, qui emit rem immobilem à Clerico, ligetur hoc statuto, ut cogatur revendere agnato ipsius Clerici. Hunc casum attingit solus, quod sciam, Maranta, in *dicta disputat. 8. n. 10.* qui affirmat ligari, & rectè quidem.

Quintus est casus, quando ambigitur, an Clericus, qui emit à Clerico rem immobilem ligetur hoc statuto, ut teneatur revendere laico agnato Clerici venditoris. Hunc etiam casum explicavit solus Maranta, in *dicta disputat. 8. n. 51.* qui negat teneri. Contrarium tamen veriùs crediderim illis rationibus, quibus post alios ego ipse usus sum supra intertio casu.

CAPUT VII.

Leges, & Statuta Principis Secularis de servanda certa forma, & solemnitate in conficiendis ultimis dispositionibus an comprehendant, & ligent Clericos.

HOC capite prætermittam de industria explicare dubitationem illam, an valeat statutum, quòd Ecclesia, vel Clericus non possit hæres institui. Nam de ea agemus infra *cap. 10. in quarto exemplo,* cujus proprius est locus, dum explicabimus, quæ leges, & statuta Principis Secularis sint, & dicantur contra libertatem Ecclesiasticam. Præsens, est solum de legibus, & statutis Principis Secularis circa formam, & solemnitatem in testamentis observandam, an & quando illa comprehendant, & ligent etiam Clericos, & Ecclesiam. Qua quidem in re duo distinguo, atquè constituo capita, quorum alterum est quando Clericus ipse testamentum conficit; alterum quando secularis ad commodum Clerici testatur.

De primo capite differamus paucis, quinque casibus propositis, distinctis & explicatis.

Primus casus est, quando agitur de forma essentiali, & efficiente nempe de persona ipsius Clerici, an idonea, & apta sit ad conficiendum testamentum, ut puta si est filiusfamilias, qui lege civili testari adeo prohibetur, ut nec etiam adhibito patris consensu testari possit. *l. qui in potestate ff. de testamentis.* Hac lege ligatur etiam Clericus filiusfamilias, sicuti admittunt omnes in *cap. quia nos. extra de testamentis.* Ea est hujus senten-

tia ratio quia nec Clericatus, nec Sacerdotium liberat à nexu patriæ potestatis. *Authentica Presbyteros Cod. de Episcopis, & Clericis, & tradunt Abbas, & reliqui, in cap. in duorum de etate, & qualitate, in cap. constitutus. de restitutione in integrum, & in cap. cum desideres, & in cap. cum voluntate. §. ult. num. 8. de sententia excommunicationis, Jason, in lege patre furioso. num. 30. ff. de his qui sunt sui, vel alieni juris, Didacus Covarruvias, in dicto cap. quia nos. num. 5. de testamentis, & Alcanius Clemens, in tractatu de patria potestate. cap. ult. num. 3. qui testatur hanc esse receptam opinionem, et si contrariam probant Bartolus, & Baldus, in dicta lege patre furioso, Guido Papa, in questione 382, in fine & Jason, sibi parum constans, in l. filia licet. C. de inofficioso testamento.* Cum ergo Clericus iste, subit patriæ potestati, certum est, cum ligari lege civili, ut testari non possit.

Declaratur primò, ut locum non habeat quoad res & bona, quæ Clericus ipse post susceptos ordines acquisivit, seu ei obvenerunt Clericatus causâ, & contemplatione. De his enim testari potest Clericus et si filiusfamilias, sicuti scribunt omnes, in *dicto cap. quia nos. præsertim Didacus, n. 1. & accedunt Afflictus, in decis. 241. n. 1. & 2. Bœrius, in quest. 99. n. 5. & 6. Cæpola, in cautela 113. filiusfamilias. n. 1. & 2. Cotta, in memorabilibus. in verbo Episcopalis dignitas, & Alcanius Clemens, in dicto tractatu de patria potestate. cap. 6. illatione 9. in fine, quia Clericus iste dicitur habere hæc bona peculii Castrensis, vel quasi, & ideo sicuti Secularis filiusfamilias habens peculium castrense, vel quasi de eo testari potest, *Instit. quib. non est perm. fac. test. ita & Clericus filiusfamilias.**

Declaratur secundo, ut non procedat in Clerico, qui promotus fuit ad dignitatem Episcopalem, quæ dicitur liberare à patria potestate, ut statuit Justinianus, *Authentica Episcopalis dignitas C. de Episcopis, & Clericis,* idem sancivit Innocent. 3. Pontifex Maximus, in *cap. per Venerabilem, qui filii sine legitimi & tradunt Francus, in rubr. extra. de testamentis n. Jason, in l. patre furioso. col. penult. ff. de his, qui sunt sui vel alieni juris, & in l. qui se fratris. col. 3. C. unde liberi, Cotta, in memorabilibus. in verbo Episcopalis dignitas, Didacus, in dicto cap. quia nos. n. 5. ver. tamen si, & Alcanius Clemens, in dicto tractatu de patria potestate. cap. ultimò qui idem dicunt de promotò ad n. Cardinalatum.*

Declaratur tertio non habere locum, quando filiusfamilias cum consensu patris condidit testamentum ad pias causas. Ità tradunt permulti congesti à Tiraquello, in *tractatu de privilegiis pia causa. in privilegio 78.*

Secundus est casus, quando agitur de forma, & solemnitate testamenti probatoria, quam ipse testator, non autem hæres observare cogitur, exempli gratiâ: Si statuto sancitum sit, quòd non valeat testamentum sine præsentia Parochi confectum; Hoc casu Clericus testator non ligatur hoc statuto, sive hæredem instituat Secularem, sive Clericum, absquè Parochi præsentia, cum statuentes non habuerint potestatem sic ligandi Clericos. Ita egregiè docuit Salicettus, in *Authentica cassa. n. 13. de sacrosanctis Ecclesiis.*

Tertius est casus, quando agitur de forma testamenti probatoria, cui hæres potest satisfacere, ut puta, si statuto caveatur, quòd testamentum insinuetur, & Clericus testator instituit hæredem alterum Clericum. Hoc casu nec Clericus testator, nec Clericus hæres his legibus, & statutis ligatur. Ità Baldus, in *Authentica cassa. col. 2. ver. quæro quinto. in fine. C. de Sacrosanctis Ecclesiis, & ibidem egregiè, & Clarè*

Clare magis Salicetus, n. 7. ver. *quero nono*. Felinus, in cap. *Ecclesia Sancta Maria*. n. 813. in fine, & Robertus Maranta, in *disputatione octava*, n. 50. in fine, & n. 51. in fine. Et hinc sequitur, quod legata in hoc testamento relicta legatariis Secularibus debentur, & quoad commodum Clerici hæredis valet testamentum. Ità Salicetus, in loco *suprà allegato*.

Quartus est casus, quando agitur de prædicta infirmatione, & solemnitate probatoria, & Clericus testator instituit hæredem Secularem; Hoc est testamentum ab eo confectum, non observatâ prædictâ infirmationis solemnitate, invalidum dicitur. Ità Baldus, in *dictâ Authentica cassa*. col. 2. ver. *quero quinto* & ibidem Salicetus n. 7. ver. *quero nono*, Signorolus in *repet. l. cunctos populos*. n. 18. in fine. C. de *Summa Trinitate*, & fide catholica, Abbas, in cap. *quod Clericis*. n. 19. de foro competentis. post Butrium, ibidem Imola, in cap. *Ecclesia Sancta Maria*. n. 11. & ibidem Felinus, n. 83. in fine, & hujus traditionis ratio est, quia hæres laicus potuit, & debuit infirmationem hanc facere, cum ipse hoc Statutò ligari sic potuerit.

Quintus est casus, quando testator Clericus instituit piam causam. Hoc casu valet statutum favore ipsius piæ causæ, sicuti in specie tradunt Signorolus, in *dictâ repet. l. cunctos populos*. n. 18. in fine, Imola, in *dicto cap. Ecclesia Sancta Maria* n. 11. & Maranta in *dictâ disputatione*. 8. n. 50. Et potest comprobari ex his, quæ dicemus in subsequenti capite in secundo casu.

De secundo capite nunc differendum est, quando scilicet Clericus instituitur hæres à Seculari. Hoc in capite distingo, atque constituo duos casus. Primus est quando Secularis instituit Clericum in testamento, in quo non adhibuit solemnitatem à jure communi, vel statuto requisitam. Hoc sanè casu testamentum non valet, atque ità Clericus ligatur passivè hoc statuto, nè scilicet ex eo testamento aliquid habere possit. Ità Abbas, in cap. *Ecclesia Sancta Maria*. in *secunda lectura*. n. 15. de *constit.* & in cap. *quod Clericis*. n. 20. in fine, & n. 29. de foro competentis, & in cap. *relatum de testam.* Imola, in *dicto cap. Ecclesia Sancta Maria*. n. 11. & idem Felinus, n. 89. Maranta, in *dictâ dispu.* 8. n. 38. Ea est hujus sententiæ, & traditionis ratio, quia lex, & Statutum principaliter editum est contra Secularem testamentum, conficientem, qui ligari sic potuit, ex quo est Principis Secularis subditus. Nec hoc casu Clericus reperit, aliquo jure privilegiatus, ut ex simili testamento minus solemniter capere possit.

Secundus est casus, quando Secularis instituit hæredem piam causam in testamento minus solemniter. Secundum leges, & statuta Principis Secularis. Hoc casu valet testamentum, atque ita causa ipsa pia ex eo testamento capere potest, cum tributum sit ei privilegium, ut relicta in testamento minus solemniter ei debentur. Sicuti tradunt Abbas, in *dicto cap. quod Clericis*, numero 20. & 29. de foro competentis. Imola, in *dicto cap. Ecclesia Sancta Maria*, numero 21. de *constit.*, & ibidem Felinus, numero 83. ver. *alia autem opinio*, qui Caldarinum, Butrium, Baldum, & Ancharanum ejusdem opinionis refert, & alios quamplures congerit Tiraquellus in *tractatu de privilegiis pia cause privilegio primo*, Secundo, ac tertio, & latissime differit Didacus Cavarruvias, in cap. *relatum il. 1. de testa.*

CAPUT VIII.

Leges, & Statuta Principis Secularis circa Successiones morientis sine testamento, an, & quando comprehendant Ecclesiam, & Clericos.

Non agam hoc in loco, de satis controversa Nilla apud nostro dubitatione, an valeat Statutum, quando Clericus, vel religiosus, iam ingressus non possit succedere alicui abintestato, cum opportunus magis sit locus infra cap. 10. ubi in quinto exemplo demonstrabimus non valere hoc statutum tanquam Ecclesiasticæ libertati repugnans. Differemus itaque hoc in capite solummodo de legibus, & Statutis Principum Secularium generaliter loquentibus de successione ab intestato, an comprehendant, & ligent Clericos, quo quidem in capite duæ tantum se offerunt egregiæ dubitationes.

Prima est, an si statutò cautum sit, quod stantibus masculis femine non succedant, femine post editum statutum effecta monialis dicatur comprehensa in Statuto, & ejus vinculo sit ligata, ut succedere non possit, si masculus est superstes. Hæc dubitatio frequens in foro, ardua non parum est, cum multa sint hinc inde argumenta, rationes, & Doctorum auctoritas.

Recepta tamen magis est interpretum opinio, hoc Statutum comprehendere, & ligare mulierem iam ingressam monasterium, & religionem, ut exclusa censetur. Hac sunt in opinione novem, & viginti gravissimi ii Doctores, nempe.

1. Lupus, in *allegat.* 101. n. 26.
2. Abbas, in capite *Ecclesia Sanctæ Mariæ*. in prima lectura. n. 25. de *Constit.* & in cap. *quod Clericis*. n. 40. ver. *sed in omnem eventum*. de foro competentis, & in *conf.* 111. in *causa Catharinæ*. in secundo dubio. lib. 2.
3. Castensis, in *conf.* 305. primum dubium, de quo queritur. col. 3. in fine. ver. *videndum est ergo*. lib. 1.
4. Romanus, in l. *stipulatio* hoc modo concepta n. 18. de *verbor. obligatione*.
5. Butrius, in cap. *quod Clericis*. n. 15. de foro competentis, qui testatur, se ità cum Ancharano respondisse Ferrariz. Idem in cap. *Ecclesia* il. ut lite pendente.
6. Ancharanus, in cap. 1. n. 61. ver. *quarto quero*. de *constit.*
7. Aretinus, in cap. *quod Clericis*. in fine. de foro competentis, qui etsi objectiones quasdam excitavit, dicit tamen ab hac communi opinione non esse recedendum.
8. Felinus, in cap. *Ecclesia Sanctæ Mariæ*. n. 79. de *constit.*
9. Corneus, in *conf.* 94. col. 2. ver. *quod in successione*. lib. 2.
10. Barbatia, in *conf.* 4. col. antepenult. lib. 1.
11. Caccialupus, in l. *cunctos populos*, col. penult. ver. & item dicunt Doctores. C. de *summa Trinitate*, & fide *Cortholica*.
12. Jason, in l. *ferro legato*. §. *si testator*. n. 6. de leg. 1. & in l. ult. n. 24. C. de *pacis*.
13. Socinus Senior, in *conf.* 81. in fine lib. 1. & in *conf.* 130. col. ult. & in *conf.* 241. col. 2. ver. *aliquand olib*. secundo.
14. Ruinus, in *conf.* 95. n. 2. n. 15. lib. 1. & in *conf.* 41. n. 5. librò tertio.

15. Afflictus, in commentariis ad Constitutiones Neapolitanas. rub. 13. de successione filiorum Comitum, &c. Incipit in aliquibus. n. 13.
16. Brunus in tractatu, quod stantibus filiis masculis foeminae non succedant. art. 6. n. 37. qui testatur communem esse opinionem.
17. Laurus Palladius, in tractatu de successione masculorum exclusis foeminis. col. penult. ver. si vero Statutum.
18. Caelianus Gotta, in memorabilibus, in verbo, Clerici legantur, ver. & idem etiam in casu.
19. Soëmus junior, in l. filiusfamilias. §. Divi. n. 171. de leg. 1. & in cons. 25. n. 13. lib. 3.
20. Tiraquelhus, in tract. de jure primogenitorum, qu. 43. n. 7.
21. Maranta, in disput. 8. n. 26.
22. Cephalus, in cons. 95. n. 15. lib. 1.
23. Natta, in cons. 282. n. 12. lib. 2.
24. Alba, in cons. 98. lib. 1. in cons. 498. num. 2. & in cons. 513. n. 12. & n. 20. lib. 3.
25. Purpuram, in l. ult. n. 137. C. de pactis.
26. Puteus, in decis. 99. n. 3. lib. 3.
27. Villalobos, in suis communibus opinionibus, in verbo statutum excludens foeminam numero 120.
28. Arnoldus Junius, in consuetudinibus Burdegalensibus, lib. 2.
29. Brusatus, in cons. 93. n. 28. lib. 1.
- Et hujus quidem receptae traditionis ea est vera, & solida ratio, quia statutum editum, antequam mulier ingrediatur Monasterium, & religionem, dicitur eam ligare, tanquam Secularem non autem ut monialem, & religioni dicatam, nam sic scribit, & rectè, Castrensis, *practicato in loco*, ubi tale statutum viget, censetur correctum jus commune, quia cum illud deferat hæreditatem foeminae, una cum masculo, Statutum verò delationem reservet, si masculus non extat. Sed si extas, aufert, ex hoc totum jus municipale efficitur. *l. in civile, ff. de iustitia, & iure*. Et non dicitur deferri mulieribus hæreditas de jure communi, sed ex forma legis municipalis *ff. de legibus, & S. C. l. 1.* igitur eo ipso quod foemina nascatur, infligitur sibi hæc potentia succedendi videlicet ab ipso statuto, scilicet in totum, si non extiterit masculus, & in nihilum si extiterit, Transcundo igitur in Monasterium, transit cum illa potentia sic limitata, & sic conditionata, & non cum illa, quam mulieres habent à jure communi, quia, ut dixi, in loco ubi tale statutum viget, sub conditione vigere adjecta à statuto, videlicet si masculus non extabit. Sicuti igitur ingrediens Monasterium in loco ubi tale statutum non viget, ingreditur cum illa potentia succedendi, quam habet à jure communi, & cum illis conditionibus, limitationibus, & qualitatibus, quas adjiceret jus commune, & non aliter, nè fieret deterioris conditionis propter ingressum, quam esset si non ingrederetur. *dicta l. deo nobis, & arg. ff. de manumiss. l. Gravis, in fine, & quod notatur in Authentice ingressi de illo qui habebat emphyteusum vel usum fructum. & cap. nuper de donatio inter virum & uxorem*. Ita & habens potentiam succedendi ex lege municipali certo modo per eandem legem limitatam, seu etiam de jure communi limitatam, tamen, per statutum, quod tantum valet, quantum si ab ipso eodem jure communi, à quo statutum sumit robur, transit cum eadem potentia, sic stricta, & limitata, & non aliter: satis enim est, quod non efficiatur deterioris conditionis propter ingressum. Non ergo debet petere quod sit melioris, & si non fiat melioris, non pro-
- pterea potest monasterium conqueti. *arg. ff. de his qui in fraudem creditorum leg. qui autem. §. simili modo*. Hactenus Castrensis, qui objectioni de qua infra respondet.
- Contrariam itaque opinionem, quod imo hoc statutum non excludat mulierem eff. etiam monialem, post jam conditum ipsum statutum, male tueri conantur decem ii juris interpretes, nempe.
1. Baldus in cons. 55. quidam Lillus de fulgineo, libro 5.
 2. Signorolus in cons. 6. in fine. idem sensit uno verbo.
 3. Salicetus, in Authentica Cassa. numero 14. Cod. de Sacrosanctis Ecclesiis, manifestè eam probavit, & secundum eam sic aliquando judicatum.
 4. Comens. in consil. 84. Præsupposito casu in fine.
 5. Ancharanus, in cons. 108. in paucis.
 6. Butrius in cap. quod Clericis, col. penult. de foro comper.
 7. Alexander, in cons. 44. n. 15. lib. 5.
 8. Ruinus, sibi parum constat, in cons. 204. num. 10. lib. 1. in cons. 192. nu. 17. & in cons. 200. n. 8. lib. 2.
 9. Decius, in cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ, num. 52. ver. & licet prædicta responsio de constit.
 10. Rolandus, in cons. 57. n. 29. lib. 2.
- Primo ea ratione, & argumento ii usi sunt, quod statutum Seculare ligare non potest Clericos, & religioni dicatos *cap. Ecclesia Sancta Maria de constit. & copiose probavimus supra, & in specie nostra sic arguunt Ancharanus, in dicto cons. 108. qui dicit, sub verbis generalibus non contineri Clericos, & religioni dicatos. Sic & Salicettus, in dicta Authentica cassa. n. 14.*
- Respondit Castrensis, *in dicto cons. 305. col. penult. ver. non ergo obstat, &c.* hoc statutum non ligasse moniales, nec eas impotentes reddidisse ad succedendum, sed exclusisse mulieres Seculares, antequam nascerentur, & eis statim natis, sicque antequam de ingressu esset cogitatum, quod maxime, subjungit Castrensis, procedit in filiabus, quæ jure naturali, & communi habent potentiam, & jus succedendi patri. Quod sanè jus est à filiatione separatum, & quid per se, & est jus probabile etiam vivente patre, ut tradit Bartolus, *in leg. is potest in secunda opposizione, ff. de acquir. hered.* Quocirca hujusmodi jus vivente ipso patre auferrî potest per statutum, & sublatum censetur sub conditione, si masculus extabit. Si ergo filia ingreditur religionem hac cum qualitate, & conditione, quod non succedat, extraneis filiis masculis *arg. leg. peto §. prædium de leg. 1. & l. Scavius, §. Cornelio Felici, ff. de jure Fisci*, His etiam dissolvitur illud, quod statutum hoc non potest ligare monialem, tanquam non subditam. Verius enim est, fuisse subditam eo tempore, quo fuit exclusa, quod sanè tempus est hæc nativitatis, ut diximus supra cum Castrensi.
- Secundò urgere magis videtur, quod qualitas, & conditio, sicque habitas personæ volentis succedere, spectari, & attendi debet tempore quod hæreditas defertur. *leg. si cognatis, ff. de rebus dubiis, nec priusquam defertur hæreditas, & successio inspicitur, & consideratur conditio, & qualitas volentis admitti leg. non oportet de leg. 2. & leg. intervenit, ff. de legat. præstan.* & copiose probavi in cons. 106. nu. 2. 3. & 4. Atqui nostro in casu tempore delatæ hæreditatis hæc mulier reperitur religioni

religioni dicata, atque ita talis quæ statuto Secularium ligari, & inhabilitari non potest, ergo, &c. Hoc genere argumenti usus est Aretinus in dicto cap. quod Clericus in fine, de foro competenti.

Respondetur retorquendo sic argumentum. Qualitas & conditio personæ volentis succedere spectatur tempore delatæ successionis, atqui mulier hæc, tempore quo defertur hæreditas, reperitur inhabilis, cum statim quo nata fuit, exclusa fuit sub ea conditione, si extabunt masculi, ergo, &c.

Tertio huic opinioni suffragari videtur argumentum ab absurdo evitando ductum iuxta l. nam & absurdum, ff. de operis libert. atqui si diceremus, Statuta edita ante Clericatum ligare Clericos deinde effectos, sequeretur hoc absurdum, quod Clerici omnes essent semper his statutis ligati, quia quando nascuntur, sunt seculares, sicque statutis subjiciuntur, & illis ligantur, & licet postea efficiantur Clerici, attamen remanent ligati, ex quo jam injectum est vinculum. Id quod dicendum non est, ergo est. Hoc argumentum sensit Decius, in dicto cap. Ecclesia Sancta Mariae numero 52. ver. & licet prædicta responsio. de constit. & secutus est Rolandus, in dicto conf. 57. n. 29. lib. 2.

Respondetur negando minorem illam argumenti propositionem; Non enim absurdum est, quod Clerici omnes ligentur statutis editis ante eorum Clericatum, ex quo non fuerunt ligati tanquam Clerici, sed tanquam Seculares, quorum qualitas non mutatur propter ordinem Clericalem superveniens sicuti simili in casu scribunt Bartolus, in l. 1. ff. de penis, & Baldus, in l. Officiales, C. de Episcopis, & Clericis, Quod Clericatus superveniens non impedit causam coram Judice Seculari inchoatam, & ad rem Bartolum, & Baldum secutus est Brunus, in tractatu, quod stantibus masculis femina non succedant art. 6. n. 43.

Extenditur prædicta communis sententia ut hæbeat locum & quando statutum loquitur his verbis. Si quis decedat institutus, & succedant masculi, non autem feminae. Et si enim statutum recipere videatur tempus delatæ hæreditatis, attamen eodem tempore hæc monialis reperitur inhabilis ad succedendum, ob id quod jam statim quo nata fuit, exclusa dicitur, ut explicavimus supra. Et propterea Doctores supra commemorati pro communi opinione nullam constituunt differentiam, quod statutum utatur his verbis. Quod stantibus filiis masculis, feminae exclusæ sint. Vel dicat, quod si quis decedat intestatus, succedant masculi, non autem feminae. Est enim eadem substantia, etsi diversa sint verba. Quare male contrarium visum fuit dicere Salicetus, in dicta Authentica cassar. n. 14. C. de Successione Ecclesie. Ruitus, in dicto conf. 204. n. 10. lib. 1. & in dicto conf. 200. n. 8. lib. 2. Cephalus, in conf. 95. n. 15. lib. 1.

Declaratur prædicta opinio communis, ut non procedat, quando mulier hæc effecta monialis dotata non fuit. Hæc sanè non excluditur à masculis. Ita Ancharanus, in dicto conf. 108. num. 3. Felinus, in dicto cap. Ecclesia Sancta Mariae. numero 79. ver. ceterum. Socinus senior, in conf. 222. Incipit præsens consultatio col. 3. n. ver. confirmatur prædicta lib. 2. Afflictus, in decis. 348. num. 3. & in commentariis ad Constitutiones Neapolitanas, rubr. 17. de adjutorio. numero 32. & in rubr. 23. de successione filiorum, numero 44. & Brunus, in tractatu quod stantibus masculis femina non succedant. art. 9. quest. 2. numero 8. Et ideo rectè Statuto Mediolanensi in civilibus cap. 278. & cap. 285. cautum est. quod mulier in-

gressa monasterium dotetur.

Secunda est dubitatio, stante statuto, quod existentibus filiis masculis feminae non succedant, & tempore delatæ successionis existat filius masculus Clericus, an Clericus iste comprehendatur sub hoc statuto, ut excludat feminas. Receptior sententia est contineri, & ad exclusionem feminarum admitti. Ita sanè affirmant quatuor, & viginti Doctores, quos hic numerare placet.

1. Lupus, in allegatione 101. num. 6. ver. in contrarium.
2. Baldus, in repet. l. cunctos populos. col. 11. ver. sed hic ultimus queritur. C. de Summa Trinitate, & fide Catholica, & in conf. 30. præsupposito. col. 2. lib. 1.
3. Zabarella, in repet. cap. perpendimus. col. 23. ver. quero quod si constitutio. de sententia ex communi.
4. Abbas, in cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ, in secunda lectura. numero 37. de constit. & in cap. quod Clericis numero 42. de foro competenti, & in cap. constitutus in tertio notabili de restit. in integrum.
5. Castrensis, in l. omnes populi, n. 8. ff. de iustitia & jure.
6. Alexander, in conf. 41. n. 4. lib. 7.
7. Barbatia, in conf. 53. in fine lib. 2. & in conf. 50. libro 3. & in rubr. extra. de rebus Ecclesie non alienandis col. 13. in secundo dubio.
8. Felinus, in cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ, numero 53. & in consil. 13. in fine, & in conf. 282. numero 9.
10. Socinus senior, in conf. 241. n. 2. lib. 2. & in conf. 128. n. 6. lib. 4.
11. Brunus, in conf. 195. col. 2. lib. 2.
12. Crocius, in conf. 5. n. 21. lib. 1.
13. Parisius, in conf. ultimo. n. 5. 6. & 7. lib. 2. & in conf. 40. n. 20. & in conf. 47. n. 62. lib. 3. & in conf. 48. n. 25. lib. 4.
14. Socinus junior, in conf. 16. n. 13. lib. 1.
15. Joannes de Cirier, de jure primog. lib. 1. qu. 24. n. 20. & 28.
16. Catelianus Cotta, in memorabilibus, in verbo, Clerici ligantur, prope finem. ver. quod autem si Statuto.
17. Gulielmus Benedictus, in cap. Raynutius, in verbo duas habens filias. n. 43. de testa.
18. Brunus, in tractatu, quod stantibus masculis feminae non succedant in 2. articulo, quest. 12. & art. 12. qu. 11.
19. Georgius Natta, in cap. quatinvis quest. 16. de pæcis. in 6.
20. Bortius Imolenis, in conf. 23. n. 32.
21. Tiraquellus, de jure primogen. qu. 24. n. 6.
22. Burlatus, in conf. 93. n. 27. & 31. lib. 1. & in conf. 198. n. 45. lib. 2.
23. Ludovicus Molina, in lib. 1. de Hispanorum primogeniis. cap. 13. n. 8.
24. Octavianus Vulpellus, in tract. de libertate Ecclesiæ. in tertia parte, n. 8.

Et quidem recepta hæc sententia probatur sex illis rationibus, & argumentis consideratis à Lupo, in dicta allegatione 101. n. 7. usque ad 11.

Quibus intelligimus, recipiendam non esse contrariam opinionem Angeli, in conf. 282. in advertentia statuentium, Matthæi. in notab. 101. Barba. in cap. dilecti. num. 20. de constit. & Socini junioris, sibi parum constantis, in conf. 1. n. 63. lib. 1.

Tertia est dubitatio, an statutum excludens feminas propter masculos, à successione agnati ab intestato defunctis, sive cognati, excludat ipsas, feminas, à successione agnati, sive cognati Clerici mortui.

nullo condito testamento. Distinguere soleo tres causas, sicuti visus est separare Imola, in cap. quod Clerici. n. 5. & 6. Cujus distinctionem singulis in casibus explicabo, & comprobabo

Primus itaque casus est, quando Clericus decessit intestatus relictis bonis pertinentibus solummodo ad Ecclesiam, ut acquisita ex bonis, & redditibus Ecclesie, juxta ea, quae scribunt omnes in cap. 2. de rebus Ecclesie non alienandis. & Redoanus, in tractatu de spoliis Ecclesiasticis. quest. 1. Hoc sane casu Statutum non comprehendit hunc casum, sicuti uno verbo docuit Imola, in dicto cap. quod Clericis numero 5. ver. & haec vera, &c. dum arguit, & infert à Statuto disponente de solemnitate aliqua in judiciis observanda ad Statutum disponentem de successione. Et hujus casus manifesta est ratio, quia Princeps Secularis Statuere nihil potest super rebus Ecclesie. cap. Ecclesia Sancta Maria de constit. & cap. ultimo de vita, & honestate Clericorum, & in specie scribunt Ruinus, in consil. 195. numero 8. libro 2. & Surdus, in decis. 160. num. 8. & 11.

Secundus est casus, quando Clericus decessit intestatus relictis bonis patrimonialibus, & Clericus ipse jam fuerat promotus ad Clericatum post conditum, & promulgatum praedictum statutum. Hoc casu statutum comprehendit bona hujus Clerici patrimonialia, cum vinculum jam fuerit injectum ante Clericatum, sicque quando iste erat laicus. Ita Imola, in dicto cap. quod Clericis numero 5. ver. item praedicta vera, &c. ex sententia Joannes Andreae, in cap. sine culpa. de regulis iuris in 6. qui scriptum reliquit, quod si Statuto sancitum est, primogenitum succedere debere excluso secundogenito, censi exclusum ipsum secundogenitum effectum Clericum post conditum statutum. Et Jo. Andream secuti sunt duo, & triginta illi Doctores quos enumeravi supra ad finem praecedentis dubitationis.

Tertius est casus, quando Clericus decessit intestatus relictis bonis patrimonialibus, & Clericus ipse jam fuerat ad Clericatum promotus ante conditum, & promulgatum praedictum Statutum, quod deinde fuit publicatum. Hoc in casu sunt opiniones nam Imola, in dicto cap. quod Clericis numero 5. de foro competenti, scriptum reliquit, feminas hoc in casu non excludi à successione agnati, vel cognati Clerici sine testamento defuncti, & Imolam loqui in hoc casu significant subsequencia illa verba ver. item praedicta vera, &c. de quibus in praecedenti casu. Secuti sunt Imolam Alexander, in consil. 44. numero 13. libro 5. Decius, in cap. Ecclesia Sancta Maria numero 53. ver. nota tamen quod tale Statutum de constit. Gulielmus Benedictus, in cap. Raynutius, in verbo, duas habens filias. il. 1. numero 145. de testam. Georgius Natta, in tractatu quod stantibus masculis feminae excludantur. ver. decimo octavo quaro. Ruinus, in dicto consil. 195. & Surdus, in decisione 20. & in decis. 160. numero 8. & 9. Et ii quidem vel ea ratione prima moti sunt, quod sicuti Princeps Secularis non potest aliquid statuere contra Clericos, quoad bona Ecclesie, ut in primo casu supra relato, sic nec quoad bona patrimonialia ipsorum Clericorum, quae eisdem fruuntur privilegiis, ut scribunt aliqui relati à Surdo, praecitato in locis. Quemadmodum ergo statuta non ligant Clericos, quoad bona Ecclesie, ita nec quoad eorum patrimonialia.

Verum responderi potest, retorquendo argumentum, quod cum, ut dicimus infra, quoad bona patrimonialia Clerici pro laicis habeantur, statutis Secularium ligari potuerunt.

Secundò adducti sunt praedicti eo argumento, quod sicuti statutum non comprehendit forenses. Bartolus, in l. 1. in fine, ff. de iuro. & curat. datis ab his, ita nec Clericos, qui forenses, hoc est non subditi Principi Seculari dicuntur, ut tradunt praecitati Doctores.

Ceterum respondetur, Clericos quoad bona patrimonialia in haberi pro laicis, ut tradunt Abbas, in c. cum dilectus. de iure patron. & alii conjeti à Melchione Paleatio, in tractatu maioratum. in prima parte quae prima, numero 18. Et accedit Plottus, in dicta consil. 93. numero 5. & patrimonialia Clericorum non frui privilegiis, quibus gaudent ipsi Clerici, sed solum illis, quae in jure expressa sunt, scribunt Buttrius, in cap. si diligenti. col. ult. de praescrip. & idem Abbas, & Imola, & Plottus, praecitato in loco. Qui autem sint casus, in quibus bona haec patrimonialia Clericorum fruuntur privilegiis recensent Jo. Andreas, in cap. 1. de Clericis coniug. in 6. & in cap. ult. de vita, & honestate Clericorum, Zabarella, in Clem. 1. qu. 17. de vita. & honest. Cler. & Buttrius, in cap. ult. de solutio.

Contrariam opinionem, quod imò & hoc in casu statutum locum habeat affirmarunt in specie Gabriel Simagna, in additionibus ad Mathae. notabili 110. Nota unam lucrosam. col. 2. in fine. ver. his tamen non obstantibus. qui testatur, sic iudicatum fuisse Veronae, Plottus, in dicto consil. 93. Et in foro servati, & Burlatus, in dicto consil. 93. numero 22. qui numero 36. & numero 37. alios refert, & ibidem numero 29. 31. & 36. affert rationes, & argumenta, quorum praecipuum esse existimo quod bona patrimonialia Clericorum efficiunt ipsos Clericos censi Seculares, ut dictum fuit supra.

CAPUT IX.

Lex, & Statutum Principis Secularis circa praescriptiones, an, & quando comprehendat, & liget Clericos

DE praescriptionibus nunc agendum est, an, & quando lex, & Statutum Principis Secularis editum super praescriptionibus comprehendat, & liget Ecclesiam, & Clericos. Hoc in capite distinguo, atque constituo duos casus.

Primus est, quando lex Principis Secularis edita super praescriptionibus fuit à Summo Pontifice comprobata. Hoc sane casu sine controversia comprehenduntur, & ligantur Ecclesiam, & Clerici. Primum est exemplum in casu legis, & Constitutionis Justiniani, quae legitur in Authentica, quas actiones, C. de Sacros Ecclesie, confirmata à Papa in cap. de quarta, & in cap. ad aures, & in cap. illud. de praescriptio. His sancitum est, res Ecclesie immobiles (Romana excepta) praescribi etiam à laico cursu quadraginta annorum, sicuti Doctores ibi tradunt, & Franciscus Balbus, in tract. de praescrip. in prima particula quinta partis principalis, col. 1. qui, in prima compilatione post Baldum novellum, & Felinum, extendit procedere, etiam si agatur de praescribenda dote ipsius Ecclesie. Et idem respondit Parisius, in consil. 27. numero 59. lib. 1.

Quinque alias extensiones, & duas declarationes refert Baldus, praecitato in loco, quae facile apud eum legi possunt. Alias tradit Didacus Covaruvias, in cap. possessor. in secunda parte, §. 2. num. 3. & 4. de regulis iuris. in 6.

Secundum est exemplum in casu dictae Authenticae, quas actiones, respectu rerum mobilium Ecclesie, quae

prescribuntur cursu triennii. Quæ sanè constitutio tacite confirmata videtur à Summo Pontifice, postquam expressim correctâ non legitur, sicuti post Abbatem, Imolam, & Felinum, rejectâ opinione Jasonis, tradit Franciscus Balbus, in dicta prima particula. col. 4. ver. primo fallit in usucapione, & accedunt alii, quos recitet Didacus Covarruvias, in dicto cap. possessor. in secunda parte. §. 2. nu. 5. de regulis iuris. in 6.

Tertium est exemplum in prescriptionibus semestribus, & annalibus, ut in actionibus prætoriiis, & poenaliibus. Hæ sanè comprehendunt etiam Ecclesiam, & Clericos, contra quos decurrunt, sicuti tradunt gloss. & Abbas, in cap. cum causa, de emptio. & vendit. Felinus, in cap. de quarta in fine de prescriptionibus. & Balbus, in dicta prima particula. col. 4. ver. tertio generaliter fallit, qui, ex eodem Felino, subiungit etiam inter Clericos habere locum prescriptionem introductam à lege civili ad exceptionem non numeratæ pecuniæ. Idem scribunt alii commemorati à Didaco, præcitato in loco.

Quartum est exemplum in casu prescriptionis centenariæ contra res, & bona Ecclesiæ Romanæ, ut in eadem Authen. quas actiones. Cod. de Sacrosan. Eccles. quæ comprobata fuit à Pontifice Maximo, in cap. ad audientiam, & in cap. cum nobis, & cap. si diligenti de prescriptio. Quæ de re plura post alios scribunt Franciscus Balbus, in dicta prima particula. col. 5. ver. tertia regula est, & Didacus, in dicto cap. possessor. in secunda parte, §. secundo, numero 6. de regulis iuris. in 6. qui multas referunt declarationes.

Quintum est exemplum in casu prescriptionis judicialis, ut est illa decem dierum concessa ad appellandum. Hæc locum habet etiam contra Ecclesiam, & Clericos, etsi deinde eis conceditur restitutio in integrum, ut post alios tradit Balbus, præcitato in loco. q. 6.

Secundus est casus, quando prescriptio introducta à lege, & statuto civili non fuit comprobata à Summo Pontifice. Hoc sanè casu Ecclesia, & Clerici, non comprehenduntur nec ligantur. Ità Baldus, & Ancharanus, relati à Tiraquello, in tractatu de prescriptionibus. §. 1. gloss. 10. in principio. Francus, in cap. possessor. col. 3. de regulis iuris, in 6. & alii Doctores, quos referam statim.

Primum exemplum est in casu l. bene à Zenone, Cod. de quadriennali prescriptione, quâ sancitum fuit, quod quando Fiscus vendit rem alienam tanquam suam, excludatur rei dominus cursu quadriennii, quæ constitutio locum habet etiam in rebus Ecclesiæ ab ipso Fisco, seu Principe alienatis, iuxta dict. Authentiam, quas actiones, C. de Sacrosan. Eccles. Hæc sanè dispositio non fuit lege aliqua Pontificia approbata, & confirmata, & propterea non ligat Ecclesiam, & Clericum, quin etiam post illud quadriennium jure possit rem suam à Fisco, & Principe alienatam recuperare, sicuti tradunt gloss. in c. p. quicunque militum. 12. quest. 2. & in cap. 2. de rebus Ecclesiæ non alienandis, & ibidem Abbas, num. 7. Barba. numero 25. Jason, in dicta Authen. quas actiones. col. 1. ver. tertio pondera, Franciscus Balbus, in tractatu de prescriptionibus. in dicta prima particula quinta partis principalis. col. 2. ver. Secundo fallit in prescript. quadriennii. Afflictus, in decisione 361. numero 42. Socinus junior, in cons. 69. num. 60. lib. 1. & alios plures refert Antoninus Gabriel, in lib. 5. conclus. titulo de acquirenda possessione, conclus. 2. num. 18. qui nu. 19. post Socinum seniore, in cons. 46. col. 4. lib. 4. idem esse scribit de rebus Clerici sic alienatis.

Secundum est exemplum, quando lex, & Statu-

tum, seu Princeps concederet alicui Ecclesiæ privilegium prescriptionis centenariæ. Hæc sanè lex non comprehendit, nec ligat aliam Ecclesiam prescribentem minori tempore contra illam privilegiatam, nisi Papa confirmasset illud privilegium. Ità Archidiaconus, & Gemnianus in cap. quo iure. distinctione 8. Felinus, in cap. ad audientiam. col. ultim. ver. decimum nota. de prescript. Balbus, in dicta prima particula. ver. notandum tamen est.

Tertium est exemplum in casu, de quo respondit Ancharanus, in cons. 258. supradictum Statutum numero secundo, cum dixit statutum quod depositarius possit quinquennio prescribere depositum, etsi quoad Seculares contingat de facto observari, non tamen comprehendere, nec ligare Clericos.

Quartum exemplum est in statuto, quod nisi emptor intra certum tempus apprehendat possessionem rei emptæ, contractus presumatur simulatus, non ligatur Clericus emptor. Ità Abbas, in cap. Ecclesia Sancta Maria in secunda lectura numero 47. de consuet. & in cap. quod Clericis numero 44. de foro competentis, & Alexander, in cons. 211. n. 5. lib. 2.

Quintum est exemplum in casu Constitutionis Justiniani in §. 1. in Authen. de alienat. & emphyt. quæ statuit, quod si emphyteusis ecclesiastica aliquo casu pervenit ad Principem Secularem, si que ad Fiscum, intra biennium dicta Ecclesia declaret, an velit eam ad se redire, vel recipere canonem, & apud Fiscum relicta. Hæc sanè biennii prescriptio non currit hodiè contra ipsam Ecclesiam, quæ lege illa Justiniani non ligatur, ut in specie respondit Ruinus, in consil. 117. libro 4. numero 1.

Sextum est exemplum, & quidem egregium, & annotandum, in casu Statuti, & legis Principis Secularis, qua sancitum est, quod bonis alicujus delinquentis publicatis, vel vacantibus, morte ejus, qui nullum reliquit hæredem, Fisco delatis, si quis prætendat in eis aliquod jus, compareat coram Judice, qui de causis inter Fiscum, & privatos jus reddit, intra certum tempus ad contradicendum, & de jure suo docendum, alioqui sit perpetuò exclusus, sicuti cautum est Constitutione nova hujus domini Mediolanensis, in titulo de officio Quæstorum extraordinariorum reddituum. cap. quilibet; juncto cap. elapsis terminis, in illo enim cap. quilibet habetur editam, quod quilibet prætendens se condemnati, vel hæreditatis vacantis creditorem, vel jus aliquod habere in bonis per ipsum condemnatum relictis, aut hæreditatis vacantis, & verè, vel fidè virtute hujus legis, Constitutionis, nomine fisci apprehensis, teneatur, & debeat, si in dominio habitaverit intra tres menses. Si verò extra dominium; vel pupillus, furiosusve, aut mente captus, aut alius curator indigens, item veniens ex successione, vel persona alterius, vidua, mulier prætendens jura dotalia, intra sex menses, coram Magistratu, vel Referendariis, aut Prætoribus à Magistratu delegatis comparere, & in scriptis producere, & probare, & probatum habere per omne genus probationum omne, & totum, & jus id, quod habere prætendit in dicto condemnato, vel hæreditate jacente, vel super bonis ipsis. In eo verò cap. elapsis, &c. ità legitur, Elapsis terminis trium, & sex mensium Edicto statuto nulla amplius admittatur contra dictio. comparitiove, nec jurium productio contra Fiscum, vel bona condemnati; quin inò omnes persona, etiam ficta, & representata, sint

ipso iure exclusa, & nullum jus habere intelligantur in bonis condemnati. Hactenus Constitutio, quam existimo duabus rationibus, & argumentis non comprehendere Ecclesiam & Clericos.

Primò urget, quòd hæc dicitur quædam usucapio respectu rerum mobilium, respectu verò immobilium præscriptio, & in specie hujus constitutionis nostræ tradit Bossius, in tractatu causarum criminalium. in titulo de proclamato quod fit bonis publicatis, numero quarto, ver. usucapio enim, & numero 16. Atqui quando præscriptio, & usucapio introducta à lege, & Statuto Principis Secularis non fuit comprobata à Summo Pontifice, Ecclesia, & Clerici in ea non comprehenduntur, sicquæ non ligantur, sicuti suprâ demonstravimus multis exemplis, ergo Constitutio hæc non comprehendit, nec ligat Ecclesiam & Clericos.

Secundò accedit, quòd constitutio hæc non potest comprehendere Ecclesiam, & Clericos, quia alioqui esset contra libertatem Ecclesiasticam; Nam lex, Constitutio, & Statutum Principis Secularis dicitur contra Ecclesiæ libertatem, quando aufert, quòd jure communi concessum est omnibus, hoc est tam Ecclesiæ, & Clericis, quàm Secularibus, sicuti demonstrabimus subsequenti in capite. Porrò certum est jure communi cautum esse, quòd bona mobilia non usucapiantur, nisi cursu triennii, immobilia verò præscribantur decennio vel vicennio *l. ult. C. de præscrip. longi temporis. & §. 1. institut. de usucapionib. usum similibus.* Quòd ergò dispositione Constitutionis nostræ tollatur jus trimestri, vel semestri, repugnat Ecclesiasticæ libertati.

Nec huic opinioni repugnat consideratio Aegidii Bossii, in dicto titulo de proclamato, quòd fit bonis publicatis in fine, affirmantis, Constitutionem hanc comprehendere, & ligare etiam Clericos, qui nisi intrâ trimestre, vel semestrè contradicant, & de suo jure probent, omnino excluduntur. Eâ usus est ratio, Bossius, quia Clerici non citantur. Sed simpliciter vocantur, si præendant habere aliquod jus, juxta traditionem Baldi, in *l. Consulta ducalia* (allegare voluit Baldum, in *leg. testamenta omnia nu. 4. C. de testam.*) Felinus, in *cap. cum inter numero 4. de senten. & re judicata*, & Mariani Socini senioris, in *cap. 1. de foro competenti.* Et eadem ratione motus idem simili de statuto respondit Castrensis, in *conf. 301. prædicta dubia non videntur, col. 1. ver. & posito quòd esset lib. 2.* qui pariter allegare voluit Baldum, in *dict. lege testamenta omnia*, dum corruptè citat Bartolum: Et Baldi traditionem secuti sunt per multi, quos refert Jo. Petrus Surdus, in *decif. 26. num. 1. 2. & 3.* qui testatur in casu simili statuti Mantuani aliquos Senatores illius Senatus sensisse verum esse, quòd Ecclesia, & Clerici ligantur. Non quidem consideratio hæc obstat opinioni nostræ. Nam præter responsum, quâ subsequenti objectioni respondebimus, dicimus, quòd citatio illa, si prætendunt jus aliquod, vel si sua interesse putaverint, non cogit aliquem ad comparandum, si non vult comparere, sed facit redm voluntarium, & propterea si non comparet, non efficitur contumax, & consequenter non perdit jus suum. Itâ sanè in specie Clerici in jus vocati, si sua interesse putarit, scribunt Baldus, in *dicta leg. testamenta omnia in fine C. de testam. & ibidem manifestè Riminaldus senior, num. 7. & alii congesti à Surdo, in dicta decisione 26. num. 7. & 8.* Idem ego ipse scripsi, in *commentariis de recuperanda possessione. remedio decimo quinto. numero 227.* ubi subjunxi, numero 228. ex sententia Afflixi, in *decisione 2. numero 9.* quòd si cogeretur Clericus comparere simili citatione vocatus, iudicium esset nullum. Idem post alios scribunt Surdus

in *dicta decisione 26. numero 9. & num. 16.* & Joseph. Ludovicus, in *suis conclusionibus, conclusio 5. ver. fallit hoc editum.* Quòd verò in casu nostro Constitutio prædicta negò comparere, ostendunt verba illa: *Teneantur, & debeant*, quæ necessitatem significant. *l. sapè audiui, ff. de officio Præsud. & l. 1. §. 1. ff. quòd quisquè juris*, ubi Doctores, Alexander, in *conf. 223. in fine. lib. 2.* Decius, in *conf. 31. lib. 2.* Præterea scripsi, in *dicto remedio quinto numero 232.* ex Sententia Anchar. in *cap. ea. qua quæst. 17. derogulis juris. in 6. & Capicii, in decif. 8. num. 3.* Clericum sic citatum posse comparere, & declinando jurisdictionem Judicis Secularis petere, se remitti ad suum Judi. em.

Non etiam repugnat opinio eorum, qui distinguunt unà cum Baldo, in *dicta l. testamenta omnia. numero 6. Cod. de testam.* quòd aut Judex, qui in jus vocat Clericos prætendentes habere jus in re, est Judex competens, aut est incompetens. Primo casu citari sic potuit Clericus, & ob id iudicium erit validum. Secundo vero casu non: Et Baldum secuti sunt post alios Phanucius, in *tractatu de inventario, in tertia parte numero 23. & 24.* qui testatur sic judicasse Rotam Lucensem, se in ea sedente, & Surdus, in *dicta decisione 26. num. 11.* Non repugnat, inquam, hæc traditio opinioni nostræ, nam in casu prædictæ novæ Constitutionis duo consideranda sunt, Judicis competentia, & exclusio, si non fuerit contradicatum intra semestrem vel trimestrem. Quoad primum competentie scilicet Judicis, Baldi, & Sequacium traditio rectè procedit, ut scilicet, & Clericus teneatur comparere, & propterea si Clericus creditor ejus, cujus bona fuerunt publicata, Magistratus ipse extraordinarius esset Judex competens Clerici contra Fiscum, qui loco illius debitoris successit, cum Clericus actor in actionibus personalibus sine controversia sequatur forum rei debitoris. *cap. cum sit generale de foro competenti, & dicemus infra cap.*

Quò verò ad secundum; si non comparuit, & non contradixit intra dicta tempora, cum non excludi existimo, quia præscriptio illa non potuit contra Ecclesiam, & Clericos introduci à Principe Seculari, sine consensu Pontificis Maximi, sicuti suprâ demonstravimus. Quocirca dicimus Magistratum extraordinarium redituum, respectu caularum ad suam jurisdictionem pertinentium, permanere Judicem competentem Clericorum, elapso etiam trimestri, vel semestri, in causis scilicet illis in quibus Clericus actor tenetur sequi forum rei.

Declaratur primò hic casus, ut locum non habeat, quòd Ecclesia, vel Clericus uti vult aliqua in parte lege, & statuto inducentibus præscriptionem. Exempli gratiâ, lex, vel Statutum Principis Secularis disponit, quòd instrumentum habeat executionem paratam intrâ decem annos, & non ultrâ. Si contingat Ecclesiam & Clericum petere exequi aliquod instrumentum, objici poterit à reo convento debitore præscriptio decennalis à statuto & lege. Ita Baldus, in *l. omni novatione in fine. C. de Sacrosan. Ecclesiis*, & Franciscus Baldus, in *dicta prima particula. col. 5. ver. quinto fallit*, qui refert simile ex eodem Baldo, in *l. 2. in fine. C. de contrahen. nupti.* cum dicit, contra Clericum petentem summariam instrumenti executionem sic disponente statuto objici posse exceptionem nullitatis ipsius instrumenti, ob non solutam gabellam, ab eodem statuto solvi justam. Et idem Baldus, in *conf. 227. honestus vir fratres, propè finem libro primo*, respondit Clericum, sequi, & observare debere statuta laicorum, quando eis utitur, & agit ex ipsis, & aliis comprobavi suprâ, *cap. 2. in secundo exemplo sacri casus,*

Declaratur secundò hic casus, ut locum non habeat in Clericis pro bonis eorum patrimonialibus, adversus quæ decurrit præscriptio à lege civili induta contra bona Secularium, etsi Pontifex Maximus ipsam legem civilem non confirmavit. Ità tradunt glossa, in cap. 1. 16. quest. 4. & in cap. quamquam de censibus. in 6. & ibidem Archid. & Gera. sic & Abbas in cap. 1. col. 4. de consuet. & in cap. 2. & in cap. si diligenti in ultima quest. de prescriptio. Salicetus, in Authentica, quas actiones in fine. C. de Sacrosanctis Ecclesiis, Francus, in cap. 1. col. 1. in fine de prescriptio. in. 6. Imola, in repet. cap. ult. col. ultima de prescripti: Romanus, in l. usucapio ff. de usucapio, & in singul. 453. Tuscius generale; Felinus in cap. 2. in fine. eo: titulo. Franciscus Baldus, in tractatu de prescriptionibus, in dicta prima particula quinta partis principalis quest. 5. & Tiraquellus, in tractatu de prescriptionibus. §. 1. glos. 10. ver. sed an etiam.

Non præmittam hoc in loco referre, quod docuit Baldus, in rubrica extra de Constitutionibus n. 10. valere statutum Principis Secularis, vel Civitatis, quòd Ecclesia nullo tempore præscribere possit datia, sicquæ vestigalia, & collectas, ne Civitas illa perdat, & iis privetur. Eà ratione usus est Baldus, quia sicuti Ecclesia vult sua privilegia sibi intacta servari, & ità respública, cui concessum fuerat privilegium exigendi vestigal. & collectas ab Ecclesia, & Clericis. Et quemadmodum Respublica, adiungit Baldus, potest rei suæ legem imponere. *l. si ita quis §. ea lege, de verborum obligatio.* Sic & Statutum. Cæterum à Baldo, dissentit Socinus junior, in l. filiusfamilias. §. divi. n. 172. de leg. 1. Qua de re amplius deliberandum est, Interim.

CAPUT X.

Libertas Ecclesiastica an, & quando ledi dicatur, legibus, & statutis Principis secularis.

Gravissimæ, ac meritò indictæ sunt pene adversus eos, qui Ecclesiæ libertatem ædunt, & offendent. Federicus Tertius Imperator, qui aliquando Romanis Pontificibus infestus fuit, sedente Honorio tertio Pontifice maximo, à quo Imperii coronam est adeptus, edidit constitutionem illam, cujus inscriptio, & rubrica est de statutis, & consuetudinibus contra libertatem Ecclesiæ &c: quæ ita statuit. *Nos Federicus Romanorum Imperator semper Augustus, hac edictali lege irritamus, & irrita nuntiamus omnia statuta & consuetudines, qua civitates, vel loca, Potestates, Consules, vel quæcunque alia persona contra libertatem Ecclesiæ, vel Ecclesiasticas personas edere, vel servare adversus canonicas, vel Imperiales sanctiones præsumperint, & ea de Capitularibus suis mandamus, intra duos menses post huius publicationem edicti penitus aboleri. Et si de Cætero similia attentaverint, ipsos iure decernimus esse nulla, & eos suâ jurisdictione privatos superiori protinus aplicandâ, nec non locum ubi deinceps talia præsumpta fuerint banno mille marcharum præcipimus subiaccere. Potestates verò, Consules, Rectores, Stuararii, & scriptores dictorum statutorum, nec non & Consiliarii locorum ipsorum, qui secundum statuta vel consuetudines memoratas judicaverint, sint ex tunc ipso iure infames, quorum sententias, & alios actus illegitimos præcipimus aliquatenus non tenere. Quod si per annum huius nostræ Constitutionis inventi fuerint contemptores, bona eorum per totum nostrum Imperium mandamus impunè ab omnibus occupari, salvo nihilominus aliis pœnis contra tales in generali Concilio*

promulgatis. Hactenus Federicus, cujus constitutio relata est in Authentica *causa C. de sacrosanctis Ecclesiis*, etsi non satis perfectè. Summi Pontifices Honorius Tertius, in cap. *noverint, de senten. excom.* Bonifatius Octavus, in cap. *ult. de immunitate Ecclesiæ.* libro 6. ex communicationis pœnam omnium gravissimam addiderunt. Cæterum dubitatio veriatut, quæ leges & statuta dicantur adversus libertatem Ecclesiæ & personarum Ecclesiasticarum. Felinus, in cap. *Ecclesia Sancta Maria n. 69. de constit.* tres Interpretum opiniones commemorat Crediderim totam hanc disputationem explicari sic posse. Libertas Ecclesiæ à duobus tantum provenit, vel à jure ipso communi, quod est idem ei concessum, quod populo, & secularibus; vel à privilegiis, sive à legibus specialibus favore ipsius religionis. Duo itaque capita constituo, atquæ distinguo.

Primum est, quando agitur de libertate proveniente à jure communi, utputa jure ipso communi permissum est laicis, de rebus suis in ultima voluntate disponere. *l. 1. C. de sacrosan. Eccles. & cap. 2. verba disponat. in Authen. de nuptiis.* Permissum est & contrahere. *l. nunc emere ff. de contrahen. empti. & l. invitum, & l. in vendentis C. eo.* Hæc libertas communis est etiam cum ipsa Eccl. quæ nisi legibus Pontificiis impdiatur, potest de rebus suis disponere, & contrahere emendo, vendendo, donando, & testando: si ergo contingat lege, vel statuto Principis secularis, vel populi tolli, & auferri ab Ecclesia, seu Clericis ipsis, hæc contrahendi, & disponendi facultas, id fieri dicitur contra libertatem Ecclesiasticam, sicuti scribunt Lupus, in allegat. 92. n. 3. Imola, & Anchar. in cap. *Ecclesia Sancta Maria de constit.* Fulgosius, in *Authentica causa C. de sacrosan. Eccl.* Abbas, in *conf. n. 2. lib. 1.* Butrius, in cap. *Noverint de senten. excom.* Alexander, in *conf. 59. n. 2. lib. 1. in conf. 209. & conf. 210. lib. 2. & conf. 17. lib. 5. n. 5. lib. 4.* Barbat. in *conseq. 31. col. 1. lib. 4.* Socinus Senior, in *cons. 56. n. 2. lib. 1.* Felinus, in dicto cap. *Ecclesia Sancta Maria n. 69.* verb. *tertia fuit opinio, & ibidem Decius n. 3.* Opizonus in l. *filiusfamilias §. divi. n. 93. de leg. 1.* Bossius, in *tractatu causarum crim. in titulo de Principe & ejus privilegiis n. 220.* Maranta, in *disputatione 8. n. 3.* Nevizanus, in *cons. 39. n. 6.* Abbas, in *cons. 8. n. 3.* Didacus, in cap. *possessor. in secunda parte, §. 4. n. 8. verb. ex qua, & Octavianus Vulpellus, in tractatu de libertate ecclesiastica in prima parte. n. 4. ver. idemque visum est.* Horum vera, & recepta traditio probatur constitutione illâ Bonifacii Octavi Pontificis maximi in dicto cap. *ult. de immunitate Ecclesiæ.* in 6. cujus verba hæc sunt, *Eos, qui temporale dominium obtinentes suis subditis, ne Prelatis, aut Clericis, seu Personis Ecclesiasticis quidquam vendant, autemant aliquid ab eisdem, neque ipsis bladum molant, coquant panem, aut aliqua obsequia exhibere præsumant aliquando interdicitur (cum talia in derogationem libertatis Ecclesiæ præsumantur) eò ipso excommunicatione sententia decernimus subiaccere.* Hæc Bonifacius Octavus, qui verè loquitur de libertate proveniente à jure communi, quæ & secularibus communis est; nam emere, & vendere, ut diximus supra, permissum est omnibus Jure communi, sic molere bladum, & coquere panem; & his intelligimus non rectè sensisse Zabarellam, in *Conf. 144. n. 3. in. 4.* cum dixit, hanc facultatem, à jure communi proveniente non esse Ecclesiæ libertatem, cum libertas dicatur, quando aliquid speciale concessum est Ecclesiæ, & idem docuit Castrensis, in *Authen. causa. de sacrosan. Ecclesiis* qui refert idem sensisse Innocentium, in dicto cap. *noverint*, etsi eo in corpore hoc non scripsit. Idem etiam senserunt Baldus, in *Rub. extra de constit. n. 2.* & Decius, in cap. *Ecclesia Sancta Maria n. 1. eodem titulo, & in dicta authentica*

then. cass. n. 17 dum constituunt differentiam inter jus, & libertatem Ecclesie. Repugnat sane hæc Baldi, Zabarellæ, Castrensis, & Decii traditio illi cap. ult. *de immunit. Eccles.* & receptæ aliorum sententiæ, & hæc quidem communis opinio procedit etiam quando statutum tolleret, vel impediret Ecclesie libertatem: exemplum afferri potest in casu doctrinæ, & traditionis Bartoli. *in l. 1. qua oneranda n. 2. ff. quarum rerum act. non datur, & in aut. cass. n. 5. C. de sacrosan. Eccles.* cum dicit statutum Civitatis, quod occidens clericum puniatur pœnâ pecuniariâ decem librarum: hoc statutum inquit Bartolus est contra libertatem Ecclesie, & Clericorum, qui ob ipsum statutum redduntur timidiore, & seculares magis audaces, & Bartolum secuti sunt Baldus, *in rubr. extra de constitutionibus n. 3. & 4. & in Authen. Cass. C. de sacrosan. Eccles.* & ibidem Salicetus, *quest. 1. Imola, in l. non amplius de leg. 1. Abbas, in dicto cap. Noverint. n. de sentent. Excommu. Abbas, in conf. 83. n. 1. lib. 1. Anchar. in repet. cap. 1. n. 128. de Constit. Cæpola, in conf. 15. n. 5. qui respondit super simili statuto Paduæ; Socinus, Senior, in conf. 122. n. 5. in fine lib. 1. & Barbat, in conf. 31. col. 1. n. 4. Existimo dici posse, statutum hoc auferre à Clericis indirectè, quod jure communi eis concessum est, nempe quod homicidia puniantur pœnâ Corporali & in specie ita sensit Castrensis, *in dicta Authentica Cass. n. 4. ver. sed Bartolus tenet C. de sacros. Eccles.* & manifestus Decius, *ibidem n. 3. in dicto cap. Ecclesia Sancta Maria n. 4. ver. & isto casu de constit.* Est etiam contra libertatem communem, cum differentiam constituat inter ipsos Clericos, & seculares, qui in his æquales esse debent, imò nec inter seculares valet hoc statutum, sicuti scribunt Archidiaconus, *in cap. duo ista 23. quest. 3. & Baldus, in dicta rubr. de constit. n. 4. Crotus, in l. omnes Populi. n. 29. de instit. & jure.* Simile est, quod tradit Salicetus, *in dicta Authen. Cass. n. 5. quest. 7. C. de sacrosan. Eccles.* si statutum disponit, quod declinans jurisdictionem Prætorii careat protectione Civitatis, & Communis. Hoc sanè statutum indirectè lædit libertatem Ecclesiasticam proveniente à Jure Communi, quò sancitum est, Ecclesiam esse à Principe seculari protegendam, atque defendendam idem quod Salicetus scribunt Lupus, *in allegatione 29. n. 7. Butrius, in cap. tuam. il. n. de decimis. Rom. in l. finus n. ff. de aqua plu. arcenda, Abbas, in cap. Eccle. Sancta Maria. in sec. lectura n. 28. de constit. & ibidem Felinus, n. 70. Francus, in cap. ult. n. 2. in fine. de imm. Eccl. in 6. qui Socin. sen. in conf. 122. lib. 1. Ruinus, in conf. 95. n. 6. lib. 1. in conf. 143. n. 18. lib. 4. & in conf. 4. n. 4. lib. 5. qui afflicti, in tractatu de jure Protomisec. n. 18. Alciatus, in Authen. cass. n. 4. C. de Sacrosan. Eccl. qui unò ore dixerunt non valere statutum, quòd nemo possit declinare forum, alioqui ejus sanguine aliqua pœna plectantur, non cõprehendere Clericos declinantes forum secularem. Et accedit simile, quòd tradit Baldus, *in l. Hæres meus §. quod in fraudem ff. de condit. & demonstrat. non valere statutum, quòd Clericò condemnatò appellante, certâ pœnâ plectantur ejus sanguine conjuncti, & hujus quidem traditionis & sententiæ est vera, & solida ratio, quòd iustus metus inferri dicitur, quando infertur consanguineis, ejus quem volumus aliquid contra suam voluntatem, & jus facere, sicuti scribunt Bartolus, *in l. 1. in fine, ff. de his, qua pœna nom. in l. de pupillo. §. si quis ipsi Prætori. n. 18. ff. de operis novi nunciat. & in l. si penes C. de Agricol. & cens. lib. 11. Baldus, in l. 1. in principio. C. de Episcopis, & Clericis, Angelus, in l. 1. ff. in jus vocati, ut eant, Barbat, in conf. 29. lib. 4. Crotus, in l. omnes Populi. n. 49. ff. de instit. & jure, Felinus, in cap. Eccl. Sancta Maria. n. 99. & ibidem Decius, n. 46. de Constit. & Marsilius, in****

sing. 204. Parisius, in conf. 5. n. 161. lib. 4. & idem ego scripsi, in lib. 2. de arbitrar. Judic. casa 135. in fine. Est ergo accuratè observandum, ne Clericorum affines, & sanguine conjuncti, Coloni, & similes graventur, quando Clerici ipsi gravari non possunt, quòd si jure, aliquo in casu, possunt, & ferre onus recusant, locus non est pœnæ lædenti Eccl. libertatem & Imm. Nec est quòd hoc loco referam quinque illas cautelas, quas ad evitandam hanc pœnam declinantis forum secularem tradit Felinus, *in dicto Cap. Eccl. Sancta Maria n. 71. 72. 73.* quia de eis differemus infra.

Hujus verè, & receptæ traditionis, quòd scilicet libertas Eccl. lædi dicatur, quando Eccl. & Clericis, aufertur, vel impeditur id quod Jure cõmuni concessum est, tam eis, quam Secularibus, exempla permulta afferri possunt. Primum est, quando statutò Civitatis sancitum est, quòd Cives omnes teneantur sub certa pœna accedere ad molendum blada in molendinis ipsius Civitatis, vel ad coquendum panem in ejus furnis. Hoc sanè statutum indirectè lædit, & impedit libertatem Eccl. seu Clericorum, quibus Jure communi, ut diximus supra, permixtum est ire ad molendum, & coquendum in quovis molendino, & furno, ac etiam concessum est habere molendina, & furnos, ex quibus redditus, & emolumenta percipiunt. Ità scribunt.

1. Calderinus, inter consilia, Anch. conf. 12.
2. Collegium Bononiense, inter consilia ejusdem.
3. Anchar. in conf. 13. n. 3. in conf. 155. n. 7. & in conf. 298. in Territorio n. 5. & repet. cap. 1. q. 11. 108. de constitut.
4. Abbas, in cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ n. 31. & in 2. de constitut.
5. Alex. in conf. 211. col. ult. n. 10. lib. 2.
6. Caccialupus, in l. omnes Populi. n. 94. ff. de Just. & Jure.
7. Socinus Senior, in cons. 56. n. & in cons. 272. n. 8. ver. hoc idem voluit. libro 2.
8. Jalon, in l. 1. n. 8. ff. de legibus. in l. Civitas. n. 10. ver. pro isto ultimo. ff. si certum petatur, & in l. quominus. quest. 25. n. 156. ff. de illumin.
9. Decius, in cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ n. 49. ver. Septimo non valet de constitut.
10. Boërius, in q. 125. n. 4.
11. Ripa, in lib. primo respons. cap. 15.
12. Gram. in decis. 100. n. 14.
13. Didacus Covarr. in cap. possessor. in 2. parte. §. 4. n. 8. regulis juris. in 6.

Contrariam itaque opinionem, malè probant alii, multi nempe.

1. Baldus, inter consilia Anchar. in cons. 11.
2. Calderinus sibi parum constans, in cons. 21. Incipit Episcopus, tit. de constit. cui subscripsit Anchar, sibi etiam contrarius.
3. Jalon quoque sibi parum constans, in cons. 25. 6. col. 3. ver. similiter laici, lib. 2. & in cons. 39. in fine lib. 3. & in l. filiusfamilias. §. divi. col. 11.
4. Felinus, in cap. Eccl. Sanctæ Mariæ n. 104. ver. Sed adde de constit.
5. Decius, in cons. 269. col. 4. n. 7. ver. & hoc est præsertim dicendum. in cons. 271. col. 4. ver. non obstat alia ratio, & in conf. 293. col. penult. in fine.
6. Curtius Junior, in conf. 247. in fine.
7. Cravetta, in tractatu de antiqui. tempo. in quarta parte principali, in quarta particula, quæ incipit. Circa præmissa. n. 8. ver. sed contrarium, qui n. 17. negat, & malè hoc statutum repugnare juri communi, quò inquit Cravetta, non cavetur quòd Ecclesia cogere possit aliquem ad molendum suis in molendinis, sed solùm tollitur beneficium juris communis personis, quæ à statuto coguntur ad molendum

dum in molendinis Civitatis, & Subditi non possunt, inquit Cravetta, -de hoc conqueri, quia de hoc fieri potest statutum tale ob publicam utilitatem etiam contra jus commune. Hæc sanè consideratio vera non est, cum, ut rectè animadvertit Didacus, in dicto §. 4. n. 8. ver. unde constat, repugnet illi Constitutioni Bonifacii Octavi in dicto cap. ult. de immun. Eccl. in 6. Non etiam est verum, quod subiungit idem Cravetta, *præcitato in loco*, n. 17. in fine, & n. 18. nil dici posse sancitum contra libertatem Ecclesiæ, quia quod Eccl. periperet commodum, & utilitatem, ex accessu laicorum ad ejus molendina, illud erat ex gratia, & beneficio ipsorum laicorum, qui poterant non accedere. Sed videtur, inquit Cravetta, quòd possint laici statuendo denegare eorum beneficia Eccl. quia injuriam non facit, qui beneficium impedit, ut scribunt Baldus, in l. de quibus. q. 6. ff. de legibus, & alii à Cravetta congesti. Non equidem vera est hæc consideratio, cum statutum tollat libertatem illam Civibus suis jure communi, non autem lege, & statutò Civitatis, concessam eundi, vel non eundi ad molendina Eccl. & per indirectum necessitatem inducit, ut non eant, civium enim libertas non provenit à statutis Civitatis sed ab ipso jure communi.

Cæterum recepta illa opinio, quòd hoc statutum non valeat in detrimentum libertatis Ecclesiasticæ locum non habet, quando pro publica, communiquè utilitate tam Clericorum quàm Secularium, juxta temporis, & publici status conditionem maxime conveniat ita statuerè, ut si civitas tempore penuriz ob periculum, ne annona deferatur, statuit, ne quis triticum ad Molendinum extra Civitatem deferat, nisi duodecima pars tritici, quæ molendini ratione dari solet, in ipsius Civitatis exitu, Portarum custodibus solvatur, Communitatis nomine recipientibus id pro molendinis, quæ extra Urbem Respublica habens, ad quæ deferendum est triticum, ut ibi molatur; nam si ex hoc statuto sequitur dampnum Ecclesiis, quoad eorum redditus, qui ex molendinis Ecclesiarum extra Urbem existentibus percipiuntur, attamen ne tota Respublica gravissimum damnum sentiat, & patiatur, cui quidem damno provideri, & obviam ita aliter non potest, admittendum est statutum, quod non est conditum ad augendos redditus Civitatis, & Universalitatis, sed ad evitandum grave imminens detrimentum. Ità Didacus in dicto §. 4. n. 9. ver. hinc denique, qui sic intelligit; & rectè respondisse scribit Baldus; *inter consilia Ancharani. in conf. 11. & Calder. in conf. 20. titulo de constitutionibus.* comprobatur Didacus, in dicto §. 4. ver. tertium &c.

Secundum est exemplum in statuto Perusino, quòd sancitum est, quòd quilibet conductor renunciare possit conductioni, pro tempore futuro factæ à Collegiis, & Universitatibus, ac etiam ab Ecclesiis &c. Hoc statutum esse constat contra libertatem Ecclesiæ Ità Bartolus, in conf. 187. Domini Priores n. 3. ver. præterea tale statutum lib. 1. Anchar. in repet. cap. 1. n. 169. ver. quarto etiam de questione de constitutio. Abbas, in cap. Eccl. Sancta Maria in prima lectione n. 24. & in secunda lectione n. 30. eodem tit. de constit. & ibidem Felinus, n. 104. ver. secundum exemplum, & Decius, n. 46. ver. expressis, & Socinus Senior, in cons. 26. n. 2. ver. hoc etiam lib. 1. Eà ratione, & argumento usus est Bar. privilegium esse Eccl. quòd nulla universitas, vel privata persona invadere debet ipsius Eccl. res & bona. Authentica. nulla communitas C. de Episc. & Clericis. Porro hæc communitas invadit bona Eccl. dum Eccl. obligatos ab obligatione dissolvit, & liberat. Rectius fortè dici posse existimò, hoc statutum esse contra libertatem Ecclesiasticam

Provenientem à jure communi; quòd sancitum est obligationes esse ab initio voluntatis, ex post verò necessitatis. l. sicut C. de actio, obligat. cum similibus, & ob id eas Eccl. sine ejus factò tolli non posse l. id quod nostrum ff. de regulis juris.

Tertium est exemplum in statuto, quòd cautum est, quòd si per conductorem, vel locatorem non fuerit protestatum per tres menses ante finem locationis, vel conductionis, quòd non intendit ulterius perseverare in locatione, vel conductione, intelligatur facta relocatio, vel reconductio pro eodem tempore, & cum iisdem conditionibus. Hoc statutum non comprehendere Eccl. & Clericos, quia esset contra eorum libertatem, scribunt Anchar. in cons. 17. n. 14. ver. sed constat. lib. 4. Crotus, in l. omnes populi. n. 83. ff. de justitia, & jure, & Decius, in cap. Eccl. Sancta Maria n. 46. in fine. de constituit. Repugnat sanè statutum hoc libertati Eccl. provenienti à jure communi, nempe à l. Item quaritur. §. qui impleto ff. locati, ubi non censetur facta relocatio, & reconductio, nisi locator sciat, & patiatur locatorem perseverare in ipsa locatione, qua de re copiose admodum scripsi in commentariis de presumptionibus. lib. 30. præsumptione 83. Hoc simile est, quòd ex sententia Joannis Andree, & Butrii, in cap. vestra de locato, & conductione. respondit Calcas, in conf. 7. n. 19. ver. & ad hoc accedunt, cum dixit, statutum Civitatis, quòd Clericorum domus locari non possit cariori pretiò, quam annò præteritò, esse contra libertatem Ecclesiasticam, & ob id non valere.

Quartum est exemplum in statuto disponente, quòd Ecclesia, vel Clericus non possit hæres institui. Hoc sanè statutum esse contra Ecclesiasticam libertatem à jure communi proveniente scribunt Castrensis, in conf. 5. dicendum est lib. 2. & de legato, quòd Ecclesiæ relinqui non possit. Zabarella, conf. 66. in fine, Decius, in cap. Ecclesia Sancta Maria. n. 49. ver. octavo non valet de constit. & accedunt Baldus, in conf. 132. casus quidam vocatus. in fine. lib. 3. Crotus, in repet. l. omnes populi n. 79. qui n. 81. declarat non procedere, quando statutum prohiberet relinqui Ecclesiæ in prejudicium filiorum, sicuti responderunt Anchar. in conf. 30. Abbas, in conf. 64. lib. 1. & Zabarella, in conf. 141. Et accedit, quòd tradit Abbas, in dicto cap. Ecclesia Sancta Maria in secundæ parte. n. 38. de constit. cum dicit, statutum prohibens mulierem testari certâ solemnitate non observatâ, non prohibere, quin Ecclesiæ possit liberè relinquere. Et Abbatem secuti sunt multi relati à Lambertengo, in commentariis super statuto Mediolani, quòd mulier non possit contrahere &c. ad finem n. 135. ubi, n. 136. refert alios multò plures, qui ab hac opinione dissentiunt.

Declaratur prædicta, ut locum non habeant in statuto edito ad tollendum oppressiones, quale est statutum Perusinum, quòd cautum est, quòd nullus Comes, vel Marchio, vel natus de prole militari ex linea paterna audeat, vel præsumat per se, vel interpositam personam recipere, vel in se transferre aliquam actionem, vel cessionem quocumquæ titulo inter vivos contra aliquem popularem, personalem, vel realem. Hoc statutum comprehendit etiam Clericum, & Ecclesiam cedentes actiones suas comiti, vel Marchioni contra popularem, nec dicitur contra libertatem Ecclesiasticam. Ità respondit Federicus de Senis, in conf. 85. statutò Civitatis Perusina n. 4. ver. non obstat, quòd dicitur, quem secuti sunt Cardinalis Zabarella, in conf. 144. n. 4. ver. idem sensit, & n. 6. ver. ex quibus, & in cap. perpendimus. col. 17. ver. ad idem induco, de senten. excom. Abbas, in cap. Ecclesia Sancta Maria in secunda lectione. col. penult. n. 44. de constit. & in cap. quòd Clericus. & ibidem Barbatia, n. 78. de foro compositensi, Alex. in conf. 93. n.

45. *lib. 2. repetiturum in conf. 22. lib. 6. & idem Alex. in conf. 143. n. 5. lib. 7. qui respondit simili in casu super statuto Mediolani, & alios quam plures, qui Federicum secuti sunt refert Tiraquell. in tractatu de nobilitate. cap. ult. n. 105. & Nevitz, in conf. 39. n. 22.*

Cæterum præta commemoratos doctores crediderim dici posse hoc in casu non lædi aliquò modò libertatem Ecclesiasticam proventientem à jure còmunì, cum eo jure prohibitum sit omnibus cedere, & transferre jus suum in potentiozem sicuti statuerunt Imperatores, in l. 1. l. 2. C. ne liceat potentio.

Quintum est exemp'um in statuto, quò est sancitum, quòd Clericus, vel religiosus iam ingressus religionem, & Monasterium non possit succedere alicui ab intestato morienti, sicuti cautum est statuto Papiensi in civilibus 101. rubr. de illis, qui se dedicaverunt. Verba statuti hæc sunt. *Item statuimus, si aliqua persona professa fuerit regulam aliquam, vel se dedicaverit alicui regule, non succedat in hereditate, vel bonis alicuius ab intestato.* Hoc sanè statutum tanquam contra libertatem Ecclesiasticam non valere scribunt quatuor, & viginti ii Doctores.

1. Bartolus, in l. ult. n. 6. ver. si vero statutum disponit. C. de pactis, & in conf. 37. n. 3. lib. 1.
2. Baldus, in eadem l. ultima n. 14. ver. si vero statutum, & in conf. 216. moniales. lib. 2.
3. Angelus, in sua disputat. Nobilis quidam genere. col. antepen. ver. id unum tamen, & in dicta l. ultima.
4. Castrenf. in conf. 35. primum dubium, de quo queritur in suo loco.
5. Romanus, in l. stipulatio hoc modo concepta. n. de verb. obligat.
6. Imola, in cap. quamvis. n. de pactis in 6.
7. Salicettus, in authentica cassã. n. 14. C. de sacrosanctis Eccles.
8. Gemin. in cap. quamvis. de pactis in 6.
9. Alex. in l. ultima. n. 9. C. de pactis.
10. Barbat. in conf. 4. col. 7. n. 9. lib. 1.
11. Socinus Senior, in conf. 241. n. 2. lib. 2.
12. Felinus, in cap. Eccl. Sanctæ Mariæ. n. 79. de constit.
13. Ruinus, in conf. 95. n. 2. & n. 12. & 13. lib. 1.
14. Jason, in l. ultima. n. 24. C. de pactis.
15. Decius, in eadem leg. ult. n. 28. & in cap. in præsentia. n. 53. de probatio.
16. Curtius junior, in dicta l. ult. n. 39.
17. Purpuratus, ibidem. n. 172.
18. Cagnolus, eodem in loco n. 185.
19. Brunus, in tractatu quod stantibus masculis &c. art. 6. n. 33. in fine.
20. Ripa, in libro primo responforum cap. 4. n. 2. secundum impressionem antiquam Lugdunensem, qui respondit super statuto Papiensi supra relato.
21. Alciatus, in Authentica, cassã. n. 7. C. de sacrosanctis Eccles.
22. Prosper Paschettus, in conf. 30. col. 1. & conf. 31. col. 1.
23. Andreas Gailius in lib. 2. practicarum conservationum observatione 32.
24. Veggius in conf. 4. n. 9. qui respondit in casu dicti statuti Papiæ n. 101. in civilib. Idem est, quando statutò cautum est his verbis, quòd ingrediens Religionem non succedat; nam adhuc non valere hoc statutum tanquam Ecclesiæ lib. repugnans, tradunt Baldus, in l. omnes Populi ver. sed quidquid si statutum diceret ff. de Just. & Jure.

Angelus, in l. ult. n. C. de pactis, & in dicta disputatione nobilis quidam genere. Castrenf. in l. si quis id quod n. de Jurisdictione omnium Judicum, in conf. 335. primum dubium. Abbas, in cap. Eccle-

siæ Sanctæ Mariæ. in secunda lectura. n. 35.

Nicolaus de Ubaldis, in tract. de successioneibus ab intestato. in verbo, finita. n. 7. ver. an valeat statutum.

Alex. in l. stipulatio hoc modo concepta. col. ult. de verbo obligatio. & in conf. 139. in fine lib. 2.

Crotus, in l. omnes Populi. n. 82. ff. de Justitia, & Jure. Mathas. in notabili 145. Socinus Senior, in conf. 189. n. 4. lib. 2.

Decius, in l. ult. n. 28. de pactis, & in cap. Eccl. Sanctæ Mariæ n. 49. de constit. & in cap. in præsentia n. 53. de probatio. qui testatur hanc esse receptam opinionem.

Brunus, in tractatu, quòd stantibus Masculis feminæ non succedant art. 6. n. 32.

Curtius junior, in dicta l. ult. n. 4. C. de pactis. Purpur. in eadem l. n. 172.

Cagnolus, ibidem. 186.

Idem ego ipse scripsi in conf. 196. n. 32. lib. 2.

Dissentiunt quidem à prædictis Bartolus, in l. ultima. n. 6. C. de pactis, Baldus, sibi contrarius, in l. Deo nobis n. 5. ver. aut dicit, quòd ingrediens C. de Episcopis, & Clericis, & in dicta l. ult. n. 14. ver. item faciunt prædicta.

Verum rationes, & argumenta, quibus moti hi sunt, levia, & minus vera sunt, ut illud primum, quòd verba hæc, quòd ingrediens, &c. verificantur in seculari non autem in Religioso, cum nondum sit ingressus, sicuti dicimus, verba hæc verificari in vivo, non autem in mortuo l. qui duos ff. de manumiss. testa. & egregie scribunt Bart. in repet. l. 1. n. 37. C. de Sacrosan. Eccles. Alciatus, in lib. 2. Parerg. Iuris cap. 44. Socinus junior, in conf. 169. n. 5. lib. 2. nam respondetur, quòd etiam si admittimus hæc verba, quòd ingrediens, verificentur in Seculari, attamen cum Secularis metu amissionis successioneis, facile possit retrahi ab ingressu, statutum tanquam Ecclesiasticæ libertatis impeditivum non valet, ut diximus sup.

Idem est quando statutò cautum esset, quòd ille, qui habetur pro mortuo, non succedat, sicuti sancitum est statuto Mediolanensi. cap. 284. cujus rubrica ita habet. quòd ille qui reputatur pro mortuo, non admittatur ad partem in successioneibus, nec faciat partem. verba verò textus ipsius statuti sic leguntur. *Ille persona, qua de Iure communi pro mortua civiliter reputatur, in successioneibus non admittatur ad partem, nec faciat partem, & quoad successioneem tam ejus, quam alterius in omnibus, & per omnia habeatur, & reputetur, ut mortua, ac si naturaliter, & verè esset mortua, antequam reputari possit pro mortua ut sup. & prædicta non habent locum in illa persona, qua civiliter habetur pro mortua propter aliquod delictum, vel ocas. alicujus del. & hoc statutum locum habet in casibus præsentibus, & fut.* Hactenus statutum, quòd quidem, ut rectè advertit Carpanus, in illius commentariis n. 2. loquitur de eo, qui iam ingressus est Religionem, cum is dicatur civiliter mortuus, sicuti præter Bartolum, in § quoque illud n. 6. in authentica de monachis, Baldum, in Authen. excipitur n. 3. C. de bonis qua liberis, Albericum, in l. Deo nobis n. 1. C. de Episcopis & Cler. & Philippum P. obum, in additionibus ad Ioannem monachum in cap. presenti n. 3. de officio ord. in 6. & Alciatum, in l. stipulatio ista §. alteri n. 23. de verborum obligat. allegatos à Carpano, scribunt. Hoc statutum tanquam contra libertatem Ecc. non valere satis constat ex dictis in principio hujus exempli. Et in specie hujus statuti sic respondit Decius, in conf. 114. col. ult. ver. tertio principaliter.

Verum repugnant considerationes aliquæ, Carpani in comment. ad prædictum statut. n. 9. ver. quòd autem statutum

Statutum hoc valeat. &c. Quarum prima est, quod vinculum est iunctum, quod antequam hic volens succedere, esset effectus religiosus juxta ea, quae scribit Lupus, in *allegatione* 101. n. 26. quem secuti sunt Abbas, Castrensis, Romanus, Felinus, Socinus senior, & alii commemorati supra in *cap. 20. in secundo exemplo secundi casus.*

Respondetur Lupum, & sequaces loqui, quando Statutum generaliter loquitur, quod nulla mulier succedat, existente masculo, nam tuac comprehendit mulierem, quae post conditum testamentum ingressa est religionem, ut scripsi in *dicto secundo exemplo*, sed diversum est in casu nostro, in quo statutum specificè excludit jam ingressam ipsam religionem, quod nec quidem supremus Princeps Secularis facere potest, sicuti dictum fuit supra *cap. 19. in primo casu.* Et his tollitur, quo subiungit idem Carpanus, *ibidem num. 5. ver. nec in hoc dici potest, &c.* hoc statutum dici non posse contra libertatem Ecclesiasticam, est enim verè ipsius Ecclesiae libertatem jure communi concessam tolli aut manifestum est. Et quod subiungit Carpanus, non laedi libertatem Ecclesiasticam quando tollitur privilegium concessum à Principe, ut dicemus in fine hujus capituli, falsum est in casu nostro, cum facultas foeminis concessa, ut aequè ac masculi succedere possint, non est concessa à Principe, & statuentibus, sed à jure communi *l. maximum vitium, Cod. de liberis praeeritis.* Secundò Carpanus, *ibidem ver. quod autem valeat statutum &c.* motus est auctoritate quamplurium, nempe Zabarella, in *conf. 144. n. 5.* Aretini, in *l. ut. num. 17. C. de Summa Trinitate, & fide Catholica.* Castrensis, in *conf. 423. num. 3. lib. 2.* Mathaei, in *notab. 144. & aliorum*, quos ibi recenset. Verùm respondetur contrarium sensisse Zabarellam in *d. conf. 144. num. 5.* cum dicit, statutum specificè, vel generaliter, comprehendens Clericos, & Ecclesiasticos, laedere libertatem Ecclesiasticam, & ob id non valere, Aretinus verò, in *dicta l. 1. num. 17. in fine, C. de Summa Trinitate, & fide cathol.* loquitur de statuto generaliter loquente, edito antequam pretendens succedere esset religionem ingressus. Sic & Castrensis, & Mathaeus, & reliqui quos supra suis locis commemoravi, & declaravi. Tertio arguit Carpanus, *praeiudicatum in loco, num. 4.* hoc statutum sic usu, & consuetudine esse hac in Urbe Millani receptum & observatum, ut testatur Alciatus, *respon. 500. in fine, respon. 502. num. 4. in fine, & in respon. 633. & ibidem, inter consilia Abbat. in conf. 32. num. 10. ver. & istud est clarissimum. lib. 1.* Atqui dispositio consuetudine, & usu recepta observari debet tanquam valida, ut responderunt Socinius senior, in *conf. 145. num. 2. ver. confirmatur lib. 2. & Calcan, in conf. 7. 17. & 19. & Alciatus, praecisatis in locis, & aliis comprobatur ipse Carpanus. Ergo hoc statutum jure valet, & obsevari debet. Ceterum respondetur vii ex consuetudine tolli, & laedi non posse libertatem Ecclesiasticam scripsi supra *cap. 6. & infra lib. 2.* Nec repugnant auctoritates allegatae ab Alciat. in *dicta responsione 502. num. 4. in fine, Nam Calcan. in conf. 3. num. 27.* Scribit, non valere consuetudinem Secularium circa spiritualia, ergo nec contra Ecclesiasticos valere debet, cum sint personae spirituales. Socinus verò senior, in *conf. 145. num. 5. lib. 1.* ab eodem Alciato allegatus loquitur. Est itaque retinenda opinio, quod hoc statutum non valeat, & ipsemet Carpanus, *praeiudicatum in loco num. 6.* scribit negari non posse quin hoc statutum sit contra libertatem Ecclesiasticam. Quod etiam locum habere intelligo, & si ingressus quis esset religionem bonorum incapax putà minoritatem, licet Alciatus, in *respon. 708.* aliter respondit, nam ob id quod specificè de religiosis loquitur, defectu potestatis, ut*

diximus supra, non valet.

Sextum est exemplum in casu statuti, quod de quolibet relicto ad pias causas solvatur, certa quantitas fabricae Ecclesiae. Hoc etiam statutum tanquam contra libertatem Ecclesiasticam non valet. Ita Burtius, in *conf. 40. Statuto Civitatis.* Abbas, in *conf. 26. num. 2. lib. 1.* Felinus, in *dicto cap. Ecclesia Sanctae Mariae, num. 94. de consuet.* qui post Jo. Andreas *cap. ult. de immunitate Ecclesiarum. in 6.* Subiungit idem esse, quando statutum loqueretur simpliciter, nulla facta mentione Ecclesiae.

Septimum est exemplum in casu statuti omninò prohibentis alienari bona immobilia Ecclesiae, Clericis, & non subditis; Est enim certis in casibus hoc statutum contra libertatem Ecclesiasticam, quemadmodum demonstravimus supra *cap. 21. in ultimo exemplo.* Non est quod repetam illo in loco jam scripta secundum caput est, quando agitur de libertate Ecclesiae, & Clericorum proveniente à privilegiis concessis ipsi Ecclesiae & Clericis, quae quidem multa sunt, partim jure divino, & Pontificio, partim jure Caesareo concessa. Et haec tributa non sunt solum pro rebus, & causis spiritualibus, sed etiam pro temporalibus. Lex divina, hoc est Christus ipse Salvator noster, suo ore tribuit singulare illud, & ineffabile privilegium, *Quaecumque ligaveritis, &c.* Ita & lex divina antiqua concessit Ecclesiae privilegium illud perceptionis decimarum, & primitiarum *cap. decima. 16. qu. 1. & cap. tua de decimis, & scribunt ibidem Doctores, & Rubicuffus, in tractatu de decimis.* Et alia multa de spiritualibus enumerant privilegia Innocentius, in *cap. novem, num. 2. de senten. excom. & Lupus, in allegatione 92. numero 1, & dicemus infra* Jure Pontificio tributa etiam sunt multa privilegia Ecclesiae, & Clericis, quale est illud, ne Clerici vulnerentur, vulneribus, & injuriis afficiantur, sub gravissima illa poena. *cap. si quis suadente 17. quest. 4.* Sicuti etiam illud, quod duo testes sufficiant in testamentis confectis à Clericis, & ad Ecclesiae commodum. *cap. relatum de testam. ubi Didacus, Alia suo loco recenset.* Jure demum Caesareo multa quoque privilegia concessa sunt Ecclesiae, & Clericis, si uti illud, Quod confugiens ad Ecclesiam tutus, & securus sit, *leg. nemo, & totò illò nis. Cod. de his qui ad Ecclesiam confugiunt, & illud, Quod Ecclesiae, & Clericorum res, & bona sint, ab oneribus immunita, & exempta, l. placet, C. de Sacrosanctis Eccles. & dicemus infra lib. 3.*

Quando itaque aliquid statuitur contra haec privilegia, offenditur, atque laeditur libertas Ecclesiae & Clericorum. Ita sanè scribunt triginta & unus gravissimi Interpretes quos ex ordine placet recensere.

1. Innocentius, in *cap. noverint num. 1. & 2. de Senten. excom.*
2. Bartolus, in *conf. 187. Domini Priores; lib. 1.*
3. Baldus, in *Authentica, causa n. 1. C. de Sacrosanctis Eccles. & in authentica statuimus. in fine, Cod. de Episcopis, & Clericis, & in rubr. de constit. n. 3. & cap. quae in Ecclesiast. si eo tit. & in conf. 132. casus, quidem vocatus.*
4. Signorolus, in *conf. 21. n. 17.*
5. Lupus, in *allegatione 92. n. 4.*
6. Albericus, in *tra& Statut. in secunda parte, qu. 2. num. 40.*
7. Abbas, in *dict. cap. noverint. n. de senten. excom. & in conf. 63. lib. 1.*
8. Castrensis, in *Authent. causa n. 4. C. de Sacrosanctis Eccles.*
9. Salicetus, *ibid. n. 4. & 6.*
10. Fulgositus, *ibidem n. 7.*
11. Imola, in *dict. cap. noverint.*

12. Marianus Socinus senior, *ibid.* n. 5.
13. Felinus, in cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ num. 69. v. r. prima opinio, junctis his quæ dixit *ibid.* vet. S. d. quod conjungi. de constitut.
14. Alexander, in conf. 59. n. 2. lib. 1.
15. Crotus, in leg. filiusfamilias, §. divi. de leg. primo.
16. Barbaria, in conf. 31. col. 1. lib. 4. & latissime rub. de rebus Eccles. non alienandis,
17. Ambrosius Opizonus, in l. filiusfamilias, §. divi. n. 90. de leg. 1.
18. Ferdinandus Suarez, in eodem, §. divi.
19. Socinus senior, in conf. 241. col. 3. ver. aut quinto, lib. 2.
20. Thomas Dortius, in conf. 6.
21. Decius, in cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ de constit. num. 2. & in Authent. cassia num. 3. C. de Sacros. Eccles.
22. Remigius, in tractatu de subsidio charitativo qu. 62. n. 118.
23. Bossius, in tractatu causarum criminalium, titulo de principe, & ejus privilegiis, n. 220.
24. Maranta, in disputatione 8. n. 31
25. Alciatus, in dicta Authent. cassia.
26. Nevizanus, in conf. 39. n. 10.
27. Cravetta, in tractatu de antiquit. tempo. in quarta parte principali, in quinta particula, quæ incipit, circa præmissa, n. 17.
28. Natta, in conf. 280. n. 2. lib. 2. & in conf. 515. nu. 3. & 6. lib. 3.
29. Alba, in conf. 8. n. 3.
30. Octavianus Vulpellus, in tract. de libert. Eccles. in prima parte, n. 4.
31. Cajetanus, ut ex Sacris Theologis aliquos referam in sumula in verbo, excommunicatio cap. 31. ver. quinto nota.

Exempla hujus capituli afferri tot possunt, quot sunt ipsa privilegia, quæ si statuto, & lege Principis Secularis impediuntur, vel tollantur, læsa erit Ecclesie, & Clericorum libertas. Et multa quidem exempla commemorant Lupus, in dicta allegatione 9: n. 3. 4. & 5. Baldus, in Authent. cassia. num. 1. C. de Sacros. Eccles. & *ibidem* Salicettus, num. 4. ver. quero de exemplis, & num. 5. 6. & 7. & Castrensis, num. 7. & *idem*, in Authent. Statuimus. num. 3. C. de Episcop. & Clericis, & Calcaneus, in conf. 7. num. 19. ver. ea propter, & Jo. Lupus, in tract. de libert. Eccles. in secunda parte. quæst. 10.

Et hæc quidem vera, & recentissima traditio locum habet, non solum quando lex, & statutum Principis Secularis repugnat his Ecclesie, & Clericis privilegiis, & consequenter libertatis sed etiam quando fit aliquis actus, quæ indirectè tolleretur, vel impediretur hæc libertas, sicuti quando statutum ab aliqua pœna à se indicta redderet Clericos timidores, ita quod non auderent uti suis privilegiis, quemadmodum scripsi supra in primo capite, declarando doctrinam, & traditionem Bartoli, in l. 1. §. qua oneranda, ff. quarum rerum actio non datur. Non repeto jam scripta.

Ceterum ut dicatur læsa libertas Ecclesie, & Clericorum proveniens à privilegiis eis concessis multa requiruntur. Requiritur sanè primò, quod clare constet de certo, & speciali privilegio ipsi Ecclesie, & Clericis concessio, & propterea, is, qui asserit, Ecclesie libertatem aliquo in casu læsam, ostendere debet primò certum illud privilegium eo in casu Ecclesie tributum. cap. porro de privilegiis, ubi Decius. nu. 2. Parisius, in conf. 4. n. 6. lib. 2.

Requiritur secundo, quod privilegium illud appareat concessum Ecclesie Catholice Universalis, non autem uni certæ Ecclesie, sicuti declarat Innocentius,

in dict. cap. noverrime nu. 3. cujus verba hæc sunt. Sed si quis venerit contra privilegia data singularibus Ecclesiis, non credimus in hunc canonem incidere. Non enim dicitur, quis facere contra Ecclesiasticam libertatem, licet faciat contra libertatem hujus Ecclesie, vel illius singulariter. Hæc verba Innocentius, quem secuti sunt Marianus Socinus Senior, *ibidem* n. 5. Anchar. in conf. 12. n. 3. ver. & licet. Et his accedit Lupus, in allegatione 92. n. 2. qui eò usus est exemplo, quod si statuto Civitatis impediatur sua Eccl. & Clerici, ne depasci faciant eorum pecora in prædiis Civitatis, sicuti antea poterant, ob privilegium ipsi Ecclesie à Civitate iam concessum, non dicitur statutum contra libertatem Ecclesiasticam, sic & Barbat. in conf. 31. col. lib. 4. & ex sacris Theologis idem egregie scribit Cajetanus, in Summula in verbo, excommunicatio. c. 31. in quinto notabili. Quod si quis statuit contra privilegium alicujus Ecclesie, puta, inquit Cajetanus, Mediolanensis, non incurrit excommunicationem, sed oportet, quod statuat contra illud quod commune est omnibus Ecclesiis. Et quidem est exemplum in Eccl. Mediolanensi, de qua Cajetanus. Hæc sanè Metropolitana prætendit usu, & consuetudine fori sibi acquisitum esse jus, quod Clericus actor convenire possit laicum, etiam pro re tempore, coram Judice Ecclesiastico, quod est contra juris regulas, cap. si Clericus laicum. de jure competenti. Hoc privilegium, de quo dicemus infra, lib. 2. c. 11. non est universale Eccl. Cath. Rom. sed unius tantum Ecclesie Mediolanensis. Et propterea si Princeps suo edicto, & lege prohiberet, rem secularem trahi ad ipsum forum Ecclesiasticum, non incidere in excommunicationem, quia non diceretur aliquid fecisse contra libertatem Eccl.

Ceterum à prædictis dissentiunt Bald. in repet. (non habetur communiter in l. Curis Baldi) l. cunctos populos col. 26. C. de Sum. Trin. & fide Cath. & Card. Zabarella, in repet. c. perpendimus. de Sent. excom. Caccialupus in repet. l. omnes populi n. 98. ff. de iust. & iure, & Decius in cap. Eccl. Sanct. Mar. n. 5. de consue. Et quidem Baldus, & Caccialupus, multis rationibus, & argumentis hanc sententiam comprobant.

Has repugnantes opiniones conciliat Salicettus, in dict. Authent. cassia. n. 2. ver. quero secundo; & sequitur *ibid.* Decius, in fine. Quod respectu pœnæ excommunicationis rectè procedat opinio Innocentii, & sequacium, ut scilicet sint excommunicati statuentes adversus libertatem Ecclesie universalis, non autem singularis. Quo verò ad annullationem statuti, & alias pœnas locum habeat opinio Baldi, & aliorum, rempe quod statuentes contra privilegium unius singularis Ecclesie in eam non incidunt.

Requiritur tertio, quod privilegium concessum Clericis sub certa qualitate ex parte eorum requisita, quod illa qualitas concurrat. Exemplum est; Caveatur statuto, quod idem jus reddatur Clericis in foro seculari, quod redditur secularibus in foro Eccl. Altero statuto favorabili inter seculares edito sancitum est, quod instrumenta habeant executionem paratam, & quod in eis certo modo, & forma procedatur, cujus statuti simile non est in foro Ecclesia. Si modo Prætor recusat Clerico creditori auxilium, & privilegium hujus statuti, indicatur facere contra libertatem Ecclesiasticam, ob privilegium Clericis concessum à prædicto primo statuto. Bartolus, in dicta Authent. cassia col. 2. ver. sed quaritur de alia, & Anchar. in repet. cap. 1. num. 163. de consue. & Salicettus, in dict. Authent. cassia. num. 8. Abbas, in dict. cap. Eccl. Sancta Maria, in secunda lectione num. 33. & *ibidem* Decius, num. 47. qui alios refert, & Felinus, *ibidem* num. 70. Prætorum nil fecisse contra libertatem Ecclesiasticam quia reducit Clericos ad merum jus commune, & licet auferat privilegium à statuto illis concessum, attamen

statutum illud non est privilegium à jure Pontificio, vel Cæsareo concessum. Existimo rectius dici posse prædictum primum statutum non tribuisse aliquod privilegium Clericis, quo ad excommunicationem concessam instrumentis ab alio statutò, quia dictum primum statutum nil plus Clericis quam quod ipsi Clerici concedant Secularibus. Porro laicis litigantibus in foro Ecclesiastico non esse concessum privilegium, quod instrumenta habeant executionem paratam contra ipsos Clericos. Non ergo dicere possumus, statutum illud primum tribuisse aliquod privilegium respectu paratæ executionis. Et si rectè perpendatur, sic sensit Salicetus, in dicta Authen. cassa num. 8. licet aliis utatur exemplis.

Requiritur quartò, quod privilegium fuerit concessum à Papa, vel ab Imperatore, secus si a Rege, vel alio inferiore. Ita Salicet. in Authen. cassa, n. 3. quæro quarto, & ibidem Castrensis, num. 5. Barbat, conf. 31. col. 2. n. 4.

Requiritur quintò, quod actus qui dicitur gestus contra libertatem Ecclesiasticam, tendat sui natura contra ipsam libertatem, secus si per accidens, ut sensit Signorolus, in dicta conf. 21. n. 13. ver. dic quod. Cravetta, de antiqu. tempor. in quarta parte principali in particula qua incipit, circa præmissa n. 5. Joannes Petrus Anchar. junior, in quæst. 57. n. 8. parte prima & ex Theologis, Caietanus, in summula in verbo excommunicatio, cap. 31. in sexto notabili. qui dicit actus sui natura, & per se dici contra libertatem Ecclesiæ, quando directè illam lædit, ut si statnatur quod decimæ & elemosynæ non dentur Clericis. Quod Clerici judicare non possint in causis Ecclesiasticis. Quod Clerici teneantur solvere vectigal de rebus suis. His sanè, & similibus casibus constat, statuta hæc sui natura, & indirectè tendere contra libertatem Ecclesiasticam, per accidens vero actus lædentes libertatem hanc sunt illi, qui principaliter & sui natura fiunt pro publica utilitate, licet in consequentiam Ecclesia sentiat aliquod damnum, ut si statutum certum modum impensæ, funerum statuit, ne excessus fiat. Hoc sanè statutum (inquit Caietanus) sanctum, & honestum est, cum supervacaneas tollat impensas, & hominum ambitionem compescat. Et propriè pertinet ad principem secularem cohibere hos inanes honores, & inutilès impensas, licet Clerici, qui emolumenta quædam ex hac funebri impensâ percipiunt damnum sentiant, vel verius lucrum amittant, quod per accidens cum id sit, non est considerabile. Et hoc casu secundum Caietanum in dicto cap. 31. in fine declaratur cap. ult. de rebus Ecclesiæ non alienandis, quo sancitum est statuere de mortuariis esse contra libertatem Ecclesiasticam. Nam hoc intelligitur, inquit Caietanus de mortuariis ordinatis per se ad Ecclesiam salutem defuncti, seu cultum divinum, secus vero de ordinatis ad honorem temporalem. Et idem quod Caietanus, scribit Abbas, in dicta cap. ult. num. 6. qui pariter dicit statutum hoc de impensis funerum valere, & non esse contra Ecclesiasticam libertatem. Quæ de re diximus supra in sexto exemplo capituli primi. post Felium, in cap. Ecclesia Sancta Maria n. 94. de consuet. & Decium, ibidem nu. 63. Et præterea accedit, quod in dubio præsumitur, statuentes voluisse providere publicæ utilitatis non autem Ecclesiasticam libertatem lædere. Sicuti in specie respondit Signorolus, in dicto conf. 21. n. 26. ver. sed istis duobus. dum discesserit de statuto, quod immobilia alienari non possint in non subditos, ut non dicatur lædere libertatem Ecclesiasticam, & si Clericos æque ac laicos ligat. Quæ de re dicemus infra suo loco.

Prædicta locum habent etiam quando statueretur contra privilegia concessa post conditum statutum.

Ita Salicetus, in dicta Authen. cassa col. 1. numero 3. ver. quæro tertio. post Innocentium quem refert. Ea ratione usus est Salicetus, quia lex semper loquitur, & dicitur esse in iuridi observantia l. Arriano G. de heret.

Declaratur primò, nisi necessitate, vel utilitate publica urgente conditum esset statutum. Ita in specie Castrensis, in l. iubemus nullam num. 2. C. de Sacrosanctis Ecclesiis, qui dicit publicam necessitatem, vel utilitatem anteponi debet privilegio Ecclesiæ concessio. Idem senserunt Signorolus, in conf. 21. num. 6. Albericus, in tractatu statutorum. in secunda parte quæst. 2. num. 41. Caietanus, in Summula in verbo excommunicatio cap. 31. in Sexto notabili, & Natta, in conf. 115. num. 3. num. 6. & num. 10. cum dixerunt, ob publicam utilitatem valere statutum etiam contra Clericos, ne bona immobilia alienari possint in non subditos. Dissentit quidem Socinus junior, in l. filiusfamilias. §. divi num. 168. de leg. 1. Conferat quod respondit Angelus, in conf. 23. num. 1. ver. attamen. valere statutum florentinum, ad evitandum rixas, & contentiones inter cives, quod publica interest, nemo possit ingredi, & apprehendere possessionem aliqujus Ecclesiæ, & beneficii Ecclesiastici, sine licentia Iudicis, vel Domini Secularis. Verum de eadem facti specie interrogatus contrarium respondit Abbas, in conf. 83. lib. 1.

Declaratur secundò non habere locum, quando statutum denegat Clericis beneficium, seu privilegium proprium ipsorum statuentium. Ita Baldus, in l. si quis curialis. C. de Episcopis, & Clericis, & in conf. 261. licet lib. 3. Abbas, in cap. Ecclesia Sancta Maria. in secunda lectura. n. 33. Fulgofius, in Authentica Cassa C. de Sacrosan. Ecclesiis. Anchar, in repet. cap. 1. q. 11. de consuet. Salicetus, in dicta authent. cassa. Felinus, latè, in dicto cap. Sancta Maria n. 97. Socinus Senior, in conf. 122. n. 6. lib. 1. Calcaneus, in conf. 7. n. 14. Tiraquellus, de retractu consanguineorum. §. 1. glof. 8. n. 41. Bossius, in tractatu causarum criminalium. in titulo de Principe, & eius privilegiis. n. 223. Cravetta, de antiqu. tempor. in quarta parte principali. in quinta particula qua incipit. Circa præmissa. n. 17. Riminaldus junior, in conf. 85. n. 29. Plotus, in l. si quando. n. 854. in fine C. unde vi, Alciatus, in Authent. cassa. n. 5. C. de Sacrosanctis Ecclesiis. in respons. 29. n. 6. in respons. 534. n. 6. & in respons. 708. n. 1. in fine. secundum impressionem antiquam Lugdunensem, rejectâ contrariâ opinione Decii, in cap. in presentia. n. 53. ver. & prædicta procedunt de consuet. & in conf. 114. col. 2. ver. secundo etiam, & adversus Decium iudicasse Senatam nostrum Mediolanensem testatur Alciatus, in dicta respons. 534. num. 6.

Hinc intelligimus non satis rectè respondisse eundem Alciatum, in responsione 91. secundum eandem impressionem antiquam Lugdunensem, cum dixit, statutum Collegii Jurisconsultorum Collegii Civitatis Veronæ, non permittentis cooptari Doctorem Clericum, repugnare libertati Ecclesiasticæ; non inquam satis rectè respondit Alciatus, quandoquidem Clerici non habent vel à jure communi, vel à suis privilegiis libertatem ingrediendi illud collegium, ut iuxta ea, quæ diximus supra, in utroque capite huius capituli, dici possit prædictum statutum repugnare libertati Ecclesiasticæ, nam collegii leges, & statuta fuerunt ab ipso Collegio, & ab illius Civitatis Principe, & Domino Confirmata ad beneficium, & utilitatem ipsius Collegii, ut non omnes Doctores passim cooptentur, sed illi tantum, qui certas habent qualitates; Non ergo dici potest, illud statuisse contra libertatem Ecclesiasticam, sed Clericis negasse beneficium, & privilegium

proprium, quod est consecutum à Principe sine cuius consensu, & concessione Collegium erigi, coarctaque non potuisset, l. 3. §. 1. ff. de Collegiis illicitis. & l. ripis in lib. 2. de arbitrariis iudicium casu 597. n. 1. Non etiam sine ejusdem Principis voluntate, & confirmatione licuisset ipsi Collegio statuta condere, & promulgare, ut in specie statutorum Collegii Jurisconsultorum scribit Afflictus, in cap. 1. §. conventiculas, num. 3. col. 2. ver. ex quo in foro de pace sura firma.

Cæterum quâ ratione, & causa id statuerit Collegium prædictum Veronæ mihi adhuc non liquet. Quo circa mirari non desino, tum maxime quod aliquando audiivi Doctores Seculares jam cooptatos clericatu deinde insignitos, & ad dignitates promotos, Collegio illi privari consuevisse, cuius contrarium observant Collegia hujus civitatis Mediolani, & Papiz, existimantque sibi maximum afferi decus, & ornamentum, si Clerici ad summas dignitates, ut Episcopatus, Cardinalatus jam promoti in aliorum Collegiariorum numerum reponantur, vel ad dignitates illas postquam cooptati fuerunt, evecti, retineantur. Et recte quidem cum major dignitas superveniens minori jam adeptæ detrimentum esse non debeat. l. maior, C. de dignitatibus lib. 12. ubi Joannes à Platea, multis exornat, & confert l. falsa §. 1. ff. de conditio. & demonstra. quò responso adductus idem respondit Baldus, in conf. 164. quidam fuit per Papam libro primo in conf. 141. verba capituli lib. 3.

Declaratur tertio, ut locum non habeat, quando leges, & statuta alioquin libertati Ecclesiasticæ repugnantia sunt edita, & promulgata, consensu, & voluntate etiam Ecclesiæ & Clericorum, atque ita quando leges & statuta sunt (hoc nomine nostri vocant) mixta. Hæc itaque Clericos, ac laicos ligant, & consequenter dici non possunt contra libertatem Ecclesiasticam. Ita Baldus, in cap. convenissent, col. 2. ver. opono dicitur de eò qui mittitur in possessionem, & Abbas, ibidem in secundo notabili. & alii permulti congesti à Tiraquello, in tractatu de retractu sanguineorum. §. 1. glos. 13. numero 2. & de legibus connubialibus, glos. 6. numero 170. & accedit Calcan. in conf. 7. num. 28. & 29. illud postremò locò observandum est.

CAPUT XI.

Iudex Ecclesiasticus quibus remediis uti possit ad tollendum Leges & Statuta Secularium contra libertatem Ecclesiasticam edita.

QUæri, & dabitari solet quibus remediis valeat uti iudex Ecclesiasticus ad tollendum leges, & statuta Secularium adversus libertatem Ecclesiasticam promulgata. Et quidem Felinus, in cap. Ecclesia Sancta Maria 107. de constit. tria proposuit remedia. Ego verò alium secutus ordinem, duos tantum distinguo casus, ex quibus satis intelligemus, quò modo Ecclesiæ & Clericis potest esse satisfactum.

Primus est casus, quando statutum generaliter loquitur, & jure probabiliterque objici potest præjudicium, & detrimentum afferre posse Ecclesiæ & Clericis. Hoc casu cogere potest iudex Ecclesiasticus, statuentes, ut declarent statutum illud non comprehendere Ecclesiam, & Clericos. Ita Joannes Andreas, in cap. ult. de immunitate Ecclesiarum in 6. Sic etiam sensit Innocentius, in cap. 1. de consuetud. Butrius, eodem in cap. 1. num. 7. in conf. 40. numero 2.

Archatanus, in rubr. & in cap. ea qua num. 24. ver. videri gestimò sexto quæro. de regulis iuris in 6. Geminauvus, in dict. cap. ult. col. ult. ver. nec obstat si dicatur. de immunitate Ecclesiarum in 6. Baldus, in l. iubeamus, §. 1. C. de Sacrosan. Ecclesiis. & in Authentica statumus, in fine. C. de Episcopis & Clericis, quo postremo in loco scribit, superiorem instare debere quod similia statuta corrigantur, & emendantur Felinus, in dict. cap. Ecclesia Sancta Maria. num. 107. de constit. Confert, quod docuit Bartolus in l. sub pratexin. ff. de extraordinariis criminibus, cum dixit Prætores, & Capitaneos Oppidorum, & civitatum videre posse, & debere statuta, & ordinamenta disciplinatorum, & si invenient aliquid, quod non pertinet ad religionem, dissolvere posse illorum collegium, & Bartolum secuti sunt Baldus, in l. 1. num. 3. de monopol. & in cap. 1. §. conventic. col. 2. de pace iuram. firman. Felinus, in dicto cap. Ecclesia Sancta Maria, nu. 107. in fine. Et hæc quidem declaratio jure appellari potest protestatio declaratoria, ut rectè sensit Bartolus, in l. 1. num. 17. de litis contestat. sicuti Bartoli traditionem explicat Ripa, in cap. cum M. Ferrariensis, n. 105. de constit. qui jam n. 83. dixerat, hanc protestationem animi declaratoriam observari debere, spreto facto quod illi repugnare alioqui videtur id quod scriptum reliquerunt etiam Iason, & Rubeus, in l. non solum. §. morte. ff. de operis novi nunciacione, ille, num. 14. ver. prima conclusio iuste, num. 216. & hanc protestationem verè non tollere, sed declarare factum ambiguum tradunt Bartolus, in dicta l. non solum, §. morte, num. 18. in fine, & ibidem Iason, n. 14. ver. tertia conclusio, & Rubeus, num. 230.

Secundus est casus, quando statutum est speciale adversus libertatem Ecclesiasticam sicuti quando specificè & clarè aliquid statuit contra Ecclesiam, & Clericos, juxta ea, quæ diximus præcedenti in capite, in principio. Hoc sane casu altero ex duobus remediis uti potest iudex Ecclesiasticus.

Unum est, quod illud tollat, & abroget, declarando illud minimè observari debere. Ita Archid. in cap. qua Lotharius ad finem 2. q. 1. Gem. in eodem capite & in cap. ult. col. 2. ver. & pro isto ultimo dicto de immunitate Ecclesiarum in 6. Baldus, in l. presbyteri. la 1. col. 3. C. de Episcopis & Clericis. Romap. in l. si finita, §. Iulianus, num. 15. ver. quarto fallit. ff. de damno infecto. Felinus, in dicto cap. Ecclesia Sancta Maria. num. 108. de constit. quo loco scripsit necesse non esse hoc casu citare statuentes, cum factum ipsum sit clarum, & notorium, & in notoriis, quæ ex ipsa scriptura, apparent, non requiri partis citationem, sicuti egregie docuit Bartolus, in l. 2. §. quad de frumentaria. ff. de administratione rerum ad Civit. pertinent. dum dicit, quod si administrator Republicæ obtulit librum rationum, ut iniri possint calculi administrationis, non requiritur alia causæ cognitio, sicque administratoris citatio, quam ipsa administratio, ut de debito appareat, cum de jure, vel non jure administratoris, notoriè appareat ex ipsis codicibus rationum. Et Bartolum secuti sunt Ruinus, in conf. 143. in fine l. 5. Iason, in conf. 111. col. penult. ad finem lib. 1. & in conf. 169. col. 1. lib. 2. Decius, in conf. 603. n. 13. & Afflictus, in decis. 178. n. 6. in fine, & in decis. 182. n. 14. in fine.

Secundum remedium, quò uti potest iudex Ecclesiasticus, adversus statuentes contra libertatem Ecclesiasticam est, quòd sub excommunicationis pœna cogat ipsos statuentes omninò abolere, & cancellare ipsa statuta, ita ut nulla imposterum appareant ipsius statuti vestigia. Sic sanè Bartolus, in Authent. cassa n. 6. C. de Sacrosan. Ecclesiis, qui testatur, ita Pisis aliquando fuisse observatum & ibidem Baldus, in fine. Lupus, in allegacione 92. in fine.

Anchar,

Anchar. in *reper. cap. 1. n. 47. ver. & an ab istis poenis. de constit. Abbas, in cap. novem. in principio. de senten. excom. & in conf. 83. presens dubium in fine l. 1. Felinus, in dicto cap. Ecclesia Sancte Maria. n. 109. de constit. qui, in ver. considera etiam &c. Subjungit, hanc omnimodam abolitionem, & cancellationem fieri debere in odium criminis, & ne detur occasio servandi de facto ipsum statutum, & ne Posteris memoria hujus statuti relinquatur aliis enim in casibus, inquit Felinus, in quibus requiritur vel libri, vel alterius scripturæ cancellatio, non refert, quod illud, quod apparet cancellatum legi possit quemadmodum scribunt Baldus, & alii à Felino allegati. Hoc nostro in casu sufficit, quod ipsi statuentes, protestentur in fine ipsorum statutorum, vel quovis alio modo, quod non intendunt aliquid statuere contra libertatem Ecclesiasticam.*

Ita Baldus, Lupus, & Abbas supra commemorati. Et accedit Saliceus, in dicta Anhent. cassa. col. 1. ver. & ex hoc collige, & ibidem Castrensis, n. 5. & Decius, n. 10. ex quo Bartolus; & rectè quidem ii, vel eâ ratione sentiunt, quod hæc protestatio dicitur contraria ipsi facto circa eandem rem, nempe ipsum statutum, ut tradit Bartolus, in l. 1. n. 17. C. de liti. contestat. Nec dici potest declaratoria, cum non verificetur circa factum ambiguum, sed clarum, & manifestum, & ob id nihil operatur.

CAPUT XII.

Clerici originarii Civitatis, vel in ea habitantes, an dicantur cives, & de populo, districtuales, & de Subditis Principis Secularis illius Civitatis Domini.

EX hac controversia longam habuit disputationem Decius, in cap. Ecclesia Sancta Maria n. 8. de constit. & ibidem n. 10. unde pro resolutione conciliando opiniones, quatuor constituit conclusiones. Verum tamen crediderim juxta communem Doctorum traditionem rectius, & planius distinguendos esse tres casus.

Primus quorum est, quando versamur in favorabilibus. Hoc sanè casu Clerici dicuntur cives, de populo, & subditi Principis Secularis, ut eò commodò, & favore fruantur, potianturque, quò frui, & potiri solent alii cives, & subditi, sicuti egregiè, & clarè docuit Joannes Andreas, in cap. ult. de officio delegat. in 6. & egregiè respondit Baldus, in conf. 241. verba cap. lib. 3. Clericos esse partem, & honorabilissimum membrum Civitatis; sic etiam Oldratus, in conf. 32. ver. & idcirco, dum dixit personas Ecclesiasticas tamquam partem universitatis uti posse statutis ipsius universitatis, & singulorum ad sui favorem. Idem ad verbum supposito Oldradi nomine, docuit Albericus, in l. 1. col. 2. ver. vidi etiam dubitari ff. quod cujusque universitatis nomine, & secuti sunt Felinus, in cap. Ecclesia Sancta Maria, n. 69. ver. tertio quæro. de constit. & in cap. eam te. n. 16. de rescript. & communem esse opinionem testatur, & si ipse dissentit Decius, in dicto cap. Ecclesia Sancta Maria, n. 10. ver. communis tamen opinio, quam probat & Castrensis, in conf. 293. videtur dicendum. n. 3. lib. 1. Bossius, in tractatu causarum criminalium de crimine læsæ Majestatis. n. 83. Hanc quoque sententiam probant Boerius, in decisione 260. n. 21. Castrensis, in consuetud. Burgundia.

rub. 13. de forest. §. 5. col. 2. & Manus Salon de Pace, in commentariis. in l. 3. parata prima. conclus. 3. n. 401. & his accedit Præpositus, in cap. in primis. §. de persona 2. quæst. 1. num. 6. & 7. qui scriptum reliquit, Clericum, in iis, quæ respiciunt bonum est enim hoc favorabile) publicum, dici subditum Principis Secularis & idem sentiunt Sacræ Theologiæ Doctores Franciscus à Victoria. Dominicus Soto, Lodovicus Molina, Bellarminus quos referam infra in tertio casu. Quo circa Clerici inter cives enumerantur, ut fruantur privilegiis universitatis, sicuti alii cives frui possunt, quemadmodum Albericus, & qui eum sequuti sunt affirmarunt. Et communem hanc esse sententiam satis probat cap. dilecti de foro competentis, ubi indultum Anglicis, sic & civibus, & populis Angliæ, comprehendit etiam Ecclesiasticos nec illud dicitur privilegium strictè interpretandum, ut scribit Decius, in dicto cap. Ecclesia Sancta Maria n. 10. ver. secundo textus; sed eat beneficium & indultum concessum à Papa, quod largam admittit interpretationem. Ita Felinus, in cap. causam quæ n. 4. de rescriptis. & admisso, quod illud sit privilegium, attamen adhuc Clerici sub eo nomine continentur cum larga interpretatio admittatur etiam in privilegiis, quatenus verborum proprietas requirit, sicuti tradit Decius, in eodem cap. causam quæ in fine. Porro proprietas sermonis in casu nostro patitur, quod appellatione populi, & civium contineantur, etiam Clerici, ut dicemus infra in 3. casu, post Decium, quem referam. Ita pariter appellatione districtualium continentur etiam Clerici, ut scribunt Rom. in conf. 180. num. 2. & in sing. 446. habeo casum num. 2. Jason, in l. 1. §. huius studii ff. de institut. & Iure, & Decius, in cap. Ecclesia Sancta Maria num. 10. de constit. & in cap. nullus n. 10. de preben. sic appellatione officialium Civitatis, & populi continentur Episcopus & ejus Vicarius, ut respondit Ancharius, in conf. 336. viso themate, & conf. sequenti, quem sequutus est Felinus, in cap. Ecclesia Sancta Maria num. 69. ver. tertio quæro. sic & Præpositus. in cap. ius publicum distinct. 1.

Secundus esse casus, quando agitur de odiosis, & strictæ interpretationis hoc casu clerici non dicuntur cives & subditi Principis secularis, ut ejus legibus, & constitutionibus odium habentibus ligentur. Ita Abbas, in cap. 1. num. 2. Alexander & Felinus, in locis supra citatis. & hanc receptam esse sententiam testatur Decius, in dicto cap. Ecclesia Sancta Maria numero 10. ver. communis tamen opinio de constit. & si ipse dissentio, Alciatus, in cap. cum non ab homine num. 25. ver. nec obstat. de Iudiciis. His accedit Federicus de Senis, in conf. 32. num. 7. & 8. qui respondit quod universitate interdicta non censentur interdicti Clerici, cum in odiosis non contineantur sub nomine universitatis. Sic Bossius, in tractatu causarum criminalium in titulo de crimine læsæ Majestatis num. 86. ver. ego omnibus, & Decianus. in tractu criminali, lib. 4. cap. 9. num. 6. Scribunt Clericum non committere crimen læsæ Majestatis contra Principem secularem, cum non dicatur ejus subditus. Sed licet loquantur sanè, Bossius, & Decianus in materia odiosa, qualis est illa criminis læsæ Majestatis. Dissentiunt tamen Præpositus, in dicto cap. in primis. §. de persona 2. quæst. 1. num. 6. & Gigas. in tractatu de crimine læsæ Majestatis in titulo qualiter, & à quibus crimen læsæ Majestatis committatur. quæst. 63. His accedit Federicus de Senis, in conf. 32. numero 8. qui respondit, quod interdicta universitate, & populo, non dicitur interdictus Clericus qui probat tex. cap. 51. senten. de sententia excom. in 6. quem & ad rem hanc perpendit Decius, in dicto cap. Ecc. Sancta Maria. n. 8. ver. tertio hoc videntur, cujus responsiones

in illo loco consideratas tamquam leves omitto. Illa maiorem facit dubitationem quam refert *ibidem* n. 9. ver. *sed in ista communi opinione*, dum inquit non loqui in materia odiosa, sed in favorabili nempe interdicti, quod est favorabile pro salute animarum, & ob id sit larga interpretatio, ut tradit Abbas, in *cap. 1. n. 17. de postula prad.* & in *cap. cum in partibus. in fine. de verborum signif.* verum respondetur, Abbatem, in *dicto cap. cum in partibus. n. 2. in fine.* post Hostiensium, quem refert affirmare sententiam interdicti esse odiosam, cum ad correctionem animarum affigatur. Et rectè, quia interdictum præsupponit præcessisse delictum, & peccatum, quod tanquam quid odiosum strictam admittit interpretationem, ut scripsi in *commentariis de presumptione. lib. 5. præsumpt. 2.* & quod subiungit, Abbas, interdictum strictè non interpretari favore animarum, intelligitur respectu populi, & eorum, qui propriè sub interdicto continentur, & qui deliquerunt, quorum in numero non est Clerus.

Tertius est casus, quando versatur in materia, & actibus indifferentibus, qui scilicet conveniunt tam Clericis, quam secularibus, & non apparent vel favorabiles, vel odiosi, vel partem unius, & alterius habent. Hoc in casu Clerici dicuntur cives, subditi, municipes, districtuales, & de populo. Ità intelligo loqui Baldum, in *l. 1. §. huius studii ff. de Iustitia, & Iure*, qui dicit, sacerdotes esse partem Rei publicæ, & Baldum sequuntur Franciscus, Martius, in *q. 456. n. 9. in prima parte*, Alciatus, in *cap. cum non ab homine. n. 25. ver. nec obstat. de Iudicio*, & Ignatius Lopez, ad *practicam criminalem canonicam Bernardi Diaz. cap. 55. col. 18.* & manifestius Decius, in *dicto cap. Ecc. Sancta Maria. n. 11. ver. quarta conclusio. de constit.* scribit de materia indifferenti Clericos contineri appellatione civium subditorum, & esse de populo; & subiungit idem à fortiori sensisse Dominicum Geminianum, in *cap. accusatus de hered. in 6.* sic etiam hoc in casu loquitur Joannes de Terrarubea, in *tractatu contra rebelles. in tertia parte act. 5. conclus. 5.* cum dicit personas Ecclesiasticas esse membra mystici Regni, & ob id teneri præstare, atque exhibere reverentiam, & fidelitatem Principi seculari, & in *conclus. 17.* scriptum reliquit, quod sicuti Paterfamilias habet potestatem æconomicam in Clericum ex sua familia, sic & Princeps, qui dicitur caput, & membrum Reipubl. Ità & Franciscus à Victoria, in *relectione de potestate Eccl. distinct. 7. in 4. propositione.* scribit Clericos constituere partem Civitatis. Idem affirmant Dominicus Soto, in *4. sententiarum distinct. 25. q. 2. art. 2. in 5. conclus.* Ludovicus Molina, de *Iustitia, & Iure. disput. 31. in fine*, & Bellarminus, in *primo Tomo de controversiis. lib. 1. de Cler. & sacerdot. cap. 28. in 2. & 3. conclus.* dum scribunt Clericos ligari legibus Princip. secularis editis pro Civitatis, & Reipublicæ administ. quæ communes sunt civibus, & quæ dubium habent eventum, vel utilitatis, & commodi, vel damni, & incommodi, sicut contingit in contractibus, in successu, & simili. Victoriam, & Sotum sequutus est Franciscus, Alvarus Velosus, in *decis. 200. n. 2.* & Clericum dici municipale, & municipalis nomine contineri affirmant Bartolus, in *l. 1. n. 10. & n. 12. ff. ad mun. & de Incolis*, Alex. in *conf. 41. n. 4. lib. 7.* Boërius, in *q. 260. n. 30.* & Nata, in *conf. 157. n. 8. lib. 1.* & rectè quidem quia si Clerici ipsi ob Clericatus ordinem, & dignitatem non sustineant onera illa, quæ propria sunt secularium, attamen sustinent spiritualia, quæ temporalibus sunt præstantiora, & Civitati, municipioque utiliora, imò certis casibus ferunt, & onera cum secularibus communia. *cap. non minus de immun. Eccles.* & in specie sic respondit Anchar. in *conf. 62. ista questio n. 2. ver. præterea Ecclesia &c.* quem probavit Decius, in *conf. 114. col. 2. ver. & licet in effe-*

ctus. Bossius, in *tract. causarum Criminalium. in titulo de panis. n. 43. ver. Et ad hoc adduco*, & Plotus, in *l. si quando. n. 454. ver. Clerici tamen. C.* unde vi. Et huius quidem calus ea est ratio, quia ità ac laici, & seculares, sub generico Populi nomine continentur. *§. plebiscitum insti. de iure naturali, gentium, & Civil.* quem ad rem nostram perpendunt omnes, præsertim Decius, in *dicto cap. Ecc. Sancta Maria. n. 10. ver. unde pro resolutione*, qui subiungit, & rectè, clericum civem ante ipsum Clericatum non desinere Civem esse per ipsam promotionem. Id quod prius scripsit Bartolus, in *l. 1. n. 4. ff. ad municip.* ut diximus supra, & idem Decius, in *eodem capite Eccl. Sancta Maria. n. 10. ver. Quarta conclusio &c.* perpendit *l. 1. C. de Summa Trinitate, & fide Catholica, & cap. fauf. §. Iudex de verborum significat.* in materia ergo in differenti, & quæ tam Clericis, quam secularibus convenit certum est nomine Civium, & Populi, contineri etiam Clericos diversum verò est, quando materia non æquè convenit. Nam tunc sicuti appellatione populi, vel Civium non continentur Clerici, ut in *casu cap. grave. de senten. excom. ibi a potestate, & populo.* Ità è contra, nomine populi, non continentur Clerici, ut in *casu cap. quorum 8. q. 1. qua sic considerare voluit Decius, in dicto cap. Ecclesia Sancta Maria. n. 10. ver. secunda conclusio, & sequenti*, & Decium secutus est Alvarus Valascus, in *ff. 100. n. 5. qui n. 7. concludit*, nomine Vassallorum contineri etiam Clericos, præsertim quando aliquid obtinent ab ipso Principe seculari, cujus causâ conveniri possunt coram Iudice seculari, qua de re dicemus.

CAPUT XIII.

Causæ omnes Spirituales tam facti, quam juris, an coram Iudice Ecclesiastico tractari debeant, vel potius ea, quæ facti sunt, peragi quoque possint coram Iudice Seculari.

Vetus, & agitata multùm est apud Interpretes nostros contentio, an causæ spirituales, ut matrimonii, decimæ, usuræ, & similes tam facti, quam juris pertractari debeant coram Iudice Ecclesiastico tantùm, vel quoad ea quæ sunt facti, valeant peragi coram iudice seculari. Hac in disputatione distinguo, atque continuo quinque casus. Primus est quando questio de re spirituali juris est. Hoc sanè casu hac de questione non cognoscit Iudex secularis, sed solus Ecclesiasticus. Exempla multa afferri possunt.

Primum est quando questio & contentio de jure contracti matrimonii, an scilicet valeat matrimonium, vel potius non, ob aliquod impedimentum. Hoc sanè casu receptissima, & vera est omnium sententia, causam hanc pertractari solum posse, & debere coram Iudice Ecclesiastico. Ità à fortiori probant *cap. tuam de ordin. cognis. & cap. lator. qui filii sint legitimi*, & in specie scribunt Federicus de Senis, in *conf. 96. incipit, apparet, quod lex*, Bartolus, in *l. Titian. 6. §. ff. soluto matrimonio.* & alii permulti, quos referam infra in tertio casu.

Secundum est exemplum, quando inter duos est questio, & contentio de jure decimandi. De hac juris questione cognoscit Iudex Ecc. *cap. ult. de rerum permul.* Ità pariter hæc juris questio, an quis teneatur præstare decimas, pertinet ad Iudicem Ecclesiasticum, *cap. tuam nobis §. ult. de Decimis, & cap. postulasti de homicid.* sic quoque siquis aliqua de causa prætendat ad se spectare jus decimandi, & juris questio est, de qua Iudex Ecclesiasticus cognoscit.

ait. cap. *causam de prescript. cap. ex tenore.* junctâ glos. in verbo *Eccl. de foro competentis*, glos. in cap. *placuit 2. in verbo decimatorum 16. q. 3. Speculator*, in titulo *de competentis Iudicis aditione numero 16. ver. decimo sexto.* Federicus de Senis, in *cons. 147. in fine.* Calderinus, in *cons. 15. titulo de Iudicis.* Falgofius, in *cons. 166. numero 4.* Ripa, in *cap. 2. in fine. de iudicis*, qui dicit aliter esse, quando est quæstio solum de fructibus decimorum, Chassaneus, in *cons. 45. n. 12.* Ioannes Gutierrez, in *commentariis ad leges Hispania, in tertia parte. q. 26. n. 11.* & Petrus Barbosa, in *l. Titia. n. 39. ff. solutio matrimonii*, qui ob id damnat opinionem Gulielmi Benedicti, in *cap. Raynuccius. in tractatu de fideicommissaria substitutione. n. 46.* Chassanei, in *consuetud. Burgund. rubr. 1. §. 6. n. 35.* Gutierrez, in *eisdem commentariis ad leges Hispania. l. 1. q. 14. n. 5.* ac aliorum quorundam, qui scripserunt, quod si laicus possidet decimas iusto titulo, vel colorato, Iudicem Secularem esse Iudicem competentem privatim ad Iudicem Ecclesiasticum, & in Gallia observari, quod si secularis decimæ possessor molestia ab Ecclesiasticis afficiatur impetrat litteras Regias, quibus ipsis Ecclesiasticis inhibetur, ne de huiusmodi causis cognoscant, easque ad Iudices Seculares remittant. Pretermitto alia, quæ ad rem hanc egregie, ac doctè scribit Barbosa.

Tertium est exemplum, quando est quæstio Iuris super contractu, an sit vel non sit fœneratiuus. Huius quæstionis Iudex est solus Ecclesiasticus, cum ad eum solum pertineat declarare utrum quid sit peccatum. *cap. novis de Iudicis*, & ob id hoc crimen dicitur Ecclesiasticum. *Clementinâ dispendiosum de usuris*, & dicemus infra libro sequenti *cap. 9.* & in specie ita scribunt Federicus de Senis, in *dicto cons. 96. n. 2.* Bartolus, in *dicta l. Titia n. 3.* Castrensis, in *cons. 109. visâ petitione n. 3. l. 2.* Antonius Padilla, in *l. n. 57. C. de Iuris, & facti ignorantia*, Ripa, in *cap. 2. p. 4. ver. quinto dubitatur. de iudicis*, Natta, in *cons. 369. n. 11. & 12. lib. 2.* Didacus Covarruvias, in *epitome de sponsalibus. in secunda parte. cap. 8. §. 12. n. 4.* Cagnolus, in *l. 2. n. 6. C. de pactis inter empto. & vendit.* & Petrus Barbosa, in *dicta l. Titia n. 48. ver. ultimo ex resolutione subsequenti.* qui alia multa hoc de exemp'o scribit, & alia quoque dicemus & nos infra libro subsequenti. *cap. 10. in 2. casu.*

Secundus est casus, quando in causa principali incepta, pertinenti ad Iudicem secularem, incidit quæstio spiritualis. Hoc casu pertractabitur causa hæc incidens coram Iudice Ecclesiastico, & interim Iudex ipse secularis supersedere debet à cognitione illius causæ principalis. Ita probant *cap. tuam de ordine cogniti. & cap. lator, qui filii sint legitimi*, ubi in causa successione, & hæreditatis principaliter mota coram Iudice Seculari, cujus propria est de rebus profanis iurisdicção, & cognitio si à reo convento obici contingat, actorem successione prætendentem esse illegitimè natum, ob id quod matrimonium esse non potuit inter ejus parentes. Hæc incidens quæstio de matrimonio illegitimè contracto tractabitur coram Iudice Ecclesiastico. Et in specie sic scribunt Abbas, & reliqui, in *dictis cap. tuam, & cap. lator.* Et accedunt Baldus, in *l. quoties. C. de iudicis.* Butrius, in *dicto cap. tuam, in quinto notabili.* Gemin. in *cons. 66. col. 2. ver. de spiritualibus*, Romanus, in *l. Titia. n. 5. prope medium ff. solutio matrimonii*, Felinus, in *cap. cum sit generale. n. 22. ver. pro veritate præmitte, de foro competentis*, Capicius, in *decis. 7. n. 3.* Robertus Maranta, in *tractatu de ordine iudiciorum. distinctione undecimâ. n. 30.* Didacus Covarruvias, in *epitome de sponsalibus, in secunda parte. cap. 8. §. ult. n. 3.* Alphonsus de Azevedo, in *commentariis ad leges Hispania, nova recopilationis. l. 10. n.*

43. tit. 1. lib. 4. & Ioannes Gutierrez, in libro tertio practicarum questionum. q. 26. n. 3. simile est exemplum quando creditor coram Iudice seculari petit adversus debitorem exequi instrumentum, & debitor quod est fœneratitium excipit. Iudex Eccl. hac de quæstione spirituali cognoscit, sicuti scribunt Baldus, in *l. consulta. C. de testam. Imola, in l. cum in iure. ff. de officio de leg. Cepola, in cons. 8. n. 7. in civilibus*, Ambrosius de Vignate, in *tractatu de usuris. n. 125.* Cagnolus, in *l. 2. n. 62. C. de pactis inter emptor. & vendit.* Didacus, in *dicto §. ult. n. 4.* & Gutierrez, in *tractatu de juramento confirmatorio, in prima parte cap. 2. n. 13. & 14.* qui ob id dicit, Iudicem ipsum secularem supersedere debere à cognitione illius causæ principalis, donec incidens hæc quæstio erit definita: Idem, in *commentariis ad leges Hispania, in quarta parte quæstione 26. col. 2.* & Petrus Barbosa, in *dicta l. Titia. n. 38. ver. constat. igitur. §. solutio matrimonii*, qui rectè dicit, necessariam minimè esse hoc casu cautelam, quam consideravit Gerardus Petra sancta, in *sing. 96.* quod reus conventus adeat ipsum Iudicem Ecclesiasticum, & obtineat inhibitionem Iudici seculari, ne in ea causa incidenti procedat; non enim opus est hac cautela, sed absque ea secularis ipse Iudex, abstinere debet à cognitione.

Declaratur hic casus, ut locum non habeat, quando de quæstione spirituali incidenti in causa profana iam coram Iudice seculari cœpta, ipse Iudex secularis per modum causæ, & confirmationis procedit. Ià in specie declarat Petrus Barbosa, in *l. Titia. n. 30. ver. colligitur etiam ff. solutio matrimonii*, qui dicit, Iudicem ipsum secularem posse sumere has informationes, & deinde super factis principali pronunciare, & in ea sententia mentionem facere illius incidentis spiritualis per modum causæ. Nam inquit Barbosa, quando de causa incidenti Eccl. Iudex secularis non cognoscit per viam contentiosam, nempe formando processum ordinarium, sed tantum summarie, se informando, utpote quia de causa Ecclesiastica, & spirituali constat notorie, vel per confessionem partis, potest tunc super causa principali pronunciare, & etiam super incidenti Eccl. non quidem principaliter sed per modum causæ. Huius opinionis refert Barbosa Imolam, in *eadem l. Titia. n. 4.* Alexan. n. 8. *ver. tertio fallit*, Aretinum, in *cap. cum sit generaliter n. 14. & 16. de foro competentis*, Capicius, in *decis. 7. n. 4. & 5.* Navarrum, in *cap. cum contingat. primo remedio col. 4. ver. tertio non obstat ideo de rescriptis, secundum impressionem antiquam Lusitanam*, & Ioannem Gutierrez, in *tractatu questionum canonicarum. cap. 34. n. 47.* & his accedunt Speculator, in *titulo de reconventione. §. 2. ver. sed non quid. n. 1.* Baldus, in *dicta l. Titia prope finem. ver. secundò casu. in l. quoties n. 4. ver. secundo facit C. de iudicis, & in Authen. ei qui jurat. n. 26. in fine C. de bonis aucto. Iudicis possid. & in Authen. ad hac n. 2. C. de latin. libert. tollen.* Felinus, in *dicto cap. cum sit generale. col. 3. ver. secunda declaratio. de foro competentis*, & Decius, in *cap. 2. n. 24. ver. secundò prædicta conclusio*, qui alios nonnullos ejusdem opinionis Doctores recensent.

Tertius est casus, quando est facti de re alioqui spirituali, ut purè quod matrimonium fuerit contractum inter Caium, & Caiam, vel non. Idem si dubitetur, quod decimæ fuerint, vel non fuerint solutæ. Idem si ambigitur, quod Sempronius mutuum dederit Seio sub usuris. Hoc in casu tres sunt opinioniones;

Prima quarum est, Iudicem secularem hac de facti quæstione posse cognoscere, & sententiam ferre. Hanc sententiam probarunt triginta gravissimi, & eruditissimi doctores, quos ex ordine referre placet, Ità sanè.

1. Ioannes Andreas, in *cap. tuam de ordin. cogniti.*

2. Federicus de Senis, in conf. n. 96. incipit, apparet quædam lex. n. 2. & 3. qui tria illa exempla busurarum scilicet, matrimoniorum, & decimarum refert, quorum quæstionem facti pertinere scribit etiam ad Judicem Seculare.
3. Paulus Elezarius, in Clem. 1. de usuris.
4. Bartolus, in l. 2. n. 4. ff. de iurisd. omnium Judicum. in l. Titia, n. 6. & 7. ff. soluto matrimonio. in l. omni novat. n. 2. C. de Sacrosanctis Ecclesiis, & in l. quoties. col. 1. ver. tamen ego. C. de iudiciis.
5. Baldus, in l. filium eum diffinimus. n. 13. ff. de his, qui sunt sui, vel alieni iuris, qui testatur ita usu & consuetudine servari, & idem in cap. 1. §. similiter. n. 1. de controver. invest. qui dicit, quod esset diabolicum si Iudex secularis non posset de hac quæstione facti cognoscere.
6. Angelus, in sua disputatione, quæ incipit Asthenis miles. col. 3. ver. de quinto.
7. Calderinus, inter conf. Anchar. in conf. 236.
8. Abbas, in cap. cum sit generale. n. 7. de foro competenti.
9. Gemin. in cap. 1. de usuris. in 6.
10. Castreafis, in l. Titia. n. 2. ff. solutõ matrimonio, & in conf. 189. visã petitione. n. 3. lib. 2.
11. Alexander, in eadem l. Titia. n. 7. & in l. quoties. n. 96. de iudiciis, & in conf. 9. lib. 4.
12. Herculanus, in dicta l. Titia. n. 12.
13. Felinus, in cap. cum sit generale. n. 1. de Foro compet. & in cap. ult. n. 10. de exceptio.
14. Marianus Socinus Senior, in eodem cap. cum sit generale. n. 20.
15. Curtius junior, in l. 2. n. 48. ff. de iurisd:ione omnium iudicum, qui testatur hanc esse communem opinionem.
16. Afflicus, in decis. 219. n. 5. & in cap. 1. in verbo, bona committentium. n. 16. Tit. quæ sint. regalia.
17. Petra Sancta, Sing. 96.
18. Arnaldus Albertinus, in tractatu de agnoscendis assertionibus catholicis. q. 25. n. 51. & 52.
19. Sebastianus Vanticus, in tractatu de nullitate tit. de nullitate defectu Iurisdictionis ordinariæ n. 54. in fine.
20. Aufserius, in tractatu de potestate Secul. super Eccl. Regula 4. fallentia octava n. 12.
21. Alciatus, in l. omni novatione. n. 3. C. de sacrosan. Eccles.
22. Antonius de Padilla, in l. 1. n. 57. C. de Iuris, & facti ignorantia.
23. Crocius, in l. 2. n. 17. ff. de iurisdictione omnium iudicum.
24. Didacus Covarruias, in epitome de sponsalibus. in sec. parte, cap. 8. §. 12. n. 13. & in lib. pract. quæstionum cap. 35. n. 2.
25. Franciscus Aviles, in tractatu Prætorum. cap. 50. in ver. usuras.
26. Natta, in conf. 369. n. 12. lib. 2.
27. Andreas Gailius, in lib. 2. pract. observat. observatione 38. n. 2. in fine.
28. Ioannes Gutierrez, in tractatu de Iuramento confirmatorio, in prima parte. cap. 2. n. 35. lib. 3. practicarum quæst. q. 26. n. 2. & in commentariis ad leges Hispaniæ. in 3. parte q. 26. n. 4. qui asserit comm. esse opinionem, verissimam, & tenendam.
29. Petrus Barbosa Hispanus, in l. Titia. n. 24. & his non obstantibus, & n. 48. qui ff. soluto matrimonio.
30. Viucentius Francus, in decis. 36. n. 3.
Hujus receptæ sententiæ ea est ratio vera, & solida, quod Iudex Secul. cognoscere, & sententiam ferre potest de causis temporalibus, & profanis, non autem de spiritualibus, & Ecclesiasticis. Porro quæstio facti quid profanum, & temporale continet, non autem quid Ecclesiasticum. si dico, Caium duxisse in uxorem Caiam, tu verò negas, quæstio hæc, de facto, vel non facto, non est spiritualis, sed profana, sicuti est contra si dico matrimonium contractum inter Caium, & Caiam esse legitime contractum, tu verò negas, quæstio hæc de Jure, vel non Jure, est spirit. & Eccl. ita quoque si dico decimam fuisse Eccl. solutam, tu verò negas, quæstio hæc facti dici non potest spiritualis, & Eccl. sed profana: si verò dico, Decimam deberi, tu verò negas, quæstio est Juris, sicque spiritualis. Præterea opinio hæc probatur consi. Bonifacii Maximi, in cap. post miserabilem de usuris, ubi sumus Pontifex permittit quibuslibet Judicibus secularibus, posse compellere omnes scenus exercentes restituere extortas usuras, atque ita conceditur Judicibus Secularibus cognoscere de ipso facto extorsionis usurarum, earumque restitutione. Simile habetur in cap. venerabilem de electio. ubi Iudex Secularis, constituto sibi de Juramento à debitore præfinito, sicque de hoc facto, compellere potest debitorem illum ad ipsius Juram. observat. idem etiam probatur in cap. postulasti de Decimis, ubi Iudex Secularis cognoscit de hoc facto, nempe non solutæ Decimæ, & ad cujus solut. deinde compellit debitores.

Sec. est opinio præcedenti contraria, quod imò solus Iudex Eccl. cognoscit etiam de causa facti, cui alioqui annexa est causa Juris, nempe Judicem Eccl. cognoscere de hoc, & simili facto, an contractum fuerit matrimonium, vel non. Hujus opinionis sunt sexdecim ii Doctores.

1. Gos. in Clem. 2. in verbo cum repetuntur. de Iudiciis.
2. Innocentius, in cap. cum sit generale. n. de foro competenti.
3. Baldus, sibi parum constans, l. omni novatione, n. de sacrosan. Eccl. & in l. quoties n.
4. Zabarella, in dicto cap. cum sit generale n. de foro compet.
5. Abbas, in cap. tuam n. 10. de ordin. cognit.
6. Butrius, in eodem cap. cum sit generale. n. qui testatur, sic servari in praxi.
7. Comens. in l. Titia. n. 4. ff. solutõ matrimonio.
8. Imola, in eadem l. Titia. n. & in cap. tuam. in fine.
9. Franciscus Aretinus, in l. omni novatione. col. ult. C. de Sacrosanctis Ecclesiis.
10. Fulgosius, in l. quoties. in fine C. de Iudiciis, & in conf. 133. in fine.
11. Corneus, in conf. 227. n. 6. lib. 3.
12. Jason, in dicta l. quoties. n. 7. C. de Iudiciis.
13. Decius, in cap. 2. n. 24. in fine de iudiciis.
14. Petrus Belluga, in speculo Principium. rubr. 11. §. videamus. n. 5.
15. Olascus, decis. 137. n. 10.
16. Ioannes Bapt. Lupus, in tract. de usuris in commentariis ad cap. quamquam. §. 4. n. 66. ver. sed quoniam hæc communis. Hujus opinionis rationes, & fundamenta non satis urgent.

Primò adducitur cap. tuam de ordin. cognit. ubi de causa natalium filiz agebatur coram Iudice Eccl. nec an contentio esset de facto, an de Jure, & idcõ cum indistinctè, & absolute loquatur, intelligi etiam debet, quod & quæstio facti coram ipso Iudice Eccl. agebatur.

Responderetur, quod imò in casu dicti cap. tuam, illa causa natalium continebat quæstione n. nempe an esset filia legitima, vel non, in cujus cognitione perneccesarium antecedens, opus erat cognoscere, an matrimonium, quod dicebatur contractum inter parentes illius filiz fuisset legitime contractum. Et hunc sensum probavit Abbas, in dicto cap. tuam. n. 3.

& manifestius Albericus, in *praallegato tractatu de agnoscendis assertionibus cathol.* q. 25. n. 53. & cum eo Barbofa, in *dicta l. Tertia*, n. 36. *ver. cui etiam non obstat tertium. ff. solutio matrimonii.*

Sec. perpenditur *cap. lator, qui filii sint legitimi*, ubi in causa profana succel. hereditatis ceptæ coram seculari, objectus fuit defectus natalium, de quo cognoscit Iudex Eccl. nec ibi distinguitur, an dispositio esset de jure, an de facto.

Respondetur, ut in precedenti; non enim casus hujus cap. differt à casu dicti cap. tuam. Terrò augere videtur *cap. si Iudex laicus de senten. excom. in 6.* ubi solum dubitabatur, an quis esset Clericus, sicque dubitatio erat de solo facto, & tamen de causa illa non Iudex Secul. sed Eccl. potuit cognoscere.

Respondet primò Anchar. in *cap. ea. qua n. 10. in fine de regulis Iuris in 6.* sic distinguendo duos casus, quorum primus est, quando causa est merè spiritualis, sive eccl. ità quod neque activè cadere possit in laicum, ut est ordo Eccl. *cap. cum adeo. de rescriptis.* hoc casu Iudex secularis non cognoscit, *dicto cap. si Iudex laicus.* 2. est casus quando causa est Eccl. sed non merè, & quia saltem activè cadere potest in Secularem, sicuti est causa matrimonii respectu facti, an scilicet contractum illud fuerit, vel non. Hoc casu etiam Iudex secul. cognoscere potest, sicuti se habet communis opinio supra relata. Distinctionem hanc Anchar. probantur Alex. in *dicta l. Tertia* n. 7. in fine, & in *conf. 149. n. 6. lib. 6. Decius, in cap. 2. n. 24. & Aufrerius, in tractatu de potestate seculari super Eccl. regulâ 4. fallentiâ 9.* verum primum hujus distinct. casum, vel ex eo confutat Bartolus, in *dicta l. Tertia* n. 26. *sed non placeat &c.* quod multæ sunt causæ, quæ activè non cadunt in laicum, & tamen Secularis cognoscit de q. facti. Ità sanè dicimus Ius excommunicandi non cadere activè in laicum, cum ad clavium potestatem pertinent, & tamen Iudex laicus cognoscit de q. facti circa excom. utrum scilicet comparens in Iudicio fuerit declaratus pro excom. per Iudicem Eccl. *cap. decernimus*, ubi Gemin. n. 4. *de senten. excom. in 6. cap. 1. §. si quis.* ubi idem Gemin. n. 10. & Francus; n. 3. *de exceptis. in 6. Felinus. in capit. ult. n. 10. de exceptionibus.* Decius, in *cap. prudentiam §. sexta. n. 2. de officio delegat. & Afflicus, in cap. 1. in verbo, bona contrahentium. n. 20. qua sint regalia* Et hæc recepta est sent. etsi dissentiunt Alex. & Herculanus, in *dicta l. Tertia*, ille, n. 7. iste, n. 15. Ità quoque dicimus causam decimarum esse ad eò ecclesiasticam, *Clemen. dispensosam de Iudiciis*, ut neque activè cadat in laicum. *cap. causam de prescriptis.* & tamen de facto decimarum, ut puta quòd solutæ fuerint, vel non, cognoscere potest Iudex secularis, sicuti diximus supra, & tradit Didacus, in *lib. pract. quest. cap. 35. n. 2.* Ità pariter beneficium Ecclesiasticum activè non cadit in laicum. *cap. 2. de Institutio.* & tamen de qu. facti respiciente B. beneficium cognoscit Iudex secul. juxta tradita per Navarrum, in *cap. cum contingat. in primo remedio pag. 149. de rescriptis.*

Respondit sec. Barbofa, in *dicta l. Tertia* n. 27. *ver. sed quia, & n. 28. ff. solutio matrimonii*, dictum capitulum, si Iudex laicus, loqui, quando necessariò concurrat quæstio facti, & juris, atque ità causa est mixta, & connexa, id quod sic declaratur, illo enim in canone agitur de remittendo Clerico ad Iudicem Eccl. ut is de ipsius Clerici delicto cognoscat, & pronunciet: quo sanè in casu non sufficit probare quasi possessionem Clericatus, sed probari debet ipse titulus, sicque collatus clericalis ordo, ejusque validitas. *cap. legem 2. q. 1. & tradunt Gemin. & Francus, in dicto cap. si Iudex laicus §. ult. de senten. excom. in 6. ille, n. 5. & 12. iste, n. 4. & 7. & ante eos Joannes Monachus, ibidem §. 3. Rota, decis. 12. de probatis. in antiquis, & Aufrer-*

rius, in *addit. ad Capellam Tholosanam q. 117. in fine.* Cùm ergo concurrat in casu dicti cap. si Iudex laicus, quæstio facti cum quæstione juris, debuit & utriusque cognitio remitti ad Iudicem Ecclesiasticum, nè continentia hujus causæ dividatur. *leg. nulli C. de Iudiciis*, quia alioqui sola quæstio facti nihil operaretur, quoad effectum cognoscendi, & pronunciandi, illum esse Clericum, & frui posse privilegiis Clericatus. Id quod (subiungit Barbofa) clarè sentiunt Baldus, in *Authentica, & qui jurata n. 27. C. de bonis aucto. Iud. possiden. & laion in dicta leg. quoties n. 8. C. de Iudiciis*, dum dicunt, quòd ubi in causa, de qua agitur, sufficit, constare de facto, vel quasi possessione juris, tunc secularis ea de causa cognoscere potest, quia non est spiritualis, atque ità sentiunt: Quod si in causa, de qua agitur, non sufficiat quasi possessio, sed veritas & legitimitas tituli ostendenda est, tunc Iudex Secularis cognoscat.

Cæterum interpretatio hæc etsi subtilis, & acuta, non satis mihi probatur, non enim in casu dicti cap. Si Iudex Laicus, agebatur de remittendo illo, qui tanquam malefactor fuerat apprehensus à Iudice Seculari ad effectum, ut Iudex Ecclesiasticus cognosceret, & pronunciaret; alioqui non satis fuisset illa quasi possessio, quòd ante prehensionem se gereret pro clerico, & quod in habitu, & tonsura fuisset deprehensus; sicuti quoad faciendam remissionem ad Iudicem Ecclesiasticum sufficere dicitur in *dicto cap. si Iudex laicus, ver. idem esse censemus.* Et propterea præsupponit Barbofa quòd is apprehensus censeatur verè malefactor, & ob id à Iudice ipso Eccl. tanquam talis declarandus, & puniendus, cùm tamen verius sit quòd licet quoad Iudicem secularem, qui prehendi illum fecit, malefactor, habeatur, ut verba canonis in initio significant, attamen quoad Iudicem Eccl. non habetur pro tali, cùm coram eo fieri debeat probatio commissi criminis juxta l. quingenta, ubi Doctores, ff. de probat. est ergo dicendum, quòd in casu dicti cap. si Iudex laicus, agebatur de solo actu faciendæ vel non faciendæ remissionis.

Responderi itaque tertio loco potest, quòd etsi in casu dicti cap. si Iudex laicus, agebatur, ut diximus, de solo actu remittendi, vel non remittendi illum prehensum ad Iudicem Eccl. attamen cognitio illa, an is prehensus esset tanquam Clericus remittendus, vel tanquam Secularis non remittendus, pertinebat ad Iudicem Eccl. nam à futuro eventu pendebat cognitio tituli Clericatus. Si primo casu [tres casus distinguit Bonifacius in eo canone] constitisset prehensum illum esse notoriè Clericum, statim debuit remitti, ut dicitur, & si notorium: Sic & secundo in casu quando prehensus pro Clerico publicè se gerebat, & fuit captus in habitu, & tonsura, sicuti dicitur *ibidem ver. idem esse censuimus.* Tertius est casus, qui habetur eodem in canone. *ver. non sic autem &c.* quando prehensus pro laico publicè se gerebat communiter, & talis habebatur ante prehensionem, licet captus fuerit in habitu. Hoc sanè in casu, cùm res dubia sit ob duas repugnantès præsumptiones, altera quod in habitu Clericali fuerit prehensus, altera quod ante prehensionem se pro laico gesserit, & communiter pro seculari habitus fuerit, necessaria fuit cognitio tituli Clericatus, de cujus veritate, & legalitate non à Iudice Seculari, sed ab Ecclesiastico fieri potuit. Quarto afferri solet constitutio ejusdem Bonifacii Octavi Pontificis Maximi, in *cap. 17. inquisitionis, §. prohibemus, ff. de heret. in 6.* ubi Iudex Secularis quoquo-modo cognoscere non potest de crimine hæresis. Dixit Bonifacius quoquo-modo, exclus

enim verba *quomodo* dicuntur universalia, & exuberantia, sicuti post alios responderunt Decius, in *conf.* 183. num. 1. Parisius, in *conf.* 25. num. 11. lib. 2. Rolandus, in *conf.* 5. num. 48. lib. 1. & propter verba hæc universalia Judicem Secularem non posse cognoscere de quæstione facti criminis hæresis. Sic declarando, & intelligendo dictum §. *prohibemus* tradunt Anchar. in *cap. ea qua.* num. 11. de *regulis iur.* in 6. Alexand. in *dicta l. Tisia.* num. 12. ff. *solutio matrimonii.* Barbacia, in *cap. 1. nu.* 77. de *officio ord.* Felinus, in *cap. cum sit.* col. 4. ver. *prima declaratio.* de *foro competenti.* Arnaldus Albertinus, in *tractatu de agnoscendis assertioibus hæreticis.* *quæst.* 25. numero 53. Petrus Barbosa, in *leg. Tisia.* num. 37. *vers.* Sed non placet.

Respondetur, id factum in casu *dicti §. prohibemus*, quia in quæstione hæresis non potest separari quæstio facti à quæstione juris; sicuti dicemus infra hoc in capite, & jam explicavimus supra cap. ubi differuimus, quod dicatur crimen mere Ecclesiasticum & in specie ita huic argumento satisfacit Barbosa in *dicta l. Tisia* num. 37. ver. *qua admissa opinione.*

Quintò suffragari videtur ratio ad argumentum illud, quod jus à facto non separatur. Cum ex ipso facto jus oriatur, *l. si ex plagis, §. in cliivo, ff. ad legem aquilam.* atqui continentia causæ dividi non potest, nec debet *l. nulli, C. de iudiciis,* & scripti in *libro secundo de arbitrariis Iudicium. casu* 371. Ergo Judex Ecclesiasticus solus tanquam dignior cognoscere debet etiam de quæstione facti.

Cæterum respondetur, quæstionem facti esse à quæstione juris omnino divisam, & separatam. Nam de juris quæstione Judex consulere potest superiorem, non autem de quæstione facti. *l. cum qui timeri, §. 1. ff. de iudiciis.* Sic etiam dicimus, quæstionem facti esse in Iudicis potestate, sed non juris quæstionem, *l. ordine, ff. ad municip.* & declarat Duarenus, in *lib. disputat. univers. cap. 41.* & scripti in *libro de presumptionibus, quæst. 11. num. 5.* nec repugnat *dicta l. si ex plagis, §. in cliivo,* quia ibi solum dicitur jus pendere à facto, hoc est secundum circumstantias causæ, sive facti variatur jus, sicuti relata exempla à J. C. in *dict. §. in Cliivo.* ostendunt, atque ita factum est quid à jure separatam, & ideo Judex Secularis determinat factum. Deinde si oritur dubitatio super jure, cognoscit Judex Ecclesiasticus. Ita huic argumento responset Barbosa, in *dicta l. Tisia* n. 25.

Sextò perpendi solet Constitutio Sacri Concilii Tridentini in *sess. 24. cap. 20. de reformatione,* *ibi. Ad hæc, causa matrimoniales, & criminales, non Decani, Archidiaconi, aut aliorum inferiorum iudicio, etiam visitando, sed Episcopi tantum examini, & jurisdictioni relinquuntur, &c.* Constitutio hæc generaliter, & distinctè loquitur, debet ergo absolute, & generaliter intelligi, sive juris, sive facti sit quæstio.

Verùm respondetur, quod imò constitutio hæc intelligenda est quando quæstio est juris, non autem quando est facti. Ita respondit Jo. Gutierrez, in *lib. 3. pract. quæstionum, quæst. 26. num. 8.* & rectè quidem, quia lex generaliter loquens, & disponens recipit declarationem ab alia lege, & constitutione. *l. nam & posteriores, ff. de legibus. l. usum in fine, C. de petisio. hæred. l. 1. ff. de rebus dubiis.* ubi Socinus, & idem de statuto, quod ab alio recipit interpretationem, & declarationem responderunt Ripa, in *lib. 1. responforum cap. 3. n. 24.* Curtius junior, in *conf. 7. n. 3.* & Socinus junior, in *conf. 1. n. 42. lib. 1.*

Ultimo ad rem pertinere videtur alia constitutio Sacri Concilii Tridentini, *Sessio 25. cap. 11. de reformatione,* quæ de Decimis solvendis, & præstandis statuit his verbis, *aut qui ab aliis solvendas temere oc-*

cupant, &c. & ibi, qui eas dare noluerint, aut dantes impediunt res alienas invadunt, & ibi, qui vere eas substrabunt, aut impediunt, excommunicentur, &c. His sane verbis sensisse videtur, Sacrum Concilium causas decimarum, sive juris, sive facti sunt, ad Judices Eccles. pertinere.

Cæterum respondetur Constitutionem hanc non prohibere, quominus petens sibi solvi decimas spirituales, præter auxilium Judicis Ecclesiastici excommunicantis recusantes illas præstare, adire etiam possit Judicem secularem, qui capax est hujus Jurisd. cum quæstio facti sit, ut diximus supra. Et tamen constitutio admittit Judicem Ecclesiasticum, non tamen excludit hoc casu Judicem secularem, cum privativè non loquatur. Et in dubio intelligi debet cumlativè tributa ipsa jurisdictione, sicuti scripti, in *commentariis, in lib. 2. de presumptionibus, præsump. 18. num. 8.* & alioqui in casu nostro diceretur corrigi lex, quæ jam tribuit jurisdictionem Judici seculari adversus recusantes præstare decimas, cum sic recusando dicatur committere sacrilegium, de quo cognoscit, & Judex secularis quemadmodum in specie declarat Romanus, in *l. Tisia, num. 6. ver. secundo, probatur hoc manifestissime. ff. Solutio matrimonii.*

Tertia est opinio Romani, in *l. Tisia* n. 10. ver. *ratio autem diversitatis ff. solutio matrimonii,* qui distinguit causas merè spirituales, & ecclesiasticas à causis simpliciter Ecclesiasticis, & idem visus est sentire Barbosa, *Ibidem* n. 28. in *fine,* etsi Romanus non refert. Causas merè spirituales, & ecclesiasticas esse in specie nostra intelligit Romanus causas matrimonii, de quibus differit ipse Roma. *ibi* n. 5. Verum sicuti hæc opinio repugnat receptæ aliorum opinioni, ita nullò jure, nullaque solidà ratione suffulta est. Et præterea repugnat distinctio hæc opinioni ipsiusmet Romani *ibi* n. 6. dum scribit, Iudicem Sec. cognoscere de causa decimæ, quatenus quæstio est facti, cum tamen causa ipsa decimæ sit merè spiritualis, & ecclesiastica.

Quartus est casus, quando eodem tempore dubitatur tam de facto, quàm de jure, ut si actor dicit contractum fuisse matrimonium, & quidem legitimum, reus verò negat, contractum fuisse aliquod matrimonium, & dato quod constare possit illud fuisse contractum, esse legitimum. Hoc casu solus Judex Ecclesiasticus cognoscit. Ita in specie respondit Corneus, in *conf. 227. num. 6. lib. 3.* Idem sensit Arnaldus Albertinus, in *tractatu de agnoscendis assertioibus catholicis, & hæret. quæst. 25. num. 52. ver. quia quando, &c.* qui Butrium, & alios commemorat Sic & Petrus Barbosa, in *dicta l. Tisia, num. 24. & 28. ver. unde hoc casu, num. 30. ver. colligitur etiam, ff. solutio matrimonii.*

Declaratur primò hic casus, ut locum non habeat, quando Judex Secularis jam cœpit cognoscere de quæstione facti, sicque quando prævenit Judicem Ecclesiasticum, quoad facti quæstionem. Nam tunc Judex Ecclesiasticus supersedere debet à cognitione quæstionis juris, quæ non nisi cognito ipso facto definiti potest. Ita declarat Barbosa, in *dicta l. Tisia* n. 24. ver. *quod tamen limitandum. &c.*

Quintus est casus, quando quæstio facti est separabilis à quæstione juris. Hoc casu solus Judex Ecclesiasticus de utraque causa cognoscit. Ita Baldus, in *l. Tisia. propè finem. ver. secundo casu cognoscit. ff. solutio matrimonii, & ibidem Imola, num. 3. & n. antefestius Petrus Barbosa, num. 37. ver. qua admissa opinione, ff. solutio matrimonii.* Exemplum affert Barbosa in quæstione criminis hæresis, quæ cum ipso facto includit jus, atque ita factum non potest esse separatam à jure, nam in hæresi quæstio facti in eo confi-

ut, quod quis dixerit verba hæreticalia. Quæstio vero juris, quod verba illa hæreticalia fuerint scienter, & pertinaciter prolata *Clem. 1. §. porro de heret. ubi glos. in verbo pertinaciter. Oldratus, in conf. 200. n. 1. Divus Thomas, in 4. Sententiarum, distinct. 13. quæst. 2. & ibidem Durandus, qu. 5. Divus Antonius, in Summa. in secunda parte, titulo 12. cap. 5. in principio. ita ut dixerit Lucas de Pema, in l. 1. col. 6. C. de privilegiis Scola. quod non quicumque, qui deviat à fide, hæreticus est, sed qui pertinaciter deviat. cap. dixit Apostolus. 24. qu. 3. & scripsit ergo ipse, in conf. 82. n. 171. lib. 1. Quintano tradit Navarrus, in manuali Confessorum, in præludio, num. 10. ad finem. quod si quis crassa ignorantia errat in articulis fidei, quos explicite tenebatur credere, illa qualisqualis ignorantia cum fide implicita credendi ea, quæ docet Mater Ecclesia, liberat eum à pertinacia, & consequenter à pœnis per jus Canonicum impositis hæreticis. cap. hæc est fides 24. quæst. 1. Cum igitur (subjungit Barbosa) ex prædictis constet hæreticum propter solum factum, id est verba hæreticalia puniri non posse, nisi simul concurrat quæstio juris, id est pertinacia, merito Secularis ea de causa cognoscere non potest, per supra tradita. Idque, adjungit Barbosa, videtur sentire text. cap. ut inquisitionis, §. prohibemus de heret. in 6. dum inquit hoc esse crimen merè Ecclesiasticum, sicuti, & aliis multis comprobabimus in libro sequenti cap. ubi differemus de criminibus merè Ecclesiasticis, & profanis, & mixtis. Si ergo totum hoc crimen est merè Ecclesiasticum, dicendum est, quæstionem facti à quæstione juris esse inseparabilem.*

Declaratur hic casus, ut non procedat, quando Judex Secularis cognoscit de verbis hæreticalibus ab aliquo prolatis, non quidem ad effectum cognoscendi de eo crimine, & puniendi illud, sed solum causa eum præhendendi, ne turbetur Respublica, & consignandi inquisitioni hæreticæ pravitatis. Ita declarat Barbosa, in dicta l. Titia. n. 38. ver. quod si datur, & c. qui sic intelligit verba illa dicti §. prohibemus ibi sive capios pro eodem crimine, & c. generaliter verba ipsa intelligendo.

CAPUT XIV.

Pontifex Maximus, & Episcopus, an, & quando in ditione Principis Secularis leges condere, & edicta promulgare possint, quibus laici delinquentes ligentur.

Disputatio hæc absolvi satis facile potest distinguendo, atque constituendo tria capita, sicuti tres sunt delictorum species, nempe merè Ecclesiasticæ, merè profanæ, & mixtæ, ut scribunt glos. in cap. nos inter de purgatio. cano. Goffredus, in summa. de foro competentis. col. 3. Baldus, in additionibus ad speculatorem in titulo de competentis Iudicis additione, Zabarella, Abbas, & Aretinus, in cap. cum sit generale. de foro competentis, & alios congerit Navarrus, in cap. natus de iudicis. in septima illatione. n. 42.

Primum itaque est caput, quando agitur de crimine, & peccato merè Ecclesiastico, sive spirituali, quod quidem secundum Navarrum, præcitate in loco, est dicitur, quando quis delinquit circa ea quæ lege supernaturali, id est divinâ, vel Pontificiâ prohibentur quemadmodum sunt crimina hæresis, apostasiæ, simoniæ, & similia. Hoc sanè casu dubitandum non est quin Episcopi, & multò magis summus Pontifex notâ lege, & edictò præcili vel confirmare, vel augere possit pœnam adversus hoc crimen patranses, sive illi Clerici sint, sive seculares, nam a deo est adversus om-

nes jus, potestas, & imperium cap. ut inquisitionis, §. prohibemus. de heret. in 6. Itâ in specie scribunt Calderinus, in conf. 8. in titulo de constit. Fulgosius, in Authentica Clericus n. 5. C. de Episcopis, & Cler. Navizanus, in libro quarto sylva nuptiarum. n. 69. ver. sed prædictis, & Gomez, in cap. 2. §. statuto. n. 33. de constit. in 6.

Extenditur hic casus, ut locum habeat etiam, quando ex aliquo actu lege divinâ, vel Pontificiâ, vel civili, non prohibito, probabilis est timor, ne aliquod mortale peccatum ex eo oriatur. Sic sanè tradunt Joannes Baptista à sancto Severino, alias Caccialupus, in l. omnes populi. n. 85. & ibidem Croetus, n. 40. ff. de iustitia, & iure, & Marefcortus, in cap. 2. §. statuto. n. 8. de rescriptis. in 6. & alii multi, quos statim referam.

Exemplum afferri potest in spectaculis in honestis, quæ etsi jam prohibita sunt lege ipsâ communi, ut scripsit in libro secundo de arbitrariis Iudicium casu 69. n. 43. attamen ipsa prohibitio novâ lege Pontificiâ potest confirmari, vel etiam augeri pœna, ut dixi supra. Est etiam exemplum in ornatu mulierum, si in causa esse potest, ut probabile sit, eas sic ornatas videntes mortale peccatum committere debere. Itâ de hoc ornatu tradunt Franciscus Andreas, in cap. ea que de regulis iuris in 6. Ancharanus, in repet. cap. 1. q. 11. principali. de constit. & Caccialupus, in l. omnes populi. n. 85. ff. de iustitia, & iure. Cæterum dubitabile est exemplum hoc, cum mulieres ab ornatu, & cultu abstinere non teneantur, etsi scient ab adolescentibus lascivis, & deperditis appetendas se exhibere, sicuti tradunt Tostatus, Abulensis, super. Matthaum cap. 11. Cajetanus, in summa in verbo, periculum, & in 2. 2. q. 169. art. 2. Sylvester, in summa. in verbo ornatus. q. 4. & Navarrus, in additionibus ad cap. 14. coroll. 1. cap. 28. Et accedit, quod tradunt Caietanus in dicta quæst. 169. art. primo ad quartum, & q. 10. art. 4. Tostatus Abulensis, super. Matthaum cap. 6. q. 51. & Navarrus, in cap. negotium n. 9. de penitentia, distinct. 5. dum scribunt, non esse illicitam artem illam, quæ sunt res quædam, quibus alii utuntur ad peccatum mortale, qualis est ars illa conficiendi carras ludorias, vel aleas. Hi sanè non peccant mortaliter, etsi lusores, aleatoresque eis abutentes capitale peccatum committant. Huic objectioni respondere forte potest traditione eorum, qui à Caietano, & Tostato dissentiunt, affirmantes mortaliter peccare eos, qui artem exercent, ex qua fiunt res, quibus alii utuntur ad peccatum. Hac sanè in sententia sunt Divus Antonius, in summa. in secunda parte. tit. 1. cap. 23. §. 13. Gabriel Diez, in quarta sententiarum distinct. 15. quæst. 13. Joannes de Medina, in codice de restitutionibus. q. 30. Crediderim conciliari posse has opiniones distinguendo, & constituendo duos casus.

Primus quorum est, quando actus aliquis, vel ars est necessaria, vel saltem utilis populo, & ex ea fiunt res, quibus alii utuntur ad peccatum. Hoc sanè casu procedere potest opinio prima illa Tostati, & Caietani, nempe hos artifices non peccare.

Hujus casus exempla connumerantur à Divo Augustino, ad Publicolam. Epist. 154. retata in cap. de occidendis. ver. absit 23. q. 5. cujus verba hæc sunt Absit, ut ea qua propter bonum, & licitum facinus aut habemus, si quid per hæc, præter nostram voluntatem, cuiquam malè acciderit, nobis imputetur. Alioquin nec feramenta domestica, aut agrestia sunt habenda, ne quis eis, vel se vel alterum interimat, nec arbor aut restis, ne quis se inde suspendat, nec fenestra faciendâ est, ne per hanc se quicumque precipiet. Quid plura commemorem, cum ea commemorando finire non possem? quid enim est in usu hominum bono ac licito unde non possit etiam pernicies irrogari? Hactenus Divus Augustinus, qui de

de arte, artificioque utili, & necessario loquitur. Idem dicendum est de eo, qui malum venenum vendit, ejus enim negotiationem licitam esse respondit *l. quod sepe §. veneni ff. de contrahenda emptione*, cum ejus usus sit maxime utilis, & si aliqui ad malos, pessimoque usus eo abutuntur. Venenum malum esse ad multa utile, imò, & necessarium affirmant artis medicæ periti omnes. Sic pariter rectè dicimus, licitum esse fabris lignariis, & cæmentariis ædificare Synagogas Judæorum, & si perfidi ipsi Judæi ipsas Synagogas abutuntur. *cap. consuluit de Judæis*. Hoc quidem utile esse constat, cum Christiana, Catholicaque Republica teneatur Judæos ipsos humaniter tractare, & blanditiis ad fidem allicere. *cap. Judæi. in fine de testibus*, ubi Abbas, n. 3. & aliis confirmat in *l. si Insulam de verborum obligatione*.

Non aliter dicendum est de Tabernariis, & Cauponam exercentibus, qui, & si diebus jejunii, hospitibus quibuscumque ad se venientibus prandia, & cœnas parant; Non enim ii peccant, si mente rectâ, rectoque animo cibos ministrent. Secundum Cajetanum, *præcitato in loco*, & si hospites ipsi jejunium non observantes peccent; Horum enim ars non solum utilis est, sed & necessaria, & licet jejunii tempore cibos ministrent, credere facile possunt, hospitem illum jejunare non posse, vel ob infirmitatem, vel peregrinationem, vel similem aliam justam causam. De arte mercaturæ idem affirmandum est; Et si enim multi malè eam exercent, maleque utantur, vel rebus emptis, & venditis; attamen sui naturâ licita est, & eam rectè exercentes non peccant. *cap. qualitas de pœnis distinctione §. quò loco Navarrus, n. 2.* multis ostendit, mercaturam esse utilem, & licitam. Idem demum de arte militari dicendum est. Hæc etiam utilis est, imò est necessaria, & ob id licita, & si adeo multa mala milites committere solent, ut rectè cecinerit poëta. *Nulla fides, pietasque viris, qui castra sequuntur*. Militiam esse licitam admittunt passim omnes Sancti Patres, nec non est sacræ theologiæ interpretes, & inter alios Divus Augustinus, in *Sermone 19. de verbis Domini secundum Mattheum*, qui relatus est in *cap. militare 13. q. 1.* ubi refert illud, quod habetur *Luca cap. 3.* dum Sanctorum major Joannes Baptista, salvos fieri posse milites si neminem concusserint, si calumniam non fecerint, si suis stipendiis contenti fuerint asserit. Et multis probat Navarrus, in *cap. contrarium. n. 2. de pœnit. distinct. 5.* & Didacus, in *cap. peccatum. parte 2. q. 9. de regulis juris. in 6.*

Cum itaque prædicta facientes licitè agant, nullum committere dicuntur peccatum, & si rebus ab iis gestis alii malè utentes mortaliter peccent. Ex quo sequitur, Episcopos non posse artes illas prohibere.

Secundus est casus, quando ars non est necessaria, vel utilis Reipublicæ, & ex ea fiunt res, quibus alii ad peccatum utuntur. Hoc sanè in casu locum habere potest opinio Divi Antonii, & Medinæ, qui affirmant hos capitale peccatum committere. Exemplum asserri potest in arte conficiendi paginas luforias, & alias. Hæc nec necessaria, nec utilis est, & in causa est, ut permulti peccent mortaliter, sicuti exclamabat insignis ille concionator Thomas lilyricus apud Tholofates, cujus meminit Navarrus, in *d. cap. negotium. n. 19. de pœnitentia distinct. 5.* & si Navarrus ab eo dissentit. Certum quidem est, ex alearum, paginarumque lufibus multa oriri mala, & scandala, sicuti ipsa longa experientia rerum magistra quotidie docet, & hos ludos etiam laicis prohibere suò edicto, vel statuto Episcopum posse (sub pœna excommunicationis respondit Federicus de Senis in *conf. 2. statuto Episcopi, & sequenti sunt Castrensis, in l. 1. C. de eunu,*

& Henricus Boterus, in *tractatu de Synodo Episcoporum in 3. parte. art. 1. n. 142.*

Potest etiam asserri exemplum in eximio mulierum ornatu, qui non modò non est necessarius, vel utilis, sed valdè Reipublicæ, & familiis damnosus. Et idèò mulier, maxime si formosa est, incedens nimis ornata, & fucata, capitale peccatum committit, cum in causa sit, quòd adolescentes eam concupiscant, quemadmodum scribunt Joannes Andreas, in *cap. ea qua de regulis juris. in Mercur. & Sylvester, in summa in verbo, ornatus, in fine*, qui affirmant Episcopum suò edicto, vel statuto prohibere posse, si mulieres eximio ornatu, & fucis utantur. Idem tradunt Albericus, Francus, Colletarius, Enricus, Caccialuppus, Zacnetus, & Cajetanus, quos refert, & probat Enricus Boterus, in *tract. de Synodo Episcoporum in 3. parte art. 1. n. 136. & n. 227.* qui testantur, communem esse sententiam, rejectâ contrariâ opinione Gulielmi Benedicti, & Nevizani. Et hæc quidem recepta opinio maxime locum habet, quando Episcopus prohibuit, ne mulieres sic fucatae, & nimium ornatae ingrediantur Ecclesiam, sicuti potest Episcopus prohibere, ne ludi theatrales & choræ fiant in Ecclesia, ut scribit Boter, in *dicta art. 1. n. 189. & n. 191.*

Secundum est hujus disputationis caput, quando crimen est merè profanum, & seculare, quale illud est deferentis arma bellica adversus Principis secularis edictum. Hoc sanè in casu solus ipse Princeps secularis cognoscit, & pœnis afficit seculares delinquentes. Sic sanè Navarrus, in *d. cap. novit. in 6. notabili. in dicta illatione n. 42. & 43. de judiciis*. Gomez, in *cap. 2. §. statuto n. 33. de constit. in 6.* Nevizanus, in *lib. 4. Sylva nupti. n. 69. ver. sed prædictis*, & egregiè Alfonso de Castro, in *lib. 2. de potestate legis pœnalis. cap. 10. col. 6. ver. ad hoc capitulum*. Et his adde doctissimum Cardinalem Bellarminum, in *tomo primo de controversiis. tit. de Romano Pontifice. lib. 5. cap. 6. col. penult. ver. quantum ad leges &c. cujus verba hæc sunt. Quantum ad leges, non potest Papa, ne Papa, ordinare aut condere legem civilem, vel confirmare, aut infirmare leges Principum, quia non est ipse Princeps Ecclesie politicus, tamen potest omnia illa facere, si aliqua lex civilis sit necessaria ad salutem animarum, & tamen Reges non velint eam condere, aut si alia sit noxia animarum saluti, & tamen Reges non velint eam abrogare*. Hæc eruditissimis Bellarminus.

Et accedit, quod post Petrum Perticensem docuit Fulgorius, in *dicta auth. Clericus n. 5. C. de Episcop. & Clericis*, cum dixit, Episcopum de crimine Ecclesiastico, non autem de merè civili cognoscere contra Laicum, atque irâ, inquit, tenendum, & observandum est, quia alioqui Clerici causas omnes ad suum forum traherent. Idem propriè tradunt Gertr. 2, in *cap. Romana. §. debet autem. n. 4. de appellat. in 6.* Gulielmus Benedictus, in *cap. Rainutus. in verbo, & uxorem nomine Adelasium. in decisione 1. n. 22. de testam.* dum scribunt, Judices Ecclesiasticos non habere jurisdictionem pro rebus profani, & temporalibus, nisi quatenus constat concilia à Principe Seculari, vel legitime præscripta.

Quocirca simpliciter, & absolutè scribunt permulti sacræ Theologiæ interpretes, solum Principem secularem edere posse leges, decreta, & edicta, quæ ad res temporales pertinent; Prælatum verò Ecclesiasticum pro rebus spiritualibus statuere posse. Idèò Divus Thomas, de *regimine Principis cap. 12.* Driedonus in *lib. 2. de libertate Christiana. cap. 1. propositione 4.* Alfonso de Castro, & Bellarminus, supra allegati, *cap. 6.* Joan. Enriquez, in *lib. 10. moralis theologiæ. cap. 15. n. 4.* & confert lex in *cap. cum ad verum dist. 96. ibi, pro cursu temporalium rerum Imperatoris legibus uterentur*. Et hinc aliquando respondi ad solum

Principem secularem pertinere, edicta promulgare, quibus sub gravi poena prohibetur, ne quis e Civitate, & Provincia exportet annonam, ne quis in praediis serat, serive faciat orizam. Ita sane dixi in *responsio reddito pro Iurisdictione regia. in 4. conclusione*, & scribunt permulti gravissimi iuris Pontificii, & Caesarei interpretes, quod Papae iubenti in merè temporalibus aliquid seculari non subdito, impunè non pareatur. Ita Innocentius, in *cap. Inquisitioni in fine. de senten. excom.* Butrius, in *cap. quod ad consultationem. n. 9. de re ind.* Abbas, in *cap. qua in Ecclesiarum. col. penult. de constit. & in cap. venerabilem col. 2. ver. tertia nota de electio.* Felinus, in *cap. 1. col. 9. in ver. tertia declaratio. de constit.* Alexander, in *conf. 3. n. 2. lib. 5.* Barbat. in *cap. significasti. n. 28. de officio de leg. & Igneus, in disputatione, an Rex Francorum recognoscat Imperatorem. n. 102. ver. non obstat secundum.* Inquit tamen Innocentius, ubi supra, quod si Papa excommunicavit hunc secularem sibi non obedientem, debet ipsam excommunicationem timere & servare.

Ceterum locum non habent, quando agitur de coercendis, & puniendis delictis admodum atrocibus, & enormibus, nam tunc Pontifex Maximus edere potest legem, & Constitutionem etiam contra Seculares, sibi non subditos, sicuti legimus aliquando sancitum ab Innocentio Quarto summo Pontifice, in *cap. 1. de homicidio. in 6. adversus quoscumque Seculares, qui per assassinos curabant occidi Christianos, quod ob criminis atrocitatem, & enormitatem editum fuisse scribunt Abbas, in cap. si duobus. col. 2. de appellat.* Barbat. in *cap. 1. n. 11. de probatio, & egregie Didacus Covarruv. in lib. 2. variarum resolutionum. cap. 20. n. 10. ver. primum verè censeo.*

Tertium est caput, quando crimen est mixtum, nempe utriusque fori, sicuti crimen sacrilegii. Hoc casu Iudex Ecclesiasticus potest edere edicta, & leges, quibus etiam Seculares ligentur, & puniantur respectu ejus poenae, quam ipse Iudex Ecclesiasticus edicere potest. Qua de re dicemus infra. *lib. 3. cap. 5.*

CAPUT XV.

Pontifex Maximus, an fiscum habeat, & quid de Episcopo dicendum sit, an & ipse habeat fiscum.

Hæc disputatio duo habet capita, alterum de summo ipso Pontifice, alterum de Episcopo. Agendum est de utroque.

Primum caput sic facile explicatur. distinguendo duos casus.

Primus casus est, quando versamur in spiritualibus. Hoc sanè casu Pontifex habet fiscum, ut pro delicto in rebus spiritualibus perpetrato bona publicentur, & ipsi fisco aquirantur. Ita sensit Baldus, in *l. hereditas. in fine ff. de hered. instit. clarè Martinus Laudenfis, in tractatu de Fisco. q. 206.* Abbas, in *cap. vergentis. n. 1. de heret.* Franciscus Martius, in *q. 339. n. 1. in prima parte*, Boërius, in *conf. 114. n. 50. lib. 1.* & Marcus Antonius Peregrinus, in *tractatu de jure fisci. lib. 1. in titulo de his, qui jura fiscalia habent. n. 22.*

Secundus est casus, quando versamur in temporalibus, & Papa habet in Civitatibus, & Castris jura temporalia, sicuti habet in Urbe Roma, & aliis Sedi Apostolicæ immediatè subjectis. Hoc etiam casu fiscum habere potest ipse summus Pontifex, sicuti tradunt Abbas, in *cap. ult. n. 45. de foro competentis, & in dicto cap. urgentis. de heret. & Peregrinus, in loco supra allegato. n. 26. qui, n. 25. eà usum est ratione, quod Pontifex Maximus in terris sibi subditis eandem ha-*

bet potestatem, & Imperium, quod habet Imperator in terris sibi subditis, Abbas, *cap. per Venerabilem. quò filij sint legitimi*, ubi Zabarella, in *quarto notabili*; & ideò sicut Imperator Fiscum habet, sic & Papa. Et accedit quòd Pontifex respectu Civitatum, & Oidorum sibi subditorum non consideratur ut Papa, sed ut Princeps Secularis, qui sine controversia fiscum habet.

Secundum est hujus disputationis Cap. de Episcopo, an et ipse habeat fiscum. Hoc in cap. distinguo pariter duos casus.

Primus est, quando versamur in temporalibus, & Episcopus habet in suo Episcopatu, & Diocæsi Juræ Principis Secularis, sicuti quando est etiam Comes, vel Dux, vel Princeps, sicuti habet Episcopus Parisiensis, ut inquit glossa, in *cap. quod Clericis. de foro compet.* Extant & alii similes in Gallia, Germania, & Hispania, imò, & aliqui Abbates idem consequuti sunt, quorum meminit Petrus Gregorius Tholosanus in *tractatu Syntagm. Iuris. parte prima. lib. 3. cap. 4. n. 2.* qui ob id subijcit hos habere fiscum, sicque merum hoc Imperium, & facultatem confiscandi bona delinquentium. Ita sensit Joannes Luppus, in *rubr. extra de donatio. inter virum, & uxorem §. 39. n. 19.* Et hujus casus eadem est ratio, quæ & in Secundo casu præcedenti cap.

Secundus est casus quando versamur in spiritualibus, nempe cum Episcopus non habet jura Principis secularis, sed est solummodò Episcopus. Hic casus est satis apud Doctores controversus. Nam multi negant, Episcopum habere fiscum. Ita sanè Oldratus, in *conf. 17. n. 10.* Baldus, & Salicetus, in *rubr. C. de privileg. Fisci, Abbas, in cap. tua. 6. in fine de poenis, & in cap. quia diversitatem in fine. de concess. præbend. & ibidem Imola, n. 11.* Barbatia, in *conf. 21. in fine lib. 3.* Joannes de Platea, in *l. 1. C. de iure fisci. lib. 10.* & Joannes Lupus, in *rubr. extra de donat. inter virum, & uxorem §. 39. n. 13.* eà ratione usus est Oldratus, & cum eo reliqui commemorati, quòd confiscatio sit ratione Jurisdictionis, & Jurisdictio cohæret Territorio. *l. ult. C. ubi, & apud quem, & tradunt Doctores, in l. Imperium ff. de jurisdictione omnium Iudicum,* quò circa qui Territorium non habet, non habet etiam facultatem confiscandi, ut scribunt Joannes Andreas, in *additionibus ad speculatorem in titulo de feudo. §. quoniam questio. 40. n. 62. in additione qua incipit publicari &c.* cujus verba omnia penè sunt Oldrati in *dicto conf. 17.* & si ejus nullam, ut solet faciat mentionem, sicut Albericus, in *tractatu statutorum. in 3. parte. q. 18. n. 5.* Guido Papa, in *q. 76. ver. tamen quilibet*, Boërius, in *q. 264. n. 9.* & Peregrinus, in *loco supra allegato. n. 195.* Porro Episcopus Territorium non habet, sicuti tradunt permulti quos congesti in *conf. 1000. n. 81. ver. verò respondetur lib. 10.* caret ergò hoc Jure confiscandi delinquentium bona. Verum respondetur, quòd licet Episcopus non habet Territorium, habet tamen Diocæsim, quæ in spiritualibus est locò Territorii, & scripsi in *dicto conf. 1000. n. 84.* & consequenter homines in ipsa Diocæsi habitantes dicuntur in spiritualibus subditi ipsi Episcopo, qui eos circa jura spiritualia delinquentes punire, & merum Imperium exercere potest, & consequenter eorum bona in casibus permisis confiscare.

Contrariam itaque opinionem, quòd imò Episcopus habeat fiscum, hoc in casu, affirmant decem, & octo Doctores, hoc est.

1. Glossa, in *cap. quia diversitatem de concess. præben.*
2. Zabarella, in *Clemen. 2. §. 1. q. 6. de heret.*
3. Butrius, in *cap. quia diversitatem in fine.*
4. Abbas, in *codem cap. quia diversitatem. n. 14. & in cap. 2. n. 4. de success. ab intestat.*

5. Rota Romana, in decis. 7. n. 2. de Testa.
6. Imola, in cap. quia diversitate n. 21. de concess. praben.
7. Marianus Socinus Senior, in dicto cap. excommunicamus. li. 1. n. 8. de Hæret.
8. Barbatia, sibi partum constans, in cap. 1. n. 61. de probat.
9. Felinus, in cap. Irrefragabili. §. cæterum n. ver. 4. conclusio. de officio ordin.
10. Ascherius, in additionibus ad capellam Tholosanam. q. 274. n. 6.
11. Franciscus Martius, in q. 339. n. 11. in prima parte.
12. Bernardus Diaz, in practica criminali canonica. cap. 145.
13. Antonius Gomezius, in commentariis ad leges Tauri. l. 7. n. 75.
14. Didacus Covarruvias, in lib. 2. var. resolutionum. cap. 9. n. 11.
15. Petrus Gregorius, in lib. 3. Syntagmatum Juris. partis primæ cap. 4. n. 4.
16. Ignatius Lopez, in additionibus ad practicam. Diaz. ad dictum cap. 145. in verbo, habet fiscum. in fine, qui testatur ita usu receptum esse in Hispania.
17. Marcus Antonius Peregrinus, in tractatu de Jure fiscali. lib. 1. titulo de his, qui Jura fiscalia habent. n. 105. ver. sed contra.
18. Franciscus Pegna, in directorio Inquisitorum. in 3. parte. q. 109. in fine.

Et horum quidem opinio probatur verbis Alexandri Secundi, in cap. si quis deinceps. 17. q. 4. & bonorum Ecclesie ipsius Juri perpetuo traduntur &c. & accedit ratio, quia Episcopus habet merum, & mixtum Imperium contra personas sue Diocesis, respectu Spiritualitatis, ut scribunt Baldus, in l. si ve pars. in fine C. de dilatio. Gulielmus à Perno, in conf. 5. in fine, & Marcus Anronius Peregrinus, in tractatu de Jure fiscali. lib. 1. Titulo, qui Jura fiscalia habent. n. 105. in fine. Cum ergo bonorum publicatio, & confiscatio sit, ut diximus, meri Imperii, consequitur Episcopum habere fiscum.

CAPUT XVI.

Index Ecclesiasticus an, & quando multam indicere possit, & cui addici illa debeat, quando imponitur.

Priusquam explicemus hanc disputationem, sciendum est multam differre à pœna, nam pœna dicitur tam de pecuniaria, quam de corporis afflictiva; multa verò solum de pecuniaria. l. aliud. §. inter multam, & l. si qua pœna ff. de verborum significatione, & illis in locis scribunt Alciatus, & Rebuffus, & in specie nostra Zabarella, in Clem. ver. inquisitoribus q. 2. de hæret. & Cagnolus, l. 1. n. 109. ff. si quis iudicem. non obtemp. Unde autem nomen sumplerit multa, & de ejus origine scripsi supra cap. 1. ubi explicavi, an multam indicere sit meri, vel mixti Imperii. His expositis, distinguo, atque constituo quinque conclusiones.

Prima quarum est, Judicem Ecclesiasticum indicere posse multam, seu pœnam pecuniariam Clerico delinquenti à lege ipsa impostam. Ità Glofa. & Abbas, in cap. licet n. 4. ver. primo casu de pœnis, qui scribit, quemlibet Judicem cognoscentem de delicto, pro quo à lege imposta est hæc multa, eam posse indicare (& ut rectius dicam) declarare delinquentem illum in hanc pœnam incidisse. Et conclusionem hanc probat Canon, cap. Adrianus. li. 2. in fine distinctione

63. ubi Concilium Lateranense indixit pœnam publicationis bonorum adversus decretum illud Concilii molient. s. Idem probat cap. quisquis, in principio 17. q. 4.

Secunda est conclusio, Judicem Ecclesiasticum non posse indicere multam adversus Clericum, quando lex aliam certam pœnam imponit. Ità colligo ex eodem Abbate Satis obscure loquente in dicto cap. licet n. 4. ver. secundo casu, junctis verbis subsequenteribus, & n. 5. qui deinde n. 6. & Socinus Senior, n. 21. declarant, quando possit ipse Judex, ex causa pœnam hanc temperare. Qua de re permulta scripsit Marianus ipse Socinus Senior, in dicto cap. licet n. 21. usque ad finem, & integrum tractatum edidit Doctissimus Tirzaquellus, de pœnis legum &c. idem dicimus, quando certa pœna indicta est non Jure scripto, sed non scripto nempe consuetudine, ut tradit idem Abbas, in dicto cap. licet n. 7. non enim arbitrium aliquod habet Judex in definitis à consuetudine, ex qua recedere non debeat Judex, si, uti scripsi in lib. 2. de arbitrariis Judicium casu 14. n. 5. & conclusionem hanc probat Canon. cap. quamquam in fine. dist. 23. de quo infra in quarta conclusione in primo argumento.

Tertia est conclusio Judicem ecclesiasticum indicere posse multam Clerico delinquenti, quando pro eo delicto nulla certa pœna à lege, vel consuetudine est indicta. Hanc conclusionem admittunt Abbas, in dicto cap. licet n. 5. & 6. & ibidem Marianus Socinus, n. 8 & n. 14. qui intelligunt, si ve agatur de multa ob contumaciam, si ve ob aliquod delictum definitivè puniendum, & à fortiori probatur conclusio hæc auctoritate eorum, quos in sequenti conclusione referam, qui affirmant, Judicem Ecclesiasticum posse indicare multam contra Seculares delictum committentes, de quo cognoscere potest ipse Judex.

Quarta est conclusio Judicem Ecclesiasticum indicere posse multam Seculari pro delicto, de quo ipse Judex cognoscere, & pœnis afficere potest ipsum Secularem, quando nulla certa pœna est indicta à lege, vel consuetudine probatur conclusio hæc multis juribus, rationibus, & quam plurimum auctoritatibus.

Primo itaque statuit Concilium Toletanum undecimum relatum in cap. quamquam in fine. dist. 23. ibi, pœna juxta tamen Ecclesiasticæ consuetudinis morem, & placitis talium inferenda, & ab his, qui transgressores fuerint, persolvenda est. Illa verba, iuxta Ecclesiasticæ consuetudinis morem, significant pœnam certam consuetudine definitam, illa verò verba, & placitis talium, hoc est Prælatorum, & Judicum, ostendunt pœnam pro arbitrio ipsorum Prælatorum, & Judicum indicendam, nam verbum, placet, significat arbitrium regulatum, ut scripsi in lib. 1. de arbitrariis Judicium, q. 8. n. 7. demum illud postremum verbum, persolvenda, ostendit pœnam pecuniariam.

Secundo suffragatur Canon Concilii Lateranensis, de quo in cap. Adrianus in 2. in fine. distinctione 63. ubi à fortiori Concilium, hoc est Judex Ecclesiasticus indicit pœnam publicationis bonorum, significans Judici Ecclesiastico permittum esse indicere pœnam pecuniariam, sicque multam.

Tertio accedit Constitutio Joannis Octavi Pontificis Max. in cap. quisquis. in principio 17. q. 4. cujus verba hæc sunt. Quisquis inventus fuerit reus Sacrilegii, Episcopis, vel Abbatibus, sive personis, ad quas quarimoniam sacrilegii justè pertinuerit, 20. libras examinati argenti purissimi componat. Hæc summus Pontifex, qui ostendit, non esse à Jure alienum, Judicem Ecclesiasticum indicere posse pœnam pecuniariam.

Quarto conferte videtur, cap. quoniam frequenter §. ult. ut lise non contestata ibi, vel in contumacem &c.

Quinto

Quintò apertius probat *cap. ad liberandam de iudiciis ibi*, ipsaque verum suarum privatione multari &c. & tantundem de suo &c. statuit illo Canone Innocentius tertius pœnâ pecuniariâ etiam multare seculares deferentes arma, & similia Saracenis.

Sextò manifestius idem statuit Alex. tertius, in *cap. in Archiepiscopatu de rapto* quòd liceat Episcopis pœnâ pecuniaria officere Saracenos rapientes mulieres, ac pueros Christianos.

Septimò probatur *Clem. 2. in ver. Inquisitoribus de excep. à censu* contrario, sicuti illo in loco perpendit Zabarella, *col. 2. q. 2. ver. item pro hac statuit sanè Clemens Pontifex Maximus ne Inquisitores vel Episcopi Inquisitorum munere fungentes modis illicitis ab aliquibus pecuniam extorqueant*, Ergo (inquit Zabarella) à sententiâ contrario, modis licitis possunt Episcopi, & Inquisitores pecuniam ab inquisitis accipere, atque valent illos multare.

Octavò accedit ratio, quòd juri, & æquitati cõvenit, ut si iudici Eccl. certis in casibus permittitur cognoscere, & sententiam ferre de alicujus secularis delicto, possit etiam ei pœnam saltem pecuniariam indicere, quando lege nullâ legitur imposita. Et hoc quidem ne alioqui cognitio causæ & sententiæ reddatur elusoria *juxta l. ult. ff. de officio ejus, cui mandata est jurisdictio & ibidem doctores*, præsertim Corasius *Confert. l. 2. ff. de jurisd. omnium iudicum* cujus verba hæc sunt. *Cui jurisdictio data est, ea quoque concessa esse videntur, sine quibus jurisd. explicari non potuit.* Ità sanè.

- 1 Zabarella, in *Clem. 1. ver. inquisitoribus. col. 2. q. 2. de hæret.*
- 2 Abbas, in *cap. de causis de officio ordin. & in cap. postulasti in fine. de iudiciis, & in cap. licet. n. 4. & n. 8. & in cap. ad aures. n. 1. de pœnit.*
- 3 Butrius in *cap. ut Clericorum n. 7. de vita, & honest. Clericorum.*
- 4 Accialupus, in *l. cunctos populos n. 48. C. de summa Trinit. & fide Catholica.*
- 5 Marianus Socinus Senior, in *cap. licet. in fine. de pœnis.*
- 6 Felinus, in *cap. Irefragabili. §. cæterum n. 5. de officio ordin. & in cap. cum sit generale. n. 18. de foro competenti.*
- 7 Aufferius, in *Clem. 1. n. 108. de officio ordin. qui testatur curiam Archiepiscopi Tholosæ ità servare, & in additionibus ad Capellam Tholosæ. q. 27. n. 4.*
- 8 Fa. ciscus Martius, in *q. 123. n. 8. in secunda parte.*
- 9 Nevizanus, in *libro quarto Sylvæ nuptialis. n. 73. n. fine.*
- 10 Cagnolus, in *l. unica, n. 25. ff. si quis iud. non t. temp.*
- 11 Bernardus Diaz, in *practica criminali canonica cap. 145.*
- 12 Baretta, in *conf. 7.*
- 13 Marcus Antonius Peregrinus, in *tractatu de jure fisci. lib. 1. tit. de his, qui jurâ fiscalia habent. n. 106.*

His intelligimus hanc esse veram, & magis receptâ opinionem. adversus Hostiensem, Joannem Andræam, Geminianum & Francum, in *primo notabili. in cap. 1. de homicidio in 6. Zenzellinum, & Imolam, n. 9. in Clem. 1. de officio ordin. & ibidem Vitalinum, in fine, Anchat, in cap. ea qua n. 13. ver. conclusio. de regulis juris, & in conf. 15. propè finem.*

Nec repugnant Canonès à prædictis allegati. Et primum quidem *cap. postulasti de Iudeis*, ubi Innocentius tertius Episcopo Parisiensi, ii etiam temporalem obtinent jurisdictionem, ut legitur in *cap.*

quod Clericis de foro competenti, in ead. glossâ ibi: quòd si Iudæus percutiens Clericum est sub jurisdictione sua, eum puniat, pecuniariâ pœnâ; Si verò est sub alterius Domini potestate temporali, quòd is Dominus compellat ipsum Iudæum læsio congruè satisfacere; nam respondetur ex sententia Abbatis in dicto cap. licet num. 18. de pœnis. id constitutum fuisse pro faciliore executione, atque ità etiam intelligit, & declarat cap. 2. de maledictis. & cap. cum secundum leges. de hæret. in 6.

Quinta est conclusio iudicem Ecclesiasticum pariter, piisque locis addicere atque applicari debere multam indictam delinquenti à se condemnato.

Conclusionem hanc probant Petrus Pert. in *lib. 22. v. de Episcop. audien. Zabarella in d. Clementina 2. ver. inquisitoribus. q. 2. in fine de hæret. Felinus, in cap. cum sit generale. num. 18. de foro competenti. Aufferius, in d. Clem. 1. num. 112. Franciscus Martius, in q. 133. num. 8. in secunda parte, Henricus Botterus, in tractatu de Synod. Episcopi in tertia parte articulo primò num. 122. qui ad rem multa scribit. Accedunt Didacus Covarruvias, in *lib. 2. variarum resolutionum cap. 9. num. 11. Julius Clarus, in practica criminali, §. finali. q. 80. Peregrinus, in tractatu de jure fisci lib. 1. titulo de iis, qui iura fiscalia habent num. 106. & Ignatius Lopez, in additionibus ad practica criminalem Canoniam Diaz. cap. 148. col. penult. ver. retinere, qui refert concilium Toletanum sic terminasse. Ità videmus jure Cæsareo sancitum, quòd multa à iudice Seculari indicta adici, applicarique debet publicis operibus, ut refectio mænium Civitatis, vel pontium, vel viarum, *l. 3. C. de mod. multandi.***

Cæterum Baldus, in *l. 2. num. 2. C. de Episcop. audien. Scripsit, Episcopum, sicque iudicem Ecclesiasticum applicare debere hanc multam Camere Episcopali, quòd idem est ac si dixisset, fisco suo sicque sibi. Id quòd manifestius docuit Abbas in cap. licet in fine de pœnis, & sequitur ibidem Marianus Socinus, in fine, quorum opinio defendi jure potest, quando tenues alioqui sunt illius Ecclesiæ redditus, sicuti declarant Aufferius, præcitato in loco, qui sic intelligit *cap. dilectus de officio ordinarij* allegatum ab Abbate. Felinus, Diaz, & alii ex præal. legatis. Idem verò Baldus in *Authent. bona damnatorum num. 2. C. de bonis præscripti seu damnat, dixit applicari debere Camere Romanæ.**

CAPUT XVII.

Summi Pontificis, & Episcopi fiscus quid, & quantum consequatur ex publicatis confiscatisque delinquentium bonis.

Postulat hic locus, ut posteaquam superiori capite, demonstravimus, Pontificem Maximum, & Episcopum habere fiscum. Nunc differamus, quid, & quantum consequatur uterque fiscus ex bonis publicatis, confiscatisque delinquentium. Existimo distingui, atque constitui oportere duo capita.

Primum quorum est, quando Papa, & Episcopus sunt, & considerantur tamquam Domini, & Principes seculares, ob id, sicuti præcedenti in capite diximus, quòd Provincias, Civitates, & oppida

N oppida

oppida habent, & possident. Hoc in casu idem de iis est dicendum, quod de aliis Principibus merè Secularibus, & profanis, qui multis in casibus ob varia delicta consequuntur Secularium delinquentium bona, ut in titulis ff. & C. de bonis proscriptorum seu damnatorum. de hoc casu, cum nostra non sit disputatio, non est, quod plura scribam.

Secundum est caput, quando summus Pontifex, & Episcopus considerantur Domini, & Principes Spirituales. Hoc in capite distinguo duos casus, sicuti duæ sunt personarum delinquentium species, nempe Secularium, & Clericorum.

Primus itaque casus est, quando Secularis commisit delictum, quo ab Episcopo, & multo magis à Pontifice Maximo potuit condemnari, & pœnâ publicationis bonorum affici. Exemplum afferri potest in crimine hæresis, quod punitur pœnâ confiscationis bonorum. cap. cum secundum de hæret. in 6. iunctâ Constitutione Clem. 5. in Clem. multorum de hæret. quâ sancitum est, quod hæreticus declaretur, & pœnis afficiatur ab Episcopo unâ cum Sancti officii Inquisitore. Hoc sanè casu, magna, & valde controversa est inter nostros disputatio, cui, hujus hæretici damnati bona deferantur, acquiranturque, an scilicet Pontifici Maximo, an Episcopo, vel Inquisitori, vel Principi, vel partim uni, & partim aliis. Franciscus Bursatus, in conf. 41. lib. 1. longam satis habuit hac de re disputacionem. Rolandus à Valle, in conf. 8. lib. 3. num. 9. usque ad 14. quinque retulit Doctorum opiniones. Copiosius, diligentius, ac doctè magis ac alii, disseruit Franciscus Pegna, in directorio Inquisitorum. in tertia parte. quest. 109. In tanta opinionum varietate me non errare existimaverim, si meum qualecumque interponam iudicium, quod, ut facilius & Clarius proferâ, præfabor illud unum, hoc est, crimen hæresis esse merè Ecclesiasticum, ut dicemus infra sequenti librò cap. 9. & ob id pertinere ad summum Pontificem de eo definire, legem ferrè, iudicare, pœnam indicere, sicuti rectè advertit Pegna, in præcitata questione 109. col. 7. ver. nunc fit à jure & c. & aliis comprobavimus in dicto cap. 9. Hoc præmissò dicimus unâ cum ipso Pegna in dicta questione 109. col. 8. 9. 10. novem extare Pontificum de his hæreticorum bonis publicatis, & confiscatis Constitutiones, quarum primâ est Innocentii Tertii edita anno 1200. Secunda ejusdem Pontificis, anni 1215. Tertia Innocentii Quarti, anno 1289. Quarta Alexandri quarti, anno 1259. Quinta ejusdem Papæ, anno 1260. Sexta Clementis, anno 1265. Septima Bonifacii Octavi. Octava Benedicti undecimi, anno 1303. & Nona Clementis Quinti, anno 1306. Has constitutiones integras, & ad verbum commemorat idem Pegna inter litteras Apostolicas ad Sanctum Inquisitionis officium pertinentes, quas summò studio, & diligentia excudi curavit post prædictum directorium Inquisitorum.

Verum hac nostra in disputatione habenda est ratio solummodò quatuor Constitutionum, hoc est illius primæ. Innocentii Tertii, ac illarum trium, Innocentii Quarti, & Alexandri Quarti, & Clementis Quinti. Non autem considerandæ sunt aliz quinque, nempe Innocentii Tertii ab eo editæ anno 1215. Alexandri Quarti, anno 1260. Bonifacii Octavi, Benedicti Undecimi, & Clementis Quinti, cum quinque hæ Constitutiones, si rectè eorum verba perpendamus, nihil de dividendis, hæreticorum bonis statuerint. Nam constitutio illa Innocentii tertii edita anno 1215. hodiè relata in cap. excommunicamus il. de Hæret. Solum sancivit, quod bona Clericorum de hæresi dam-

natorum applicentur Ecclesiæ, nil autem constituit de dividendis bonis Secularium hæreticorum, cum satis visum fuerit ipsi Innocentio de eis itavisse eò anno 1200. Ilà verò Alexandri Quarti promulgatâ anno 1260. Sancitum fuit solum, quod bona hæreticorum damnatorum venderentur, & pretium conservaretur ad opus Ecclesiæ Romanæ. Intelligi potest constitutio hæc, ut loquatur de bonis hæreticorum pro portione quasitâ Ecclesiæ, non autem de omnibus ipsis bonis, cum præsumendum non sit, Alexandrum ipsum quartum voluisse corrigere, & abrogare Constitutionem à se superiore anno editam; non enim correctio, & voluntatis mutatio præsumitur. l. præcipimus. §. 1. C. de appellat. & copiosè scripsi in commentariis de præsumptionibus lib. 6. præsumpt. Bonifacius verò Octavus, cujus constitutio relata est in cap. cum secundum de hæret. in 6. nil pariter statuit, quomodo hæreticorum damnatorum bona publica dividi debeant, sed solum constituit, quod Principes Seculares non præsumant, occupent que bona ipsorum hæreticorum, quàm lata fuerit sententia ab ipso Episcopo, aliove Judice ecclesiæ adversus de hæresi inquisitum. Benedictus Undecimus suâ illâ Constitutione relata inter extravagantes statuit solum, Inquisitores non teneri reddere rationem Episcopis, qualiter impendant partem illam bonorum confiscatorum, quæ sancto officio applicatur, sed solum eam rationem reddendam esse Cameræ Apostolicæ; nil autem de divisione ipsorum bonorum constituit, quemadmodum rectè advertit etiam Pegna in dicta questione 109. col. 10. ver. sed ex his. Et demum constitutio illa Clementis Quinti hodiè relata in Clem. 2. de hæret. nihil penitus habet, quo modo dividi debeant bona hæreticorum publicata, sed solum prohibuit, ne bona Ecclesiarum, ob Clericorum delictum confiscentur, ut quoque advertit Pegna, præcitato in loco. ver. post Benedictum. De prædictis itaque quatuor Pontificum Constitutionibus agendum est.

Illâ primâ Innocentii tertii edita anno 1200. hodiè relata in cap. vergentis. de hæreticis, sancitum est, bona hæretici confiscati in terris Ecclesiæ applicari Fisco Ecclesiastico, in terris verò subditis ditioni Principis Secularis, fisco Seculari. Et decisionem hanc & hodiè observandam esse scribunt permulti nempe sexdecim ii Sacræ Theologiæ, juris Pontificii, & Cæsarei interpretes.

1. Hostiensis, in summa. titulò de hæreticis. §. quæ pœnâ. num. 8. in fine.
2. Acharanus, in cap. cum secundum. col. ver. advertendum tamen. de hæret. in 6. & in conf. 15. in fine.
3. Feliaus, in dicto cap. vergentis num. 1. & in dicto cap. excommunicamus. il. 1. §. 1. num. 1. de hæret.
4. Divus Anton. in tertia parte summe. titulò 18. cap. 2. §. 7.
5. Calvasius, in summa in verbo, hæreticus. n. 5.
6. Sylvestr Pierius, in summa. in verbo. hæresis. il. 1. ver. octavo queritur, n. 13.
7. Rosella, in summa in verbo, hæreticus. num. 14.
8. Petrus Fallerius, in practica criminali. in fragmentis. num. 10. pag. 421.
9. Philippus Propus, in additionibus ad Joannem Monachum. in cap. cum secundum. num. 8. de hæret. in 6.
10. Franciscus Squilacensis, in tractatu de fide catholica. cap. 10.
11. Gundilaus, in tractatu de hæreticis. q. 15. num. 3. qui

qui dicit extare extravagantem Clementis Quinti quæ servatur solum in Italia.

12. Igneus, in lege necessarios, §. non alias. num. 41. ff. ad Senatam Consultum Syllaniamum.
13. Ludovicus Cancruius, in pract. criminali titulo de hæreticis. n. 61.
14. Taberna, in summa. in verbo hæreticus. col. 4. ver. quæritur quis ille sit fiscus.
15. Conradus Brunus, in tractatu de hæreticis. lib. 5. cap. 6. n. 8.
16. Rolandus, in cons. 8. n. 15. lib. 3.

Cæterum à prædictis dissentiunt alii affirmantes imò hodiè observari debere, & multis in locis servari, constitutiones Innocentii IV. Alexandri IV. & Clementis IV. quòd de bonis hæreticorum tres fiant partes, quarum una deveniat communi Civitatis, vel loci, secunda officialibus, qui tunc negotia peregerint, tertia reponatur in loco aliquo tuto reservanda, & impendenda in favorem fidei, & ad hæreticos extirpandos.

Quod prima illa portio assignata Communi Civitatis, vel loci, hodiè sit Principis Secularis Domini ipsius Civitatis, vel loci, ubi hæreticus damnatus habitabat, admittunt Felinus, Bossius, Julius Clarus, & Burlatus, quos statim referam: illa verò secunda portio assignata officialibus secundum Burlatum in cons. 43. num. 42. lib. 1. aquiritur duodecim illis viris, duobus notariis, duobus servitoribus, duobus fratribus Prædicatoribus, & duobus fratribus minoritanis electis, ut hæreticos prehendi faciant, & eorum bona auferant. Et idem aperte scribit Divus Antonius, in dicto §. 7. qui omnino excludit Episcopum, & rectè quidem, si perpendamus verba prædictæ constitutionis Innocentii quarti, *propè principium. ver. idem quoque preslas &c.* alii verò intelligunt verba illa de Episcopo, & Inquisitore, ut ii secundam portionem accipiant. Ità sanè Felinus, in cap. irrefragabili. §. cæterum n. 5. in fine. de officio ordina. & in cap. cum nobis. n. 12. de præscript. dum sequitur Pavenum. Et manifestius Bossius, in tractatu causarum criminalium in titulo de hæreticis. n. 33. Julius verò Clarus, in practica criminali. §. hæresis item bona &c. in fine. testatur, in hoc Ducatu Mediolanensi servari opinionem hanc, quòd scilicet bona hæretici dividantur æquis portionibus inter fiscum Ducalem, Episcopum, & Inquisitorem, ipsam tamen bonorum liquidationem fieri per procuratores fisci regii, sicque per Magistratum redditum extraordinariorum, & apponi bona ad proclama, & omnia fieri perinde ac si bona essent fisco regio in totum applicata, & deindè factâ liquidatione, assignari unicuique suam portionem, ut refert ipse Clarus, sic statuisse Senatam nostram Mediolanensem annò 1559. die 30. Junii, consentiente etiam Rever. Inquisitore Sancti Officii. Idem affirmare, & ego possum, sic fuisse observatum ab ipso Magistratu, cujus sum nunc Præses, sicuti fuit & Julius Clarus, nam cum annò 1592. multa bona cujusdam Boncadelli Cremonensis de hæresi damnati fuissent publicata, & confiscata, Magistratus ipse eorum apprehensione factâ, publicatis edictis per proclama, & satisfactis creditoribus ipsorum bonorum partem fisco regio assignavit, alteram Episcopo, & tertiam Inquisitori. Et quidem unâ cum prædictis Interpretibus, à quibus non dissentit Pegna, in dicta 9. 109. col. 11. ver. ego verò. crediderim observari debere hanc Innocentii quarti, & aliorum supra commemoratorum constitutionem, quâ correctâ, & abrogata est constitutio illa Innocentii III. edita anno 1200. sicuti abrogationem ostendit Clausula illa: non

obstantibus &c. posita in ipsa Innocentii IV. constitutione, cum natura, & Jus clausulæ derogatoriæ sit, ut censetur sublata præcedens lex, constitutio, & dispositio, ut tradunt in l. sciendum ff. qui satisfacere coguntur, Decius, in l. in 1010 luro ff. de regulis juris, & alios sciens prætereò: imò lex, & constitutio nova, repugnans antiquæ, eam corrigere, & abrogare dicitur absque alia clausula derogatoria, cum actu contrario à præcedenti recedere dicatur, quemadmodum ad rem hanc per multis exemplis demonstravi in commentariis de præsumptionibus lib. 6. præsumptions 18. n. 28.

Nec huic opinioni repugnant objectiones excitatæ à Rolando, in dicto cons. 8. lib. 3. & à Burlato in dicto cons. 43. lib. 1. nam illis abunde satisfacit Pegna, præcitate in loco, quem retulisse sufficiat.

Quod verò scribit Campegius, in additionibus ad Zachinum in tractatu de hæreticis. cap. 26. & Pegna, in dicta questione 109. col. 4. ver. quia verò &c. ex sententia Ludovici Boligni, hodiè bona omnia hæretici applicari Inquisitori, vel usa aliquo locali, vel Principis Secularis permissione, potius, quàm lege aliquâ, verum est.

Secundus est casus hujus secundi capituli, quando delinquens est Clericus, & ab Episcopo, & Inquisitore de hæresi damnatus. Hoc casu distinguenda sunt bona ab ipso Clerico possessa, & Singulorum habenda est ratio; etenim aliqua esse possunt propria Ecclesiæ, aliquam emphyteutica, vel feudalia, vel alteri restitutioni obnoxia, aliqua demum Clerici patrimonialia, & libera.

Bona Ecclesiæ à Clerico hæretico, & confiscato possessa ipsi Ecclesiæ restituenda sunt, cum in Ecclesiæ detrimentum publicari, & confiscari minime possint, sicuti diximus supra statuisse Clementem Quintum, in Clemen. 2. de hæreticis, & tradunt glossa, in cap. excommunicamus. il. 1. §. de hæreticis, & ibidem collectarius. Ancharanus, in cap. cum secundum de hæreticis in 6. Felinus, in dicto cap. excommunicamus. col. 1. Conradus Brunus, in lib. 5. de hæreticis. cap. 6. Sijmancas, in catholicis institutionibus. tit. 9. de bonis hæreticorum num. 88. Marcus Antonius Peregrinus, in tractatu de iure fisci. lib. 1. titulo de his, qui iuxta fiscalia habent. num. 109. & ego ipse in cons. 223. num. 18. lib. 3.

Idem dicimus de bonis Clerici hæretici acquisitis ex Ecclesia, vel ejus respectu, ut scilicet nec hæc publicari possint, sed ipsi Ecclesiæ restitui. Ità sanè scribunt collectarius, in dicto cap. excommunicamus. il. 2. Zabarella, in practica Clementina 2. de hæreticis. Ancharanus, in dicto cap. cum secundum, Felinus, in cap. vergentis. de hæreticis, & Conradus Brunus, in dicto cap. 6.

Bona verò emphyteutica, vel feudalia à Domino Seculari habita, & recognita, ipsi Domino restituenda sunt, eum ob delictum hæresis à Clerico possessore perpetratum censentur consolidata cum directo dominio, sicuti multis argumentis probant Oldratus, in cons. 17. num. 2. 13. & 14. Joannes Andreas, in additionibus ad Speculatorem in titulo de feudis, §. quoniam quest. 40. num. 60. Ancharanus, in dicto cap. cum secundum col. 2. ver. innotata prædicta, Bellemera, in conclusione 724. incipit. Pro introductione. num. 1. qui de crimine læsæ Majestatis humanæ loquitur, Felinus, in cap. vergentis. num. 1. in fine. de hæreticis, Franciscus Martius, in questione 339. num. 11. in fine. in prima parte. Boëtius,

in decis. 204 n. 9. Conradus Brunus, in dicta cap. 6. n. 7. & Cravetta, in cons. 128. n. 6.

De bonis patrimonialibus, sicque omnino propriis ipsius Clerici hæretici, nunc agendum est. Hac in re sunt opiniones. Censent aliqui contra, & aquiri Domino Seculari, perinde ac si esset bona alicujus Secularis de hæresi damnati. Ita Sanè Oldratus, in dicto cons. 17. n. 2. & n. 7. in fine, Ioannes Andreas, in loco supra citato, Petrus Gregorius Tholosanus, in tractatu Syntagma. iuris, lib. 3. cap. 4. n. 3. ver. observandum, Marcus Antonius Peregrinus, in loco supra allegato. n. 100. Contrarium scribunt alii, & quidem crebrius, nihil scilicet ex bonis his aquiri domino Seculari, sed vel Episcopo, vel Eccles. si Clericus iuste non erat beneficiatus, eius bona applicari Fisco Episcopali. Si verò obtinueras beneficium aquiri Ecclesie, in qua ipse Clericus erat beneficiatus. Huius opinionis sunt Abbas, in cap. 2. in ultimo notabili. de successione, ab intestato; & in cap. quia diversitas, de concessione. praben. Ancharamus, in dicto cap. cum secundum col penult. ver. adverso tamen. in 6. Felinus, in dicto cap. vergentis n. 1. ver. subdit tamen, & ver. excommunicamus il. n. 1. de hæres. Franciscus Martius, in dicta quasi. 339. n. 11. in prima parte, Ioannes Lupus, in rubr. extra de donatio. inter virum, & uxorem. §. 39. n. 13. ver. & in casu, Gundislaus, in tractatu de hæreticis q. 15. n. 2. in fine, Conradus Brunus, in dicto cap. 6. n. 8. & Episcopus Bileargensis, in iudiciali Inquisitorum in verbo, bona hæreticorum, ver. bona vero &c.

CAPUT XVIII.

Clerici quando, & quibus in casibus coram Iudice Seculari in causis civilibus, & pecuniariis possint, & non possint conveniri.

Iuris non solum Pontificii, sed & Cæsarei est regula; & receptissima omnium est traditio, Clericos in causis civilibus, & pecuniariis conveniri non posse coram Iudice Seculari. Regulam hanc sic statuunt inter alios Stephanus Aufferius, in tractatu de potestate Seculari super Ecclesiasticis regula secunda n. 1. & Andreas Gailius, in lib. primo practicarum observationum, observatione 37. n. 1. Et verè sic summos Pontifices, Sacra Concilia, Imperatores & leges statuisse legimus. Marcellus Pontifex Maximus in secunda Epistola ad Episcopos orientales relata in cap. Clericum 11. quasi. 1. ita rescripsit, Clericum cuiuslibet ordinis absque Pontificis sui permisso, nullus presumat ad Secularem Iudicem attrahere, neo huic quemlibet Clericum licent accusare. Idem Marcellus, in cap. nullus Episcopum 11. q. 1. Sic statuit, Nullus Episcopus neque pro civili, neque pro criminali causa apud quemvis Iudicem sive civilem, sive militare prodeatur, vel exhibeatur. Idem statuit Innocentius Tertius, in cap. si diligenti, de foro competenti. Idem sancitum fuit à Martino Imperatore in l. cum Clerico C. de Episcopis, & Clericis; & à Iustiniano, in Authentica Clericus, & Authent. statuimus C. eo: titulo. Et Clericorum nomine continentur tam Clerici minorum ordinum, quam in Sacris existentium; in specie, post Socinum, tradit Gailius, in dicta observatione 37. num. 4. ver. quarto ampliatur. Clerici autem primæ tonsuræ conjugati non continentur hoc in casu, sub Clericorum nomine, quin possint coram Iudice Secula-

ri conveniri, sicuti communem esse sententiam testatur, & probat Didacus Covarruvias, in lib. practicarum questionum. cap. 31. n. 6. ver. primo igitur consistitur.

Extenditur primò hæc regula, ut locum habeat, etiam si Clericus reus conveniendus vellet prorogare iurisdictionem Iudicis Secularis, cum hoc facere minimè possit. dicto cap. si diligenti §. ult. de foro competenti, & ibidem Doctores, & Andreas Gailius, in dicto lib. primo practicarum observationum, observatione 37. num. 1. & observatione 4. num. 7. qui alios refert.

Extenditur secundò, ut locum habeat etiam in compromisso facto Seculare, qui sicuti Iudex esse non potest contra Clericum, ita nec arbitet, cum arbitria sint Iudiciorum instar. Ità statuit Innocentius III. Pontif. x Maximus, in cap. contingit, de arbitris, & ibidem Glossa, & Abbas, sic & Felinus, in cap. quanto num. 2. de Iudiciis, & Gailius, in dicta observatione 37. num. 2. ubi in fine declarat, sententiam habere vim pacti.

Extenditur tertio, ut procedat etiam, quando in causa communi, sed divisibili conveniendi sunt Clericus, & Secularis; nam Clericus coram Iudice Seculari conveniri adhuc non potest, sed coram Ecclesiastico Ità Bartolus, in l. Iurisperitos. §. 1. n. 1. ff. de excusat. tutor. Marianus Socinus Senior, in cap. 1. num. 18. de foro competenti, & in cons. 12. num. 17. lib. 1. & Gailius, in dicta observatione 37. num. 2. ver. tertio singulariter, & copiosius dicemus infra, ubi explicabimus, coram quo conveniri debeat Clericus, & Secularis communem causam habentes.

Extenditur quarto ut locum habeat hæc regula non solum in actionibus personalibus, sed etiam in realibus, quæ adversus Clericum possessionem moveri non possunt coram Iudice Seculari. Ità tradunt sexdecim, Doctores, nempe.

1. Oldratus, in cons. 83. n. 3.
2. Speculator, in titulo de reo. §. 1. ver. item Clericus, & in titulo de compet. Iudicis aditione. §. 1. ver. in Clericis.
3. Collectarius, in cap. at si Clerici de iudiciis.
4. Baldus, in Authen. Clericus. n. 2. C. de Episcopis, & Clericis, & in cap. 2. in fine. de Iudiciis, & in cap. cum venissent. n. 5. de eo, qui mixti in possess. causa rei ser.
5. Archidiaconus, in cap. unico de Cler. conjugat. in 6. & in cap. Clericum. 11. q. 1.
6. Albericus, in Authen. statuimus. C. de Episcopis, & Clericis.
7. Abbas, in cap. Ecclesia Sanctæ Mariz. in prima lectura num. 22. de constit. & in cap. qualiter. n. 9. de iudiciis.
8. Joannes de Platta, in l. viros. n. 2. C. de palat. sacra largit.
9. Joannes Fabri, in Authen. statuimus, ver. sed an hæc. C. de Episcopis, & Clericis, dum scribit contrariam opinionem servari de facto, sicuti etiam servari in Gallia affirmat ipsemet, in §. item serviana. n. 32. Institur. de actionibus, & in §. ult. n. 7. Institur. de satisfat. Sensit ergo aliter esse de jure.
10. Barbatia, in cons. 1. col. 18. ver. præterea adduco. lib. 3.
11. Marianus Socinus Senior, in cap. sanè. n. 9. ver. nona declaratio. de Iudiciis, qui rationibus probat, & contrariis argumentis satisfacit.
12. Franciscus Martius, in questione 1508. num. 1. in prima parte.
13. Aufferius, in dicto tractatu de potestate secularis super Ecclesiasticis regula 2. n. 5. ver. contrariam tamen opinionem &c. qui testatur hanc esse receptam Doctorum

Doctorum sententiam, & in Curia Romana sic servari, & si aliter in Gallia, eodem teste observetur & verè ipse Aufrelius probat, communem hanc opinionem, cum eam referat postremo loco & non improbet juxta ea, quæ post alios tradit Jason, in l. si idem cum eodem §. ultimo n. 9. de iurisdictione omnium iudicium.

14. Gulielmus Benedictus, in cap. Raynutius. in verbo & uxorem nomine Adelasiam in secundâ decisione n. 120.

15. Didacus. in lib. practicarum quæstionum cap. 31. nu. 5. ver. non ita iniqua &c. testatur ita servari in Hispaniis.

16. Ripa, in cap. 2. n. 19. de iudiciis.

Et hæc quidem sententia fulcitur primum hæc ipsa regula, quod Clericorum personis tributum est hoc privilegium, ne coram Iudicibus secularibus conveniri possit, ergo nec ratione rerum à se possessarum, cum res sint necessariz ad personam, & Canones supra pro regula commemorati generaliter, & indistincte loquantur, & ob id ita intelligendi sunt de actione reali, & de personali. Et accedit, quod ratio qua concessum est fori privilegium Clericis in actionibus personalibus, nempe ne à divinis augeantur, l. omnes C. de Episcopo & Cleric. locum habet etiam in reatibus.

Et his constat veram non esse contrariam opinionem, quod scilicet actione reali conveniri possit Clericus coram Iudice seculari quæ quidem in opinione sunt solummodo Ojoffredus, & Gulielmus de Cuneo, in Authen. Clericus C. de Episcopis & Cler. Boërius in qu. 69. num. 7. & num. 22. Tiraquellus, de retrattu consanguineorum §. 32. glos. 1. num. 81. qui testatur, hanc servare Consilium Neapolitanum, & Andreas Gailius, in libro practicarum observationum, observat. 37. num. 4. qui testatur Cameram Imperialem consuevisse probare, & sequi opinionem, hanc sicuti & in Gallia observari affirmant Baldus, & Ioannes Fabri supra allegati, qui de iure ut retuli supra, aliter esse sentiunt, & ob id dici ii postremam hanc opinionem probasse male commemorantur ab Aufrelio, & Gailio, qui pariter malè refert Marianum Socinum seniore, in dicto cap. sanè num. 9. de foro competentis, qui, ut jam admonui, satisfacit rationibus, & argumentis quæ hac pro commune opinione adduci solent.

Et quod dictum est de actione reali, idem dicemus de hypothecaria, quæ realis appellatur à Cyno, Bartolo, Baldo, Saliceto, & Fabro, in l. pignoris C. de pignor, & idem Joannes Fabri, in §. item Serviana. num. 32. Instituit. de actio. post Petrum, quem refert, & Socinus tenior, in conf. 46. num. 11. lib. 4. & in specie Aufrelius, in dicta regula Secunda num. 5. ver. quod autem hypothecaria, &c.

Et prædicta quidem locum habent non solum quando agitur de bonis Clerici provenientibus ab Ecclesiastica sed etiam de patrimonialibus, nam & hæc fruuntur privilegio fori. Ita Abbas, in cap. qua in Ecclesiarum, col. penult. de Constit. Felinus, in cap. Ecclesia Sancta Maria num. 7. eodem tit. de constit. & ibidem Decius num. 18. & Afflictus, in commentariis in Constitut. Neapolitanas, ubi 67. de iuramento præstando à Baiulis §. de Burgensaticis in fine.

Excipiuntur ab hac regula casus permulti, quos ex ordine enumerabimus, atque applicabimus.

Primus est casus, quando Clericus obtinet Feudum à Principe seculari & contentio est civilis inter ipsos vassallos, quorum unus vel omnes sunt Clerici. Hoc sanè casu, Princeps ipse feudi Dominus directus, cognoscit. Ita scribunt decem & novem Doctores. hoc est.

1. Gloss. in cap. ex transmissa de foro competenti.

2. Joannes Andreas, in cap. verum de foro competenti.

3. Innocentius, in eodem cap. ver. 1. m.

4. Hostiensis. in summa. de foro competenti. §. quibus, col. 9.

5. Oldratus. in conf. 17.

6. Baldus, id capuerum de foro competenti, in l. ult. C. sine cens. vel reliq. & in cap. primo de controver. feudi apud pares termin.

7. Archidiaconus. in cap. unico de Clericis conjugatis. lib. 6. qui affirmat opinionem hanc usu, & consuet. observari.

8. Ancharanus, in cap. ea que quæst. 22. de regulis juris, in 6.

9. Joannes Fabri, in Authent. statuimus, n. 2. C. de Episcopis, & Clericis.

10. Geminus, in cap. unico, n. 7. de Clericis conjugatis, in 6.

11. Marianus Socinus senior, in cap. 1. num. 27. & id cap. ex transmissa de foro competenti.

12. Guido Papa, q. 139.

13. Alexander, in conf. 79. n. 1. lib. 1.

14. Aufrelius, in tractatu de potestate seculari super Ecclesiasticis, regula secunda n. 2.

15. Alvarotus, in cap. 1. si de feudo fuerit controver. & in cap. 1. apud quem, vel quos.

16. Decius, in cap. cæterum n. 4. de iudiciis, qui testatur communem esse opin. rejecta contraria opinione, Barbatiz ibidem.

17. Afflictus, in cap. 1. n. 3. de controver. feudi apud pares termin. & in cap. 1. §. 1. num. 2. de beneficio frat.

18. Andreas Gailius, in lib. primo pract. observationum. observ. 37. n. 3.

19. Scarderus, in tract. de feudis. in prima parte, qu. 2. nu. 3.

Et vere receptissima hæc sententia probatur multis iuribus, quæ recenset. Decius, præcitato in loco, qui & ratione comprobatur.

Quando verò causa est criminalis, ut si Clericus commisit delictum quo feudo privari potest, an de eo crimine cognoscere possit Dominus feudi, vel potius Iudex Ecclesiasticus, dubitant Doctores. Existimant aliqui Iudicem Ecclesiasticum cognoscere debere.

Ita sanè Innocentius, in cap. verum de iudiciis. Socinus Senior, in conf. 12. col. penult. lib. 1. Ripas in cap. 2. num. 21. ver. terisò intellige de iudiciis, & Aufrelius, in dicta secunda regula n. 2. ver. dicit tamen. Alii verò, ut Ifernias, in Constitutione Regni de personis, & Afflictus, in cap. si Clericus, in principio. n. 3. ver. dicit tamen. Andreas, de pace tenen. & eius violatione, Clericum hunc conveniri posse cum Domino feudi, ut ab eo puniatur, quò ad amissionem feudi, non autem pœnâ corporali, vel aliâ pœna; quæ quidem traditio mihi magis probatur.

Secundus est casus, quando Clericus, ut Episcopus, aliusve Prælati, habet iurisdictionem temporalem iure feudi, & Subditi Vassallicque sunt Clerici. Hoc etiam casu Clerici ii conveniri possunt coram ipso Episcopo, tanquam feudi Domino, non autem tanquam Episcopo iudice ipsorum Clericorum ordinario. Ita post alios Aufrelius, in dicta secunda regula n. 3. qui ob id dicit, quòd è sententia prolata ab ipso Episcopo appellabitur superior Secularis ipsius Episcopi. Et hujus opinionis refert Afflictus fuisse Glosam, in cap. Romana. §. debet. de senten. excom. in 6. & in cap. 2. de delictis puerorum, Innocentium, in cap. solius. de maio, & obed. Bartolum, in l. 1. §. si quis n. 14. ff. de appellat. & in l. si quando. C. eodem.

Archidiaconum, in cap. his ita 11. q. 1. Abbatem, in cap. dilectus. il. 3. de praben. & Romanus, in l. 2. in principio. col. 8. ver. si in eadem. de verborum obligat. Et his accedunt alii congeſti à Didaco Covaruvias in lib. practicarum questionum. cap. 2. n. 2. Sic & Andreas Gallius, in libro primo practicarum observationum. observat. 30. n. 5. & 6. & in specie magis observatione 37. n. 10. ver. octavo fallit.

Declaratur hic casus, ut locum non habeat, quando in ipsum Episcopum, & Prælatum fuit omne jus temporale, nam tunc à sententia appellatur Iudex superior Ecclesiasticus, sicuti scribunt Abbas, in dicto cap. dilectus. il. 3. de prabendis, & in rubr. de appellat. ubi etiam Præpositus, quos secutus est Auferius in dicta regula secunda n. 3. ver. limita tamen, & ante eos Bartolus, in dicta l. 1. §. si quis. n. 14. de appellat. quem probaverunt Bonianus, in conf. 422. in fine. Felinus, in cap. solita. col. 3. de maio. & obed. & in rubr. de appellat. col. 4. & ibidem.

Præpositus, n. 53. & Francus, n. 35. & Didacus Covaruvias, in dicto lib. practicarum questionum cap. n. 2. ver. etenim. Non hic referam nonnullas alias declarationes, quas recenset Ripa, in cap. 2. n. 21. de iudiciis.

Tertius est casus, quando scilicet Clericus in causa civili reconvenitur coram Iudice Seculari; coram quo ipse agere cœpit contra Secularem. Hoc etiam in casu Iudex ipse secularis cognoscere, & ius dicere potest contra ipsum Clericum. Ità scribunt decem, & septem Doctores, nempe.

1. Glossa, in cap. denique. distinctione 96. & in cap. multi. 2. q. 1.
2. Innocentius, in cap. 2. de foro competenti.
3. Speculator, in titulo, de reo §. item Clericus.
4. Hostiensis, in summa, titulo de foro competenti. §. quibus, ver. licet. col. 9. & in titulo de mutuis petitionibus, §. 3. col. ver. restat.
5. Joannes Andreas, in cap. at si Clerici. de iudiciis, qui testatur ità consuetudine servari.
6. Bartolus, in Authent. & consequenter. n. 7. de senten. & interloc. om. Jud.
7. Baldus, in eadem Authent. & consequenter. n. 9.
8. Salicetus ibidem.
9. Abbas, in dicto cap. ut si Clerici n. 8.
10. Imola, eodem in loco.
11. Ancharanus, in cap. ea quæ. quest. 14. de regulis juris. in 6.
12. Joannes Fabri, in Authent. statuimus. ver. quid in causa reconventionis. 6. de Episc. & Cler.
13. Marianus Socinus Senior, in cap. 1. n. 26. de foro competenti & in cap. 1. n. 24. ver. item prædicta regula. de mutuis successionibus.
14. Auferius, in tractatu de potestate seculari super Ecclesiasticis regulâ secundâ. n. 4. qui testatur communem esse opinionem.
15. Decius, in cap. at si Clerici. in principio. n. 25. ver. sed difficultas. de Iudiciis, qui longa habita disputatione prope finem testatur, non solum communem hanc esse opinionem, sed etiam usu, & consuetudine observari.
16. Berofius, in eodem cap. at si Clerici. n. 153. qui, n. 157. post Baldum, conciliando opiniones distinguit tres casus, ut apud eum.
17. Andreas Gallius, in lib. primo practicarum observationum observ. 37. n. 5. ver. quartò secundum.

Et probatur casus iste Constitutione Justiniani, in §. reverendissimi. in Authentica de Sanctiss. Episc. & iure Pontificò, in cap. 1. de mutuis petitionibus.

Ceterum à prædicta opinione dissentiant multi congeſti à Mariano Socino Seniore in cap. 1. n. 25. ver. contrariam sententiam de mutuis petitionibus, qui, n. 27. in fine, scribit, hanc esse veriore, præcedentem tamen æquiore,

Declaratur primò hic casus, ut locum non habeat quando Clericus in fraudem convenisset laicum coram Iudice Seculari, ut ibidem reconveniretur, nam detectâ fraude locus non erit reconventionis. Ità Angelus, in l. 2. §. sed si agat ff. de iudiciis. Speculator, in titulo de reconvent. §. primò. ver. quid si laicus, Butrius, in cap. Ecclesia Sancta Maria de consti. quos secutus est Auferius, in dicta regula secunda n. 4. ver. limita tamen & c. & ver. secundo limita. Et accedit Marianus Socinus Senior, in cap. 1. n. 28. de mutuis petitionibus. Confert quod dicemus infra in nono casu.

Declaratur secundò, ut locum non habeat, quando Clericus convenisset laicum coram Iudice seculari super actione famosa; vel super alio crimine, nam tunc Clericus ipse reconveniri non potest coram eodem Iudice. Ità Baldus, & Salicetus, in dicta Authent. & consequenter, & idem Baldus, in cap. de controvers. feudi apud pares termin.

Angelus, in dicta l. 2. §. sed si agat, Ioannes Andreas, in cap. 1. de mutuis petitionibus. Abbas, in dicto cap. at si Clerici, & ibidem Imola, sic & Marianus Socinus Senior, in cap. 1. n. 30. de mutuis petitionibus. Decius, in dicto cap. at si Clerici in principio. n. 25. qui idem esse dicit, quando de crimine civiliter agitur, & ibidem Berofius, n. 150. & 151. Auferius, in dicta regula secunda n. 4. ver. tertio limita, & ver. quinto nisi & c. qui communem esse sententiam testatur, & ibidem. ver. sexto nisi ageretur & c. Subiungit Clericum reconveniri non posse coram seculari, quando agitur de distrahendo personam ipsius Clerici, cum hoc permissum non sit Iudici ipsi Seculari secundum Archidiaconum, in cap. unico de Clericis coniugatis, qua de re copiosè scripti supra in cap. 7. dum egimus de causis criminalibus, in quibus Clericus accusari potest coram Iudice Seculari. Et accedit Socinus Senior, in dicto cap. 1. n. 31.

Declaratur tertio, non habere locum quando reconventio esset de re spirituali, vel illi annexa, cum de ea nullò modò cognoscere potest Iudex Secularis. Ita in specie scribunt Innocentius, in cap. 1. de mutuis petitionibus. Baldus, & Salicetus, in dicta Authent. & consequenter C. de senten. & interloc. om. Iud. Abbas, in dicto cap. at si Clerici. col. 9. ver. advertit, Marianus Socinus Senior, in cap. 1. n. 29. de mutuis petitionibus. Auferius, in dicta regula secunda. n. 4. ver. quartò limita, & Berofius, in dicto cap. at si Clerici. in principio. n. 148. qui multis argumentis comprobatur.

Quartus est casus, quando Clericus, qui rem vendidit, vocatur in ius, causâ evictionis mortæ contra emptorem secularem. Hoc etiam casu Clericus coram Iudice Seculari conveniri, & vocari potest. Id scribunt tres & viginti Doctores, hoc est.

1. Baldus, in Authentica Clericus, C. de Episcopis, & Clericis, & in l. 1. C. ubi in rem actio, & in l. emptori. C. de evictionibus.
2. Angelus, in l. non solum. §. quod vulgo. ff. de usucap.
3. Archidiaconus, in cap. Clericus nullum.
4. Ancharanus, in cap. ea quæ q. 17. de regulis juris. in 6. & in conf. 333. n. 4.
5. Abbas, in cap. quoniam frequenter. §. ult. n. 28. ut lite non contestata. & in cap. ult. col. 2. de emptio, & vendit.
6. Butrius, in eodem §. ult. n. 16.
7. Albericus, in l. venditor. ff. de iudiciis.
8. Fulgosius, in eadem l. venditor.
9. Angelus Aretinus, in §. actionum. n. 19 Institut. de actionibus, & in rubr. de except. col. 10.
10. Lanfrancus Orrianus, in tractatu de arbitriis. quest. 47.
11. Corneus, in conf. 79. n. 12. lib. 4.

12. Aufrelius, in dicta regula secunda n.6. qui testatur Curiam Gallicanam hanc observasse opinionem.
 13. Marianus Socinus, in cap.1. n.29. de foro competentis, & in dicto cap. quoniam frequenter §.ult. n.127. ut lite non contestata.
 14. Socinus Senior, in conf.91. ver. circa ultimam difficultatem. lib.3.
 15. Lancellotus Decius, in dicta l. venditor. ff. de iudiciis.
 16. Antonius Burgos, in cap.ult. col. penult. de emp. & vendit.
 17. Ripa, in cap.2. n.24. de iudiciis.
 18. Cagnolus, in l. venditor. n.13. ff. de iudiciis.
 19. Gulielmus Benedictus, in cap. Raynutius, in verbo, & uxorem nomine Adelasiam. n.417. de testa. qui pariter affirmat in Gallia ita servari.
 20. Boërius, in quæst.69. n.27.
 21. Didacus Covarruvias, in lib. practicarum quæstionum. cap.8. n.3.
 22. Gamma. decis. 21. n.10. & in decis.61. n.6.
 23. Andreas Gailius, in lib. practicarum observationum. observ.37. n.7. qui testatur Cameram Imperialem consuevisse sequi opinionem hanc.
- Et si quidem moti sunt textu dicta. l. venditor. ff. de iudiciis, & l. hæres absens. eo. iis.
- Contrariam opinionem probarunt Angelus Castrensis, & Iacobinus, in dicta l. venditor, Ioannes Platea, in l.3. C. de iure fisci lib.10. & hanc in foro servari affirmat Angelus Aretinus, in dicto §. actionum n.17. Capicius, in decis.193. n.7. & Natta, in conf. 324. n.4. Verum à præcedenti tam recepta sententia recedendum non esse existimo.
- Quintus est casus quando Clericus ob id, quod factus est hæres Secularis, tenetur respondere coram ipso Seculari Iudice.
- Hic casus clariùs explicari potest distinguendo, & constituendo quatuor conclusiones, ut distinguit Didacus Covarruvias, in lib. practicarum quæstionum. cap.8. n.22. usque ad finem.
- Prima est quando Clericus successit Seculari, lite iam cœpta coram Iudice Seculari. Tunc quòd poterit convenire, seu coram eo respondere, affirmant sexdecim Doctores, hoc est.
1. Imola, in l. si eum hominem. ff. de fideiussor.
 2. Castrensis, in l. hæres absens. n.4. ff. de iudiciis, & in l. si constante. §. ult. n.5. ff. soluto matrimonio.
 3. Romanus, in eodem §. ult.
 4. Angelus Aretinus, in §. actionum. n.17. Institut. de actionibus.
 5. Alexander, in eo §. ult. n.9.
 6. Barbarus, in cap. quia V. n.4. de iudiciis.
 7. Iason, in Authent. quas actiones. n.39. C. de Sacrosan. Eccles.
 8. Socinus Senior, in conf.91. n.5. lib.13.
 9. Curtius Senior, in additionibus ad Alexandrum. in dicta l. hæres absens. ff. de iudiciis.
 10. Aufrelius, in dicta regula secunda. n.7. qui dixit opinionem hanc maximâ fulciri æquitate.
 11. Boërius, q.69. n.32.
 12. Gulielmus Benedictus, in cap. Raynutius, in verbo, & uxorem nomine Adelasiam, decisione. 2. n.124. de testa.
 13. Didacus Covarruvias, in lib. practicarum quæstionum cap.3. ver. hinc ergo constat.
 14. Andreas Gailius, in lib. primo practicarum observationum observ.37. n.8. & n.9. qui testatur Cameram Imperialem sequi consuevisse hanc opinionem tanquam veriore.
 15. Vasquius in tractatu de successio. creat §.32. limitatione 17. n.72.
 16. Joannes Martinez, de Olano, in concordia ad

- leges Hispaniz. in verbo, Clericus hæres. n.28. & 33.
- Contrariam tamen opinionem probarunt decem Doctores tantum nempe.
1. Imola, sibi parum constans, in cap. quia V. n.7. de iudiciis.
 2. Butrius, eodem in loco. n.8.
 3. Abbas, ibidem. col. ult. n.10.
 4. Felinus, ibidem. col. penult.
 5. Rota, in decisione prima de foro competentis. in antiquioribus.
 6. Baldus, in l.1. C. si penden. appellat. & in cap. in presentia. col.4. de probatio.
 7. Angelus, in l. tam ex contractibus. ff. de iudiciis.
 8. Iacobinus à Sancto Georgio, in eodem l. hæres absens, qui dicit ita judicari vidisse, & ab hac in praxi non esse recedendam.
 9. Curtius junior, in dicta l. hæres absens. in princip.
 10. Joannes Baptista Afinius, in praxi iudiciorum. §. 2. cap.12. in fine, qui dicit opinionem magis receptam, etsi post aliquos dissentit Ripa, in cap.2. n.22. in fine de iudiciis.
- Secunda est conclusio, quando lis adhuc cœpta non est, Clericus hæres Secularis convenire debet coram Iudice Ecclesiastico non autem coram seculari. Ità sanè ultra Glossam scriptum reliquerunt duo, & victores Doctores, nempe.
1. Glossa in cap. is qui in jus succedit. de regulis juris. in 6.
 2. Archidiaconus, in cap. Clericum nullus. l. q.1.
 3. Geminaus, eodem in loco.
 4. Præpositus, ibidem.
 5. Cynus, in Authent. quas actiones. n.7. & in l. hæres absens. ff. de iudiciis.
 6. Baldus, ibidem, & in l.2. C. ut in possess. lega.
 7. Iacobus de Arena, in l. hæres absens. in principio. ff. de iudiciis.
 8. Bartolus eodem in loco.
 9. Angelus, ibidem.
 10. Fulgosius, ibidem.
 11. Albericus, ibidem.
 12. Rota, in decisione. 1. de foro competentis. in antiquioribus.
 13. Abbas, in cap. quia. §. n.9. de iudiciis.
 14. Butrius, ibidem. n.10.
 15. Decius, eodem in loco, n.11. qui dicit hac de opinione dubitandum non esse. Idem in conf.700.
 16. Iason, in Authent. quas actiones. n.39. C. de Sacrosan. Eccles.
 17. Iacobinus à Sancto Georgio, in d. l. hæres absens. in principio. n.7.
 18. Curtius junior, eodem in loco. n.2. qui testatur communem esse sententiam.
 19. Ripa, in cap.2. n.22. de iudiciis.
 20. Didacus Covarruvias, in præcitato cap.8. n.4. qui communem testatur.
 21. Afinius, in dicto. cap.12. n.54. in fine.
 22. Andreas Gailius, in dicta observatione. 37. n.10. Rationes, & argumenta multa, quæ satis diligenter commemorantur, ab Afinio non refero, cum apud eum facilè legi possint.
- Retinenda est itaque opinio hæc, & si ab ea differunt nonnulli ex antiquis commemoratis à Glossa in dicto cap. Clericum nullus. l. q.1. Albericus, in dicta l. hæres absens, qui affirmat, olim Bergomi, habitâ diligenti disputatione sic fuisse iudicatum, & Vasquius, in dicto §. 22. limitatione 17. n.70. ver. contra reum tamen, qui aliquibus rationibus, & argumentis satis levibus usus est.
- Tertia est conclusio, Clericum Secularis hæredem conveniendum esse coram Iudice Ecclesiastico, si petitione hæreditatis est agendum, vel ab eo

petatur fideicommissi restitutio. Ità Didacus, in dicto cap. 8. n. 4. ver. quarta conclusio. motus responsio l. si Fideicommissum. in principio. de iudiciis, ubi Bartolus, & reliqui annotarunt, quod quando petitur fideicommissum, quod à defuncto peti non potuit, non respicitur, ubi defunctus conveniri poterat, sed ubi potest hæres. Et quod diversum est in casu l. hæres absens. eod. titulo de iudiciis, in cuius casu, nempe contractus celebrati cum defuncto, poterat defunctus conveniri. Qua ex ratione inferri illud forte potest. Idem dicendum esse in obligatione conditionali ex contractu celebrato cum ipso defuncto, qui conditione pendente decessit, cum enim conveniri is non potuerit, dicendum est, Clericum eius hæredem esse coram Iudice Ecclesiastico conveniendum, conditione purificatâ. Et hæc quidem illatio comprobatur à fortiori ex subsequenti conclusione.

Quarta est conclusio executionem, & instrumenti publici, quò Secularis obligatus est ad certam pecunie quantitatem, vel aliud simile, petendam esse coram Iudice Ecclesiastico adversus Clericum, huius Secularis hæredem. Hanc conclusionem probavit Didacus, in dicto cap. 8. n. 5. ver. quinta conclusio, qui huius opinionis refert Rotam, in decisione 2. titulo de foro competenti in antiquioribus, quæ relata fuit in decisione 5. eo titulo in antiq. & Rodericum Suarez, in l. post rem de re iudicata, extensione prima col. 4. & extensione octava, qui secutus est Bartolum, in l. cunctos populos n. 29. C. de summa Trinitate, & fide catholica, affirmante statutum Secularium, quò instrumenta publica paratam habeant executionem, ligare etiam Clericos, qui tamen non nisi apud Iudicem suum ecclesiasticum conveniri possunt. Et Bartolum in specie nostra probavit Didacus, præcitato in loco, quem secutus sum in conf. 991. n. 2. lib. 10.

Sextus est casus, quando statutò Seculari Sancitum est, quòd non valeant legata, nisi insinuatione testamenti factâ coram Vicario Capitanei populi Civitatis, & contingat Clericum institui in testamento, in quo facta sunt legata laicis, & Secularibus, & legatarum petentes legata, curarunt citari Clericum hæredem coram ipso Vicario Capitanei ad videndum fieri insinuationem. Hoc sanè casu citari, & conveniri sic potuit Clericus. Ità Baldus, in Authent. Clericus. n. 2. C. de Episcopis, & Clericis, & ibidem Cautrensis & Salicetus, in l. testamenta C. de testa. Ancharanus, in cap. ea qua. q. 17. ver. pro pleniori. de regulis juris in 6. Salicetus, in l. consulta. C. de testa. Angelus, in l. 1. §. hac stipulatio. ff. si cui plusquam per legem falcidiam & c. Antonius Canarius, in tractatu de insinuatione q. 57. & hos refert, & probat Aufreerius, in dicta secunda regula. n. 9. ver. nono fallit. & accedunt Decius, in conf. ult. n. 3. Rolandus, in conf. 29. n. 8. lib. 2. & Phanutius, in tractatu de inventorio in tertia parte. n. 24. in fine.

Septimus est casus satis proximus præcedenti, quando scilicet Secularis hæres curat publicari testamentum, in quo facta sunt legata Clericis. Hoc casu Clerici vocari possunt coram Iudice Seculari. Ità post alios Aufreerius, in dicta regula 2. n. 11. ver. undecimo fallit. Existimo ego distinguendos, atque constituendos esse sex casus, quorum primus est, quando testator Secularis hæredem facit Secularem. Hoc casu sine controversia testamentum publicari, vel insinuari debet apud Iudicem Secularem l. repetita. C. de Episcopis, & Clericis, & l. consulta C. de testa. quo utroque in loco Justinianus statuit testamenta insinuari, vel publicari non debere apud Iudicem Ecclesiasticum, Absurdum etenim, inquit Justinianus, Clericis est, imò etiam opprobriosum, si peritos se velint ostendere disceptationum esse forensium & c. Hoc in casu nemo est ex juris Cæsarei interpretibus, qui aliter sentiat, & si Butrius, in cap. ult. de fide instrumentorum,

& ibidem Imola, n. 5. & Felinus, n. 3. affirmant publicari etiam posse hoc testamentum apud Iudicem Ecclesiasticum cum pius sit, ut testamenta executioni mittantur, quod ego intelligo, quando Iudex laicus negligit id præstare.

Est & Secundus casus, quando testator Secularis contexit testamentum, quod aded clausum est, ut videri non possit, an Ecclesiasticæ piæque causæ relictum aliquid fuerit. Hoc etiam casu testamentum aperiari, publicari, & insinuari debet apud Iudicem Secularem. Ità glosa, in dicto cap. si heredes in verbo Ab Episcopo, & idem Barba, n. 9. & 10. Joannes And. & Abbas, in cap. ult. de fide instrum. Baldus, in Authent. Clericus, & in l. repetita. C. de Episcopis, & Clericis, & in l. testamenta C. de testam. & ibidem Caneus. Aufreerius, in tractatu de potestate Seculari super Ecclesiasticis in secunda regula, n. 11. in undecima fallens. Gulielmus Benedictus, in cap. Raynuius. in verbo, Et uxorem nomine Adelsiam. in secunda decisione n. 129. de testa. & Didacus, in dicto cap. si heredes. n. 3. sic etiam intelligo loqui eundem Didacum, in lib. practicarum questionum cap. 8. n. 1. & Joannes Guierrez, in lib. 2. practicarum questionum q. 48. Et hoc quidem in casu locum habet præcitata Justiniani Constitutio relata in dicta l. repetita, & in dicta l. consulta.

Tertius est casus, quando testator Secularis reliquit aliquod piæ causæ, & constat sic reliquisse. Hoc casu testamentum debere publicari, & insinuari coram Iudice Ecclesiastico sentiunt Butrius, & Imola, in dicto cap. ult. de fide instrumentum, & Didacus, in dicto cap. si heredes. n. 3. à sensu contrario, dum dicit, ut in præcedenti casu, debere publicari coram Iudice Seculari, quando adhuc non constat aliquid fuisse relictum piæ causæ. Ergo à sensu contrario, quando apparet ei relictum, publicatio fieri debet apud Iudicem Ecclesiasticum. Idem manifestè tradit Joannes Guttierrez, in lib. 2. practicarum questionum q. 48. n. 3. Et huius quidem sententiæ eam esse rationem existimo, quia si Iudex Ecclesiasticus cognoscit de relicto ad piæ causas, ut diximus supra, & ea exequitur; cognoscere etiam debet de ipsius instrumenti publicatione, quæ dicitur quodam præparatorium ad ipsam executionem juxta l. quoties C. de iudiciis, & scribunt omnes in rubr. C. de edendo, & in rubr. extra de Iudiciis. Et his intelligimus, minis rectè sensisse Vasquium, in tractatu de successionum creatione lib. 3. §. 26. n. 59. cum dixit hoc in casu testamentum esse coram Iudice seculari aperiendum, cum quo ad iurisdictionem, & forum spectanda sit testatoris persona. Verius credo esse spectandam personam hæredis, quæ agere, & conveniri debet.

Quartus est casus, quando testator Secularis hæredem instituit Clericum, & legata reliquit secularibus, qui ut legata ipsa consequantur, petunt testamentum publicari. Hoc casu coram Iudice Seculari publicari, & insinuari debet testamentum, citatò Clericò, si sua putat interesse. Ità Baldus, in l. testamenta omnia. n. 4. C. de testam. & ibidem Correus, in fine, & Didacus, in dicto cap. si heredes. n. 3. ver. etiam si hæres in eodem extra, de testam.

Quintus est casus, quando testator erat Clericus, qui hæredem instituit Secularem. Hoc casu existimo, testamentum publicari, & insinuari debere coram Iudice Ecclesiastico. Ita sensit Didacus, in dicto cap. si heredes. n. 3. ibi quod procedit, quando testator erat Laicus, ergo secus, quando erat Clericus, quem Justinianus ligare non potuit suâ illâ constitutione relata in dicta l. repetita, & in dicta l. consulta, & in specie scribit Barbatia, in dicto cap. si heredes. n. 10. & manifestius Joannes Guttierrez, in dicto lib. 2. practicarum questionum. q. 18. n. 1. in fine, & n. 3. q. 49. n. 5.

Est demum Sextus & ultimus casus, quando testator Clericus hæredem fecit Ecclesiam, vel aliam piã causam. Hoc casu testamentum publicari, & insinuari debere coram Judice Ecclesiastico significant rationes suprã commemoratæ, & admittunt præcitati Doctores, & hic, Mediolani, fuit observatum annò 1598. in publicatione testamenti Illustrissimi Cardinalis Cusani, qui Hospitale Magnum Hæredem fecerat.

Octavus est casus quando Clericus tanquam tertius possessor rei, super qua lata est sententia à Judice Seculari, inter seculares, vult impedire ipsius sententiæ executionem. Hoc etiam casu Clericus comparere debet coram Judice Seculari, & ob id declarationem opponere non poterit, sicuti scribunt Baldus, in *l. si eo tempore. in fine C. de remiss. pigno.* Ancharanus, in *conf. 337. n. 1.* Abbas, in *cap. cum inter. n. 12. de exceptio.* Romanus, in *conf. 217.* Aufserius, in *dicta regula secunda n. 10.* Afflictus, in *decis. 235. n. 6.* Andreas Gailus, in *lib. primo practicarum observationum. observatione 71. n. 2.* Et quidem huius sententiæ ea est ratio, quòd tertius iste dicitur actoris partes sustinere, cum ad iudicium non trahatur invitus, sed ipse sua spontè, & voluntariè ad illud accedit, ut impediatur; vel assistat. *l. inter stipulantes. §. si stichum. de verborum obligat.* Cæterum Clericus iste, sicque hic tertius, si iustam habet suspicionis causam adversus ipsum Judicem, recusare eum jure potest; sicuti scribunt Afflictus, in *dicta decisione 255. in fine.* Decius, in *dicto cap. cum inter. num. 1.* & Gailus, in *dicta observatione. 71. n. 7.*

Nonus est casus, quando Secularis hæres alterius Secularis requirit fieri inventarium coram Judice vocatis creditoribus & legatariis juxta *l. ult. cum ignor. C. de iure deliberandi.* Hoc etiam in casu si inter creditores, vel legatarios sint Clerici, coram ipso Judice Seculari stare debent in confessione ipsius inventarii. Ità in specie tradit Aufserius, in *dicta regula secunda n. 12. ver. duodecimo fallit.* post Baldum, in *dicta l. testamenta,* & sequuntur Decius, in *dicto consulto n. 7.* & Rolandus, in *conf. 29. n. 8. lib. 2.* Idem dicimus quando Secularis est hæres Clerici; nam & tunc confici debet inventarium coram Judice Seculari, licet agatur de bonis quæ Clerici fuerunt. Ità decidit Guido Papa, *quest. 161. & quest. 162.* quem sequuti sunt Franciscus Martius, in *quest. 105. & quest. 106. in prima parte,* Chassaneus, in *commentariis ad consuetudines Burgundia. rubr. 8. §. 13. circa principium,* & Rolandus, in *tractatu de inventario in secunda parte. quest. 17. & in conf. 29. n. 8. lib. 2.* Phanucius, in *tractatu de inventario in tertia parte. in principio. n. 24. in fine.* Ità quoque Episcopus testamenti executor tenetur conficere inventarium coram Judice Seculari, ut docuit Angelus, in *l. 1. §. hac stipulatio ff. si quis plusquam per legem falcidiam,* & sequitur Aufserius, *præcitato in loco.*

Decimus est casus, quando Clericus successit prædoni in fraudem jurisdictionis. Hoc quoque casu Clericus coram Judice Seculari conveniri poterit. Ità Baldus, in *dicta l. ult. col. 3. C. de edicto Divi Adriani tollendo,* & Aufserius, in *dicta regula secunda num. 13.* confert quod diximus suprã in tertio casu in prima declaratione.

Undecimus est casus, quando depositum est factum à Seculari apud Clericum ex Iudicis Secularis ordinatione, nam Clericus hic depositarius cogi poterit ab eodem Judice illud restituere. Ità sanè scribunt Baldus, & Salicetus, in *l. acceptam. C. de usuris,* & Aufserius, in *dicta regula secunda. n. 14. ver. decimo quarto fallit.* Et accedunt alii multi, quos congesti in *commentariis de recuperanda possessione. remed. decimo quinto. n. 215.* & præter eos Rebuffus, in *commen-*

trius ad Constitutiones regias Gallia tomò primo. in tractatu de literis obligatoris. glossa 9. num. 3. Afflictus in *decisione 24. num. 3.* & Franciscus Martius, in *quest. 1057. num. 11. parte prima.* Et huius sententiæ ea est ratio, quia Clericus ratione suspecti officii depositarii non consideratur tanquam Clericus, sed ut Secularis. Et subjungit Aufserius idem dici posse in sequestro apud Clericum factis.

Duodecimus est casus in iudiciis duplicibus, ut sunt iudicia communi dividendo, familiæ eviscundæ, finium reguadorum, & similia, in quibus uterque est actor, & reus, ut habetur in *l. unica ff. de quibus rebus apud Iudicem eatur,* & in *cap. ex literis. de probation.* & illis in locis explicant glossa, & Doctores. Hoc casu si inter contententes de finibus, de communi, vel hæreditate dividenda, sit Clericus aliquis, is coram Iudice Seculari conveniri potest. Ità Aufserius, in *dicta regula secunda. num. 15. ver. decimo quinto fallit,* qui tamen dubitat. Hac de re disseremus infra à *cap. 7.* ubi etiam explicabimus eisdem Aufserii traditionem, eadem in *regula secunda. num. 16.* quando convenienda esset universitas Secularium, & Clericorum.

Decimus tertius est casus, quando Clericus, & laicus contententes compromiserunt in Arbitrum Seculare, à cujus laud. petita est reductio. Hoc etiam in casu Clericus conveniri potest coram Judice Seculari cognitore ipsius reductionis. Ità post alios Aufserius, in *dicta reg. sec. n. 57. ver. decimo septimo fallit,* qua etiam de re dicemus infra in *dicto cap. 7.*

Decimus quartus est casus, quando Clericus est obligatus erga Secularem ex Scheda suâ manu subscripta. Hoc etiam in casu Clericum conveniri posse coram Judice Seculari, observari solet in Gallia, ut testatur Aufserius, in *dicta regula secunda. n. 18. ver. decimo octavo fallit,* qui intelligit locum habere posse, quando Scheda continet hypothecam, quæ actionem parit hypothecariam, cujus natura est realis ut diximus suprã in *quarta extensione,* ubi demonstravimus receptam esse sententiam, quòd nec etiam actione reali conveniri potest Clericus coram Judice Seculari, ea propter jure defendi non potest casus iste, nec usus, nec praxis illa Gallicana, & idem mecum sensit Rebuffus, in *commentariis ad Constitutiones Regias Gallia tomò primo in tractatu de chirographo, & cedulis in præfatione num. 5.* cum dixit Clericum coram ipso Judice Seculari cognoscere chirographum, seu schedulam, & recognitam ad Iudicem Ecclesiasticum remitti, atque ità apud Gallos servari. Imò idem Rebuffus, eodem in loco. num. 29. scripsit Clericum cognoscere debere chirographum coram Judice Ecclesiastico. Et rursus si chirographum, Scheda, vel alia scriptura est probanda, & justificanda contra Clericum, id fieri debet coram Iudice Ecclesiastico, sicuti de egregia facti specie respondi, in *conf. 991. lib. 10. ubi declaravi statutum Genuense.* Non etiam sustineri potest altera ejusdem Curie Galliarum praxis, quam refert idem Aufserius, *præcitato in loco n. 19. ver. decimo nono fallit* quod scilicet si laicus obligatus Clerico obligatione sine causa, vel ob debitum solutum, vult agere ad cancellationem, & annulationem instrumenti, convenire potest ipsum Clericum coram Judice Seculari. Non quidem eadem ratione defendi potest praxis hæc, etiamsi Secularis ageret, & condemnari peteret Clericum in ejus bonis patrimonialibus, sicuti hanc praxim tueri conatur Aufserius, *ibidem num. 20. ver. vigesimo fallit.* nam & in patrimonialibus fruitur Clericus beneficio fori, ut tradit post alios Felinus, in *cap. Ecclesia Sancta Maria. num. 7. de consue.* & dicemus infra suo loco.

Decimus quintus est casus, quando Iudex Secularis

potuit bannum super bonis Clerici, qui ab eo appellavit Iudicem Secularem Superiorem, à quo lata fuit sententia contra ipsum Clericum, eum in expensis condemnando, licet sententia sit nulla, attamen executio per eundem Iudicem fieri potest contra ipsum Clericum. Ità glossa, in *cap. si diligenti in verbo, prois. de foro competentis*, & post alios Aufrerius, in *dicta regula secunda. n. 22.*

Decimus sextus casus est, quando Judici Seculari mandata, & delegata fuit ab Episcopo causa hæc civilis, & pecuniaria adversus Clericum; nam delegari sic potest, sicuti scribunt Glossa; & reliqui, in *cap. 2. de iudiciis*, & multos refert Aufrerius, in *dicta regula secunda. num. 21.* & suo loco dicemus.

Decimus septimus casus est, quando communi opinione Clericus habetur pro seculari, & dubium est probabile, an sit, vel non sit Clericus, vel Secularis. Hoc casu, si in ius vocatur coram ipso Iudice Seculari, comparere debet, & allegare privilegium fori, alioqui tanquam contumax condemnari, & multari potest. Ità Hostien. in *summa. de iudiciis. §. 3. ver. illud egregie*, Calderinus, in *conf. 12. titulo de iudiciis*, qui multis comprobatur, Aufrerius, in *dicta regula secunda. num. 23. ver. vigesimo tertio fallit*, qui ob id declarat non procedere, quando certum, & clarum est ipsum citatum esse Clericum, nam tunc non tenetur comparere, & gesta tam causæ principalis, quam contumaciæ erunt nulla, ut scribunt Baldus, & alii congesti ab Aufrerio, qui subiungit, hoc non habere locum, quando in præceptis, & citatione expressa esset causa, quæ ostenderet Iudicem ipsum Secularem posse iudicare contra ipsum Clericum, ut si causa esset de feudo, à Principe Seculari concessio ipsi Clerico. Qua de re scripsi supra in *primo casu.*

Decimus octavus est casus, quando agitur iudicio possessoriò vel retinendæ, vel recuperandæ possessionis; Nam & hoc casu Clericus perturbator, vel spoliator conveniri potuit coram Iudice Seculari. Ità tradit Aufrerius, in *dicta regula secunda. num. 24. ver. vigesimo quarta*, qui hujus opinionis inter alios commemorat Guido Papæ, q. 1. & q. 85. Et his accedunt Ferrandus Berengarius, in *repet. l. naturaliter. §. ius commune. in præfatione §. num. 4. ff. de acquirenda possessione*, & Joannes Martinez, in *commentariis ad concordias legum Hispania in verbo, Clericus num. 34.* qui testatur ità servari in Hispania: Cæterum ego ipse, in *commentariis de recuperanda possessione. remedio decimo quinto. num. 210.* alios multos commemoravi. Verùm ibidem scripsi esse valde dubiam rationem personæ ipsius Clerici etsi n. 115. *ver. quamobrem* &c. dixi procedere posse, quando perturbator, vel spoliator est laicus, etsi agatur de possessione rei Ecclesiasticæ qua etiam de re dicemus infra suo locò.

Decimus nonus est casus, quando ex privilegio potest Princeps Secularis conferre beneficia. Hoc quoque casu cum Iudex Secularis cognoscere potest etiam de causâ petitorii, sicque proprietatis contra Clericum, ut tradit idem Aufrerius, in *dicta regula secunda. num. 25. ver. vigesimo quinto fallit*, qui multis probat summum Pontificem posse similia privilegia concedere, sicuti concessit Regibus Galliæ & Angliæ. Quemadmodum ergo facultas conferendi beneficia est apud Principem ipsum Secularem, sic, & apud eum iurisdictionis cognoscendi, & iudicandi, si de eis inter Clericos, & Seculares oriatur controversia.

Vigésimus est casus, quando agitur de reparatione Ecclesiæ, ad quam tenentur etiam Clerici. Hoc in casu pariter conveniri hos posse coram Iudice Seculari sensit Aufrerius, in *dicta secunda regula. num. 26. ver. vigesimo sexto fallit*, qui tamen nullâ lege, vel

ratione concludenti probat.

Vigésimus primus est casus, quando agitur de illis censibus, & tributis Principi Seculari præstandis etiam à Clericis, qualia sunt perpetua, & in variabilia, de quibus differemus infra suo locò. Hoc etiam casu Clerici ad horum tributorum, & censuum præstationem compelli potuerunt à Iudice Seculari, ut post Gulielmum de Cuneo, & Baldum, in *l. de his C. de Episcopis, & Clericis*, tradit Aufrerius, in *dicta regula secunda. num. 27. ver. vigesimo septimo fallit*, & sequitur Joannes Martinez de Olano, in *concordia ad leges Hispania in verbo, Clericus n. 30.* qui ejusdem opinionis refert Follerium, de *censibus in verbo, submissiois*, & Remigium, de *charitativo subsidio*. Contrarium verius existimo, quòd scilicet cogi debeant à Iudice Ecclesiastico, sicuti tradunt Baldus, & reliqui, in *l. ad instructionem C. de sacrosanctis Ecclesiis*, Castrensis, in *conf. 423. col. 3. ver. quadam alia lib. 2.* Corneus, in *conf. 76. num. 16. lib. 47.* Testasius, in *tractatu de assimo in quarta parte. cap. 1. num. 29. & num. 37.* & alii, quos infra, suo locò referam. Et in ip. cie magis Joannes de Platea, in *l. viros. num. 2. ver. nec obstat quod Clericus C. de pal. sacr. largit. lib. 12.*

Vigésimus secundus casus est, quando Clericus est negotiator. Hoc sane casu non fruitur Clericus privilegio fori, & ob id Iudex Secularis de ejus causis cognoscit, quemadmodum in specie scribit Aufrerius, in *secunda dicta regula. num. 32. ver. vigesimo secundo fallit*, qui post Federicum de Senis, & alios affirmat, Clericos negotiatores teneri ad onera, & collectas à Principe Seculari impositas, cum nulla immunitate Clericis concessa si fruuntur. Et accedunt alii multi, quos congesti infra in *dispensatione de immunitate Clericorum ab oneribus Principum Secularium.*

Vigésimus tertius casus est, quando Clericus contumax permittit se condemnari a Iudice Seculari, & executione factâ allegat, se Clericum, & fori privilegium. Hic etenim condemnari potest, & debet in expensis ab eodem Iudice Seculari, sicuti decidit Bellomera, in *conclusionibus 226.* & sequitur Aufrerius, in *dicta regula secunda. num. 33. ver. vigesimo tertio fallit*, qui adducti sunt textu *cap. exceptionem de exceptionibus*, ubi Abbas, n. 12. & Felinus, n. 44. in *sine*, & n. 47. qui multis probat condemnandum esse in expensis eum, qui distulit opponere exceptionem, quâ redditur iudicium nullum, ut adversarium fatigaret litibus, & expensis, & Parisius, *ibidem num. 49.* qui ad rem multa scribit: Imò Clericus, qui sic distulit allegare fori privilegium, condemnari ad emendam honorabilem scribit Rebuffus, in *commentariis ad Constitutiones Regiæ Gallia. in tractatu de senten. execut. articulo 3. gloss. 2. num. 3.*

Vigésimus quartus casus est, quando Iudex ipse Ecclesiasticus est negligens in iustitiæ administratione. Hoc etiam in casu Iudex Secularis ejus vices contra Clericum reum conventum supplere potest. *cap. significavit de officio ordina.* Ità Ancharanus, in *conf. 196. in sine.* quem secutus est Aufrerius, in *tractatu de potestate Seculari super Eccles. regulâ quartâ. n. 48. ver. quadragesimo quinto.* Idem scribunt alii, quos commemoravi, in *commentariis de retinenda possessione remedio tertio. num. 357.* Et accedunt Joannes Igneus, in *repet. §. non alias. num. 615. & 617. & 618. ff. ad Senatusconsultum Syllanianum*, Franciscus Martius, in *quest. 1089. & quest. 1091. in prima parte*, & Osalcus, in *decis. 30. num. 14.* Navarrus, in *cap. si quando. in primo remedio. ver. decimo factis. de rescriptis*, Didacus Covarruvias, in *lib. practicarum questionum. cap. 35. num. 3. ver. secundo probatur*, & Ignatius Lopez, in *additionibus ad practicam criminalem.*

nalem canonicam Bernardi Diaz. cap. 102. col. 5. ver. deinde.

Quæ de Iudice Ecclesiastico negligente diximus, locum habent etiam è contrà, quando Iudex Secularis negligit iustitiam administrare contrà Secularem reum conventum à Clerico, adire potest Clericus Iudicem Ecclesiasticum, ut dicemus infra in cap. 5. in octavo casu.

Porro Iudex tunc dicitur negligens, quando fuit requisitus, & sine iustà causa omisit iustitiam facere, & administrare, alioqui negligens non præsumitur, sicuti tradunt Bartolus, in l. damni §. Sabini n. 8. ff. de damno infecto, & Andreas Gailius, in lib. primo practicarum observationum observatione 28. num. 4. qui alia ad rem scribit.

Est etiam observandum, quod non statim, & immediate adiri potest Iudex Secularis, ob Iudicis Ecclesiastici negligentiam, sed recutri prius debet ad summum Pontificem, & eò opem non ferente, ad Iudicem Secularem, cap. qualiter de iudiciis, & tradunt Alexander, in cons. 8. lib. 1. Afflictus, in cap. si Clericus in principio. num. 3. in fine. de pace tenen. & eius violat. & Chassaneus, in commentariis ad Consuetudines Burgundia. rubr. 1. de Insti. §. 5. n. 62.

Vig. finis quintus est casus, quando Clericus conveniendus est nomine Secularis. Hoc etiam casu conveniri potest, & debet coram illo Iudice, nempe laico coram quo conveniretur ipse Secularis. Exemplum est, quando Clericus tanquam tutor, & curator Secularis convenitur nomine tutoris, vel curatoris. Ità post Joannem Andream, & Marianum Soc. Seniore tradit Ripa, in cap. 2. num. 23. de iudiciis.

CAPUT XIX.

Secularis fideiussor Clerici an conveniri possit, & debeat coram Iudice Ecclesiastico, vel potius coram Seculari, & quid de Clerico fideiussore Secularis.

Convenit, ut præcedenti capite annexamus hoc de fideiussore Seculari, qui pro Clerico intercessit, & è contra de Clerico fideiussore Secularis. Distinguo hic duo capita, quorum primum est de Seculari fideiussore Clerici. Quo sanè in capite constituo tres casus.

Primus est, quando Secularis exitit fideiussor Clerici causâ contractus initi ab ipso Clerico. Hoc sanè casu recepta, & vera est Doctorum sententia, Secularem hunc fideiussorem conveniri posse, & debere coram Iudice Seculari, cum non fruatur privilegio fori concessio Clerico debitori principali. Ità sanè Speculator, in titulo de competentis Iudicis additione. §. 1. num. 26. ver. sed pone Clericus, Baldus, in l. unica. in fine. C. de privilegio doris, Archidiaconus, in cap. te quidem. in fine. 11. quest. 1. Butrius, in cap. ex rescripto col. ver. qui fideiussores laici de iure iurando, & ibidem Abbas, num. 2. Romanos, in singulari 635. quid fideiussor Clerici, Ioannes Fabri, in Authent. statimus C. de Episcopis, & Clericis, Guido Papæ, in questione 562. in fine Afflictus, in decisione 206 n. 1. qui testatur sic iudicasse Consilium Neapolitanum, Franciscus Martius, in questione 1057. n. 8. in prima parte, Marfilus, in rubr. ff. de fideiussor. q. 43. num. 363. Aufrerius, in tractatu de potestate Seculari super Ecclesiasticis regulâ quartâ. num. 26. Ripa, in cap. 2. num. 25. extra de iudiciis, Cagnolus, in l. venditor. num. 10. ff. eo. de iudiciis, Ioannes de Amono, in problemate 79. & Octavianus Vulpellus, in tractatu de libertate Eg-

clesias. in tertia parte num. 28. Et hæc quidem traditio vel eâ primâ ratione, & argumentò probatur, quod privilegium fori concessum Clerico est personale, sicuti demonstravimus præcedenti in capite in principio. Porro privilegia personalia non transeunt ad aliam personam, cum personæ privilegiatæ coherereant. l. Maritum, & l. quia tale ff. solutio Matrimonio. Sic & exceptiones personales competentes debitori principali non profunt fideiussori. l. exceptiones qua persona ff. de exceptionibus, & confert l. sed & si restituatur. §. 1. ff. de iudiciis, ubi exceptio, allegato privilegio, certæ personæ concessa ad alium non transit. Præterea creditor Clerici sequutus est fidem fideiussoris, non autem fidem Clerici, cum quo non fuisset aliàs contracturus, argum. l. si creditor C. si tuto. vel curato. Comprobatur etiam sententia hæc traditione Baldi, in Authent. habita. num. 25. C. ne filius pro patre, cum dixit, privilegium, exceptionemque fori concessam, scholari non prodesse ejus fideiussori, & Baldum ibidem secuti sunt Ludovicus Bolog. num. 418. Horatius Lucius, in tractatu de privilegio scholarium privilegio 65. in fine, Franciscus Martius, in dicta questione 1057. num. 12. qui subiungit ex Guido de Lazaria, & Alexandro, privilegium fori competens debitori principali non transire ad fideiussorem. Et ad rem optimè facit, quod tradit Bartolus, in l. cum filius familias §. si stipulatus sum. in fine ff. de verborum obligation. cum scribit privilegium concessum Cruce signatis, nè intrâ annum conveniantur, non prodesse eorum fideiussoribus, & Bartolum secuti sunt ibidem Alexander, & Iason, & Socinus Senior, sic & Angelus Aretinus, in rubr. Institut. de exceptionibus. n. 12.

Contrariam itaque opinionem malè probavit sibi parum constans Ioannes Fabri, in §. ultimo num. 7. de satisfactio. Quod scilicet Secularis fideiussor Clerici fruitur privilegio fori concessio ipsi Clerico. Eâ ratione usus est faber, quia ex quo principalis non obligatur, sic nec fideiussor. l. ubi cunque, & l. fideiussor §. fideiussor. ff. de fideiussoribus, & l. cum principalis ff. de regulis juris.

Verum respondetur, utrumque obligatum esse quo ad ipsum contractum, sed respectu fori efficacius obligari fideiussorem, qui uti non potest exceptione personali competenti Clerico suo principali.

Secundò urgere videtur textus §. exceptiones Institut. de replicatio, cujus verba hæc sunt, exceptiones autem quibus debitor defenditur, plerumque accommodari solent etiam fideiussoribus ejus, & rectè, quia quod ab eis petitur, id ab ipso debitore peti videtur.

Respondet Ripa, in dicto cap. 2. n. 25. de iudiciis, & alii supra relati, §. exceptiones loqui de exceptione reali, non autem de personali, sicuti & in eodem §. exceptiones declarant Accursius, & reliqui perpendentes verbum illud, plerumque, quod significat aliquos esse casus contrarios illi regulæ, ut est inter alios, quando exceptio est personalis. Ità etiam de exceptione reali loquitur l. ult. §. ult. C. de usuris rei iudicata, sicuti explicant Bartolus, in dicta l. cum filius familias §. si stipulatus sum. in fine. de verborum obligat.

Tertiò afferri solet argumentum, quod fideiussor non potest obligari in plusquam principalis l. gratè §. illud ff. de fideiussor. at qui nostro in casu si fideiussor non potest opponere exceptionem competentem fideiussori, in plus obligatur, ergo &c.

Respondetur in casu de quo agimus, fideiussorem non obligari in plus, sed quidem efficacius, quod jure permissum est. Ità respondet Ripa, in dicto cap. 2. n. 25. de iudiciis.

Cæterum etsi Secularis fideiussor Clerici, non potest uti privilegio, & exceptione fori competente

ipſi Clerico, attamen Clericus ipſe poteſt in eo iudicio comparere, & ad ſui ipſius, ac etiam fideiuſſoris deſenſionem allegare jus proprium, & privilegium ſibi competens, ut ſcribunt gloſſa in *l. idem. §. generaliter*, & in *l. fideiuſſor §. quedam ff. mandati*, Imola, in *l. filius familias. §. ſi ſtipulatus ſum. ff. de verborum obligation.* & ibidem Socinus, in *ſine*, qui declarat, & Angelus Aretinus, in *Inſtitut. de exceptionibus in rubrica num. 13. in ſine*. Et ſimile tradunt Ancharanus, & alii relati à Cagnolo, in *l. venditor num. 15. ff. de iudiciis*, cùm dixerunt, Clericum, pro deſenſione rei à ſe venditæ Seculari, poſſe in iudicio deducere jus ſuum.

Secundus eſt caſus, quando eſt fideiuſſor de iudicio fiſti. Hoc etiam caſu fideiuſſorem uti, & gaudere non poſſe privilegiò, & exceptione principalis, tradunt Stephanus Auſtreriſ, in *dicta regula quart. n. 26.* & Franciſcus Martius, in *dicta quaſt. 1057. num. 8. & 13. in prima parte*, cujus opinionis fuiſſe referunt Baldum, in *additionibus ad ſpeculatores in titulo de competentis Iudicis additione. §. ult. in ultima additione*, & Angelum, in *Authent. de fideiuſſoribus in principio*.

Tertius eſt caſus, quando eſt fideiuſſor iudicatum ſolui. Hoc caſu fideiuſſorem hunc uti poſſe exceptione, & privilegiò principalis affirmant Baldus, in *dicta ultima additione ad ſpeculatores, & in l. ultima §. ult. C. de uſuris rei iudicata*, Auſtreriſ, in *dicta regula quarta. num. 26.* & Franciſcus Martius, in *dicta quaſtione 1057. num. 5. 9. & 13.* Et hi quidem adducti ſunt rex. *dicta l. ultim. §. ult. C. de uſuris rei iudicata*. Et hic quidem caſus locum habet multò magis, quando fideiuſſor promiſit tanquam debitum proprium, renuntiando privilegio conveniendi priùs debitorem principalem, & ſubmittendo ſe expreſſe Iudici Seculari. Ità ſcribit Franciſcus Martius, in *dicta quaſt. 1057. num. 6. ver. ſecundò pro hoc*.

Secundum eſt huius diſputationis caput, quando Clericus fideiuſſit pro Seculari. Hoc in capite dicimus primùm, Clericum non obligari, ut ſcribunt Baldus, in *dicta additione ad ſpeculatores in titulo de competentis Iudicis additione. §. ult. in ſine*, Ancharanus, in *cap. ea que. quaſtione 21. de regulis iuris in 6.* Franciſcus Martius, in *dicta quaſtione 1057. num. 10. in prima parte*, Auſtreriſ, in *dicta regula quarta. n. 26.*

Cæterùm admiſſo quòd aliquo in caſu Clericus ſi leibere poſſit, conveniendus erit coram Iudice Eccleſiaſtico Ità Auſtreriſ *precisato in loco*.

Et idem eſt, quando Clericus, & laicus ſimul fideiuberent pro debitore Seculari; Nam & hoc caſu ambo, tam laicus, quam Clericus, convenientur coram Iudice Eccleſiaſtico, ſicuti in ſpecie annotavit Anro nius Franciſcus, in *additionibus ad Abbatem in dicto cap. ex re ſcripti. n. 2. de iureiurando*, motus auctoritate Bartoli, in *l. præcipuus. §. eodem obſervando C. de appellat.* qui ſcriptum reliquit, quòd ſi Clericus, & Secularis ſunt mihi obligati, non poſſum convenire ipſum Secularem coram Iudice Seculari, ſed coram Eccleſiaſtico, cum magis dignum ad ſe trahat minùs dignum. E Bartolum ſecuti ſunt multi, quos referam infra *libro ſequenti. cap. 3.*

CAPUT XX.

Clerici an, & quando de crimine, & delicto coram Iudice Seculari accusari, & ab eo puniri poſſint.

Vera, & receptiſſima eſt ſententia, Clericos coram Iudicibus Secularibus nec accusari, nec ab eis puniri poſſe. Hanc juris regulam, & ſententiam

admittunt omnes paſſim tam juris Cæſarei, quam Pontificii, & ſacræ Theologiæ interpretes. Sic ſanè Bartolus, in *l. ſi quis in ſervitutem. n. 2. ff. de furtis*, Baldus, in *Authentica Clericus C. de Episcopis*, & Clericis, Abbas & reliqui, in *cap. cum non ab homine. de iudiciis*, Iulius Clarus, in *practica criminali quaſt. 36.* Didacus, in *lib. practicarum quaſtionum. cap. 31.* Franciſcus à Victoria, in *relezione de poteſtate Eccleſia*, Petrus Reinsfeldius, in *commentariis de iniuriis, & damno dato. cap. 7. quaſtione 1. conſul. 13.* Et verè ita non modò ſummi Pontifices, ſed, & Sacroſancta Concilia, & ipſimet Imperatores ſtatuerunt, Gaius enim Pàpa, ut ab eo incipiam, in *Epistola ad Felicem Episcopum relata in cap. 1. n. 9. 1.* ità reſcripſit. *Nemo unquam Episcopum, aut reliquos Clericos apud Iudicem ſecularem accuſare præſumat.* Sic & Marcellus Pontifex Maximus, in *ſecunda epistola ad Episcopos orientales relata in cap. Clericum n. quaſt. 1.* Idem ſtatuit his verbis, *Clericum cujus libet ordinis abſque Pontificis ſui permiſſu, nullus præſumat ad ſecularem Iudicem attrahere, nec laico quemlibet Clericum liceat accuſare.* Idem Marcellus, de quo in *cap. nullus Episcopus n. 9. 1.* ità ſtatuit. *Nullus Episcopus neque pro civili, neque pro criminali cauſa, apud quemvis Iudicem, ſive civilem, ſive militareſ producatur, vel exhibeatur, Magiſtratus enim, qui hoc iubere auſus fuerit, amiſſionis cinguli condemnatioſne plectetur.* Idem & Lucius Tertius Strigon. Archiepiſcop. ſcripſit, ut in *cap. Clerici. de iudiciis*, cujus verba hæc ſunt. *Clerici, & inf. à & c. Cum Imperator dicat, quòd leges non dedignantur Sacros Canones incitari, in quibus generaliter traditur, ut de omni crimine Clericus debeat coram Eccleſiaſtico Iudice conveniri, non debet in hac parte Canonibus ex aliqua conſuetudine præiudicium generari.* Sic & Bonifacius Octavus, in *cap. unico de Clericis coningatis*, idem maniſeſtis verbis, quæ non refero, ſtatuit. Sancitum idem eſt legibus multis, & Sacroſanctis Conciliis. Sic ſanè concilium Matifconenſe primùm, de quo in *cap. nullus Clericus n. 9. 1.* his verbis. *Nullus Clericus alium Clericum ad Iudicem ſecularem accuſare, aut ad cauſam dicendam trahere quocunquo modo præſumat; ſed omne negotium Clericorum, aut in Episcopis ſui, aut Presbyterum, aut Archidiaconi præſentia ſiniatur & c.* Sic & Concilium Carthaginenſe Octavum, de quo in *cap. placuit n. 9. 1.* idem his verbis Sancivit. *Placuit, ut quicumque ab Imperatore cognitionem publicorum iudiciorum petierit, honore proprio privetur: Si autem Episcopale iudicium ab Imperatore poſtulaverit, nihil ei obſit.* Hactenus Concilium, quod de Clericis non accuſandis coram Seculari Iudice verè ſic ſtatuit. Et maniſeſtiùs idem Sancivit Concilium Agathenſe *cap. 32.* relatum in *cap. Clericum n. 9. 1.* his verbis ſcriptum: *Clericum nullus præſumat apud ſecularem Iudicem, Episcopo non permittente, pulſare, ſed ſi pulſatus fuerit, non reſpondeat, vel proponat, nec audeat criminale negotium in ſeculari iudicio proponere.* Idem legimus à multis Imperatoribus Sancitum. Ità ſanè Theodoſius, & Honorius in *l. 41. incipit. Clericos, C. de Episcopis & Clericis in codice Theodoſiano*, cujus verba adſcripſi. Clericos non niſi apud Episcopos accuſari convenit. Sic & Federicus, in *nova Conſtitutione de ſtatut. & conſuetud. contr. lib. Eccleſ. relata in Authent. ſtatuiſmus. C. de Episcopis, & Clericis*, his verbis Sancivit. *Statuiſmus, ut nullus Eccleſiaſticam perſonam in criminali quaſtione, vel civili trahere ad Iudicem ſecularem præſumat contra Conſtitutiones Imperiales, & Canonicas Sanctiones & c.* Idem ſuò reſcriptò ſtatuit Theodoſius Rex, cujus Epistola legitur apud Caſſiodorum *lib. 4. epistola. 18. ad Annam in ultimis verbis.* Non me later tamen, Juſtinianum in *Novella 83. ut Clerici*

Clerici apud proprios Episcopos. relata in Authent. *Clericus* §. ult. *C. de Episcopis & Clericis*, distinxit crimina, civile scilicet ab Eccl. Iustiniani verba hæc sunt, *sed in civili crimine civilis præsente Iudex, ut si ultra duos non egrediatur menses nec tamen puniatur etiam si reus sit inventus, priusquam per Episcopum sacerdos spoliatur, si verò crimen sit Ecclesiasticum, Episcopalis erit examinatio, & castigatio.* Hæc Iustinianus. Et his intelligimus valde errasse Joannem Bodinum, qui, in *libris de Republica.* pag. 23. scriptum reliquit, sacerdotes subesse iurisdictioni & Imperio Secularium Magistratum.

Extenditur primò, ut locum habeat etiam in supremo Principe, scilicet in Imperatore, qui de crimine Clerici cognoscere, & eum punire potest. Ità in specie tradit Decianus, in *tractatu criminali* lib. 4. cap. 2. n. 2. adductus *tex. cap. sacerdotibus* 11 q. 1. & *cap. solita. de maio. & obed. & aliis multis* probar.

Extenditur secundò hæc regula, & juris sententia, ut locum habeat etiam, non obstante contrariâ consuetudine, quæ hoc in casu non valet. *cap. Clerici de iudiciis, & scribunt ibidem Abbas, n. 2. Rota, in decis. 2. in titulo de consuetudine, in antiquioribus, Rodius Curtius, in tractatu de consuetudine. n. 85. Aufreterius, in tractatu de potestate seculari super Eccl. personis in prima regula. n. 1. Bernardus, in conf. 22. n. 1. lib. 1. Didacus, in lib. practicarum questionum. cap. 31. n. 5. Decianus, in tractatu criminali. lib. 4. cap. 9. n. 10. Petrus Bensfeldius, in dicta conclus. 13. Julius Clarus, in practica criminali. §. finali. quest. 36. col. 1. ver. sed ea retenta, qui dicit hoc intelligi de consuetudine, quâ generaliter Clerici pro criminibus subiicerentur iudicibus laicis; Non autem de consuetudine particulari, quâ certis in casibus, vel causis, & aliqui Clerici, ut puta in minoribus constituti, possint poni à Iudice seculari; Nam hæc iure valet, & in foro pluribus in locis indistinctè servari testatur Clarus, & eandem traditionem probavit Innocentius, in cap. 1. n. 3. de *Apost. Joannes Monachus, in cap. 1. in fine. de Clerico coniugatis, & ibidem, Gemin. §. ultimo n. 5. Marfilius, in sing. 690. & Petrus Barbosa. Lusitanus, in repet. l. Titia n. 32. ff. solutio matrimonii.**

Extenditur tertio, ut procedat etiam, quòd non possit Clericus renunciare huic privilegio, & pati se coram Iudice seculari. Ità in specie respondit Bartolus, in *conf. 225. incipit. Clericus. n. 1. lib. 1.* quæ secuti sunt Marianus Socinus Senior, in *cap. 1. n. 23. de foro competenti, Barbatia, in cap. n. 100. eo titulo, Boërius, in commentariis ad consuetudines Burg. titulo de iurisd. §. 22. in fine, Didacus, in lib. pract. questionum. cap. 33. n. 2. Julius Clarus, in d. quest. 36. col. 1. ver. secundò inferitur, qui testatur, communem esse opinionem, Decianus, in *tractatu criminali. lib. 4. cap. 9. n. 61. & Germonius, in libro de factorum immunitatibus. cap. 15. n. 4.* Et ii quidem adducti sunt Constitutione illâ *cap. si diligenti. de foro competenti* quam præcedenti in quest. explicavimus.*

Extenditur quartò, ut locum habeat, etiam si Clericus accusatus, de cuius Clericatu clarè constat, nullam proponat exceptionem declinatoriam ipsius Clericatus. Nam adhuc Iudex secularis contra ipsum Clericum procedere non potest. Ità Archid. in *cap. 2. 15. q. 4. Felinus, in cap. veniens. in fine. de accusat. Gramm, in voto 18. n. 18. & Julius Clarus, in dict. quest. 36. col. 1. ver. est autem hæc exceptio &c.* Imò etiam si Clericus accusatus omninò contumax sit, non tamen adhuc potest Iudex ipse contra eum procedere, & si procedit, omnia sunt nulla. Ità Socinus Senior, in *conf. 12. col. 7. n. 18. lib. 1. Decius,*

in *conf. 241. n. 2. & secuti sunt Chassaneus, in commentariis ad consuetudines Burgundia. rubr. 1. §. 5. n. 45. Boërius, in commentariis ad consuetudines Burg. in titulo de iurisd. §. in fine, Petrus Avedanus in tractatu de exequendis mandatis. cap. 22. n. 2. Rupellanus, in lib. 4. forensium institutionum. cap. 6. Caven. in ritibus magna Curia rit. 235. n. 11. Didacus, in lib. pract. quest. cap. 33. n. 2. Julius Clarus, in dicta quest. 36. col. 1. ver. ceterum in casibus, & Decianus, in dicto cap. 9. n. 61. Et his conitat hæc receptam opinionem adversus Bartolum, in *l. non videtur. n. 1. ff. de iudiciis, & Aufreterius, in additionibus ad Cappellam Tolosanam q. 163.**

Ceterum quando Clericus coram Iudice Seculari accusatus non opposuit declinatoriam usque ad sententiam, condemnari debet in expensis. *cap. exceptionem. de exceptionibus, & ibidem* annotarunt Felinus, col. 1. & Parisius, n. 13. Bellemora, in *conclus. 226. Decius, in conf. 241. n. 2. Aufreterius, in dicta regula secunda. n. 33. Boërius, & Rupellanus, præcisatis in locis, Didacus, in dicto cap. 33. n. 2. ver. Clericus verò, qui reiectâ sententiâ B. eum, dicit, hanc condemnationem fieri non posse à Iudice Seculari, sed ab Ecclesiastico, cuius opinionis refert Decium, in dicto *conf. 241. n. 2. & accedunt Gramm. in voto 18. n. 16. Joannes Rupellanus, in dicto cap. 6. Binsfeld. in dicta conclus. 13.**

Et hæc quidem rationem intelligunt Rupellanus & Didacus, præcisatis in locis, adversus Decium in dicto *conf. 241.* etiam si actor, vel accusator prosequatur causam, postquam Clericus ipse produxit scripturam sui Clericatus. Quia de re amplius deliberandum est. Quo verò ad causam ipsam principalem remitti debet Clericus ipse, quamquam contumax ad Iudicem ipsam Eccl. sicuti scribunt Gramm. in *voto 18. n. 12. Caven. in commentariis ad ritus Magna Curia. rit. 65. n. 1. & Julius Clarus, in dicta quest. 36. col. 2. in principio.*

Extenditur quintò, ut locum habeat etiam in Clerico illegitimè natus, & hic de crimine coram Iudice Seculari accusari, & ab eo puniri non potest. Ità Gramm. in *decis. 81. n. 7.* à sensu contrario, & securus est Julius Clarus, in *dicta quest. 36. col. 2. ver. habet etiam &c.* Et quidem ratione ordinis nulla est differentia inter legitimè natum, & illegitimum qui causâ cognitâ, & dispensatione concessâ promotus sit.

Extenditur sextò, ut locum habeat etiam in Clerico primæ tonsuræ, & minorum ordinum, qui pariter accusari non potest coram Iudice seculari, sicuti manifestè statuit Concilium Parisiense relatum in *cap. 2. de foro competenti, & ibidem* scribunt omnes Sic & Alexander, in *conf. 8. n. 1. ver. confirmatur prædicta lib. 1. Barbat. in conf. 45. lib. 2. n. 2. Marfilius, in conf. 67. n. 58. & 59. Didacus, in lib. practicarum quest. cap. 22. n. 1. Julius Clarus, in practica criminali §. finali. q. 36. col. 5. ver. hæc autem, & Decianus, in *tractatu criminali. lib. 4. cap. 9. n. 21.* Ceterum, dubitari solet, an traditio hæc locum habeat, etiam si Clericus iste non incedat in habitum. Hodie constitutione sacri Concilii *sess. 23. cap. 6. titulo de reformatione, cessat* omnis dubitatio, cum his sancitum sit verbis. *Is etiam fori privilegio non gaudeat, nisi beneficium Eccl. habeat, aut Clericalem habitum, & tonsuram deferens alicui Ecclesie, ex mandato Episcopi, inserviat &c.* Quibus ex verbis colliguntur non nulla requisita, quæ commemoravi in *commentariis de præsumptionibus. lib. 6. præsumpt. 76. n. 36. & in conf. 9. 4. prope finem lib. 10.* Et primum quidem quòd Clericus incedat in habitum secundum, quòd tonsuram præterat. Ter-*

tium, quod alicui Ecclesie tempore commissi delicti inserviat. Et hanc inserviendi qualitatem dixi non sufficere, si bis, vel ter observata fuerit, sed quod esse debeat successiva. Quartum, quod mandato Episcopi, illi Ecclesie inservierit. Jure verò antiquò antè sacrum hoc Concilium aliter observabatur, nam eò jure Clerici, licet non incederent in habitu, & tonsura, attamen hoc fori privilegiò fruebantur, nisi fuissent ter moniti à suo Prelato, ut habitum, & tonsuram deferrent. *cap. in audientia de senten. excom. glossa, in cap. ex parte il. 2. de privilegiis, Abbas, in cap. tua de Aposta. Henricus Bori, in cap. cum non ab homine. n. 7. de iudiciis, Fulgosius, in cons. 157. Imola, in cap. ult. n. 7. de vita & honestate Clericorum, Alexander, in cons. 8. col. penult. lib. 1. Didacus, in libro practicarum questionum. cap. 31. n. 1. & Julius Clarus, in practica criminali. §. finali q. 36. col. 5. ver. hac autem, qui refert contrarios usus, & consuetudines, quas ea Constitutione Concilii Tridentini abrogatas esse intelligimus.*

Extenditur seprimò, ut locum habeat etiam in Clerico primè tonsuratum, ordinumque, minorum coniugato, qui pariter coram Iudice Seculari accusari, & ab eo puniri non potest. Ità statuit Bonifacius Octavus. *in cap. 1. de Clericis coniugatis lib. 6.* qui tamen requirit, quod Clericus iste incedat in habitu, & tonsura. Id quod iustà ratione constitutum fuisse scribit post alios Chassaneus, *in consuetudin. Burgundia. rubr. 1. §. 5. n. 57. ver. decimò fallit, Didacus, in lib. pract. quest. cap. 31. n. 6. ver. quinto hinc Vasquius, in tractatu de successionum creatione. lib. 3. §. 22. limitatione 17. n. 61. Julius Clarus, in practica criminali. §. finali q. 36. col. 2. ver. quinto an Clericus, Andreas, Gallius, in suis observat. lib. 1. observ. 37. in quarta ampliatione; nam, ut inquit Didacus, æquissima est hæc Pontificis Constitutio, cum alioqui Clerici coniugati nullò fungantur in Republica Ecclesiastica ministerio, imò sint ab ea separati, quippè qui uxorem acceperint, *cap. Ioannes de Clericis coniugatis.* Quid si libere, subiungit Didacus, & indistinctè Clerici coniugati, essent à potestate seculari exempti, maximam haberent immunitatem, & ex ea licentiam, atque audaciam multa committendi scelera, & delicta, nec essent Clerici ad alium finem, & effectum quàm ut immunes essent à potestate Seculari, liberi, & exempti, quò possent turè, & absque metu iustæ punitionis multis dare operam criminibus in Republica perniciem, arma, ut seculares, laicosque deferentes & vestes, & mille secularibus negotiis implicari; Hoc præsertim tempore, quo tanta Clericis primæ tonsuræ, qui minimè Ecclesiasticis Ministeriis, & officiis funguntur, delinquendi occasio datur, eo quòd à Iudicibus Ecclesiasticis etiam ob homicidium voluntarium levissimè puniantur, & benignè absquè ullis compedibus, & carceribus antè punitionem tractentur, gravissimà, & maximà penà digni, quàm essent omninò lege iustitæ ab ipsis Ecclesiasticis, juxtà canonicas sanctiones puniendi. Hæc dicitur Didacus, *qui eodem n. 6. ver. secundo, hæc Bonifacii adiungit, Clericum hunc deferre debere vestes omnes Clericales, & honestas quidem, sicuti scribunt Gemin. & Aufretius, ab eo commemorati, quos etiam secutus est Julius Clarus, in dicta q. 36. col. 3. ver. dixi Clericum &c.* Requiritur etiam secundo, quod unam tantum duxerit uxorem, non enim bigamus hoc fruitur privilegiò, sicuti statuit Bonifacius Octavus, *in dicto cap. 1. & scribunt Ioannes Andreas, quem statim referam, Chassaneus, in**

commentariis ad consuetudines Burgundia. rubr. 1. §. num. 64. Requiritur tertio, quod duxerit Virginem, alioqui ducens viduam hoc caret privilegiò, ut statuit idem Bonifacius, *in dicto cap. 1. & tradunt Ioannes Andreas, inter consilia Alexandri in cons. 61. col. 1. ver. si verò accipis secundam lib. 4. & Alexander de nevo, in cons. 59. num. 7.*

Quocirca Clericus iste coniugatus, si hoc fori privilegiò vult frui, quatuor probare debet, quorum primum est, quòd tonsuram, secundum, quòd vestes detulerit Clericales, tertium, quòd unicam duxerit uxorem. Verù usum, & consuetudines duo hæc non observari requisita testatur Fulgosius, *in cons. 123. num. 1. à quo non dissentit Iulius Clarus, in dicta questione 36. col. 3. ver. dixi Clericum.* Quartum, quòd illa erat Virgo, quando eam duxit. Ità Baldus, *si qua per calumniam C. de Episcopis, & Clericis, Imola, in cap. Ioannes de Clericis coniugatis Cardinalis Zabarella, in cap. perpendimus in ult. oppositione de senten. excom. Guido Pape in q. 138. Didacus, in dicto cap. 3. n. 6. ver. tertio ut locus, qui tamen subdit, quòd illa postremè requisita non videri necesse probare, cum unicam tantum matrimonium, & virgo presumatur, nisi contrarium probatum fuerit. Quæ quidem traditio vel ex eo comprobatur, quòd ea, quæ facti sunt non presumantur, ob id probari debent. *l. in bello §. facta C. de cap. & possim. rehers, & multis exornavi, in commentariis de presumptionibus lib. 6. presump. 14.* Quòd ergò quis duxerit duas uxores, facti non autem iuris est probari ergo debeat. Et præterea actus duplicatus non presumitur favore matrimonii, ut scripsi, *in d. lib. 6. presump. 15. n. 123.* Ità pariter qui asserit, aliquam non esse Virginem, probare debet, cum corruptio non presumatur, ut scripsi *in dicto lib. 6. presump. 89. n. 1.* Et hæc quidem extensio procedit etiam, quando Clericus iste solitus aliquando deferre tonsuram, condemnatus fuerit tempore, quò non habebat tonsuram, si tonsuram resumatur, deindè captus sit à Iudice Seculari, non enim ab eo puniri potest. Ità fuisse decisum à Capella Tholosana testatur Aufretius, *in q. 100. qui in decis. 144. & 147. declarat, nisi in fraudem tonsuram reassumpisset, & sequitur Clarus, in dicta questione 36. col. 4. ver. sed quid si Clericus.* Locum habet etiam quando Clericus iste coniugatus, aliquando tonsuram, & vestes clericales dimisit, modò tempore delicti tonsus, & vestibus clericibus indutus fuerit, cum hoc privilegiò fori solummodò privetur hic Clericus, ex quo vestes, & tonsuram dimisit, non autem aliò tempore. *Clemen. unica de vita, & honestate Clericorum, ubi glossa, in verbo quandiu. & scribunt Ioannes Andreas, in cap. unico de Clericis coniugatis. in 6. Alexander, in cons. 8. num. 4. lib. 1. & in cons. 149. num. 5. lib. 6. Marsilius, in sing. 480. & Didacus, in dicto cap. 31. num. 7. ver. quinto possimum, Iulius Clarus, in dicta questione 36. col. 4. ver. sed hic, & ver. unum etiam.* Et eadem ratione subiungit Didacus, Clericum coniugatum, qui tempore commissi criminis tonsuram, & vestes deferrebat, non privari hoc fori privilegiò, etiamsi post perpetratum delictum vestes dimiserit, & tonsuram usus non fuerit, sicuti respondit Alexander, *in dicto cons. 8. num. 6. & in dicto cons. 149. num. 6. & Clarus, ubi supra.* Eadem ratione addit Didacus, Clericus coniugatus, qui tamen unicam uxorem virginemque acceperit, eam mortuam, & matrimonio soluto, consequitur, & habet omnia privilegia, quæ Clericus primæ tonsuræ non coniugatus iure habet, & obtinet, sicuti scribunt Abbas, *in cap. Clericus n. 5. de vita, & honestate Clericorum,**

vicorum, & Anchar. & Francus, in dicto cap. uni. de Clericis coniugatis. in 6. ille, n. 4. iste, n. 7. Est simile quod decidit Capella Tholosana, in q. 377. quod si Clericus commisit delictum, & fuit accusatus, & postea efficiatur bigamus, non tamen perdit privilegium fori. Idem tradit Clarus, in dicta q. 36. col. 3. ver. sed. pone, qui refert aliud simile, imò etiam Clericus ille effectus bigamus interpretativè, ut ille, qui post ab uxore commissum adulterium eam carnaliter cognovit, fruitur hoc fori privilegio, ut decidit Capella Tholosana, q. 64. ubi Aufrerius testatur, sic iudicatum. Et sequuntur Clarus, in d. q. 36. col. 3. ver. sed. an ille &c. Et Decianus, in tractatu criminali. lib. 4. cap. 9. n. 132. & n. 133. Et præterea extensio hæc locum habet etiam in Clericis his conjugatis, qui negotiationi operam dant, cum his conjugatis licita videatur prædicta honesta, & victus causâ, negotiatio, quamvis aliis interdicta sit. Ità scribunt Francus, in dicto cap. unico col. 3. n. 6. de Clericis coniugatis in 6. Alexander in dicto conf. 8. col. ult. lib. 1. & Didacus, in dicto cap. 31. n. 8. ver. sexto eadem rejectâ contrariâ opinione Imole, in cap. Ioannes de Clericis coniugatis.

Cæterùm à prædictâ opinione dissentire videntur Innocentius, in cap. ult. de vita, & honestate Clericorum Alexander in conf. 60. n. 2. ver. sed de iure communi; & n. 3. & n. 4. qui testatur communem esse opinionem, sic & Bertrandus, in conf. 13. n. 5. lib. 8. & Julius Clarus, in d. q. 36. col. 3. ver. hac verò. Existimo opiniones has posse conciliari, ut scilicet illa prima locum habeat, quando Clericus iste tractat negotia honesta, & à lege approbata, sicuti verè inter alios loquitur Didacus. Hæc verò secunda procedat, quando Clericus tractat minùs honesta, & laicis ipsis non satis permessa, ut est ferre arma, quò exemplò usus est Julius Clarus, & familia agere.

Hæc quæ de Clerico conjugato hæcenus scripsi, locum habent, secundùm jus antiquum Pontificium, hoc est ante Sacri Concilii Tridentini Constitutiones. Hodie verò aliter dicendum constitit. ipsius Sacri Concilii in dicta sessione 23. cap. 6. cujus verba hæc sunt. *Is etiam fori privilegio non gaudeat, nisi beneficium Ecclesiasticum habeat, aut Clericalem habitum, & tonsuram deferat & alicui Ecclesie, ex mandato Episcopi, inseruiat &c.* Verba hæc indistincta sunt, & ob id in hac legis dispositione æquiparantur. *l. universalibus, l. 51. pluribus ff. de leg. 2. & post alios tradit, & scribit Didacus, in lib. sec. variarum resolutionum cap. 14. n. 8.* Comprehendunt ergò omnes Eccl. etiam conjugatos, qui non possunt obtinere beneficia Eccl. nec Ecclesiis inseruiunt. Illud etiam observandum est, quòd illis in casibus, in quibus Iudex permittit Iudici Seculari exercere jurisdictionem, & imperium contra hos Clericos conjugatos, intelligitur respectu bonorum non autem ipsius personam, sicuti post alios declarat Aufrerius, in tractatu de potestate Sec. super Eccl. regulâ Sec. n. 20. ver. occurrit etiam.

Extenditur octavò, ut locum habeat, etiam si Clericus accusetur coram Seculari de crimine læsæ Majestatis; nam & hoc in casu ab eo puniri non potest, sed remitti debet ad Iudicem Ecclesiasticum Ità Bartolus, in extravag. ad reprimendum in verbo conditionibus, Bellemora, in cap. vergentis de hereticis Barbat, in cap. at si Clerici de iudicis, & in conf. 22. in primo dubio n. 3. Præpositus, in cap. in primi. §. de persona n. 122. q. 1. Restaurus, in tractatu de Imperatore, q. 101. n. 10. Rolandus, in conf. 4. lib. 1. & Decianus, in tractatu criminali. lib. 4. cap. 9. n. 5. &

7. Jure communi inspectò admittit Julius Clarus in pract. crim. §. finali. q. 36. col. 10. ver. quæro num. quid &c. Inspectò verò usu, & consuetudine, inquit Clarus, in pract. crim. §. finali &c. non observatur à Principibus, qui cum de eorum vita, & statu agatur, non solent remittere Clericos hoc de crimine accusatos ad eorum Iudices, sed ipsi per suos Iudices illos examinari faciunt, & torqueri, & quando quæ etiam suspendi. Et possent fortè, inquit Clarus, Principes, & Iudices seculares hoc facientes excusari per textum in cap. perpendimus de sent. excom. de cujus sensu, & interpretatione dicemus inf à suò loco. Cæterùm, subiungit Clarus, postquam Clericus iste facit à suo Iudice condemnatus, degradari debet verbaliter, & tradi Curie Seculari, sicuti hanc esse receptam Doëtorum sententiam teste Curtio juniore, in conf. 159. n. 1. & alios refert ipse Clarus, præcitato in loco.

Extenditur novò ut procedat etiam in Clerico concubiniatio, qui coram Iudice seculari accusari, & ab eo puniri non potest. Ità in specie tradit Petrus Binsfeldius, in commentariis de iniuriis, & damno dato cap. 7. q. 1. conclus. 13. pag. 451. Quæ sententia comprobatur à fortiori, traditione eorum, qui scripserunt, nec quidem Clericorum concubinas posse à Iudice seculari puniri. Quæ quidem in opinione fuerunt glossa, in cap. eos qui. 32. distinct. & ibidem Geminianus, & Turrecremata, & aliis multis comprobavi supra ubi explicavi casus mixti tori criminalis, dum locutus sum de crimine concubiniatus.

Extenditur decimò, ut locum habeat hæc regula etiam si de crimine Clerici agatur incidenter, ut respondit Federicus de senis, in conf. 93. n. 2. ver. item addit, quod obicitur. Exemplum est in Clerico, qui falsum testimonium dixit coram Iudice seculari Nam & hoc in casu Clericus iste puniri non potest à Iudice ipso seculari pœnâ corporali, sed solum in bonis, sicuti tradunt Hostiensis, Innocentius, Ioannes Andreas, Butrius, & Abbas, in cap. verum de foro competentis, & ibidem Socinus Senior, n. 12. & D. Pius ff. ad l. cornelianam de falsis. Castrensis. in l. nullum. n. 3. C. de testibus, lalon, in l. 1. §. qui mandata col. penult. ff. de officio eius, cui mandata est iurisdiclio, Afflictus, in decis. 230. col. Capicius, in decis. 2. n. 13. Marant. in speculo Advocatorum. in sexta parte. in duodec. actu n. 4. Curtius iunior, in l. 1. n. 23 ff. de iudicis, Ioannes Longouallius, in l. Imperium. n. 142. ff. de iurisd. omnium Iudicum, Bossius, in tract. causarum Crimin. in titulo de falsis n. 13. Padilla, in l. transigere. n. 112. C. de transactionibus, Clarus, in practica crim. §. famili. q. 34. ver. sed hic quæro, Rolandus in conf. 12. n. 48. lib. 2. Bernardus Diaz, in practica criminali Canonica. cap. 93. n. 2. & ibidem in additionibus, Ignatius Lopez, qui ejusdem opinionis refert Didacum, in libro practicarum quest. cap. 18. n. 8. ver. sed & locus erit, Ioannem Garziam, in regula, & fallen. reg. 9. n. 6. & Didacum suadum Hispanum, in cap. ult. n. 91. de sequestra. possess. & fructuum. Et accedit Decianus, in tractatu criminali. lib. 4. cap. 9. n. 22. & n. 82. qui intelligit, & declarat respectu pœnæ corporalis, non autem pecuniariæ, quam Iudex ipse secularis indicere potest contra hunc Clericum. Ità etiam loquitur Federicus de senis, in dicto conf. 93. col. 3. ver. item ad id, quod, & Cravetta, in conf. 253. col. 3. ver. aut laicus est capax. Et his intelligimus, veram non esse contrariam opinionem, quam probavit glossa, in l. nullum C. de testibus, ubi Ciprus, Baldus, & Salicetus sequuntur: non etiam vera est altera opinio, eorum scilicet, qui dixerunt Iudicem

non ad accusationem adversarii, sed ex suo officio punire posse. Qua quidem in opinione fuerunt Ancharanus, in cap. ea qua, questione 22. de regulis iuris. in 6. Aufrerius, in tractatu de potestate Seculari super Eccles. & personis Ecclesiasticis regula prima num. 1. in secunda fallentia, qui testatur ita servari in Gallia. Gulielmus Benedictus, in cap. Raynuitius, in verbo, & uxorem nomine Adelasiam. decis. 2. num. 142. de testa. & Chassaneus, in commentariis ad consuetudines Burgundia pag. 52. n. 87.

Extenditur undecimò, ut regula hæc locum habeat etiam in absoluendo; non enim Iudex Secularis absoluere potest Clericum de crimine coram se accusatum. Ità Baldus, & reliqui, in Authent. Clericus de Episcopis, & Clericis, Cagnolus, in l. nemo qui condemnare in fine de regulis iuris, quos retuli, & probavi in lib. 1. de arbitrariis Iudicium questione 43. num. 15. & Decianus, in tractatu criminali. lib. 4. cap. 9. num. 9. Ea est ratio, quòd ubi adest defectus iurisdictionis, qui condemnare non potest, nec etiam ei permissum est absoluere.

Extenditur duodecimò, ut locum habeat hæc regula etiam quando Clericus primùm coram Iudice laico accusavit laicum, & deindè ipse laicus coram eodem Iudice accusavit ipsum Clericum; Hoc quidem in casu Iudex ipse Secularis de crimine contra Clericum cognoscere, & eum punire non potest. Ità Joannes Andr. in cap. 1. de mutuis petitis. & in cap. ut si Clerici. de iudiciis, & ibidem Abbas, Baldus, in cap. 1. de controversiis apud pares termin. Aufrerius, in dicto tractatu de potestate Seculari super Eccles. & Ecclesiasticis personis. reg. 2. num. 4. ver. quindò, & Decianus, in dicto cap. 9. num. 17. qui dicit, causam criminalem hoc in casu differre à civili, in qua Clericus conveniri potest coram eodem Iudice, coram quo litem movit contra laicum, quà de re dicemus in subsequenti capite.

Extenditur decimò tertio hæc regula, ut procedat etiam in Clerico deposito prò delicto inducente irregularitatem, ut est homicidium; nam adhuc Clericus puniri non potest à Iudice Seculari, cum fori privilegium non amiserit, donec degradetur, si degradandus est. Ità Albericus, in l. penult. C. si ex noxa. actio. agu. Abbas, in cap. non potest, de regulis iuris, & in cap. tua. in 6. nota. de penis, & idem in cap. cum non ab homine, & ibidem Decius, num. 6. & Alciatus, num. 13. de iudiciis, & Decianus, in dicto cap. 9. num. 19.

Extenditur decimò quarto, ut locum habeat etiam in crimine noto iò, de quo Iudex ipse laicus cognoscere non potest contra Clericum, nec eum punire. Ità Abbas, in dicto cap. cum non ab homine & ibidem Decius, num. 10. ver. tertius casus, & Decianus, in dicto cap. 9. num. 20. qui dixerunt, nec etiam Clericum hunc posse prehendi à laico, nisi is Clericus fugeret, & timor esset nè evaderet impunitus.

Extenditur decimò quinto procedere etiam quando dubitatur an quis sit Clericus, ut puta qui aliquo tempore non incessit in habitu, nunc verò incedit in habitu, & tonsura. Hoc etiam casu accusari hic non potest de crimine coram Iudice Seculari, nec ab eo puniri. Ità in specie tradit Decianus, in dicto cap. 9. num. 25. Eà usus est ratione, quia incedens in habitu, & tonsura præsumitur Clericus, ut scripsi in commentariis de præsumptionibus. lib. 6. præsumptione 76. num. 12. nisi (inquit Decianus) examinatus constat eum esse omninò litterarum ignarum; Nam tunc præsumptio magis urgens est, quòd non fuerit ordinatus, ut scribunt Joannes

Andr. in cap. si Iudex. de senten. excomm. in 6. & Lucas de Penna, in l. expertes num. 7. C. de Decurio. lib. 10.

Extenditur decimò sexto, ut procedat etiam in eo qui captus prò perpetrato crimine asserit cum juramento, se jam antè delictum commissum fecisse votum ingrediendi religionem. Hoc etiam casu de ejus crimine non cognoscere Iudicem Secularem scribunt Baldus, in l. 1. C. an servus ex suo facto, Iason, in l. cum quadam puella. num. 9. de iurisdictione omnium Iudicum, Petrasancta, in sing. scilicet menti, Iacobinus, in l. si quis postea de iudiciis; verùm Chassaneus, in dicto §. 5. num. 69. scribit, quòd hoc non servatur in practica, & rectè quidem; si enim hoc admitteretur, causarum criminalium Iudices facillimè de omnibus criminibus cognoscerent, & facinorosi omnes, iudicia hæc evitarent.

Extenditur decimo septimo, ut procedat etiam si Clericus esset delegatus Iudex à Iudice laico; Nam adhuc ipso Clericus delegatus posset cognoscere de crimine Clerici accusati. Ità post Bertrandum, in conf. 9. num. 7. lib. 2. tradit Decianus, in dicto cap. 9. num. 63. qui declarat, ut hæc extensio non possit verificari in criminalibus, in quibus infligitur pœna sanguinis, sed tantùm in aliis. Quid dicere voluit Decianus, cogitandum erit.

Extenditur decimo octavo procedere etiam si Iudex Ecclesiasticus esset negligens inprehendendo, & puniendo Clericum. Ità Alexander, in conf. 8. n. 1. ver. quin inò nec propter. lib. 1.

Extenditur decimo nono, ut locum habeat etiam si Clericus esset Scholaris, & accusetur coram Scholario Rectore laico; Nam adhuc Clericus ipse puniri non posset ab ipso Rectore. Ità in specie tradit Decianus, in dicto cap. 9. n. 65.

Extenditur vigesimo, ut hæc regula locum habeat etiam quoad omnes actus gestos coram ipso Iudice Seculari contra Clericum accusatum, ut illa sint omninò nulla, sicuti confessio de crimine ab ipso Clerico facta. Ità post alios Decianus, in dicto cap. 9. num. 64. Qua de re dicemus infra.

Ex prædicta regula sic extensa, & ampliata excipiuntur permulti casus in quibus Iudex Secularis cognoscere potest de crimine contra Clericum, & eum punire.

Primus casus est, quandò summus ipse Pontifex suà concessione, & privilegio speciali concessisset Principi Seculari, ut certis in casibus cognoscere posset de crimine contra Clericos, & convictos punire. Ità probat cap. verum 22. distinctione, ubi Pontifex commisit Ducibus causam criminis simoniz perpetratæ à Clerico, & in specie casum hunc admittunt Zabarella, in cap. perpe. dimus num. 6. & 7. de senten. excom. Baldus, in l. rescripta num. 7. C. de precibus Imperatori offerendis, Felinus, in cap. 2. num. 3. & 4. de major. & obed. Aufrerius, in tractatu de potestate Seculari super Eccles. & personis Ecclesiasticis in prima regula num. 1. qui, in decima tertia fallentia testatur, Regi Galliarum concessum fuisse hoc privilegium. Item affirmant Gulielmus Benedictus, in cap. Raynuitius in verbo, & uxorem nomine Adelasiam. decis. 2. num. 147. ver. pariter cognitio criminum, Manluerius, in practica in titulo de iudiciis §. irem sciendum, Ripa, in cap. 2. num. 73. de iudiciis. Sic & Chassaneus, in commentariis ad consuetudines Burgundia. rubr. 1. §. 5. num. 48. qui, prò more, suppressò nomine Aufrerii, practicato in loco, multos casus, quos & infra referam, prolequitur. Et idem privilegium fuisse concessum Reipublicæ Venetæ testatur Gigas, in tractatu de crimine læsæ Majestatis. lib. 1. sub rubrica quis de crimine læsæ Majestatis cognoscere possit.

num. 20. & Decianus, in tractatu criminali. lib. 4. cap. 9. num. 66. qui, num. 67. subiungit, quod quando non extaret privilegium, sufficeret quasi possessio inmemorabilis cum allegatione privilegii, & idem Decianus, eodem in cap. 9. num. 139. qui nonnulla de salvaguardia tradit.

Secundus est casus, quando Iudex laicus ex delegatione sibi facta à Iudice Ecclesiastico de crimine à Clerico perpetrato cognoscit. Hoc in casu duo dicimus, quorum primum est, quando summus ipse Pontifex delegationem hanc fecit. Hoc sanè casu valet delegatio, & ob id Secularis ipse Iudex delegatus cognoscere potest de crimine Clerici, & eum punire. Ità scribunt Ioannes Andreas, Hostiensis, & Henricus, in cap. ut si Clerici de iudiciis. Baldus, in l. rescripta. num. 7. C. de precibus Imperatori offerendis, Barbat, in cons. 45. num. 9. & Aufrelius, in dicta regula prima fallentia decima, Alexander, in cons. 8. num. 1. ver. potest etiam lib. 1. Ripa, in cons. 2. num. 44. de iudiciis, & Decianus, in dicto tractatu criminali. lib. 4. cap. 9. num. 70. Secundum, quod hac in re dicimus est, inferiorem à Pontifice delegare non posse causam criminalem laico adversus Clericum, ut tradunt glossa, in cap. 2. de iudiciis, & ibidem Abbas, num. 5. Alexander, in cons. 8. col. 2. lib. 1. Barbatia, in dicto cons. 45. num. 10. lib. 2. Decius, in dicto cap. 2. num. 5. de iudiciis, & ibidem Ripa, num. 42. & Beron. Idem scribunt Chassaneus, in dicto §. 5. num. 48. & Decianus, in dicto cap. 9. num. 70. qui, num. 121. & multis sequentibus, explicat, septem constitutis, & declaratis conclusionibus, quando Iudex ipse Secularis pœnis afficere potest Clericum degradatum absque alia causæ cognitione, sed exequendo sententiam iam latam à Iudice Ecclesiastico.

Tertius est casus, quando Iudex Ecclesiasticus tantum non habet vim, ut possit punire Clericum delinquentem; nam tunc Iudex Secularis de eius crimine cognoscit, & eum punit cap. Principis Secularis 11. q. 5. & ibidem glo. & scribunt Abbas, in cap. 1. a. il. 1. num. 8. de decimis, & ibidem Barbatia, & idem, in cap. quia nonnulli. num. 36. de rescriptis. Lucas de Penna, in l. si coloni. C. de agricol. & cons. lib. 11. Aufrelius, in tractatu de potestate Seculari super Ecclesiis, & personis Eccl. reg. 1. num. 11. fallentia 3, Chassaneus, in dicto §. 5. n. 61. & n. 62. & Decianus, in dicto cap. 9. num. 83. Afferre solet exemplum quando duo contendunt de Pontificatu, ob quem exortum esset schisma in Ecclesia, nec possent ii contententes corrigi à Iudice Ecclesiastico propter utriusque potentiam, & ii etiam impedirent congregari Concilium. Hoc sanè casu Princeps Secularis posset suâ auctoritate, & potestate efficere; ut controversia diffiniatur, & delinquentes castigentur.

Quartus est casus, quando Clericus accusatus, fuit degradandus actualiter. Hoc sanè casu Iudex Secularis de illius crimine cognoscit, & eum pœnis afficit, cum is effectus censeatur de foro Seculari. cap. 2. de pœnis in 6. Ioannes Andr. in cap. cum non ab homine. de iudiciis, & ibidem Aufrelius, in dicta regula prima fallentia quarta. n. 12. Chassaneus, in dicto §. 5. num. 56.

Quintus est casus, quando Clericus fuit verbaliter depositus, postmodum ob incorrigibilitatem excommunicatus, & crescente contumaciâ anathematizatus. Hic etenim à Iudice Seculari puniri potest. cap. cum non ab homine de iudiciis, ubi Ioannes Andreas dicit, hoc casu opus non esse degradatione. Idem affirmant Aufrelius, in dicta regula prima num. 12. in quinta fallentia, & Chassaneus, in dicto §. 5. num. 56. ver. nono fallit.

Sextus est casus, quando Clericus jocularior per annum, vel ter monitus à suo Prælato non desistit

delinquere. Hoc sanè casu puniri hic potest à Iudice Seculari, cum ipso iure censeatur privatus privilegio Clericis concessio. cap. unico de vita, & honestate Clericorum. in 6. & ibidem Archidiaconus Geminianus, Ioannes Monachus, & Francus, quos secutus est Aufrelius, in dicta regula prima n. 14. fallentia sexta, Chassaneus, in commentariis ad consuetudines Burgundia in titulo de iustitia ver. quinto. n. 55. ver. septimo fallit, & Decianus, in dicto cap. 9. n. 86. & n. 136. propè medium.

Septimus est casus, quando Clericus publicè exerceret artem macellariam, vel tabernariam, & ter monitus non desistit. Hoc sanè casu, si contingat delinquere, puniri potest etiam à Iudice Seculari, cum clericale privilegium amiserit. Clem. 1. de vita, & honestate Clericorum, ubi Zanzellinus, Imola, & reliqui, Ioannes Andreas, inter consilia Alexandri. in cons. 61. col. 2. ver. si verò Clericus lib. 4. & ipse Alexander, in cons. 8. n. 2. lib. 1. Aufrelius, in dicta regula prima in nona fallentia n. 17. Chassaneus, in dicto §. 5. n. 63. & Decianus, in dicto cap. 9. n. 136. qui dicit aliquorum traditione, dictam Clementinam non habere locum in Clerico artem aliquam turpem, & ignominiosam, ut lenoniam, vel similem exercente. Id quod omninò falsum esse existimo.

Octavus est casus, quando Secularis aliquis iam pro delicto carceratus eff. Aus est Clericus in fraudem, ut evitaret pœnam perpetrati criminis indicendam à Iudice Seculari, qui iam prævenit huncprehendendo, & carcerando. Hoc sanè casu, cum causa, & persona præventa sit, puniri hic potest à Iudice ipso Seculari. Ità Ioannes Andreas, in cap. unico de oblig. ad ratiocin. & c. & in cap. Ioannes. de Clericis coniugatis, Gulielmus Cuneus, in l. penult. ff. si ex noxali causa agatur, Bartolus, in l. 1. n. 3. ff. de pœnis, Zabarella, in repet. cap. perpendimus. col. 7. de sentent. excom. Aufrelius, in additionibus ad Capellam Trolosa. q. 144. & in dicta regula prima n. 19. & alios congesti, in commentariis, de præsumptionibus. lib. 6. præsumpt. 76. n. 35. ubi declaravi, quibus pœnis affici possit Clericus iste. Et prædictis accedunt Chassaneus, in dicto §. 5. n. 67. & Decianus, in dicto cap. 9. n. 137. qui declarant, non procedere, quando Iudex Secularis solùm prævenit quoad causam, de qua potest quidem cognoscere, sed non punire.

Nonus est casus, quando Iudex Secularis est in quasi possessione, antiquissima, & cuius nulla sit initii memoria in contrarium, puniendi Clericos certis in casibus perpetratorum criminum. Ità tradit Aufrelius in dicta prima regula. n. 20. qui exemplum affert in casu violationis salvaguardie, de quo contra quoscumque Clericos Iudices Regii Gallie cognoscunt, & pœnas pecuniarias imponunt; Nam inquit Aufrelius, cursus temporis immemorialis vim habet privilegii. l. hoc iure. §. dulcius aqua ff. de aqua quodid. & assiva, & multis comprobavi, in commentariis de præsumptionibus. lib. 3. præsumptione 131. num. 38. & 39. Nec obstat, si dicatur, inquit Aufrelius, prædicta locum habere, quando præscribens est capax possessionis, seu quasi, secus se sit incapax, ut scribunt Baldus, in l. omnes in fine C. de præscriptio 30. & 40. annorum, Abbas, in cap. quarto num. 10. de consuetud. & in cap. novie. num. 5. de iudiciis, & in cap. causam num. 7. de præscriptis. Geminianus, in cap. catholica 11. distinctione, & in cap. 2. de præbendis in 6. Ioannes de Anna, in cap. ad hoc de Simon. Et hinc respondit Zabarella, in cons. 89. laicum cursu temporis immemorialis præscribere non posse decimas Ecclesiasticas, quarum est incapax; Nam responderetur, inquit Aufrelius, quòd licet regulariter cursu temporis immemorialis non possit incapax effici capax; attamen quando privi-

legiō capax quis fieri potest, tunc cursus temporis immemorialis operatur hoc modō capacitatem; nam allegatur concessio privilegii, & ad ipsius concessionem privilegii adducitur iste cursus temporis immemorialis, sicuti scribunt Zabarella, in *cap. cum apostolica. de his que sunt à maiore parte Capituli*, & *ibidem*, Imola, *col. 9. ver. nec obstat*, Zabarella, in *cap. causam de prescripti. & in subscriptione ad consilium Ziliosi de cautelis, impressum inter consilia Ancharani conf. ultimò*, Geminianus, in *cap. 2. §. sanè. de decimis lib. 6.* qui in specie prescriptionis decimarum docuit, quod si allegatur privilegium concessionis decimarum, & ad probandum ipsum privilegium adducitur cursus temporis immemoriabilis, satis dicitur probatum ipsum privilegium, quod capacitatem operatur. Similia scripserunt Alexander, in *conf. 74. num. 19. & 20. lib. 4.* Felinus, in *cap. accedentes col. 5. ver. sed re vera de prescripti.* Curtius junior, in *conf. 158. n. 18.* Quod autem Iudex Secularis privilegiō habere possit facultatem cognoscendi, & puniendi, Clericos certis in casibus, jam supra in primo casu diximus. Verum traditionem illam Geminiani, Alexandri, & aliorum esse satis dubiam scripsi, in *commentariis de presumptionibus. lib. 3. presumpi. 131. n. 47. ver. verum hanc & c.* Idque auctoritate Cravetzæ, de *antiq. temp. in secunda particula quarta partis principalis. num. 52.* Et accedunt nunc Decianus, in *tractatu criminali. lib. 4. cap. 9. num. 14.* & Anastasius Germonius.

Ceterum Decianus *precitato in cap. 9. n. 15.* admittit, quod concurrente famā unā cum cursu temporis immemorialis Iudex laicus punire potest Clericum de crimine ab eo perpetrato. Et admittit hoc casu, quod scilicet ob quasi possessionem temporis immemoriabilis Iudex Secularis possit cognoscere de criminibus Clericorum, certis in casibus, & eos pœnis afficere, ut est in prædicto casu violatæ saluaguardiæ; attamen intelligitur, quod executio pœnæ fiat in bonis immobilibus temporalibus. Itā auctoritate Oldrati, in *conf. 17.* Scribit Aufreterius, in *dicta prima regula n. 20. in fine.*

Decimus est casus, quando Clericus defert arma. Hoc etiam casu à Iudice Seculari puniri is potest. Itā scribunt Joan. Fabri, in *l. additios. C. de Episcopis Audient.* Aufreterius, in *dicta prima regula num. 21. fallentia decima tertiā*, qui intelligit de armis offensivis, non autem defensivis. Qua de re scripsi, in *lib. 2. de arbitrariis Iudicium casu 394. n. 32.* Locum iudicasse sufficiat. Et hic casus multo magis, procedit, quando Clericus iste dimisso habitu, & tonsurā defert arma, tanquam miles, si termonitus à suo Prælato non desistit. Itā Aufreterius, *precitato in loco. in ultima, & penultima fallentia*, Decianus, in *tractatu criminali. lib. 4. cap. 9. n. 87.* Chassaneus, in *dicta rubr. prima. §. 5. num. 56. & 84.* & hoc casu cessat difficultas excitata à Deciano, in *ditto cap. 9. num. 140. imò Clericum hunc puniri posse à Iudice Seculari etiam pœnā pecuniariā latere probat Io. Rodia. de Maiestate Principis. in verbo; Non armis solum decoratam. in secunda parte. n. 166.*

Undecimus est casus, quando Clericus offendit Officialēs Regios in eorum munere, & officio. Hoc quoque casu Iudex ipse Secularis Clericum hunc punire potest, sicuti tradit Aufreterius, in *dicta regula prima num. 22. in decima quarta fallentia*, qui affirmavit itā fuisse conventum inter summum Pontificem, & Regem Galliarum, ut in eorum concordatis legitur. Et Aufreterium secutus est Decianus, in *ditto cap. 9. num. 141.* & accedit Chassaneus, in *dicta rubr. prima. §. 5. num. 52. ver. sexto fallit.*

Duodecimus casus est, quando Clericus vult usurpare iurisdictionem Iudicis Secularis. Hoc pariter

casu puniri is potest à Iudice ipso Seculari, cum ei sit permissum iurisdictionem suam tueri, & defendere, *cap. ex parte de verborum significatione.* Itā Aufreterius in *dicta regula prima num. 23. in decima quinta fallentia*, qui asserit fuisse conventum inter summum Pontificem, & Regem Galliarum, ut in præcitatis concordatis legitur. Et Aufreterium secutus est Decianus, in *ditto cap. 9. num. 142.*

Decimus tertius casus est, quando Clericus est artifex, & ea in arte exercenda delinquit. Hoc etiam casu puniri potest à Iudice Seculari. Itā post Baldum, & alios tradit Aufreterius, in *dicta prima regula n. 24. in fallentia decima sexta*, qui testatur itā servari in Gallia, qui *num. 25.* subiungit idem esse, quando ipse Clericus assumit administrationem, & munera laicorum, & in eis delinquit. Idem tradit Chassaneus, in *ditto §. 5. num. 71. & 72.* & Decianus, in *ditto cap. 9. n. 143.*

Decimus quartus est casus, quando Clericus commisit assassini crimen. Hoc quoque casu puniri is potest à Iudice Seculari. Itā scribunt Socinus Senior. inter *consilia Curtii iunioris*, in *conf. 20. num. 44.* Aufreterius, in *dicta regula prima num. 26. in fallentia decima octava.* Marsilius, in *l. 1. num. 107. C. de rapto Virginum*, & in *practica criminali §. si diligenter; num. 169. & in §. examinata num. 25.* Chassaneus in *dicta rubrica prima. §. 5. num. 50.* Didacus, in *libro practicarum questionum cap. 22. num. 2.* & Decianus in *tract. Crim. lib. 4. cap. 9. num. 77.* Eā ratione ii usi sunt, quod assassinus itā dicitur ipso iure bannitus, ut impune à quovis occidi possit *cap. 1. de homicidio. in 6.* & appellari solet hæc quædam ficta degradatio, ut scripsi in *lib. 2. de arbitrariis Iudicium casu 415. in fine.* Quis autem dicatur assassinus, copiose explicavi, in *libro secundo de arbitrariis Iudicium. casu 360. num. 41.*

Ultimus est casus, quando Clericus tam Secularis, quam Regularis, dimisso habitu delinquit. Hoc casu, de quo multa inter alios scribunt Ioannes Andreas, inter *consilia Alexandri. in conf. 61. lib. 4.* ipse Alexander, in *conf. 8. lib. 1.* & copiosius Alexander de Nevo, in *conf. 59. 60. 61. & 62.* perplexè admodum à nostris explicato, Existimo subdistinguenos esse multos casus, quorum primus est, quando Clericus, sive Secularis, sive Regularis, habens ordines minores tantum, non incedit in habitu, & leve crimen commisit, ut est deferre arma, vagari noctis tempore, ut dici solet, ad hazardum, & similia agere. Hic non prehendi, nec puniri potest à Iudice Seculari, sed ab Ecclesiastico tantum, sicuti scribunt Ioannes Andreas, in *ditto conf. 61. num. 1. lib. 4.* & ipse Alexander, in *conf. 8. num. 2. lib. 1.* & Alexander de Nevo, in *conf. 89. num. 8.* qui sic declarat, & intelligit *cap. ult. de vita, & honestate Clericorum, & cap. in audientia, & cap. contingit. il. 2. de senten. excomm.* Imò idem Alexander, in *conf. 61. col. 1.* inter hæc levia crimina refert tundere monetam, id quod veram non esse existimo ex his, quæ scripsi, in *lib. secundo de arbitrariis Iudicium. casu 316. num. 34.* Secundus est casus, quando Clericus solum quatuor ordines minores, dimisso habitu, & tonsurā, & ter monitus, non suscepit ipsum habitum, nec tonsuram, & immiscuit se enormitatibus, in quibus fuit deprehensus. Hoc casu puniri potest Clericus iste à Iudice Seculari. Itā Ancharanus, in *cap. 1. propè finem. ver. si verò dimissu habitum & c. ibi post monitionem & c. de Apostat.* quem secuti sunt Alexander, & alii, quos infra referam, qui à fortiori admittunt puniri posse à Seculari, etiam si non processit aliqua monitio. Et hujus traditionis ea est ratio, quia Clericus ter monitus, ut incadat in habitum, & tonsuram, si monitus non obtemperet, privilegio fori privatur.

vatur. *cap. ult. de vita, & honestate Clericorum*. Tertius est casus, quando Clericus habens solos quatuor ordines minores, dimisso habitu, & tonsurâ, non fuit ter monitus, ut susciperet ipsum habitum, & tonsuram, & immiscuit se enormitatibus, in quibus non fuit deprehensus. Hoc casu sensit Ancharanus, *prædicto in loco*, Clericum hunc puniri non posse à Iudice Seculari. Requirit sanè Ancharanus quòd tria concurrere debeant, ut attingi suprâ in primo casu hujus casus, nempe dimissio habitus cum trina monitione, enormitas delicti, & præhensio in ipso crimine flagranti. Et Ancharanum secuti sunt alii, qui fortiori in casu admittunt hanc traditionem, ut dicemus in subsequenti casu. Quartus est casus, quando Clericus iste minorum ordinum, dimisso habitu, ter monitus non fuit ad illum denuò suscipiendum, & immiscuit se enormitatibus, in quibus fuit deprehensus. Hunc casum appellat dubium Ancharanus, *prædicto in loco* qui tamen negavit puniri posse à Iudice Seculari, sed remitti debere ad Ecclesiasticum, & ibidem in fine dixit, quòd si ipse esset Iudex Secularis, quòd non servaret opinionem eorum, qui, ut mox subiiciam, dixerunt, Clericum hoc in casu non esse remittendum ad Iudicem Ecclesiasticum, sed ab ipso Seculari puniri posse. Et eodem in loco Ancharanus refert, ejusdem opinionis fuisse glossam *in cap. ex parte de privilegiis*, & Ioannem Andream, *in cap. perpendimus. de senten. excom.* Cum Ancharano sentiunt Alexander, *in conf. 8. num. 2. & num. 3. ver. Petrus de Ancha. lib. 1. Socinus Senior. in conf. 12. num. 19. in fine lib. 1. Angelus Clavusius, in summa. in verbo, Clericus 10. q. 1. Sylvester Pierius, in summa. in verbo, Clericus, 3. num. 9. & Didacus Covarruvias, in lib. practicarum questionum cap. 32. num. 2.* Primò ea ratione usus est Ancharanus, quòd Clericus non perdit privilegium, nisi post monitionem. *cap. ult. de vita, & honestate Clericorum*. Veram Pontifex Honorius, *eo in cap. ultimo*, loquitur, quando Clericus leviter deliquit, negotiis Secularibus se immiscendo. Quo in casu mirum non est, ut diximus supra, quòd puniri is non possit à Iudice Seculari: Secundùm arguit, Ancharanus, quòd cum speciale sit in aliquibus casibus commemoratis *in cap. 1. de vita, & honestate Clericorum in 6.* Clericum perdere beneficium ipso iure, in contrarium est ius commune. Respondetur, casus illos esse minoris delicti, quàm sint atroces isti, de quibus loquimur, & propterea ratione à fortiori ductâ, si illis in casibus ipso iure privatur Clericus, multò magis & nostro in casu. Tertio adducit Ancharanus. *tex. cap. si Iudex laicus. de senten. excom. in 6.* ubi dicitur, quòd quando constat delinquentem esse Clericum, indistinctè remitti debet ad Iudicem Ecclesiasticum, nisi in casibus ibidem annotatis in glossa. *in verbo, debeat.* Respondetur, excipiendum etiam esse hunc casum enormis, atrocisque criminis, qui majorem rationem habet, quàm illi commemorati in prædicta glossa, *debeat*, qui sunt alii nonnulli, præter illos *cap. 1. de vita, & honestate Clericorum*, de quibus supra diximus, & in specie sic etiam declarat post alios Alexander de Nevo, *in dicto conf. 59. num. 9. ver. ad cap. si Iudex.* Quarto movetur Ancharanus, argumentò ductò à speciali *in cap. si degradatio. de pœnis in 6.* Degradatio enim, inquit Ancharanus, non fit, nisi pro enormibus delictis, *cap. ut si Clerici, & cap. cum non ab homine de iudiciis*, & tamen antequam (subiungit Ancharanus) Iudex Secularis possit iniicere manum, requiritur degradatio *cap. novinus. de senten. Excom. & ibidem glossa, in verbo pluribus.* Respondetur, hoc in casu non agi de degradatione, cum præsupponamus, hunc delinquentem habere solummodò quatuor ordines

minores, quos ipso iure amittit ob delictum enorme, & atrox, ut tradit Didacus, *in lib. practicarum questionum cap. 32. num. 3.* Et illa constitutio *cap. cum non ab homine de iudiciis*, loquitur de Clerico in sacris constituto.

Contrariam itaque opinionem & rectius probaverunt.

1. Glossa, in cap. perpendimus. de senten. excom.
 2. Vincentius, in eodem cap. perpendimus.
 3. Tancredus, ibidem.
 4. Hostiensis, eodem in loco.
 5. Joan. Andreas, ibidem. num. 3.
 6. Abbas, ibidem. n. 5.
 7. Burrius, ibidem n. 8.
 8. Ancharanus, in cap. ea quæ. q. 12. de regulis iuris. in 6.
 9. Geminianus, in cap. 1. de homicidio in 6.
 10. Alexander de Nevo, in conf. 59. num. 4. num. 21. ver. unde posset in fine respondit, Clericum; qui dimisso habitu, & tonsurâ, commisit Sacrilegium, vel parricidium, vel aliud simile delictum enorme, & atrocissimum, puniri posse à Iudice Seculari absquè eo, quòd ipsi Iudici Seculari tradatur ab Ecclesiastico.
 11. Aufrelius, in tractatu de potestate Seculari Super Eccles. & personis Eccles. regulâ primâ n. 27. fallentiâ decima nonâ, qui testatur, itâ bis in Gallia observari vidisse.
 12. Chassaneus, in commentariis ad consuetudines Burgundiæ rubr. 1. §. 5. in ver. Archidiaconus. num. 66.
 13. Gulielmus Benedictus, in cap. Raynutius, in verbo, Et uxorem nomine Adelasiam. in secunda decisione. n. 440. de testa.
 14. Marsilius, in conf. 9. n. 17.
 15. Boërius, q. 69. n. 17.
 16. Petrus Avendanus, in tractatu de exequendis mandatis. cap. 22. n. 3.
 17. Decianus, in tractatu criminali. lib. 4. cap. 9. num. 90. qui testatur, itâ servari in practica.
 18. Iulius Clarus, in practica criminali §. finali. q. 36. ver. hæc autem &c. qui scribunt, Senatam hunc Mediolanensem annò 1562. die 7. Augusti servarific fecisse, & idem Senatus annò 1599. die 18. Septembris, lætâ Sententiâ, iussit laqueò suspendi quendam Hieronymum Campostaneum, seu Compianum, qui cum aliquotantè annos professionem emisisset, & suscepisset quatuor ordines Minores, apostatavit, & inter multa Sacrilegia, functò nocturnò, effraçtis foribus Ecclesiæ Sanctæ Martæ Monialium hujus Civitatis Mediolani, asportaverat candelabra argentea magnâ valoris, & deprehensus fuerat.
- Et hæc quidem opinio multis probatur. Primò *tex. cap. ex parte il. 3. de privileg.* ubi Honorius Pontifex Maximus rescripsit Regi Angliæ eum posse pœnis afficere Clericos in habitu, & tonsura non incedentes, in maleficiis ipsis deprehensos. Nec hoc in casu necessariam esse trinam præcedentem monitionem, dixit Honorius. Et verè loquitur hic textus de Clerico habente minores ordines tantùm, licet Alexander. *in dicto conf. 8. num. 2. ver. non obstat id, quòd habetur. lib. 1. scribit, hunc sensum minùs violare textum illum.* Secundùm urget non parum *tex. cap. 1. de aposta.* Sic perpendendo. Clericus d. ffaciliùs privatur privilegio Canonis *cap. si quis suadente 17. q. 4.* quàm privilegio fori, ut tradunt Abbas antiquus, *in cap. contingit de senten. excom.* Alexander de Nevo, *in conf. 59. num. 15.* Atqui Clericus, qui dimisso habitu, & tonsurâ se immiscuit enormitatibus, & in eis est deprehensus, amittit privilegium Canonis, ergò multò magis perdit privilegium fori. Alios

sentus & interpretationes referunt, & non probant Alexander, in dicto conf. 8. col. 3. ver. non obstat etiam id quod habetur lib. 1. & Alexander de Nevo, in dicto conf. 59. num. 3. Tertio adduci solet rex. cap. unicus, de vita, & honestate Clericorum in 6. quem Aufrorius praeitatus in loco, dicit probare à fortiori, dum statuit Bonifacius Octavus Pontifex Maximus, Clericum ioculatorem, goliardum, vel buffonem ipso iure privati omni privilegio, si per annum eo in crimine perseveraverit, vel si breviori tempore, & ter monitus non respicit. Ergo à fortiori, inquit Aufrorius, idem dicendum est, quando committit delictum enormia. Et diligentius Bonifacii constitutionem perpendit Alexander de Nevo, in dicto conf. 59. num. 20. ver. & videtur vera &c. qui num. 21. subiungit post Ioannem Andream, & Abbatem, quod committens enorme delictum semel tantum, non dicitur inveteratus in saevis, & enormibus, & ob id in eo casu non privati privilegijs Clericalibus. Illud etiam observandum est, quod in flagranti crimine deprehensus is dicitur, quando crimen est ita notorium, ut negari minimè possit, cap. ult. de cohab. Cleric. cum mulier. & aliis in specie comprobat Alexander de Nevo, in dicto conf. 59. num. 10. post Hostiensem, in cap. ex parte de privilegijs. & idem Alexander, n. 24. scribit hoc casu, Clericum hunc, etiam si allegat se Clericum, puniri tamen posse à Iudice Seculari: Si verò crimen non est notorium, licet adsint multa inditia, cognoscit Iudex Ecclesiasticus.

Quintus est casus, quando Clericus in sacris existens atrocissimum, & gravissimum crimen commisit. Hic, etsi à Iudice Seculari fuit deprehensus, in ipsomet flagrante crimine, non tamen puniri potest ab ipso Iudice Seculari, sed remitti debet ad Ecclesiasticum, qui, causam cognitam, eum degradat, & deinde poenis emeritis afficiendum tradit Iudici Seculari, sicuti scribunt multi congesti, & probati à Didaco Covarruvias, in libro variarum resolutionum. cap. 10. num. 7. & in libro practicarum questionum. cap. 22. num. 2. qui dicit non habere locum in crimine allassinii, de quo diximus supra.

Sextus est casus, quando Clericus in Sacris existens effectus est incorrigibilis. Hic puniri potest etiam à Iudice Seculari, cap. cum non ab homine de iudicijs, quod sic intelligunt Joannes Andreas, Cardinalis Zabarella, & Imola ibi, & Didacus, in cap. 32. num. 2. ver. secundum est annotandum, qui eam usum est ratione, quod incorrigibilis dicitur effectus Secularis, quando praecessit trina monitio, & reliqua gesta sunt à Iudice Eccles. quibus censetur ipse Clericus privatus omni Clericali privilegio.

CAPUT XXI.

Iudex Ecclesiasticus an, & quando, & quomodo inhibere possit ac debeat Iudici Seculari, nè de causa adversus Clericum, vel Seculare cognoscat, vel in ea procedat.

Inhibitionis frequens admodum, & necessarius est usus apud Iudices Ecclesiasticos, cum suam laici Iurisdictionem à Iudicibus Secularibus sentiunt. Et licet multi hac de tractatione scripserint, attamen ego soleo distinguere, atque constituere quinque casus, quos ex ordine proponam, & planius, quantum per me licebit, explicabo.

Primus itaque casus est, quando causa omnino pertinet ad Iudicem Ecclesiasticum coepta est co-

ram Iudice Seculari pertractari. Hoc sane casu Iudex Ecclesiasticus inhibere potest, & debet ipsi Iudici Seculari, nè in causa illa ulterius progrediatur. Exemplum afferri potest in causa coram ipso Iudice Seculari coepta adversus Clericum, vel res, & bona eius, aut Ecclesiae, de quibus cognoscere non potest ipse Iudex Secularis. Hoc quidem casu Iudex Ecclesiasticus inhibere, ut diximus, potest, & debet, sicuti probat cap. Seculares de foro competentis in 6. & scribunt glossa, in cap. determinus. de senten. excom. in 6. Angelus, in l. ex ea ff. de postula. & in l. 2. §. condemnatum in fine ff. de re iudicata, & in l. consulta. n. 16. de testam. Boerius, in q. 114. num. 2. Quintilianus Mandosius, in tractatu de inhibitione. q. 10. num. 2. Decianus, in tractatu criminali. lib. 4. cap. 12. in principio. Et hic quidem casus procedit etiam, quando Clericus ipse non potest saltem de facto declinare forum Seculare, impediendo Civitatis statutò; Nam & hoc casu Iudex Ecclesiasticus ex officio potest inhibere Iudici Seculari, ut ab eo processu desistat. Ita Archidiaconus, & Geminianus, in cap. si Iudex de senten. excom. in 6. Federicus de Senis, in conf. 235. num. 2. & manifestius Felinus, in cap. Ecclesia Sancta Maria. num. 27. de consuet. qui subiungit post Archidiaconum, Baldum, & Romanum, requiri hoc casu partis citationem. Et quatuor alias cautelas ad evitandum poenam statuti prohibentis fori declinationem, nè Clericus illius statuti, vel vi vel virtute, molestia afficiatur, tradit, eadem in loco, Felinus, n. 71. ver. primo fuit n. 73. 74. 75.

Secundus est casus, quando in causa principali coepta pertinenti ad Iudicem Secularem incidit quaestio omnino pertinet ad Iudicem Ecclesiasticum. Hoc etiam casu Iudex ipse Ecclesiasticus potest, & debet inhibere Iudici Seculari, ut superseadeat in causa illa principali, donec coram se definita erit incidens ipsa quaestio, sicuti probant, cap. tuam de ordine cognit. & cap. lator, qui filii sint legitimi, ubi in causa successionis, & hereditatis principaliter motae coram Iudice Seculari, cuius propria est de rebus profanis iurisdicchio, & cognitio, si à reo convento oblici contingat, auctorem successionem praecedentem esse illegitimè natum, ob id quod matrimonium esse non potuit inter eius parentes, incidens hæc quaestio de matrimonio illegitimè contracto tractabitur coram Iudice Ecclesiastico, qui interim inhibebit Iudici Seculari, nè in ea causa principali ulterius progrediatur, sed superseadeat, donec definita erit quaestio hæc incidens, quemadmodum annotarunt Abbas, & reliqui in dictis cap. tuam, & cap. lator. Et accedunt Geminianus, in cap. 66. col. 2. ver. de spiritualibus, Capycius, in decisione 7. num. 3. Rob. Maranta, in tractatu de ordine iudiciorum distinctione undecimam num. 30. Didacus Covarruvias, in epitome de spiritualibus in secunda parte. cap. 8. §. ult. num. 3. simile exemplum est, quando creditur coram Iudice Seculari petit adversus debitorem excipit instrumentum, quod esse fœneratitium excipit debitor, Iudex Ecclesiasticus, coram quo incidentem hanc quaestionem debitor ipse deduxit, inhibere potest ipsi Iudici Seculari, nè procedat in causa executionis dicti instrumenti, donec fuerit à se cognitum, an contractus illè sit usurarius, vel non. Ita scribunt Baldus, in l. consulta. C. de testa. Imola, in cap. cum in iure. de officio delegati, Cappelletti, in conf. 18. num. 7. in civilibus, Ambrosius de Vignate, in tractatu de usuris. num. 125. Cagnolus, in l. 2. num. 62. C. de partibus inter emptor, & vendit. Didacus Covarruvias, in epitome de sponsalibus. in secunda parte. cap. 8. §. ult. num. 4. Ioannes Gutierrez, in tractatu de iuramento confirmatorio in prima parte. cap. 1. num. 13. & 14. Et accigi, superiore libro. cap. 26. in primo casu.

Petrus Barbosa, in l. Tisia num. 54. ff. solutio matrimonii; etsi enim in duobus relatis exemplis causa ipsa principalis pertinet ad forum Seculare, attamen cum causa illa incidens præjudicialis, & maioris ponderis, pertinet ad forum Ecclesiasticum, cedere debet Seculari Ecclesiastico eiusque inhibitioni parere.

Et hoc quidem in casu, quando scilicet Iudex Ecclesiasticus, ad partis instantiam, inhibet Judici Seculari, nè in causis his ad forum Ecclesiasticum pertinentibus ulterius procedat, citari debet pars, de cuius interesse agitur. Ità Archidiaconus, in cap. que lotharius 2. q. 1. Federicus de Senis, in conf. 300. Baldus, in l. Presbyteri la. 1. num. 11. ver. statutum est C. de Episcopis, & Clericis, Aretinus, in conf. 10. n. 4. Ancharanus, in conf. 234. casus talis est post præceptum num. 2. Alexander, in conf. 91. num. 7. lib. 2. Jason, in l. nec quisquam num. 30. ff. de officio Prætoris l. si opus num. 6. de operis novi nunciacione, Felinus, in cap. Ecclesia Sancta Maria num. 72. ver. & adde de consis. Cravetta, in conf. 273. col. 3. ver. secundo respondeo, & ibi, secus ubi non penderet &c. & Mandosius, in dicto tractatu de inhibitionibus, Guttierrez, de quo infra in quarto casu, qui tamen subjiciunt non procedere, quando Iudex ipse Ecclesiasticus ex officio propter periculum animarum inhiberet, quia tunc inhihere sic posset, etiam parte non vocatâ. Qua de re dicemus infra in quarto casu.

Tertius est casus, quando causa pertinet ad Iudicem Ecclesiasticum pendet coram ipso Ecclesiastico. Hoc sanè casu necesse non habet Iudex iste ecclesiasticus inhibitionem aliquam transmittere Judici Seculari, sed sufficit sola intimatio, & denunciatio ipsius litis pendentis præjudicialis. Ità respondit Federicus de Senis, in conf. 126. in q. D. Campioli num. 1. & in conf. 235. factum tale est. Quidam ex bannitis. col. 2. num. 2. in fine, & Federicum secutus est Cravetta, in conf. 253. col. 3. ver. secundo respondeo. Et hoc quidem in casu necessaria minimè est partis citatio, sicuti subiungit ipse Cravetta, ex sententia Lupi, in allegatione 63. num. 3. Butrii in cap. tuam de ordine cognitio, & Aretini, in conf. 75. col. 3. ver. secundo etiam non valuit sententia.

Quartus est casus, quando causa, quæ alioqui ad Iudicem Ecclesiasticum pertinere potest, adhuc non pendet, sed pendere potest coram ipso Ecclesiastico, apud quem est sola dubitatio super incidenti aliquo præjudiciali. Exempli gratiâ. Debitor coram Iudice Seculari conventus, ut solvat promissum in instrumento jurato, adivit Iudicem Ecclesiasticum, petendo se absolvi ab illo juramento à se præstito, ob id quod debitum est fœneratitium, & interim petit inhiberi Judici Seculari, ne in causa principali procedat. Hoc sanè casu locum non esse inhibitioni respondit Federicus de Senis, in conf. 300. factum tale est Debitor promissit, quem secuti sunt Laurentius de Rodulphis, in tractatu de usuris. q. 129. Alexander, in conf. 9. num. 2. lib. 4. Jason, in l. nec quisquam. n. 30. ff. de officio Proconsulis, & legati, Mandosius, in tractatu de inhibitionibus. q. 11. & q. 18. Eâ est hujus traditionis ratio, quia adhuc dici non potest, causam hujus incidentis pertinere ad ipsum Iudicem Ecclesiasticum, cum nondum constat aliquò modò instrumentum illud esse fœneratitium, sed solum pendet questio, & dubitatio, an concedi debeat absolutio à juramento, vel non, & creditor non est citatus ad videndum concedi hanc absolutionem à juramento, & consequenter lex non potest dici incepta coram ipso Iudice Ecclesiastico, sive consideramus ipsum instrumentum contractus, sicque causam principalem, sive perpendamus ipsum incidens petitionis, scilicet absolutionis.

Cæterum Iudex ipse Ecclesiasticus non ad debitoris instantiam, ut supra diximus, sed ex officio potest hoc in casu, inhibitionem facere, si modò ex verbis ipsius instrumenti vel aliis conjecturis conicit, contractum esse suspectum. Ità Federicus, in dicto conf. 300. num. 1. ver. Secus si ex officio &c. & ver. unde videtur &c. qui ob id subiungit, inhibitionem hanc fieri posse, sine partis citatione. Et cum Federico idem sentiunt multi relati à Mandosio, in dicta questione 18. ubi, num. 2. ver. ultra rationes &c. testatur, Romæ passim observari praxim hanc. Et idem scribunt Thomas Ferratius, in cautela 28. in fine, Ioannes Guttierrez, in tractatu de juramento confirmatorio. in prima parte. cap. 2. num. 31. ver. hanc etiam opinionem, qui ejusdem opinionis refert Laurentium Rodulphum, & Sebastianum Vantiam.

Quintus est casus, quando causa cœpta coram Iudice Seculari potest etiam quoad aliquod incidens pertinere ad utrumque Iudicem, Seculare scilicet, & Ecclesiasticum. Hoc casu Iudex Ecclesiasticus, coram quo illud incidens deducitur, non potest inhiere Seculari. Exemplum est egregium in casu de quo respondit Federicus de Senis, in conf. 93. factum quod proponitur, Clericus accusavit Laicum coram Iudice laico, seu Seculari, quod injuriâ ab eo fuisset affectus, & ad probandam illatam injuriam Clericus produxit testes, post quorum publicationem Secularis accusatus Clericum accusaverat coram Iudice Ecclesiastico, quod fuerit falsus, & calumniosè accusatus de illata injuria ipsi Clerico, & quod ipse Clericus testes falsos produxerat, & examinari fecerat, & petebat Secularis à Iudice ipso Ecclesiastico procedi contra ipsum Clericum, tanquam falsarium, & calumniatorem, & interim inhiberi Judici Seculari, nè interim in causa illa accusationis injuriæ procedat. Respondit Federicus, inhibitionem fieri non debuisse ipsi Iudici Seculari, quominus posset procedere in causa accusationis pro illata injuria. Et post multa ipse Federicus, in conf. 93. col. penult. in principio. ver. ex his rationibus &c. ità scriptum reliquit, & concludit, Ex his rationibus credo super sedendum esse dictæ accusationi factæ de Clerico per laicum coram Episcopo, & inhibitionem fieri non debere, & positò quod deberet procedi, procedatur sine injuria, vel retractione primæ accusationis, & sic quilibet prosequatur tuam injuriam, alter processus alteri non præjudicando. Hæc Federicus, cujus responsum, & verba citare voluit Baldus, in l. 1. in fine C. quomodo, & quando Iudex, dum dixit, sic Federicum consuluisse. Et rectè quidem, licet Cravetta, in conf. 253. col. 3. ver. fortius voluit Baldus &c. scripserit se perquisivisse, & nunquam invenisse hoc Federici responsum, cum tamen verè ei fuit præ oculis, cum, etsi ad rem aliam, de qua mox dicemus paulò infra, ver. aut laicus est capax &c. adduxerit hanc Federici, & Baldi sententiam, præter Socinum Seniore, in conf. 237. lib. 2. & in conf. 99. ad finem lib. 3. & in conf. 9. lib. 4. Barbat, in conf. 45. num. 10. lib. 2. Afflictus, in decis. 30. num. 4. Ripa, in l. 4. §. condemnatum num. 29. ff. de re judicata, Bcëius, in conf. 210. num. 13. lib. 3. & Didacus, in lib. practicarum questionum cap. 18. in fine. Et hujus quidem traditionis ea præcipua est ratio, quia secunda accusatio facta à Seculari adversus Clericum, tanquam falsarium, non est præjudicialis accusationi primæ factæ à Clerico contra Secularem coram Iudice Seculari; & Iudex Ecclesiasticus jurisdictionem habet cognoscendi contra Clericum respectu falsi, si quid commisit coram ipso Iudice Seculari, sicuti affirmat ipse Federicus, in dicto conf. 300. num. 5. & secuti sunt Cravetta, in dicto conf. 253. col. 3. ver. aut laicus est capax,

& Didacus, in dicto cap. 18. in fine. Qua de re diximus in precedenti capite in nona extensione.

CAPUT XXII.

Confessio Clerici accusati coram Iudice Seculari facta an, & quando ei noceat coram Iudice Ecclesiastico.

Disputatio hæc satis facillè explicari, & absolvi potest distinguendo, atque constituendo quatuor casus.

Primus quorum est, quando agitur de condemnando ipso Clerico pro perpetrato crimine. Hoc sanè casu receptissimum est, apud Doctores, confessionem hanc nocere non posse ipsi Clerico, ut ob eam solum condemnatur. Ità manifestè statuit Alexander Tertius Pontifex Maximus, in cap. *At si Clerici. in principio de iudiciis*, cujus verba hæc sunt. At si Clerici coram Seculari Iudice convicti fuerint, vel confessi de crimine, non sunt propter hoc à suo Episcopo aliquatenus condemnandi, sicut enim sententia non à suo Iudice lata non tenet, ità & facta confessio coram ipso. Hactenus Alexander Tertius, & illo in loco annotaverunt Abbas, num. 1. 2. 9. & num. 13. in fine. Butrius, num. 5. Imola, num. 12. Barbat; num. 173. Decius, in octavo notab. & num. 17. Berofius, num. 1. & num. 38. Et accedunt Calderinus, in conf. 6. in titulo de confessis, Zabarella, in cap. per inquisitionem. col. penult. ver. septimo oppono. de electio. Alexander, in conf. 13. num. 10. lib. 1. Boërius, quest. 99. num. 2. & hoc esse indubitatum scriptum reliquit Decianus, in tractatu criminali lib. 4. cap. 9. num. 64.

Extenditur hic casus, ut locum habeat etiam quoad purgationem Canonicam, quæ ob hanc confessionem coram Iudice Seculari iudici non potest ipsi Clerico Confessio, nisi Clericus suâ illâ confessione multum suam gravasset apud homines opinionem, sicuti scribunt glossa, in dicto cap. *At si Clerici. in principio*, & ibidem Abbas, num. 9. & 10. qui num. 13. subiungit, nec quidem confessionem hanc sufficere, ut aliqua poenitentia ei injungatur. Idem sensit ibidem Imola, num. 11.

Extenditur secundò hic casus, ut locum habeat etiam si Clericus iste coactus à Iudice Ecclesiastico perseverare in dicta confessione in ea perseveraverit; Nam adhuc non potest condemnari ex prima illa confessione, sed ex secunda ut dicemus infra in quarto casu in fine.

Secundus est casus, quando agitur de subiiciendo ipso Clerico quætionibus, & tormentis, & confessio facta à Clerico coram Iudice Seculari omninò fuit spontanea, quippè Clericus non citatus, nec ad iudicium tractus sua spontè adivit Iudicem Secularem, &, ultrò, eò non sedente pro Tribunali, confessus est delictum. Hoc casu confessionem hanc iudicium facere coram Iudice Ecclesiastico, ut Clericus quætionibus subiici possit, scribit Berofius, in dicto cap. *At si Clerici. in principio. num. 125. de iudiciis*, qui sic loqui intelligit Innocentium, in cap. per inquisitionem. col. 2. ver. sed quomodo de electio: qui verè nullum verbum de inditiis ad torturam, sed de sola condemnatione, quam ob solam hanc confessionem facere non posse Iudicem Ecclesiasticum scribit. Eà autem ratione motus est Berofius, quia confessio coram hoc Iudice hoc modò facta, etsi dicitur extrajudicialis, inditium tamen non facit ad torturam ex sententia Roma: in sing. 548. qui, meò in

Codice, hoc non scribit. Rectius adduci potuit Baldus, in l. inbennus num. 1. C. de liberali causa, & in l. penult. num. 2. de fideiuss. quem secutus est Petra Santa, in sing. 67. incipit. Scire debes.

Cæterum hic casus intelligitur, quando confessio hæc fuit prolata duobus testibus Clericis, non autem laicis. Ità declarat Berofius, *precitato in loco*, eà ratione, quia sicuti laici non admittuntur ad accusandum Clericos, ità nec ad ferendum contra eos testimonium. cap. testes, & cap. sacerdotes 2. q. 7. & cap. de cætero de testibus, ubi Felinus, num. 7. qui post Abbatem, & alios scribit non probare, ut Clericus condemnari possit, sed inditium tantum facere.

Tertius est casus, quando agitur de subiiciendo Clerico quætionibus, & torturæ, & confessio facta à Clerico coram Iudice Seculari fuit extorta tormentis, vel metu tormentorum. Hoc casu confessio hæc nullum facit inditium coram Iudice Ecclesiastico, ut Clericus ipse torqueri possit. Ità Berofius, in dicto cap. *At si Clerici. in principio. num. 126.* qui sic intelligit Abbatem ibidem, & Alexandrum, in l. magistratibus, num. 7. ver. secundo limita. ff. de iurisdictione omnium Iudicum, qui tamen simpliciter, & absolutè loquuntur. Et inquit Berofius hanc esse communem Doctorum sententiam, & Berofium secutus est Julius Clarus, in practica criminali. §. finali q. 21. ver. hanc tamen in fine. Et verè idem scribit Aretinus, in dicto cap. *at si Clerici in principio num. 25.*

Quartus est casus, quando agitur de subiiciendo Clerico tormentis, & confessio facta à Clerico vocato coram Iudice Seculari pro tribunali sedente, non fuit tormentis, nec metu tormentorum, sed spontè facta. Hoc sanè casu confessio hæc inditium facit contra ipsum Clericum coram Iudice Ecclesiastico, ut torqueri possit Clericus. Ità Berofius, in dicto cap. *At si Clerici. in princip. num. 127.* qui sic intelligit loqui Baldum, in l. Magistratibus num. 1. ver. tædio ff. de iurisdictione omnium Iudicum, qui tamen simpliciter secutus est Innocen. in cap. per inquisitionem de electio. sed apertius hoc sensit idem Baldus, in l. unica. num. 44. C. de confessis, & secuti sunt Angelus, in dicta l. Magistratibus in l. 1. num. 6. ff. de confessis, & in §. si verò. in fine in Authent. de Sanctiss. Episcopis, dum dixit probare coram Ecclesiastico, ut inditium faciat, Zabarella, in dicto cap. per inquisitionem. col. penult. ver. septimò oppono. de electio. Imola, & Aretinus, in cap. *At si Clerici. in principio de iudiciis*, ille num. 11. iste num. 13. Iason, in l. Magistratibus num. 3. ver. limita primò. ff. de iurisdictione omnium Iudicum, & ibidem Decius, n. 9. & idem Decius, in cap. *At si Clerici. in principio. num. 17. ver. alia opinio principalis de iudiciis*, Auferius, in tractatu de potestate Seculari super Eccles. in tertia regula num. 16. Bossius, in tractatu causarum criminalium in titulo de confessis. num. 16. Covarr. in commentariis ad ritus Magnæ Curie Neapolitanae ritu 235. num. 16. Iulius Clarus, in practica criminali §. finali q. 21. ver. hanc tamen, & Decianus, in tractatu criminali cap. 9. num. 64. Et huius quidem opinionis ea est vera, & solida ratio, quòd hæc confessio facta coram Iudice incompetenti, extrajudicialis confessionis vim habeat, ut scribunt Calderinus, in conf. 60. in titulo de confessis, & alios refert Ripa, in l. 1. §. si quis ita num. 20. de verborum obligat. Imò verò aliquid plus ipsa extrajudiciali operari debet, ob id quòd deliberatè ad interrogationem Iudicis etsi incompetenti, facta est de facto proprio, de quo est ei credendum l. quare in fine ff. de Edilicio edicto. Et tradit in specie Felinus, in cap. olim. num. 29. de refcriptis post Sindarum, quem refert: Porro certum est.

est, confessionem extrajudicalem indicium facere ad torturam, ut scribunt quamp plurimi, quos longâ serie commemoravi in *commentariis de presumptionibus* lib. 1. q. 89. num. 14. ubi satis diligenter declaravi. Est ergo dicendum, confessionem hanc Clerici factam coram Iudice Seculari Tribunali sedente indicium facere ad torturam coram Iudice Ecclesiastico.


His constat, hanc esse veram, & magis receptam opinionem, et si ab ea dissentiunt Baldus, sibi parum constans, in *cap. cum semper* num. 1. de *confessis*, Abbas, in *dicto cap. At si Clerici* col. 5. ver. *tamen ego timeo*, Barbat; *ibidem* num. 73. Alexander, in *l. magistratibus* num. 12. ff. de *iurisdictione omnium Iudicum*, Boërius, in *quest. 90.* num. 2. ver. *Et hac ult.* Baccus, in *tractatu de iudicio* num. 215. qui malè dinumeratis auctoribus testat. hanc esse communem opinionem. Huius opinionis sex argumenta satis levia cum diligenter consutaverit Decius in *locis supra commemoratis*, non est, quod plura scribam.

Cæterum dubitari solet, an Iudex ipse Ecclesiasticus cogere possit Clericum persistere, & perseverare in confessione illa facta coram Iudice Seculari, ut deinde ex illa perseverantia possit illum condemnare, vel saltem questionibus subicere. Et quod possit

cogere, affirmant Innocentius, in *cap. per inquisitionem* num. 2. de *electio.* & in *cap. 3. de confessis.* Cald. in *conf. 6.* *titulo de confessis.* Zabarella, in *dicto cap. per inquisitionem* col. penult. ver. *septimò oppono*, Baldus, in *l. 1.* num. 44. C. de *confessis*, qui intelligunt, quando extant aliæ conjecturæ, Abbas, in *dicto cap. At si Clerici* num. 14. ver. *ego puto.* Imola, in *dicto cap. At si Clerici.* in *principio* num. 11. & ibi Aretinus, num. 38. Ludovicus Bologninus, in *conf. 8.* col. ult. ver. *accedat in super*, & Auferius, in *tractatu de potestate Seculari super eccles. regulâ tertia* num. 16. ver. *prima tamen.* Et ii quidem intelligunt, nisi ipse Clericus suam confessionem declaraverit, vel aliter se expurgaverit. Et si Clericus per severabit in illa confessione facta coram Iudice Seculari, condemnabitur ex hac secunda, non ex illa prima, ut scribunt Zabarella, & Abbas, *predictis in locis.* Et his constat hanc esse receptam opinionem, et si dissentit Berd. in *dicto cap. At si Clerici.* in *principio* num. 38. qui dicit, hanc Clericum cogi non posse perseverare in illa confessione coram Iudice Seculari facta; Baldus verò, in *l. clarum* in *fine.* C. de *aucto. prastan.* scribit tunc demum cogi posse Clericum hunc perseverare in prima confessione, quando ex ea orta est infamia.

Finis Libri secundi.





D. IACOBI MENOCHII

D E

JURISDICTIONE, IMPERIO ET POTESTATE ECCLESIASTICA AC SECVLARI LIBER TERTIVS.

CAPUT PRIMUM.

*Quibus in Casibus Clericus actor convenire debeat
coram Iudice Seculari, non autem
coram Ecclesiastico.*



DISSERAMUS, hoc in capite quibus in Casibus Clericus actor convenire debeat secularem coram Iudice Seculari, non autem coram Ecclesiastico. Hanc disputationem paucis absoluam, cum non multum habeat dubitationis si sequamur juris regulas, & receptas Doctorum traditiones; Et quidem dicimus juris regulam pro Iudice ipso Seculari stare, ut scilicet Secularis ipse reus coram ipso Iudice laico à Clerico actore conveniri debeat. Nam actorem rei conveniendi forum sequi debere statuit Alex. 3. in cap. si Clericus Laicum, & Lutus 3. in cap. cum sit generale de foro compet. quæ sanè Iuris regula, & constitutio locum sibi vindicat, etiam quando Clericus vult agere contra laicum actione reali pro re, quam Clericus asserit esse, vel Ecclesie, vel sui Patrimonii; Laicus verò reus conventus probabiliter negat. Ità statuit Alex. Summus Pontifex, in dicto cap. si clericus laicum de foro compet. cujus verba hæc sunt, si clericus laicum de rebus suis, vel Ecclesia impetierit, & laicus res ipsas non Ecclesia esse, aut Clerici, sed suas proprias ad se verat, debet de rigore iuris ad forenses Iudicem trahi, cum actor forum rei sequi debeat licet in plerisque paribus de consuetudine aliter habeatur. Hæc enim Summus Pontifex, & illo in loco adnotaverunt Barba. num. 2. vers. quartus casus &c. qui paulò supra

dixerat Iudicem secularem esse ad eundem quando clarè constat, rem non esse Ecclesie, vel Clerici actoris: sic etiam intelligi debet Innocentius, in cap. cum sit generale in fine eo tit. de foro compet. ut scilicet loquatur quando laicus reus conventus probabiliter negat rem esse Ecclesie, vel clerici, dum declarat dictum cap. si clericus laicum, & idem manifestè docuit Cardinal. Zabarella, in dicto cap. cum sit generale, & apertius tradit Aufr. in tract. de potest. Eccl. super laicis, & bonis eorum num. 31. vers. sed si probabiliter. Et hoc quidem intelligitur secundum Marian. Socin. Sen. in dicto cap. si Clericus laicum. col. penult. vers. ex quo inferitur, quando Clericus actor vult, quòd causa discutatur in meritis, atque ità recusat assumere onus probandi summarie rem esse Ecclesie, vel propriam, secus, si Offerat statim, & in continenti velle probare rem Ecclesie, vel suam esse, nam tunc summarie huius probationis Iudex est Iudex ipse Ecclesiasticus, coram quo Clericus laicum vocavit, & convenit, ex quo negatur qualitas, quæ suæ Iurisdictionis, est fundamentum, iuxta l. si quis ex aliena. ff. de iudiciis, & scribunt omnes, in l. 2. ff. si quis in ius voca. non ierit; præsertim Curtius Iun. qui num. 34. idem sensit, quod Marianus Socinus & quidem vero, & receptissima est doctorem sententia Iudicem summarie cognoscere debere de qualitate fundante suam Iurisdictionem, non autem procedere in meritis causæ, tanquam quod sufficiat actoris petitio ad fundandam iurisdictionem ipsius Iudicis, sicuti hanc esse receptam opinionem testantur Bar. Socin. & Curt. Iun. in dicta l. 2. ille, in fine, iste, n. 32. Ruin. in Conf. 69. num. 10. & in conf. 114. num. 19. lib. 5. duo, & quinquaginta, huius opinionis doctores, ac rationes, & argumenta commemoravi in conf. 105. lib. 11. & meâ quidem sententiâ utilis est laico reo convento, quod Iudex Ecclesiasticus, coram quo fuit vocatus, summarie, prius, &

ante omnia, cognoscat de qualitate ipsa fundante suam jurisdictionem, quam quod secundum opinionem adversus communem iudex ipse procedat in meritis causæ, reservatâ exceptione declinatoriâ usque ad finem iudicii; nam si ab initio summarie cognoscit, facile erit, uti viro bono convenit, quod cognitio jurisdictionem ad se non pertinere, causam ipsam ad Iudicem Secularem remittat; id quod non faciet procedendo in ipsius causæ meritis.

Habet prædicta regula, quod scilicet actor forum rei conventisequi debeat, locum etiam in actione personali, quâ Clericus Laicum convenire debet coram Iudice Seculari, pro re debita ipsi Clerico, vel Ecclesie, quemadmodum probat dictum cap. si Clericus Laicum de foro compet. ibi de rebus suis, vel Ecclesia impetierit &c. Hæc verba, de rebus suis, à sensu contrario significant quod quando res non sunt Clerici vel Ecclesie, Iudex Secularis adiri debet. Porro res debita Ecclesie, vel Clerico eorum non esse dicimus, cum meum esse dicatur, cuius dominium apud me est, ut scribunt Bart. & Bald. in l. 1. ff. de statu hom. idem Bart. in l. cum sua. num. 1. de leg. 3. & in l. quintus §. argento num. 6. ff. de auro, & argento lega. & scripti, in conf. 129. num. 7. & 25. lib. 2. & accedit Rebut. in l. pupillus §. suum ff. de verb. signif. & licet aliquando pronomina hæc, meum, tuum, suum, significant quod est debitum, attamen id improprie dicitur, ut scribunt gloss. in clem. 2. in verbo delictum de rescripti. Bart. in l. gallus §. videndum in fine C. de liberis, & posthum. Socin. Sen. num. 5. testatur communem esse opinionem idem significat, à sensu contrario, illud genitivum sui, quod sui naturâ significat dominium l. 2. in princ. ff. de relig. & sumpt. funet. Bart. in rub. de operis novi nuntiat, & ibidem Alex. Iason. & reliqui.

Exempla hujus casus aff. rri possunt multa, & primum quidem, quando Laicus conveniendus est ratione contractus initi cum Clerico; nam tunc conveniri debet coram Iudice Laico, ut tradit Specul. in tit. de compet. Iud. aditione num. 27. vers. sed illa, & sentit Zabara. in Cap. cum sit generale de foro comp. illis verbis. Alias fieri hoc posset pro debito pecuniario, & hoc in casu, ac superiore, intelligi, & declarari debet decretum illud Ioannis Galeatii virtutum Comitum, Mediolani Ducis, ab eo pro libertate Ecclesiastica editum annò 1489. dum pag. 1. à tergo in vers. item in casu &c. ita statuit ubi verò vult Clericus Laicum convenire, vel Laicus Clericum; Cum generale sit, quod actor sequi debeat forum rei, coram Iudice Laico solum trahatur Laicus, nisi in casibus inferius exceptuatis, quò casu trahi possit Laicus coram Iudice Ecclesiastico. Hoc sanè decretum intelligi debet quando Clericus vult convenire Laicum pro rebus Ecclesie, vel suis & Laicus ipse negat probabiliter res esse, vel Ecclesie, vel Clerici. Intelligi etiam debet, quando Clericus ipse vult agere contra Laicum pro debito pecuniario ex contractu. Secundum est exemplum hujus secundi casus, quando Clericus ipse vult agere contra Laicum ad fructus, pensiones, vel mercedes rei Ecclesie, vel Clerici locatæ ipsi laico. Ita Barba. in dicto cap. si Clericus Laicum. num. 69. in fine, & ibidem Marian. Socin. & ibidem sentit prius Paris. Puteus, in pract. tract. de redintegr. feudi cap. 195. Ante citatus, num. 42. idem affirmat Osalcus, in decis. 36. in fine. Ioan. Guttierrez, in libro 1. Canonis. Quest. cap. 33. num. 58. & in lib. 3. pract. quest. 26. num. 10. Azevedo, in commentar. ad leg. Hispania in l. 10. tit. 1. lib. 4. nova recopilationis. Dicac. Covar. in lib. pract. quest. cap. 35. num. 2. qui declarant, nisi conductor in conductionis instrumento, cum juramento se submiserit jurisdictioni Ecclesiasticæ, vel quando extat consuetudo, nam fructus

percepti, & à solo separati sunt conductoris, & colonis cum non dicantur pars fundi, sicuti sunt fructus pendentes l. fructus pendentes ff. de rei vindic. imò idem dicimus de fructibus pendentibus maturis, & de proximo colligendis, ut scribunt per multi congesti à Tiraq. de retract. consang §. 1. glo. 7. num. 44. & accedunt Bart. in q. 61. num. 21. in fine. & Hieronymus Gabriel, in conf. 98. num. 10. lib. 1.

Cæterum hæc juris Communis disputatio correctæ fuit in hoc domiio Mediolani à præfato Duce Ioanne Galeatio suo illo decreto edito annò 1489. eo in capite quod incipit. Item Index Ecclesiasticus & c. Decreti verba hæc sunt. Item Index Ecclesiasticus ad quem spectat, possit cognoscere contra emphyteutas, livellarios, massarios, & scitabiles Ecclesiarum, etiam Laicos, quoad id, quod tenentur Ecclesia ex dictis contractibus; in aliis remanent subditi Iudici seculari. In locis autem, in quibus sit consuetudo contraria antiquius observata, quod pro sibi debitis in prædictis casibus Laicum conveniat coram Iudice Seculari, eò casu consuetudo ipsa servetur, quod Laicus pro præmissis casibus, coram Iudice Seculari conveniatur. Porro an decretum hoc observare nunc teneatur Rex Catholicus D. N. dubitari potest; & teneri, vel ex eo dicendum est, quod etiam si aboletur, & cassatur principatus ejus qui legem pro bono publico tulit, non tamen abrogata, & cassata censetur lex ipsa quemadmodum egregie docuit Albericus, in l. 2. §. ex altis deinde Regibus n. 1. ff. de orig. iuris, & sequuti sunt Martin. Land. in tract. de Principe quest. 64. Barb. in cap. ult. col. antepenult. de foro comp. & in conf. 4. col. 6. n. 8. lib. 1. & Felin. in cap. translato n. 1. de consue. & in specie magis Ægid. Boss. in tract. caus. crim. in tit. de Principe n. 52. scriptum relinquit in hoc Dom. Mediolanensi servari plura decreta condita ab his, qui Tyranni nunc habentur, ita quoque gesta à Sfortiatis, Mediolani, observari nunc debere multis probat Paris. in conf. 1. num. 65. lib. 8. & accedunt Restaur. in tract. de Imperat. q. 114. & ad rem magis Caveta. in conf. 592. n. 59. lib. 4.

Tertium est exemplum hujus secundi casus, quando Clericus, Ecclesia, vel Hospitale possidet annuos redditus sibi donatos, & constitutos à Principe Seculari, adjectâ lege, quod ipsi Clerici, & Ecclesia teneantur agere coram Iudicibus Secularibus adversus Laicos, si de ipsis redditibus exoriantur controversie, sicuti lege Regiæ Hispaniæ, in lib. 6. tit. 1. lib. 4. nova recopilationis, quam quidem jure validam esse, ut Iuri Pontificio non repugnet, scribunt Vasquius, in tract. de success. creat. lib. 3. §. 26. num. 66. Ignatius Luffart. in tract. de decima vendit. cap. 12. n. 2. & Ioan. Guttierrez, in dicto lib. 3. pract. quest. q. 27. n. 1. & apud nos observatur à Monachi Ecclesie Papie, qui opulentos redditus donatione Ducis Mediolani consequuti sunt, & possident; cum super rebus ipsis donatis oritur controversia adversus seculares, Iudex Secularis cognoscit, & iudicat, sicuti quotidie observatur, & superioribus annis sic cognoscit, & iudicavit Senatus ipse noster Mediolanensis inter ipsos Carthusienses, & incolas Sancti Columbani, qui negabant se eorum Emphyteutas esse pro prædiis in eo Territorio Sancti Columbani sitis & à Duce Mediolani ipsis Monachis donatis, & de ipsorum Monachorum aquis, & piscationibus ab eodem Duce donatis, quotidie iudicat Magistratus Extraordinarius, cui præsum.

Cæterum quando Ecclesia, Monasterium, vel Hospitale est erectum, fundatum, vel constructum, ex redditibus temporalibus, cum consensu, & auctoritate Episcopi Ordinarii loci, vel postea confirmata, Clerici, Religiosi, vel Hospitalarii pro ipsis redditibus, si de eis exorta sit contentio, convenire debere seculares adversarios coram Iudice Ecclesiastico scribunt

Azevedo, in *comment. ad leg. Hispania. Nova recopil.* l. 10. tit. 1. lib. 4. n. 46. & Guttierrez, in *disto cap. 27. n. 2.* qui contrariis rationibus, & argumentis satisfacit.

CAPUT II.

Casus qui sunt, in quibus Laicus à Clerico conveniri potest in utroque foro, Seculari scilicet, & Eccles. in Causa Civili, & pecuniaria.

Differamus nunc aliquò studio, & diligentia, de casibus illis, in quibus Clericus conveniri potest secularem, & Laicum in utroque foro, nempe Seculari & Eccles. quâ de re prius sciendum est hos casus speciales esse, & appellari, cum sint contra jus communis regulam, sicuti scribunt Hostiens. in *cap. cum sit generale. n. 2.* & ibidem Bellam. n. 7. in fine. & n. 8. & idem Bellemara, n. 7. in fine in *cap. si Clericus Laicum n. 3. vers. subdit finaliter eò tit.* Paris Puthæus, in *tract. de reintegrat. feudi cap. 195. incipit. an citatus n. 34.* & hi quidem casus ferè omnes appellantur mixti fori, quippe quòd reus iste Secularis conveniri possit tam coram Ecclesiastico quam Seculari Iudice; ex quo & illud consequitur locum esse præventioni, quem admodum scribunt Abbas, in *cap. Eccl. S. Maria in prima lectione n. 16. in fine de constit.* & ibidem Felin. n. 58. & Decius, n. 37. in fine, & si utuntur argumentò illò à simili quod sic in causa Criminis Sacrilegii Locus sit præventioni, cum verius sit contrarium, ut dicemus infra.

Primus itaque casus mixti fori civilis est, quando Clericus vult agere actione reali pro bonis Ecclesie occupatis à Laico probabiliter non negante esse ipsius Ecclesie; Hoc sanè casu, Laicus ille occupator conveniri potest etiam coram Iudice Ecclesiastico ità à sensu contrario probat *tex. dicti cap. si Clericus Laicum & ibidem Innocentius, clarè Zabari. in secundo notab. Joan. de Anna, n. 6. Abbas n. 3. Imola. n. 1. Barba. n. 2. vers. primus est. Marian. Socin. n. 1. & Felin. n. 4.* sic & Abbas, in *cap. qualiter il. 1. n. 7. de Iudicis. Felin. in cap. Eccl. S. Maria n. 7. vers. adde etiam de Constitutio, & Casum hunc probat *tex. dicti cap. si Clericus Laicum* perpendendo illud genitivum *Ecclesia*, quod diximus supra significare dominium. Et accedit ratio à præcitationis Doctoribus perpensa, quia occupator rei Ecclesie committere dicitur sacrilegium quoddam, cujus causa Laicus ipse occupator efficitur de foro Eccles. *cap. conquestus, & cap. cum sit generale de foro compet.**

Secundus est Casus, quando Clericus agit pro re legata, & relicta Ecclesie. Hoc casu, hæres Laicus etiam coram Iudice Ecclesiastico conveniri potest, ut rem ipsam præstet, ità omnium primus Innocentius, in *cap. 15. si Clericus Laicum* quem sequuti sunt Zabarel. *propè finem, Imola, n. 2. Joan. de Anna n. 6. Guido Papæ q. 576. Barba. n. 69. Mariæ. Socin. col. pen. Felin. n. 4. Crot. in cons. n. 36. lib. 2. Maranta, de ordin. Iudic. in quarta parte princip. dict. 11. & esse mixti fori scribit Didac. in *cap. si hæc n. 1. in cap. relatum il. 1. n. 2. de Testa.* & alii multi quos congerit Tiraq. *de Privil. pia causa privil. 149.* qui refert multos affirmantes esse mixti fori. Extat etiam decretum Ducis Joan. Galeatii anni 1489. his verbis scriptum. *Item Index Ecclesiasticus, ad quem spectat, possit cognoscere de relictis ad pias Causas, imò etiam Laicus adire potest Iudicem Ecclesiasticum ut compellat heredem solvere legata locis Pii relicta*, ità post alios Didac. in *cap. relatum il. 1. in fine.* Guttierrez, in *lib. 1. pract. quest. q. 44. n. 1. & lib. 3. q. 29. n. 7.* qui, & jure Regio Hispaniò idem esse censet. Est ratio, quia dominium rei legatæ rectà lineâ transit in legatarium. *l. à Titio in princ. ff. de furtis, & scribunt Bart. Alex. & Jason. in l. si mihi, & tibi §. de legatis ff. de legatis, primò, & latissime Petrus Dueg. in Reg. 210. & idè pro con-**

sequenda re legata datur legatario etiam actio realis. *l. 1. cod. communis de legat. & fideicom. 1.* quam ad rem nostram adducit Zabarel. in *cap. si Clericus Laicum propè fin. de foro compet.* datur, & actio hypothecaria, maximè Ecclesie *l. ult. § pen. C. de Sacrosanct. Eccles. quæ quidem hypothecaria cum datur ad avocandam rem legatam realis naturam sequitur, & realis appellatur à Bart. Bald. & Salicet. in i. pignoris C. de pignoribus. Io. Fabr. in §. item serviana num. 2. insist. de actio. & ab Aufr. in *tract. de potestate Secul. super Eccles. reg. 2. n. 1. vers. quod autem hypothecaria.* Et hic quidem casus maximè procedere quando pro salute anima factum est legatum, ut tradit idem Aufr. in *tract. de potestate Eccles. super laicis n. 22. & n. 31.* cæterum dubitari solet apud quem Iudicem insinuari, & publicari debeat testamentum in quo creditur Ecclesie, vel piæ causæ, vel clericis relicta fuisse aliquid, Hac de re scripsi supra *cap. lib. 2. in septimo casu.**

Tertius est casus, quando Secularis recusat solvere decimas Ecclesie debitas. Hoc sanè casu conveniri is potest coram Iudice Ecclesiastico, ità Feder. de Senis, in *cons. 245. n. 3.* quem sequuti sunt Didacus, in *lib. pract. quest. cap. 31. n. 2.* Andreas Gail. in *lib. 1. pract. observat. 37. n. 5. & observ. 38.* qui Azevedo in *l. 10. tit. 1. lib. 4.* Ioan. Guttier. in *lib. 3. can. Quest. cap. 33. n. 10. lib. 3. nova recopil. n. 58. pract. quest. q. 26. n. 9. qui n. 10.* declarat non procedere in conductore ipsarum decimarum respectu mercedis, qua de re diximus in præcedenti casu, & procedit etiam in conductore decimarum, qui virtute cessionis sibi factæ à Clerico agit, ità Guttier. in *dicta q. 26. n. 11.*

Quartus est casus quando Clericus vult agere adversus conductorem rei Ecclesie pro ejus recuperatione ità Innoc. in *dicto cap. si Clericus Laicum* intelligunt ibidem Zabari. in *fine, Imola n. 3. Barba n. 69. in fine Marian. Socin. col. pen. & Felin. n. 4.* & his accedunt Speculator, in *tit. de compet. Iudicis aditione n. 27. vers. sed illa.* Abbas, in *cap. 2. n. 6. vers. addit alium casum de foro comp. & ibidem Bellem. n. 2. Arerin. n. 8. Ioan. de Anna, n. 6. & Alex. de Nevo, n. 13. Marian. Socin. in cap. 1. n. 8. et tit. Natta, in cons. 176. n. 3 & n. 12. in fine lib. 3. Osaicus, in *deci. 31. n. 6. & Decian. in tract. crim. lib. 4. tit. 9 n. 58. in fine.* Et hujus aditionis eam esse rationem existimo, quia res locata adeò dicitur esse ipsius Ecclesie, ut conductor opponere nullâ ratione possit Dominii exceptionem *l. si quis conductionis Cod. locati.* Hic c intelligimus malè sensisse Hostiens. & alios nonnullos, qui dixerunt esse actionem personalem in rem scriptam, quæ non sequitur, hoc equidem falsum est, cum actio in re scripta nulla à lege sit introducta, ut scribunt Ioan. Fabri, in *§. omnium n. 2. insist. de actionib. & Corasius, in rub. ff. si certum petat. & lib. 1. Miscell. cap. 22.**

Nec repugnat, quòd Innoc. in *cap. cum sit generale in fine de foro comp.* differentiat, quia responderetur, vel Innocentium malè loqui, vel loqui quando conductor probabiliter negat rem à se conductam esse Ecclesie, sicuti ipse Innocent. loquitur de rei vindicatione iuxta terminus dicti *cap. si Clericus Laicum*, ut dixi supra, vel loquitur Innocentius quando locator perit pensionem, & mercedem, de qua dixi in præcedenti capite.

Quintus est casus, quando statutò cautum est, quòd consanguineus, vel vicinus possit retrahere prædium venditum, alienatumque à consanguineo, vel vicino, & Clericus sanguine conjunctus, vel vicinus uti vult beneficiò statuti (Clericum hoc beneficio statuti posse uti demonstravimus superiore *lib. cap. 6. in primo casu ult. illationis*) adversus Laicum emptorem; hoc etiam casu Laicus iste conveniri potuit coram Iudice Ecclesiastico nam ex hoc statuto oritur actio personalis in rem scripta, sicuti post Ceyroll. Chassaneum, & Tiraq. scripti, in *cons. 838. num. 1. lib. 9.* quæ quidem actio personalis in rem scripta proponi, & exerceri potest à Clerico coram Iudice Seculari contra laicum, si-

auti affirmant Zabarel. in cap. si clericus laicum in fine de foro comp. & ibidem Imola n. 1. Barba. n. 69. in fine, & Felin. n. 4. Et hujus sententiae ea est ratio, quia actio personalis in rem scripta sequitur naturam realis, & scripti in dicto conf. 838. n. 2. vers. & qui. Reali autem actione laicum conveniri posse à Clerico coram Iudice Ecclesiastico, quando manifestè constat rem esse Clerici, vel Ecclesiae, admonui supra in primo casu huius capitis, & hic quidem quintus casus locum habet non solum quando dispositione statuti Clericus potest retrahere Clericorum alienationem; sed etiam quando pacto, & conventionione actum sic fuit inter Laicum Dominum praedii, & Clericum, ut si contingat ipsum Dominum velle vendere alteri, ipse Clericus praefertur. Hoc etiam casu, si praedium erit alteri laico venditum, Clericus conveniri poterit ipsum emptorem coram Iudice Ecclesiastico, eadem actione personalis in rem scripta. Nec repugnat si dicatur Capol. Chaffa. in Tiraq. supra allegatos loqui de statuto, sicque lege municipalis, non autem de pacto, & conventionione inter quae differentiam visus est constituere praallegat. Tiraq. de retract. confang. §. 8. gl. 3. n. 6. cum dixit ex contractu, & pacto oriri actionem merè personalem, ex lege verò, & statuto actionem personalem in rem scriptam, quia respondetur etiam ex contractu, & pacto nasci actionem personalem in rem scriptam, quando agendum est ad consequendum rei dominium, sicuti loquendo de contractu locationis, & conductionis bonorum Ecclesiae pro constanti habent Zabarell. Barbof. & Felin. supra relati, & si Imola. in dicto cap. si Clericus Laicum n. 5. scribit ex contractu locationis, & conductionis oriri solam personalem. Ita quoque Alexander, & alii in rub. ff. si certum peti. affirmant ex contractu per metum, & dolum inito nasci actionem personalem in rem scriptam. Praeterea saltem quoad emptorem sicque tertium possessorem actio haec personalis est in rem scripta, quemadmodum traditionem hanc notabili exemplo hypothecariae actionis ostendit Albericus in l. 3. §. 1. ff. ad exhiben. & in rub. ff. de pigno. Actio hypothecaria proveniens à contractu personalis quidem est (inquit Albericus) contra principalem debitorem obligatum, contra verò tertium possessorem realis est, & Albericum in specie nostra sequutus est Tiraq. in dicta gl. 3. n. 14. & secun dum praedicta respondi jam non satis pridem pro Illustriss. & Rever. Domino Archiepiscopo hujus Civitatis Mediolani, administratore bonorum venerandi Collegii Dominorum Helvetiorum pro praediis illorum de Senis.

Sextus est casus, quando Clericus vult agere ad repetitionem rei Ecclesiae apud Laicum depositae; nam, & depositarius iste conveniri potest coram Iudice Ecclesiastico Hostien. in dicto cap. cum sit generale: num. 5. cum rei depositae dominium sit semper apud deponentem, & propterea diversum est in deposito regulari cujus dominium transit in depositarium l. lucius, & l. de sponsaliorum ff. de positi, & hoc in casu intelligi potest Innocentius, in dicto cap. cum sit generale in fine de foro comp. vel loquitur Innocentius, quando depositarius probabiliter negat depositum, juxta declarationem supra relatam; sic etiam intelligo Imolam in dicto cap. si Clericus Laicum num. 6.

Septimus est casus, quando Clericus vult agere contra Laicum qui Ecclesiastica bona administravit, nam, & tunc Laicus ille conveniri potest coram Iud. Eccles. ut in specie tradunt glo. in cap. indicatum. dist. 89. Butic. in cap. 2. n. 6. de foro competent. & ibidem Aret. n. 8. Marian. Socin. in rub. de foro competent. n. 1. in fine, & Andreas Gaillus, in lib. 1. pract. obser. 37. num. 7. vers. sic Laicus ratione administrationis.

Octavus est casus quando Laicus obtinet feudum ab Ecclesiastica, nam, & tunc conveniri is potest coram Iudice Ecclesiastico ex quo recognoscit utile domi-

nium ab ipsa Ecclesia. Ita probat cap. verum. de Iudiciis ubi scribunt omnes, & in specie Maranta, in speculo Advocatorum in quarta parte dist. 11. n. 7. & hoc in Dominio Mediolani extat decretum Ducis Joannis Galeatii editum annò 1489. ita scriptum, Si autem feudatarium procedat ab Eccl. Iudex Eccl. cognoscat, & contra Clericum, & contra Laicum feudatarium, quatenus feudum concesserit. Et de Clerico cognoscere feudum à Principe Seculari, ut conveniri possit coram Iudice Seculari, dicemus infra.

Nonus est casus mixti fori civilis, quando Clericus vult agere contra laicum occupatorem bonorum suorum patrimonialium, & Laicus non negat, nec negare potest ejusmodi esse bona Clerici. Hoc etiam casu Laicus conveniri potest coram Iudice Eccl. Ita statuit Summus Pontifex Alexander, in dicto cap. si Clericus Laicum de foro compet. à sensu contrario, & ibi adnotavit Abbas, n. 3. qui, n. 5. dixit Alexandrum ipsum Pontificem loqui de bonis Patrimonialibus Clerici, & manifestius idem affirmarunt Barbatia, n. 4. & Marian. Socin. n. 2. sic & Ioan. de Anna, & Imola, in cap. cum sit generale de foro comp. ille, in fine iste, n. 4. Sic etiam Abbas, in cap. Ecclesia S. Mariae in prima lectura n. 21. & ibidem Felin. n. 7. de consuet. qui multis comprobatur; sic & Aufr. in tract. de potestate Eccl. super Laicos n. 16. vers. viges. tertio, qui dixit Laicum qui arma sustulit Clerico conveniri posse coram Iudice Eccl. Eandem opinionem probavit Osalcus in decis. 32. n. 6. & hujus sententiae ea est ratio quia bona patrimonialia Clerici, quoad fori competentiam, bonis Ecclesiae equiparantur l. decernimus. C. de Episco. audien. & in specie annotavit Felin. in dicto cap. Eccl. S. Mariae. n. 7.

Decimus est casus mixti fori civilis, quando Laicus proprio consensu propagasset jurisdictionem Iudicis Eccl. nam & tunc coram ipso Eccl. conveniri poterit ut scribunt Aufr. practicato in loco n. 25. qui refert Joan. Fabr. affirmantem in Gallia prohibitam esse similem jurisdictionis prerogationem.

Undecimus est casus mixti fori civilis, quando Ecclesia, quae contraxit cum Laico fuit laesa, & ob id petit restitutionem in integrum. Hoc quoque casu Iudex etiam Eccl. cognoscit contra ipsum laicum. cap. constitutus, de restit. in integrum, ubi Butrius, sic, & Innocentius, in cap. cum sit generale de foro compet. Feder. de Senis, in conf. 385. Rom. in sing. 113. Abbas, in cap. ad nostram in primo notab. de rebus Ecclesiae alienand. Aufr. quem mox referam, Robertus Maranta, in speculo Advocator. in quarta parte princ. dist. und. n. 16. Didac. in lib. 1. Var. resol. cap. 4. n. 2. & Sfortia Oddo in tract. de restit. in integrum q. 32. n. 115. & n. 123. idem esse pro bonis patrimonialibus Clerici scribunt Hostien. Zabar. & Felin. in cap. cum sit generale col. 2. de foro compet. Roma. sing. 113. Aufr. in dicto tract. de potestate Eccl. super Laicos. n. 48. & Sfortia Oddo, ubi supra n. 123.

Duodecimus est casus mixti fori civilis, quando Laicus commisit fraudem in rebus Ecclesiae, ut putà ea emendor fraudulenter, hoc etiam casu Laicus coram Iudice Eccl. conveniri potest. Ita Host. Innoc. Abbas, & Felin. in cap. cum sit generale de foro compet. & ibi Anchar. n. 8. in fine, & Aufr. in loco supracitato. n. 55. vers. centesimo vigesimo tertio.

Decimus tertius est casus mixti fori civilis, quando agendum est de nunciatione Evangelicà. Hoc etiam in casu Laicus coram Iudice Eccl. convenitur, ita Abbas, in cap. licet ex suscepto n. 11. de foro comp. Maranta, in dicta distinct. und. n. 12. & prius Guido Papz, in libello, quibus casibus Laici subditi Imperio Domini Ducis Sabaudia possint trahi ad Iudicem Eccl. col. 2. vers. & in aliis per viam & c. qui dixit hoc intelligi nisi Iudex Laicus fuisset preventus in hoc casu, & esset paratus administrare justitiam, & col. 12. addit. debere prius constare de negligentia, & Injustitia Iudicis Secularis.

Decimus quartus est casus mixti fori civilis, quan-

do Clericus vult agere de operis novi nuntiatione ad impediendum Laicum, ne in suo, vel Ecclesie edificet. Hoc pariter casu Clericus agere potest contra ipsum Laicum coram Iudice Ecclesiastico. Ita Abbas, in cap. pen. in 2. notab. extra de operis nuntiatione, & Aufr. in dicto tract. de potestate Ecclesiastica super Laicis num. 52. vers. centesimo decimo sexto, eâ ratione ulus est Abbas, quia Clericus qui nuntiat novum opus, dicitur in suo, seu Ecclesie fundo molestari atque, ita edificans dicitur quodammodo committere sacrilegium, cuius cognitio pertinet etiam ad Iudicem Ecclesiasticum contra secularem, ut diximus supra. Ego verò hac in re dicere soleo, quòd is qui nuntiat novum opus, dicitur actor, ut scribunt Bartol. in l. de pupille. §. si procurator ff. de operis novi nuntiatione & ibidem Angelus, num. 2. & Iason. num. 1. in fine & alii, quos statim referam, & idèd si secularis vult Iudicis auctoritate nuntiare novum opus Clerico, sequi debet, forum Clerici, atque ita coram Iudice Ecclesiastico experiri, sicuti in specie tradit speculator, in tit. de satisfactionibus §. ult. num. 5. vers. quid si Clericus, quem sequuntur Ioan. Andr. in dicto cap. pen. col. 1. de operis novi nuntiatione, & ibidem Zabarel. in secunda oppositione. Butic. n. 2. & hos retuli, ac probavi in conf. 1036. in prima dubitat. Ita è contra, quando Clericus vult nuntiare novum opus seculari edificanti in fundo Ecclesie debet tanquam actor, agere coram Iudice Laico. Ita sentiunt Ioan. Andr. Zabarel. Butic. & Anchar. præcisatis in locis adversus Abbatem, in eodem cap. pen. in secundo notab. cum actor, ut diximus, sequi debeat forum rei. Nec repugnat, quòd secularis edificans dicatur committere sacrilegium, quia id locum habet, quando constat fundum esse ipsius Ecclesie, & nullum edificandi jus competere Laico. Non etiam repugnat dictum cap. pen. de operis novi nuntiat. ubi clericus actione hac novi operis nuntiatione convenit coram Archidiacono Paris. secularem edificantem in fundo Ecclesie; nam respondent Ioan. Andr. Zabarel. & reliqui id evenisse quia Archidiaconus ille iure aliquò speciali erat Iudex etiam contra secularem. Nec obstat quòd inquit Abbas, speciale quidem in Archidiacono id fuisse in eo casu, quia iure communi caret iurisdictione, sed coram Episcopo (inquit Abbas) potuisset Laicus iste conveniri; nam responderetur, iure non probari quòd hoc in casu Episcopus fuisse Iudex competens contra secularem edificantem exceptò casu, in quo manifestè constat, ut diximus, fundum esse Ecclesie, & in eo secularem nullò modò edificare posse. Hoc sanè casu admittenda erit Abbatis, & Aufr. opinio. Caterùm observandum est, quòd quando Clericus vult edificare in fundo secularis, vel in quo secularis habet servitutem viz vel actus, permissum est ipsi seculari adire Iudicem laicum, & impetrare præceptum contra operarios Clerici, ac etiam ipsum Clericum, ne aliquid faciat de factò, donec erit de iuribus partium cognitum coram Iudice competenti; cum ad Principem, & Iudicem secularem spectat protegere seculares sibi subditos, etiam contra Clericos. Ita observavit Senatus noster Mediolanensis hoc anno 1599. die 17. Februarii pro Fratribus de Comite, adversus Curatum Sancti Calimerii, pro quibus respondi, & ut in conf. 1036. quòd quidem præceptum magnas excitavit perturbaciones inter nos Reg. Ministros, & Ecclesiasticos.

Decimus quintus est casus mixti fori, civilis & Ecclesiastici, quando scilicet Iudex secularis negligit administrare Iustitiam, hoc etiam casu Iudex Ecclesiasticus cognoscit, & iudicat inter Clericum actorem, & secularem reum conventum (imò, quòd fortius est) inter solos seculares, cap. ex transmissa cap. licet ex suscepto & cap. ex tenore de foro comp. &

scribunt Bald. in l. contractibus §. in omni C. non numer. pecun. & in aurb. ad hac, col. 2. cod. de usuris, Angelus, in aurb. ut diferen. iud. & in aurb. Clerici apud proprios Episcopos. Abbas, in cap. licet ex suscepto n. 6. in fine, & n. 9. de foro comp. Guido Papæ, in libello, quibus casibus Laici subditi Imperio D. Ducis Sabaudia trahi possint ad Iudicem Ecclesiasticum. col. pen. Felin. in cap. significaverunt col. 3. de Iudiciis, & in cap. cum sit generale n. 38. vers. ultra casus de foro comp. Afflictus, in rub. qua sint Regalia n. 12. & 13. & in cap. Imperialem §. propterea num. 12. post inseruam ibidem n. 81. de prohib. feudi aliena. per Fedet. e. ibidem Affl. in cap. si Clericus in princ. n. 3. de pace tenen. & eiu. viola. Aufr. in dicto tract. de potestate Ecclesiastica super laicis n. 24. Idem, de potestate seculari super Eccl. reg. 4. n. 48. & 49, Maranta, in dicta distinct. 11. n. 11. & Decianus, in tract. crim. lib. 4. cap. 9. n. 48. & cap. 10. n. 3. v. 9. limita. & n. 6. v. 20. limita. Comprobatur à contrario, quòd quando Iudex Ecclesiasticus negligit administrare Iustitiam seculari agenti contra Clericum, adiri potest Iudex secularis, cap. si quis cum Clerico n. 11. cu. 1. ut diximus supra in c. 1. in ultimo casu. Caterùm, ne locus sit huic casui, adhiberi potest remedium cuius meminit Guido Papæ, præcisato in loco quòd scilicet Princeps ipse secularis edat decretum, quò significet se promptum paratumque esse Iustitiam omnibus administrare. Hoc decretum efficit, & operabitur (inquit Guido) quòd ob negligentiam ministrorum Principis, adiri non possit Iudex Ecclesiasticus. Crediderim, sine editione decreti, satis ipso iure communi provisum, cum negligentia Iudicis inferioris non præiudicet Iudici superiori, sicq. Principi, qui alioqui primùm ad eundem est, ut explicat Affl. & in dicta rub. qua sunt regalia n. 12. & idem sentit Abbas, in c. licet ex suscepto n. 9. de foro comp. & probatur in c. placuit 11. quest. 1. in c. qualiter in fine de Iudiciis, & manifestè Decianus, in dicta c. 9. n. 81. post Alexandrum quem refert, & eodem in loco scribit Decian. post Ruinum, in conf. 12. n. 8. lib. 5. hanc Iudicis negligentiam esse difficilius probationis, id quòd & aliorum auctoritate scripti, in commentariis de recuperanda possessione remedio sept. n. 21. non refero nonnulla alia, quæ ad rem hanc scribit Abbas, in dicto cap. licet ex suscepto n. 9. de foro comp.

Decimus sextus est casus, quando petitur reudicio ad arbitrium boni viri à laudo lato inter Clericum, & Laicum; hoc quoque casu reudicio fieri debet coram Iudice Ecclesiastico, qui cognoscet de ipsa causa inter eos. Ita Baldus, in l. præcipuus in fine C. de appella. Roman. in conf. 266. n. 2. vers. si verò stat. de liber. gog. & iustitia parte 2. vers. dicendum est modo. Iason. in l. Imperium col. 4. n. 9. vers. septimo. Mathes. notab. 144 ff. de iurisd. om. iud. Maranta, in speculo advoc. in quarta parte in distinct. 11. n. 18. qui n. 19. post eosdem, Roman. & Iason refert, simile de appellatione interposita à duobus Iudicibus quorum unus est Ecclesiasticus alter verò secularis. Idem tradit Decianus, in tract. crim. lib. 4. c. 9. n. 44.

Decimus septimus est, casus, quando Clericus, & Laicus sunt duo rei d. bendi in solidum. Hoc etiam casu, Iudex Ecclesiasticus cognoscit, tam contra Laicum, quàm contra Clericum, cum causa sit iuridica, ita Bart. in l. iuris pericos §. cum oriundus ff. de excusa. tuto, & in l. præcipuus §. eodem C. de appell. & alii, quos statim referam. Exempla afferri solent multa, quorum primum est quando Clericus, & Laicus sunt æqualiter hæredes testatoris debitoris, cum enim ambo in solidum teneantur, coram Iudice Eccl. conveniri debet etiam Laicus, ut scribunt Bart. in dicta l. præcipuus §. eodem C. de appell. Felin. in cap. 1. col. 4. n. 6. v. & non creda. de prescrip. Maranta, in dicta dist. undecima n. 20. & esse communem opinionem testatur Gutierrez, in lib. 1. pract. Quest. 9. 6. num. 3.

lib. 3. q. 30. num. 51. qui tamen dixit in foro Hispanie non servari Bartol. quoque sequitur Decian. in dicto cap. 9. num. 44. secundum est exemplum, quando Clericus, & Laicus electi sunt à testatore sui testamenti executores, ii etiam ambo coram Judice Ecclesiastico sunt conveniendi. Ità Cardinale Zabarellam, in cap. Ioan. de Testam. Felinus, in cap. 2. num. 11. de prescripti. Marianus Socinus, in cap. 2. in octava Fallen. de muruis petitio. Auf. in tract. de potest. Ecclesiastica super laicis num. 49. & num. 51. Decian. in dicto cap. 9. num. 44. Tertium est exemplum, quando Laicus, & Clericus simul delictum aliquid perpetrarunt, nam, & tunc, ob causæ individuitatem, Judex Ecclesiasticus cognoscit de crimine etiam contra laicum. Ità Bartol. in dicta l. iuris peritos. ff. de excus. iuro. Antonius de Prato, retri in l. 1. in fine ff. qua senten. sine appellat. rescin. quem refert, & sequitur Felinus, in cap. 1. col. 4. n. 6. de prescriptionibus. Marian. Socinus, in cap. 1. num. 18. de foro compet. & in cap. 2. in octava Fallent. de muruis petitio. Maranta, in dicta distinct. 11. num. 21. & Decianus, in dicto cap. 9. num. 44. & alios retuli, in lib. 2. de Arbitr. Iudicium. casu 371. num. 12. & 13. & dicemus infra cap.

Hoc tamen postremum exemplum intelligitur quando delictum ità est individuum, ut persona unius à persona alterius dividi non possit aliàs non. Ità Marian. Socinus senior, inter conf. Bartol. & Socini in conf. 12. col. 6. lib. 1. Maranta, ubi supra num. 13. Didacus, in lib. pract. quest. cap. 34. num. 1. & scripsi, in dicto casu 371. num. 13. Ità quoque cessat hoc exemplum in universitati, quæ deliquit. Nam tunc distinguendum est, quòd si plures, sunt clerici, quàm laici, cognoscit Judex Ecclesiasticus; si verò plures sunt laici, quàm clerici, cognoscit Judex Secularis: si vero sunt numero æquales, cognoscit Ecclesiasticus, ità post alios Maranta in dicta distinct. 11. n. 22.

Decimus octavus, est Casus, quando agitur de juramenti præstati observatione. Hoc quidem casu, tam Judex Ecclesiasticus quàm Secularis cognoscit, etiam contra laicos, & profanos cap. venerab. de electio. cap. novit, ubi glos. de Iudiciis. cap. ult. de foro compet. in 6. & cap. ult. 22. q. 1. & scribit Antonius Corset. in tractat. de iureiurando. in 8. privileg. Petrac. in repet. l. 1. num. 229. ff. de iureiuran. Guido Papæ, in libello quibus casibus subditi Imperio D. Ducis Sabaudia possint trahi ad Iudicem Ecclesiasticum. col. 4. Felin. in cap. cum sit. num. 22. de foro. compet. Auf. in tract. de potestate Ecclesiastica super laicis num. 15. & de potest. Seculari super Ecclesiasticis Reg. 4. num. 5. Maranta, in spec. advocat. in 4. parte distinct. undecima num. 14. & Seraphin. in tract. de privilegiis iuram. 67. n. 1. & num. 6. & num. 8 qui num. 4. vers. sed responderi &c. post. Petruc. præcitato in loco, scribit secularem propter juramentum à se in aliquo actu præstitum foro Ecclesiastico subici per accidens, & cumulativè ad Iudicem laicum, cui propriè, & naturaliter est subjectus.

Declaratur primò hinc casus, ut locum non habeat, quando disputatio est super validitate, & invaliditate ipsius juramenti, nam tunc solus Iudex Ecclesiasticus cognoscit. Ità Affl. & in decis. 24. num. 9. & decis. 263. num. 3. in fine, & Seraphin. in dicto privilegio 67. num. 7. idem est quando de relaxando iur. tanquam turpi re pecti vinculi spiritualis l'antis animam, sicuti tradit idem Seraphin. in dicto privilegio 67. num. 14. in fine, qui sic declarat opinionem Felini, & sequatium, quos refert ibidem num. 10. in fine.

Declaratur secundò, ut non procedat hic casus, quando is ad cuius favorem, & utilitatem præstitum fuit juramentum, illud relax. sset; nam tunc cum dese-

ctu ipsius juramenti expiraverit iurisdicção Judicis Ecclesiastici, dubitandum non est quin secularis ipse conveniri possit, & debeat coram Iudice laico, ità Felin. in cap. cum sit n. 6. vers. hanc ampliationem de foro comp. quem sequutus est Seraphin. in tract. de priv. jur. priv. 67. n. 3. qui refert Castren. in conf. 210. & ponderatis omnibus. col. 2. vers. visis præterea. Bald. l. 1. dicentem hoc in casu necessariam non esse aliquam absolutio-nem ab ipso juramento, cum ejus vis & virtus sublata sit. Confer, quòd docuit Cagnolus, in l. si quis maior. n. 214. C. de transact. post Ioan. And. eam, in cap. 3. de iure iurand. & Lancelot. Decium, in l. cum proponas n. 2. 6. de pactis pœ. n. a perjurii inditam à dicta l. si quis maj. nou deberi, quãdo inter contrahentes actum est quòd locus non sit dispositioni dictæ legis, si quis major.

Declaratur tertio non habere locum quando Judex Secularis vellet cognoscere de nullitate absolutio-nis à juramento concessæ à Iudice Eccl. Ità Anch. in conf. 382. retento ordine, quem sequuti sunt Felin. in dicto cap. cum sit general. n. 8. de foro compet. Auf. de potest. secul. super Eccl. Reg. 4. n. 8. & Seraph. in dicto privileg. 67. n. 18.

Declaratur quarto non habere locum contra hæredem ejus qui juravit, nam, & hoc casu solus Judex Secularis cognoscit, & procedit. Ità Abbas, & reliqui in dicto cap. cum sit generale de foro compet. Guido Papæ, qu. 414. & alii quos refert Seraphin. in dicto privileg. 67. num. 22. qui, num. 23. refert contradicentes, qua de re amplius deliberandum est.

Cæterum prædictæ omnes controversiæ cessant quando lege vel edictò Principis Secularis sancitum est, quòd contractus cæterique actus conficiantur, & celebrantur nullò interposito, adhibitoque juramento, lege enim, & edictò Principum secul. caveri sic propè scribunt Imola, in cap. quamvis col. ult. de pactis in 6. & ibidem Gemin. n. 14. Jason, l. ult. n. 23. in fine ff. qui faciis dare cog. & in Auth. Sacramenta puberum n. 82. c. si adversus vend. Fortunius, in tract. de ultimo sine iuris cap. 20 quo circa rectè sic legem tulit R. x Catholic s Hispanie in Regno Castellæ in lib. 3. ordin. in l. 1. ut refert Alexand. Velasc. in decis. n. 1. qui testatur sic etiam cautum esse lege apud Lusitanos. Ità pariter constitutionem Ducis Sabaudia laudat, & multis Egregiis probat Guida Papæ, in libello quibus casibus subditi Imperio Domini Ducis Sabaudia possint trahi ad Iudicem Ecclesiast. col. 4. vers. sed huic tali sic, & Ferdin. Suarez, in l. filius famul. §. Divi. n. 578. de leg. 1. Didac. Covar. in cap. quamvis in prima parte. §. 3. n. 8. vers. primum posse, & n. 9. de pactis in 6. qui scribit has leges esse æquitati consentaneas, ob multas fraudes, quæ fieri solent adversus Jurisdictionem secularem, præter Romanorum Pontificum intentionem, & veterum Canonum potissimè, cum nullà alià ratione contractibus addatur juramentum, quàm, ut locus sic Ecclesiast. iurisdictioni contra laicos, & hæc quidem est vera sententia adversus Arium Pinellum, in l. 2. in tertia parte cap. 1. n. 11. cap. de rescind. vend. & Alexand. Velasc. in dicta decis. 99. n. 3. quorum primus tuetur leges & Constitutiones Hispanie, & Lusitanie propterea quod sacrilegii instar est illis in Regnis disputare de harum legum validitate. Al. x. verò, nempe Velascus eas defendit ob earum antiquitatem, quæ privilegii, & specialis concessionis vim habet, sentientes secundum jus commune aliter dicendum esse. Et quamquam præcitati Pinellus, & Velascus suæ opinionis fuisse commemo- rent Alexand. Jason. Curtium Sen. Ruin. & alios nonnullos, attamen illi loquuntur de juramento jam interposito, & adhibito instrumento, quòd tolli, & adhiberi à Principe seculari negant, qui casus à nostro longè differt, sicuti rectè advertunt Guido Papæ & Didac. præc. in locis. Verùm prædictâ receptâ opinio è procedere in cōtractibus qui absque vinculo jurat. eti

validi sunt, non autem in his qui secluso juramento nulli, & invalidi iure censentur, vel beneficio a-tatis possunt rescindi, scribunt, & declarant Didac. autoritate legum. in l. 1. §. si vir. num. 138. ff. de acquir. possession. Joan. Lupus, in cap. per vestras. §. ult. num. 30. de donat. inter virum, uxor. Guill. Bened. in cap. Raynutius in verbo duas habens filias. num. 47. de testa. & Didacus Covar. in dicto §. 3. num. 9. vers. sed tamen hac. Antonius Gomez. in dicto cap. 14. de restitutione minor. num. 22. in fine, & Petrus Duennas, in reg. 353. num. 20. & in fine, & his constat hanc esse communem opinionem adversus Pinellum, in dicta l. 2. parte tertia. cap. 1. num. 12. vers. contra vero, qui male refert Alexand. in conf. 63. num. 2. lib. 3. idem sensisse, cum ad rem hanc nil scripserit Alexander. Ego certe aliquando dubitavi adversus communem sententiam, cum præter rationem à Didaco, & aliis consideratam, adsit & altera, quæ fortis magis dicenda est, Principem secularem posse prohibere, ne adhibeatur hoc iuramentum in contractibus, alijs invalidis, ut puta minorum, ac similibus, cuius est sanè ratio, ne minores, & similes decipiantur, & fraudentur, & ob hanc causam valere statutum abrogans constitutionem auth. Sacramenta puerum C. si advers. vend. scribit post alios Jason ibidem num. 1.

Decimus nonus casus mixti fori civilis, est quando agitur de pace facta. Hoc etiam casu uterque Iudex, Ecclesiasticus scilicet & secularis, cognoscit contra Laicos. Ità gl'of. & Abbas, in cap. super quibusdam in fin. de verb. signif. id. Abbas, in cap. cum sit generale de foro comp. & ibid. Marian. Socin. num. 25. vers. item potes addere, & Felin. num. 41. Robertus Maranta, in dicta distinctione undecima. num. 15. & Decianus, in tract. crim. lib. 4. cap. 27. num. 14. qui manifestè dicit esse mixti fori. Imò scribunt multi Iudicem, etiam Ecclesiasticum, posse compellere laicum ad ineundam pacem, præsertim quando imminet scandalum; & idem quando lis est intricata, & longò tempore perduravit. Ità sanè tradunt. Butic. Imola, Abbas, Romanus, Alexand. & Felinus, quos refert, & probat Decianus in dicta l. 4. cap. 10. num. 3. vers. decimo limita.

Vigésimus casus mixti fori est, quando scilicet agitur iudiciò possessoriò beneficii, & possessionis Ecclesie, vel Clerici, sive sit possessorium retinendæ, sive recuperandæ. Ità sanè de iudicio possessorio retinendæ, & recuperandæ, quod etiam Iudex Secularis cognoscere possit contra laicum perturbatorem possessionis, & beneficiariz tradunt multi, quos retuli, in commentar. de retinen. possess. remedio tertio. q. 52. & de recuperanda possessione remedio 15. quest. 18. num. 223. vers. quamobrem. Non est quòd hic repetam illo in loco, scripta, nec ex scriptis scripta conficiam; nunc addo tantummodo Franciscum Martium, in q. 190. num. 6. & q. 512. in prima parte, & Thesaurum, in decis. 82. num. 2. & decis. 117. num. 2 & 3.

Cæterum casus iste hoc in dominio correctus legitur decretò Ducis Ioannis Galeatii editi anno 1489. cuius verba hæc sunt, Item si contingat de vero, per aliquem Secularem, Ecclesiam aliquam, notoriè, vel manifestè spoliari, sive iura, vel possessiones violentè invadi, Ecclesiasticus possit cognoscere, & Iudex laicus, nisi ad petitionem Ecclesiastici, se non debeat impedire. Hæc tenus decretum, quod loqui intelligo, quando Ecclesie possessio perturbatur, sicuti significat verbum illud invadi, cum & invadere possessionem alicuius dicatur, qui etiam perturbat, etsi possessionem eò expulso non occupet, ut scripsi, in comment. de retinenda possessione, remedio tertio num. 364.

Hæc tamen decretum locum habet solummodò, quando spoliatio, & perturbatio est notoria, seu

manifesta, & propterea quòd non constat de hæc notorietate, Iudex laicus æquè cognoscere potest, ut ipse Ecclesiasticus, secundum juris comm. dispositionem suprà commemoratam.

De iudicio verò possessorio adipiscendæ rei beneficiariz Ecclesie, recepta est Doct. opinio illud pertinere ad Iudicem Ecclesiasticum, sicuti tradunt Guido Papæ, quest. 1. & alii, quos retuli, & probavi, in commentar. de adipiscenda possessione, remedio sexto. num. 43. & de recuperanda possessione, remedio decimo quinto num. 235. ubi retuli Ioan. Igneum, in repet. l. necessarios §. non alios num. 483. ff. ad S. C. Syllan. qui undecim usus est argumentis ad confutandam communem opinionem, & posteriore ad hanc adversus communem probat Thesaur. in decis. 82. num. 4. qui testatur ità servasse Senatam illum Taurinensem. Cæterum hoc in casu satis consultum erit iurisdictioni Regiæ, si Regius Oeconomus adhibeat diligentiam; quam pro suo munere adhibere tenetur.

Vigésimus primus est Casus, quando actor est persona miserabilis, hoc etiam casu reus laicus coram Iudice Ecclesiastico conveniri potest, cum causa sit mixti fori, & ob id adiri potest Iudex Ecclesiasticus. Ità Abbas, in cap. licet ex suscepto num. 7. de foro comp. Bellem. in cap. si clericus laicum. n. 2. & in cap. si ex parte num. 3. de foro comp. Guido Papæ, quem infra referam, Austr. in tract. de potest. Ecclesiastica super laicos num. 29. & num. 50. Marantz, in speculo Advocator. in quarta parte princip. in undecima distinct. num. 9. & Jo. Lupus, in cap. per vestras in secundo notab. num. 5. de donat. inter virum, & uxor. & num. 24. qui dicit inter personas miserabiles connumerari viduas, & pauperes, & alios à Lupo ipso, num. 6. 7. & 8. relatos, & copiosus ego ipse scripsi, in lib. 2. de arbitrar. iudic. casu 66. Cæterum exhibet Joannes Lupus hoc privilegium parum prodesse his personis miserabilibus, ita n. ad verbum ibi scribit.

Ego tamen non video, qualis sit iste favor, & ad quid profut viduis, & miserabilibus personis convenire super dote, vel alijs rebus. laicum coram Iudice Ecclesiastico, cum ibi tardius possint iustitiam consequi, quia in foro Ecclesiastico lites fiunt innotales, propter longas dilationes, & plures appellationes, quæ iura nostra canonica permittunt; & propterea multoties consului aliquibus personis Ecclesiasticis, Monasteriis, & Piiis Locis, habentibus Ecclesiasticos Iudices, coram quibus poterant adversarios laicos convenire, quòd eos coram Iudicibus secularibus convenirent, quoniam ibi uberius, & citius ius redditur, præsertim hac tempestate, quæ Christianissimi Reges nostri felicissimè regunt, & Reipub. in pace, & tranquillitate iurantur; iudicibus iustis committendo. Quòd (proh dolor) aliqui Ecclesiarum Prælati minime faciunt, imò illiteratis, & insipientibus; & ut ità dixerim, Asinis ferratis nonnunquam committunt, & quod deterius est, iurisdictionem, unà cum redditibus maiores offerenti pecunias (sine personarum distinctione) concedunt, qui, ut pecunias promissas, & aliquid lucri consequantur, per fas, & nefas exigere non verentur, quòd sit, ut rarò apud Ecclesiasticos Iudices iustitia ministretur. Quis ergò tam insanus, tamque demens hoc vellet uti privilegio, quòd hodiè, propter sceleratissima facta nostra, in grave damnum, & iacturam non mediocrem retorquetur. Impossibile tamen est, hæc quòd duret calamitas, quia scriptum est, Beati qui esuriunt, & sitiunt iustitiam, quòd iam ipsi saturabuntur: Exponemus igitur, Altissimi, & Summi Dei consolationem, Non enim dormitabit, nec dormiet, qui custodit Israel. Hæc autem quamplures huius Regni Prælatos, quos novi, non tangunt, qui Provinciam, & oves sibi commissas, rectè gubernant, sed illos tantum, qui contra-

vinum faciunt, præsertim delegati Iudices, & conservatores. Hæten. Joan. Lupus.

Cæterum scribit Guido Papæ, in libello quibus casibus subditi Imperio D. Ducis Sabaudia possint trahi ad Iudicem Ecclesiasticum col. ult. hunc casum habere locum, quando constat de negligentia Iudicis Secularis, secus si is paratus est iustitiam administrare, & propterea Regis decreto provideri poterit hoc in casu, ut scripsi supra in novo casu.

Vigesimus secundus est casus, quando secularis pauper vult consequi alimenta sibi relicta; hoc etiam casu laicus debitor conveniri potest coram Iudice Ecclesiastico, cum, & causa hæc sit mixti fori, sicuti scribunt Bart. in l. solent. num. 13. ff. de alim. & cib. legat. & alii permulti, quos refert, & declarat Io. Petrus Surdus, in tractat. de Alimentis tit. 8. privil. 9. qui, num. 6. vers. sed contrarium & num. 7. idem esse dicit, quando spurius petit Alimenta, quæ cum iure Pontificio ei debeantur cap. cum haberet de eo qui duxit in Matrim. quam polluit per Adult. & jus ipsum Pontificium servetur etiam in foro Cæsareo, factum est, ut illa peti possint, tam coram Iudice Ecclesiastico, quam seculari, idem trad. Io. Guttierrez, in l. 3. pract. quest. 9. 29. ubi, num. 30. declarat.

Vigesimus tertius est casus, quando causa dotis est pertractanda; nam & hæc dicitur per se mixti fori, ut scribunt multi, quos statim referam; verum quò clarius explicentur sub obscuræ Doctorum traditiones, distinguendi sunt permulti casus, sicuti multos distinguunt atque constituunt Crotus, in l. 1. num. 65. & Socin. Iun. num. 132. ff. solutio Matrim. ego tamen alium observabo ordinem, quam illi fecerint. Et quidem primus est casus, quando causa dotis tractatur in Civitate, Oppido, vel castro Pontifici Maximo subjectis. Hoc sanè casu, si ve agatur de constituenda, si ve de restituenda dote, conveniri potest debitor, tam coram Iudice Ecclesiastico nempe Episcopo, quam coram Seculari. Ità sanè scribunt Imola, & Crotus, in dicta l. 1. ff. solutio Matrim. ille, num. 14. iste, num. 65. vers. quartus casus, & ibidem Alexander, num. 5. Ruinus, in cons. 97. & Ripa, num. 48. vers. vel aliter respondetur, & Ioannes Lupus, in cap. per vestras in secundo notab. num. 14. 15. & num. 21. vers. oportet ergo de donat. inter vir. & uxor. & Socin. Iun. in dicta l. 1. num. 135. vers. sed posito ff. solutio Matrim. & hoc quidem in casu locum habent leges, & constitutiones Summorum Pontificum, quæ de hac dotis causa statuerunt, nempe cap. 1. cap. de prudentia; & cap. nuper. de donat. inter vir. & uxor. cap. ex parte. de foro comp. cap. pervenit. de empirio. & vendit. & cap. ex litteris de pignor. secundus est casus, quando sumus in locis, & Terris Principis Secularis, & agitur de dote constituenda. Hoc casu solus, Iudex Secularis de ea cognoscit, cum nulla sit lex vel constitutio Cæsarea, quæ jurisdictionem hanc tribuat Iudici Ecclesiastico. Ità sanè respondit Ancharanus, in cons. 21. num. 11. quem secuti sunt Ruinus, in dicta l. 1. num. 100. ff. solutio Matrim. & Io. Lupus, practitatio in loco num. 17. rejecta contraria opinione Barbatæ, in dicto cap. ex litteris. col. 3. vers. & pro certo. de pignor. Scribunt tamen Ruinus, practitatio in loco, non habere locum, quando agitur de constituenda dote pauperi, cum tunc dicatur causa pia, de qua Iudex Ecclesiasticus potest cognoscere, & iudicare etiam inter laicos. Tertius casus, quando coram Iudice Ecclesiastico agitur de causa Matrimo- nii principaliter, ut puta ad dissolutionem Matrimonii ob justam aliquid impedimentum, vel ad tori separationem, & incidenter agitur de dotis restitutione; hoc sanè casu Iudex ipse Ecclesiasticus de hoc incidenti cognoscit, & iudicat, ut tradunt glos.

in cap. de prudentia de donatio. inter vir. & ux. Bald. in l. in contractibus §. ult. C. de non num. pec. Fulgos. in auct. quod locum num. 2. Cod. de collatio. Abbas, in cap. licet ex suscepto. num. 11. vers. sextus decimus casus est. de foro com. Angelus, in l. 1. ff. solut. Matrim. & ibidem Aretinus, & Alex. num. 17. Crotus, n. 65. Ruinus, num. 95. Ripa, num. 47. Socin. Jun. num. 133. & Bald. nonellus, num. 464. & idem, in tractat. de dote in nona parte. privil. 16. Decius, in cap. Ecclesia Sancta Maria num. 38. de consuet. Io. Lupus, in dicto cap. per vestras. in secundo not. num. 14. num. 16. in fine, & num. 20. vers. ad hec facilius, & Auct. in tract. de Potestate Ecclesiastica super laicis. num. 21. & num. 46. Ludovicus Molina, in lib. 2. de Hispan. primogen. cap. 15. num. 76. & Ioan. Guttierrez, in lib. 3. pract. Quest. 9. 29. num. 28. & num. 30. Quartus est casus, quando sumus in Terris Principis Secularis, & agitur principaliter de dote restituenda, & haberi non potest copia Iudicis Secularis. Hoc etiam casu, Iudex Ecclesiasticus cognoscit, & iudicat. Ità Bald. in l. contract. §. ultim. c. de non numer. pecun. Crotus, in dicta l. 1. num. 65. vers. secundus casus ff. solutio Matrim. qui multis similibus comprobatur, & ibidem Ruin. num. 97. & Socin. Jun. num. 35. vers. quartus est casus & Io. Lupus, in dicto secundo notabili. num. 2. Et idem est quando haberi quidem potest copia Iudicis Secularis, sed ob vel negligentiam, vel ob hominis iniquitatem, iustitiæ locus esse non potest, ut tradit Socin. Iun. in dict. l. 1. num. 136. & Decius, in dicto cap. Ecclesia Sancta Maria. num. 38. de Consuet. Quintus est casus, quando persona miserabilis petit dorem sibi restitui; Hoc etiam casu Iudex Ecclesiasticus cognoscit, & iudicat principaliter contra Laicum debitorem, & tradunt Ioan. Andr. in cap. de prudentia. de donat. in vir. & uxor. Bald. Novell. in dicta l. 1. num. 464. ff. solutio Matrim. & in tract. de dote. in nona parte privil. 16. Ioannes Lupus, in dicto cap. vestras. in secundo notab. num. 5. & Ripa, in dicta l. 1. num. 48. & ibidem Socin. Iun. num. 134. & Io. Guttierrez. in libro tertio Quest. qu. 29. num. 30. vers. super dote tamen. Exemplum personæ miserabilis afferunt Doctores in vidua paupere oppressa, secus videtur si pauper non est, & oppressionem non allegat; rectius dicendum est etiam miserabilem dici viduam, etsi divitem, & non oppressam, sicuti Ioannes Andr. intelligit, & declarat Bald. novell. practitatio in locis, cum satis sit, quod sit vidua, quæ dicitur persona miserabilis, ut scripsi, in libro secundo de arbit. Iudic. casu 66. cæterum casus iste non eam ratione mixti fori est, quod agitur de causa dotis, sed ratione personæ, quæ tanquam miserabilis adire potest etiam Iudicem Ecclesiasticum ut diximus supra, & in specie probatur tex. cap. nuper. de donatio. inter vir. & uxor. quem perpendit Visirarius, in dicta l. 1. num. 88. ff. solutio Matrim. Secus, & ultimus est casus, quando sumus in terris, & locis Principis Secularii, & haberi potest copia Iudicis Secularis, qui est paratus iustitiam administrare, & causa dotis principaliter movetur à persona divite atque ità non miserabili. Hic casus est valde apud nostros controversus, nam decem, & septem Doctores scripserunt hoc casu etiam Iudicem Ecclesiasticum cognoscere, & iudicare posse contra laicum ità sanè.

1. Speculator, in tit. de donation. inter vir. & uxor. §. formatur vers. utrum causa dotis, & in tit. de dote post divortium restituenda. in fine.
2. Ioannes Andr. in cap. de prudentia de donat. inter vir. & uxor.
3. Innocentius, in eodem. cap. de prudentia.
4. Hostien. ibidem.
5. Baldus, in l. 1. num. 1. vers. tertium decimum. ff. solutio Matr. & in l. 1. num. 2. in fine C. de dotis

- promiss. qui simpliciter loquitur, & idè debet intelligi quando incidenter de dote agitur, ut ipse loquitur in l. constitut. §. ult. C. de non num. pecun.
6. Imola, in eadem l. i. n. 4. ff. solutò Matr.
 7. Castrenf. ibidem n. 5. in fine, & 7. vers. quartum d. cimum.
 8. Zabarell. in cap. ex litteris in quinto oppos. de pignor.
 9. Romanus, in eadem l. i. num. 11. vers. sextum est, & in l. Titia n. 5. ff. solut. m.
 10. Ancharan. in dicto cap. ex litteris.
 11. Abbas, in cap. de prudentia num. 4. de donat. inter vir. & uxor.
 12. Felin. in cap. licet ex suscepto. col. 1. de foro comp.
 13. Angelus Clavatus, in summa in verbo dos. §. 21.
 14. Barbat. in cap. ex litteris. col. 3. de pignor.
 15. Aufrelius, in tract. de potest. Ecclesiastica super laicos. num. 21. & num. 46. vers. centesimo primo.
 16. Decius, in Auth. quod locum sit in secundo notab. c. de collatio, & in cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ n. 37. de constit.
- Et hi quidem moti sunt permultis summorum Pontificum constitut. suprâ commemoratis nempe cap. 1. cap. 2. cap. de prudentia & cap. nuper. de donat. inter vir. & uxor. & cap. ex parte de foro comp. cap. pervenit. d. e. mpt. & vend. & cap. ex litteris. de pignor. quæ sanè constit. locum habent, (ut diximus) in terris ipsius summi Pontificis, non autem Principum secularium, quorum jurisdictionem tollere, vel tantillum minuere non potest Summus ipse Pontifex. Solet etiam adduci ratio, quod causa dotis est causa pia, de qua etiam Iudex Ecclesiasticus cognoscit, & iudicat, quæ sanè ratio ab omnibus rejicitur, cum causa dotis sit pia tantummodo quando pauperi, & inopi præstanda, vel restituenda est, sicuti respondit, & declarat Jo. Lupus, in dicto cap. per vestras in secundo notab. num. 20. 21. & 22.
- Contrariam itaque opinionem, & rectius quidem, probarunt decem, & octo Doctores, qui scripserunt hoc in casu solum Iudicem Seculare cognoscere, & iudicare, ita sanè.
1. Glos. in cap. de prudentia, de donatio, inter vir. & uxor.
 2. Baldus, in l. contract. §. ult. C. de non numer. pecun. ex cuius dictis declarat ipse Bald. in l. i. ff. sol. Matr. & in l. 1. Cod. de Dot. pro. quem suprâ retuli.
 3. Angelus, in l. i. n. 3. ff. solutò Matr.
 4. Ancharanus, in cons. 21. num. 11.
 5. Federicus de Senis, in cons. 236, in quæst. ventent. num. 3.
 6. Praet. Papiens, in forma declinatoriz in verbo nec fuisse num. 8. vers. alios casus.
 7. Butrius, in cap. ex tenore de foro comp. & in dicto cap. de prudentia.
 8. Castrenf. in l. i. n. ff. solutò Matr.
 9. Alex. in dicta l. i. n. 5. ff. solutò Matr.
 10. Crottus, in eadem l. i. num. 65. vers. quintus, & ultimus.
 11. Marian. Socin. Sen. in cap. licet ex suscepto. de foro comp.
 12. Felinus in cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ num. 58. de constit. qui dicit hanc esse communem opinionem.
 13. Socin. Sen. in dicta l. i. num. 9. ff. solutò Matr.
 14. Jafon, in autn. quod locum num. 7. de collatio.
 15. Baldus Novel. in dicta l. i. num. 464. vers. &

fic ex prædictis ff. solutò Matr. & in tract. de priv. vil. dotis in nona parte. priv. 16.

16. Io. Lupus, in dicto cap. per vestras in secundo notab. n. 24. qui post longam disputationem ita concludit.
 17. Ripa, in dicta l. i. n. 48. vers. sunt aliz persone ff. solutò Matr.
 18. Socin. Jun. in eadem l. i. n. 137. & 138.
- Et verè hanc sententiam probant l. in contractibus §. ult. c. de non num. pecun. cap. ex tenore de foro comp. & cap. de Prudentia de donat. inter vir. & uxor. quæ jura à præcitatatis Doctoribus perpenduntur, & explicantur.

CAPUT III.

Iudex Ecclesiasticus, an, & quando cognoscat, & iudicet de Causa, vel Civili, vel Criminali communi Clerici, & Secularis.

Controversa admodum est apud nostros disputatione, an, & quando Iudex Ecclesiasticus cognoscat, & iudicet de causa, vel Civili, vel Criminali Clerici, & Secularis communi. Ego, prætermisiss aliorum traditionibus, Soleo primum distinguere duo capita, deinde singulis in capitibus aliquot casus.

Primum caput est de Causis Civilibus, & pecuniariis in quo distinguo atque constituo tres casus.

Primus est, quando causa ipsa civilis inter Clericum, & Seculare communi, est adè individua, quod eadem est unius, & alterius defensio. Hoc sanè casu Iudex Ecclesiasticus cognoscit, & iudicat. Ita Bart. in l. jurisperitos. §. 1. de excusat. iur. Marian. Socin. Sen. in cap. 1. num. 18. de foro comp. & in cons. 12. num. 17. lib. 1. Socin. Jun. in cons. 1. num. 3. lib. 2. & Ægid. Boss. in tract. caus. crim. in tit. de foro comp. num. 116. & num. 146. hujus casus multa exempla afferri possunt. Et quidem primum est in actionibus familiaris ercis cundæ, communi dividendo, & finium regundorum, quæ individuitatem quandam continent, sicuti in specie nostra scriptum reliquit Baldus, in l. cum Papin. num. 7. c. de senten. & interlocut. om. iud. Secundum exemplum est quando Clericus, & Secularis sunt hæredes testatoris, qui pluribus reliquit alimenta, quorum divisio fieri non potest, nisi convocatis ipsis duobus hæredibus. Vocatio hæc fieri debet coram Iudice Ecclesiastico, sicuti scribunt. Bart. in l. solent. num. 14. in fine ff. de alimen. & ciba. leg. Ang. in l. si communem ff. quemadmodum servit. amie. Ancharanus, in cap. Romana num. 7. de appella. in 6. & in cap. ea qua. col. 27. de reg. iuris in 6. Felinus, in cap. 1. col. 4. vers. addatur. Bartolus de prescripti. Iafon. in l. si emancipari num. 13. cap. de collatio. Maranta, in tract. de ordine judiciorum in quarta parte distinct. 11. num. 21. Petrus Rebuffus, in tract. de privileg. schol. privil. 106. num. 3. & num. 13. & Io. Gutierrez, in lib. 1. pract. Quæst. 9. 6. num. 4. Tertium est exemplum, quando aliquis ædificat in prædio urbano, quod est commune duorum fratrum quorum, alter est Clericus. Horum causa tractari debet coram Iudice Ecclesiastico. Ità respondit Aretinus, in cons. 25 col. 2. vers. circa secundum & c. Quartum exemplum est quando possessio, seu tenuta Clerici, & Secularis accepta, & occupata fuit, Iudex Ecclesiasticus cognoscit, & iudicat cum ipsa tenuta sit quid individuum iudicat. l. si non sortem §. si centum ff. de conditio indeb. ubi Castrenf. & hoc quidem vel ex

confirmatur, quòd de tenuta pupilli, & majoris, respondit Socin. Sen. in *conf. 82. num. 10. lib. 3.* ut scilicet Judex pupilli tanquam dignior cognoscat, & inter alios refert Socinus Bartolum, in *dicta l. solent num. 14.* Quintum est exemplum, quando Clericus, & secularis debitores obligati sunt in solidum versus creditorum, Judex Ecclesiasticus cognoscit, ut tradunt Bald. in *l. precipimus. §. eodem num. 2. c. de appella.* & alii relati à Joan. Gutierrez in *lib. 1. pract. Quest. 96. num. 1. & 3. & lib. 3. q. 30. num. 1.* qui tamen post Boer. in *q. 69. n. 15.* & Capycium, in *decif. 122. dissentit.* Sextum est exemplum, quando Clericus, & secularis æqualiter administrarunt, & tractarunt negotia alicujus, si ambo conveniendi sunt coram Iudice Ecclesiastico, sicuti de pluribus tutoribus, quorum aliquis est Clericus, docuit Bald. in *l. cum. Papi. num. 1. vers. 7. in dic. C. de senten. & interloc. om. ind.* Alia exempla observare poterit lector studiosus, & diligens.

Ea est hujus exempli, & præcedentium ratio, ne causæ continentia dividatur *l. nulli C. de judiciis,* quam satis diligenter, & accuratè explicavi in *lib. 2. de Arbitrar. Iudic. casu 371.* & præterea accedit quòd quando eadem est ratio defensionis, causa dicitur individua, sicuti egregiè respondit Ulpianus, in *l. si quis separatim §. ult. ff. de appella.* cujus verba hæc sunt. *Quod est rescriptum, in communi causa quoties alter appellat, alter non: alterius victoriam ei proficere, qui non provocavit; hoc ita demum probandum est si una eademque causa fuit defensionis. Ceterum si diversa, alia causa est: ut in duobus tutoribus procedit, si alter tutelam gesserat, alter non attingat, & is qui non gesserat, provocavit. Iniquum est enim, qui idcirco agnoverat sententiam, quoniam gessisse se scit: propter appellationem ejus qui non gesserat obtinere.* Hactenus Ulpianus, qui à sensu contrario sensu administrationem tutelæ ab utroque tutore factam continere eundem defensionis causam, atque ita esse quid individuum, ita ut appellatio unius tutorum profit alteri, juxta *l. 1. m. c. si in communi eademque causa & c.* ubi Acursius, & in specie plurium tutorum, qui tutelam æquè administrarunt docuit Bald. in *dicta l. cum Papi. num. 1. versic. sed in dic. c. de sent. & interloc. om. jud.* porro in individuis magis dignum ad se minus dignum trahit, quemadmodum multis infra probavimus.

Ceterum nec contemnenda est altera opinio ejusdem Bart. in *dicta l. solent. num. 14. in fine,* dum dicit hoc in casu Iudicem Ecclesiasticum, & secularem unà simul cognoscere posse, juxta *auth. & si conigerit Cod. de judiciis.* Idem docuit simili in casu Mathes. in *notab. 143. incipit, Nota, quòd si causa §. qui male refert Bartolum in l. 3. ff. de Colleg. illic.* cum Bart. in *l. ult. num. 15. prædicti tituli,* quem ipse Mathes. allegare voluit, solum scripserit Iudicem Ecclesiasticum cognoscere.

Secundus est casus, quando causa ipsa civilis communis inter Clericum, & secul. est dividua, & separabilis, Hoc sanè casu admittunt præcitati Doctores à sensu contrario, causam Clerici coram Iudice Ecclesiastico, illam verò secularis coram seculari tractandas esse, & in specie magis sic scribunt Crav. in *conf. 272. col. 1. & 2.* Didac. Covar. in *lib. pract. Quest. cap. 3. num. 2.* Capycius, in *decif. 173.* & Ægid. Boss. in *tract. caus. erim. tit. de foro comp. num. 116.* qui refert exemplum quando duo sunt mihi obligati pro civili, vel etiam in solidum pro decem illis mutuò datis. Hæc enim obligatio est dividua *l. 2. in princ. & l. in execut. §. 1. ff. de verborum oblig.* Est etiam exemplum in hypothecaria, quæ dividua est secundum Capycium, in *dicta decif. 173.* Ea est hujus casus ratio, quia hic cessant rationes supra commemoratæ, nempe

quòd causæ continentia dividi non debet, & quòd sit eadem causa defensionis. Quocirca in casu *l. ita vulneratus vers. affirmatio ad leg. aquil.* in quo civilis est actio pro dato damno, si unus servum vulneravit, deinde alter occidit, cum causa unius separata sit à causa alterius, diversimodè judicatur, sicuti manifestè respondit, *illo in loco,* Ulpianus, his verbis. *Eiusdem ergo servus occisi nomine, alius majorem, alius minorem estimationem præstabit. Nec minus cum uterque eorum ex diversa causa, & diversis temporibus, occidisse hærentem intelligitur.* Hæc Ulpianus. Si ergo contingat Clericum vulnerare servum, & postmodum secularem eum occidere, secularis coram Iudice seculari, clericus verò coram Ecclesiastico conveniendi erunt ad damni emendationem, (ut dictum est) cum diversa sit causa.

Tertius est casus quando agitur de rebus, & causis unius Collegii cujus pars dimidia est clericorum, altera secularium; hoc sanè casu solus Iudex Ecclesiasticus cognoscit, & judicet, ita Bartolus in *l. cum senatus num. 4. ff. de rebus dubiis.* Idem *l. ult. num. 15. ff. de Colleg. illic.* Marian. Socin. Senior, inter conu. Bart. Socin. in *conf. 12. num. 18. l. 1. Mathes. notab. 143. in fine. las. in l. Imperium num. 3. vers. 5. facit. ff. de jurisd. om. jud.* Ioan. de Carier. in *tract. de iure primogen. lib. 1. q. 9. num. 21.* & Petrus Rebuffus, in *tract. de privil. Scholar. privil. 106. num. 42.* Ratio hujus sententiæ illa solet aff. rti, quòd in re individua, si utrius est collegium unicum corpus, magis dignum ad se trahit minus dignum cap. quod in dubiis de Censur. Eccles. vel alta. Hinc ad rem propè coram dicimus, quòd si Clericus, & Secularis relictæ sunt exequutores testamenti, compelli ambo poterunt à Iudice Ecclesiastico exequi testatoris dispositionem, ut scribunt Zabara. in *cap. Ioan. de testam. & Felinus, in cap. 1. col. 4. vers. & dicit Cardinal. de præscript. & Rebuff. in dicto privil. 106. num. 17.* nam clerici persona alia Seculari dignior efficit, ut huius ipse forum suum sequatur. Confert, quòd si Iudex Ecclesiasticus unà cum Iudice seculari ferat sententiam, appellatio deferretur superiori Ecclesiastico, ut scribunt Bart. in *l. 1. §. si quis num. 13. ff. de appella.* Alex. in *conf. 183. num. n. lib. 2. & in conf. 12. col. 1. lib. 6.* Calcia. in *conf. ult. col. 1.* Ruinus, in *conf. 61. num. 14. lib. 5.* Purpur. in *l. Imperium col. 3. ff. de jurisd. om. jud.* Robertus Maranta, in *praxi indiciorum in quarta parte distinct. 11. num. 10.* & Rebuff. in *dicto privil. 106. num. 12.* qui in 15. subiungit aliud simile, nempe quòd si Clericus, & Secularis arbitri laudum protulerunt, & revisio petatur, superior Clerici revisionis Iudex erit; Quam quidem traditionem probavit Rebuff. auctoritate Rom. in *conf. 265. num. 2. in fine,* & Iasonis, in *dicta l. Imperium num. 3. vers. septimo, facit post Baldum, in l. precipimus num. 4. c. de appella.* quem referunt. Et his accedunt Salicetus in *eadem l. precipimus num. 5. Mathes. notab. 143.* & Maranta in *tract. de ordine indiciorum in quarta parte distinctione undecima num. 18.* qui, num. 19. refert aliud simile.

Ceterum à prædicta traditione Bart. in *dicta l. cum Sen. n. 4. & seq.* dissentiunt Salicetus in *auth. col. ult. num. 39. vers. ego puto C. ne filius pro patre,* & Marianus Socin. sen. in *cap. 1. num. 17. de foro comp.* qui multa satis perplexa scribit.

Secundum hujus disputationis caput est de causis criminalibus, & capitalibus, in quo pariter distinguo, & constituo duos casus.

Primus est quando delictum commissum à Clerico, & Seculari circa eandem rem dividuum, & separatum est. Hoc sanè casu certum est Iudicem Ecclesiasticum cognoscere, & judicare de ipsius Clerici causa. Ità in specie Maranta, in *tract. de ordine indiciorum in quarta parte distinct. undecima num. 24.*

Cravett. in *conf.* 232. col. 1. Didac. Covar. in *lib. pract.* *quest. cap. 34. num. 2.* Olasc. in *decis.* 103. num. 9. Joannes Gutierrez, in *lib. 1. pract. Quest. 9. 6. num. 7.* & Decianus in *tract. crim. lib. 4. cap. 9. num. 44.* exemplum afferri potest, quando Clericus vulneravit aliquem tantum, quem secularis deinde occidit. Hoc sane non unicum delictum, sed duo separata esse probat *l. in vulneratus vers. affirmatio ff. ad leg. aquil. quam retuli supra in secundo casu precedentis capitis, & declaravi, & repetam in casu subsequenti, & hujus quidem sententiae ea est ratio, quod in delictis separatis, & non connexis, à pluribus commissis, unusquisque principaliter, & de per se tenetur, & hoc casu sententia absolutoria, vel condemnatoria pro uno lata, non prodest, nec nocet aliis, nec poena, sive pecuniaria, sive corporalis ab uno soluta liberat alios, *l. si quis id quod §. ult. cum l. sequenti ff. de instrum. om. iud. & litem Meta §. 1. ff. ad leg. aquil. & in specie ita tradit Antonius Gomezius, in commentar. variar. resolut. tomo tertio de delictis cap. 1. num. 88.* qui rationem rationis reddit.*

Secundus est Casus, quando delictum commissum à Clerico, & Seculari est unicum, connexum, individuum, & inseparabile. Hoc casu Judex Ecclesiasticus cognoscit, & judicat tam de seculari, quam de Clerico.

Et verè hoc secundo in casu loquitur Antonius de Prato veteri, in *l. 1. in fine ff. quæ senten. sine appell. rescind. relatus à Mariano Socino Sen. in cap. 2. num. 30. vers. octavo fallit. de mutuis petitio. dum scribit, quod si à Judice Seculari inquisiti sunt plures delinquentes, quorum aliqui sunt Clerici, aliqui verò Seculares, & Clerici petant se remitti ad Judicem Eccles. remittendi etiam sunt ipsi Seculares; loquitur, inquam, Antonius quando delictum est connexum, & individuum. Nam eâ ratione utitur, ne causæ continentia, hoc est connexitas, dividatur, & ne eadem de re contrariæ sequantur sententiæ, ut diximus supra. Adducit etiam *l. si communem ff. quemadmodum servitium amittit.* Cùm ergo dictum Doctoris dubium intelligi debeat secundum jura, & rationes ab eo allegatas ut tradunt Barr. in *l. non solum §. liberationis. n. 7. ff. de libera leg. & alios refert Socin. Jun. in conf. 68. num. 7. lib. 1.* sequitur dicendum Antonium de Prato loqui de unico delicto, connexo, & inseparabile, commissio unâ simul à Clerico, & Seculari. Et Antonium hunc in specie sequuti sunt Socin, in *dicto cap. 2. num. 30.* Felinus, in *cap. 1. col. 4. vers. & dixit D. Antonius. de prescript. Socin. Sen. in l. cum senatus. in fine ff. de rebus dubiis,* Thomas Ferrarius, in *cautela decima. num. 2.* Ferdinandus Loazes in *tract. de Matrimonio. in decima dubitatione. num. 20.* Chastaneus, in *Commentar. ad consuetud. Burgundia rub. 1. vers. Archid. num. 70.* qui testatur se vidisse sic servari in hoc dominio Mediolani idem, in *conf. 1. in quarto presupposito. num. 47.* Robertus Maranta, in *praxi Iudiciorum in quarta parte distinct. 11. num. 22.* Marfil, in *sing. 180. incipit vers. & in l. de incestu num. ff. de questio. Aegydius Boss. in tract. caus. crimin. in tit. de foro comp. num. 160. in fine, & num. 147.* qui sic loqui prædictum Antonium intelligit. Amonus, in *soliloquio 57.* qui testatur se aliquando ita obrinuisse, Parisius, in *conf. 114. num. 1. lib. 4.* qui Socin. in *conf. 1. num. 4. & in conf. 34. num. 2. lib. 2.* Nevizanus, in *lib. 6. sivea nuptialis. num. 38.* qui verè hunc casum probat, ceteri aliter intelligit loqui prædictum Antonium de Prato veteri, quem ob id improbat Cravetta, in *conf. 232. col. 1. num. 2.* qui idem scribit quod Nevizanus; Didac. in *l. pract. quest. cap. 34. num. 2.* qui Nevizanum, & Cravettam sequutos sic Antonium prædictum scripsisse opinatur. Ioan. Gutierrez, in *lib. 1. pract. quest. 6. num. 9.* Olasc. in *decis. 103. n. 9.**

Vincentius Francus, in *Decis. 426. num. 4.* Decianus in *tract. crim. lib. 4. cap. 9. num. 44. & cap. 26. num. 7. vers. secunda sit conclusio.* Primum exemplum delicti connexi & inseparabilis adferri potest in fornicatione Clerici & Mulieris, de quo cognovit Iudex Ecclesiasticus etiam contra ipsam mulierem secularem, sicuti in specie tradit Marfil. in *dicto sing. 128.* post Feder. de Senis, & Butrium, & Decianum, ubi supra, qua de re scripti supra *cap. secundum exemplum est ex Bald. in l. non ideo minus num. 133. C. de accus. in mandatis, & mandatorio,* de quo dicemus infra. Tertium exemplum etiam afferri potest, quando Clericus unâ cum Seculari commisit homicidium; ita ut nequeat discerni & sciri ex cujus vulneribus ille decesserit, ut in casu de quo respondit Ulpianus, in *l. item Mala §. si plures ff. ad leg. Aquil.* cujus verba hæc sunt. *Si plures trahen deiecerint, & hominem oppresserint, aquæ veteribus placet omnes lege Aquiliâ teneri.* Hactenus Ulpianus, cui, eodem tit. in *l. ita vulneratus* subscribit Iulianus his verbis, *Idque est consequens auctoritatis veterum, qui, cùm à pluribus idem servus ita vulneratus esset, ut non appareret cuius ictus perisset, omnes lege Aquiliâ teneri iudicaverunt.* Hoc equidem delictum dicitur connexum, & inseparabile & propterea à Iudice Ecclesiasticus cognoscit, & Iudicat etiam contra secularem. Hoc exemplo usus & Boss. in *dicto tit. de foro comp. num. 116. in fine,* qui sic intelligendus est. Hic casus probatur rationibus, & argumentis.

Primo, causæ continentia dividi non potest, nec debet *l. nulli C. de Iudiciis,* & copiosè explicavi in *lib. 2. de arbitrar. Iudicis casu 371.* atque delictum unicum sic commissum à Clerico & seculari est unum totum, & unum continens, connexum, & inseparabile, ut infra demonstrabimus; ergo unus tantum Iudex cognoscere debet, & hic quidem esse debet Ecclesiasticus, cùm magis dignum ad se trahat minus dignum, & statim dicemus.

Secundò accedit, quod quando causa, est unica, & connexa, ita cognosci & tractari debet, ne contrariæ de ea sequantur sententiæ *cap. suam de ord. cog. & cap. lator. qui filii sint legit.*

Atqui unicum hoc delictum dicitur esse, connexum, & inseparabile, ut dicemus infra, ergo cognosci, & tractari ita debet, ne contrariæ sequantur sententiæ, quemadmodum sequi facile possent, si à duobus Iudicibus uno scilicet Ecclesiastico, & altero Seculari cognosceretur, & iudicaretur causa hæc. Nec repugnat consideratio Cravetta in *dicto 232. col. 2. vers. neque isto casu,* dum dicit contrarias sententias tunc dici, quando repugnant in eodem subiecto, sed hic diversa esse subiecta, quia diversæ sunt personæ, nam responderetur hic non considerari personarum diversitatem, sed an unicum sit factum connexum, habens eandem rationem, & causam defensionis, sicuti infra demonstrabimus. Quod verò subiungit *præcitato in loco idem Cravetta præsumendum esse pro Iudicibus, quod eorum judicia erunt similia, ut juris rationibus innixa & quod in li. eventus non sunt in consideratione, nil urget, cùm hoc procedit in iudicando, ut falli potest unus, vel alter Iudicum, varietate probationum, ex qua contrariæ ferri possent sententiæ, quemadmodum contingit in casu l. denuntiaste §. ult. ff. ad l. Iul. de adult. quem declarabimus infra.*

Tertio confert quod quando causa communis est connexa, & inseparabilis inter socios, unus ex persona alterius coniequitur id quod ipse, ex sua ipsius persona, non habet, nec habere potest. At qui causa hæc delicti simul commissi à Clerico & Seculari, connexa, & inseparabilis est, ut infra demonstrabimus. Ergo Secularis delinquens coniequitur Iudicem Ecclesiasticum, qui alioqui ei est incompetentis

tens ex persona Clerici. Illa major propositio probatur responso Pauli in l. si communem ff. quemadmodum servo. amitt. cum dicit posse aliquem per socium retinere viam, & ejus usum, quam per se non poterat, id quod ratione connexitatis, & inseparabilitatis evenire scribunt, & explicant Angelus, item Decius, in *autb. Cassa. num. 9. C. de Sacrosanct. Eccles. & Didac. in lib. pract. quest. cap. 34. num. 21.* Idem probatur responso Ulpiani in l. si post mortem §. ult. ff. de bono possess. contra tabul. ubi filius hæres institutus, beneficio filii præteriti potest contra tabulas testamenti patris bonorum possessionem petere, quod ex persona propria non posset; id quod contingit propter testamenti inseparabilitatem, quod valere non potest pro parte, & declarant Doctores in l. posthumi §. de bono possess. contra tab. ubi glof. & Decius num. 4. & alii quos sciens omitto. Confert l. 1. c. si in communi eademque causa in integr. restit. postul.

Huc spectat responsum Alexandri Severi, in l. 1. C. si unus ex plur. appell. cujus verba hæc sunt, si iudicium probatum fuerit unum, eandemque condemnationem eorum quoque, quorum appellatio iusta pronunciata est, fuisse, nec diversitate factorum separationem admittere, omnolumentum victoria secundum ea, qua sapè constituta sunt, ad te quoque, qui nec provocasti, pertinere, non ignorabit. Hæc Imperator, qui statuit appellationem à socio causæ, quæ separationem non admittit, prodest socio, qui non appellavit. Id quod confirmat idem Imperator in l. subsequenti his verbis, si in una eademque causa unus appellaverit, eiusque iusta appellatio iuxta pronunciata est, ei quoque prodest, qui non appellaverit. Hæc Imperator; nec repugnat secunda ejusdem responsi pars, ita scripta. Quod si a tatis auxilio unus contra sententiam restitutionem impetraverit, majori, qui suo jure non appellaverit, hoc rescriptum non prodest. Non, inquam, hoc repugnat, cum loquatur de beneficio restitutionis in integrum concessio minori, ob ætatis lubricum, quod est personale beneficium, sicuti scribunt Doctores, ibidem, immò Accursius, in eadem lib. 2. c. si unus ex plurib. appella. & in di. l. 1. c. si in communi eademque causa intelligit restitutionem in integrum concessam minori, prodest etiam majori, quando causa est individua, & connexa. Et Accursium sequuti sunt multi quos congesti, in commentar. de recuperand. Possession. remed. decimo quinto n. 131. & alios plures commemorat Sfortia Oddo, in tract. de restitu. in integr. q. 46. art. 4. col. 2. vers. in contrarium tenent &c. & Demùm huc pertinet canon. Innoc. 3. Pontif. Max. in cap. per duas de arbit. quò sancitum est ratione communionis, & Societatis, secularem esse posse arbitrum unam cum Clerico de causa spirituali, quemadmodum canonem hunc ad rem pluribus explicat Didac. Cov. in lib. pract. quest. cap. 34. num. 1. vers. potissimum huic opinioni &c. qui etsi subiungit non probare opinionem Antonii de Prato, non tamen negat, quin probet hunc casum, quando scilicet causa est connexa, & individua. Crediderim (ut rectius dicam) hanc Pontificis Innocentii constitutionem casui nostro non convenire, cum eo in casu Secularis electus arbiter unam cum Clerico, de causa spirituali habilis, & idoneus effectus ut licentiâ, & dispensatione Archiepiscopi, sicuti manifestè illo in canone legitur, & ipse Summus Pontifex in fine comprobavit; non ergò id factum est solâ legis dispositione, sed superioris dispensatione.

Quartò suffragatur, quod quando causa est connexa, magis dignum ad se trahit minus dignum; atqui causa Clerici, & Secularis, qui unicum delictum unam simul commiserunt connexa, & inseparabilis est, ergo Judex Ecclesiasticus dignior Judice Seculari ipsam Judicem Secularem ad se trahit. Ma-

ior illa argumenti propositio, quod scilicet in connexis magis dignum trahat ad se minus dignum multis sic probatur. Et primum quidem, canone illo Alexandri 3. in cap. quanto de iudicio, cujus verba hæc sunt, Quarto Divina gratia, & infra causa verò juris patronatus ita conjuncta est, & connexa spiritualibus causis, quod non nisi Ecclesiastico iudicio valeat definiri. Idem probat cap. quod in dubio de consecrat. Eccles. vel Altar. ubi Oleum non sacrum admixtum sacro efficitur totum sacrum commixtione factâ, nec detur divisio, & separatio. Ità pariter in cap. in saceris de sepulchris, habetur Ossa Excommunicatorum mixta ossibus non excommunicatorum in eodem Coemeterio manere debere, ob id quod impossibilis est eorum divisio, & separatio atque ita magis dignum ad se trahit minus dignum, nempe ossa excommunicatorum. Ità passim ad rem propè nostram hunc canonem considerant Jason in l. si Emancipati num. 6. C. de collatio, & Felinus in cap. 1. num. 6. de præscripti.

Illud unum superest nunc probandum, quod scilicet unicum delictum simul à Clerico, & Seculari, ita commissum, ut discerni non possit à quo solo fuerit, perpetratum, censeretur connexum, & individuum. Hoc quidem, vel ex eo probatur, quod eandem habet causam & rationem defensionis juxta id quod respondit Ulpian. in l. si qui separatim §. ult. ff. de appellat. cujus verba hæc sunt, Quod est rescriptum, in communi causa quoties alter appellat, alter non, alterius victoriam ei proficere qui non provocavit, hoc ita demum probandum est, si una, eademque causa fuit defensionis; ceterum, si diverse, alia causa est, ut in duobus tutoribus procedit, si alter tutelam gesserat, alter non attigerat, & is, qui non gesserat, provocavit. Iniquum est enim, qui idcirco agnoscerat sententiam, quoniam gessisse se scit, propter appellationem ejus qui non gesserat obtinere. Hactenus Ulpian. qui suis verbis, & exemplò ostendit connexa illa dici, quæ habent eandem causam, & rationem defensionis, sicuti à contrario connexa non esse, sed separata, quæ diversam causam defensionis habent, ut in duobus tutoribus secundum Ulpianum, si ambo tutelam gesserunt, unicum est negotium connexum, ob id appellatio unius prodest alteri; si verò unus gessit, & alter non, negotium & causa est separata, propterea à unius appellatio alteri non prodest, cum causa defensionis unius, & alterius sit separata, & confert l. 2. ff. de quibus rebus ad eundem iudicem eatur, quam habere locum etiam in causis criminalibus individuis scribunt Bald. in l. non ideo minus num. 33. C. de accus. Jason. in l. nulli col. 3. vers. Tertio dicuntur. C. de iudicio. Capic. in decis. 122. num. 2. & ego ipse in l. 2. de arbitrar. iud. casu 371. num. 12. Præterea hæc sententia manifestius probatur responso Juliani, in l. ita vulneratus vers. igitur ff. ad leg. Aquil. Juliani verba scripta igitur, Si quis servo mortiferum vulnus inflixerit, eundemque alius ex intervallo ita percusserit, ut maturius interficeretur, quam ex priori vulnere morturus fuerat, statuendum est utrumque eorum lege Aquilia teneri. Idque est consequens auctoritati veterum, qui, cum à pluribus ideam servus vulneratus esset, ut non appareret cuius idcirco perisset, omnes lege Aquilia teneri iudicaverunt. Estimatio autem perempti non eadem in utriusque persona fiet, nam qui prior vulneratus tantum præstabit, quanti in anno proximo homo plurimi fuerit, repetitis ex die vulnervis tercentum sexaginta quinque diebus; posteriet in id tenebitur, quanti homo plurimi venire poterit in anno proximo quo vitâ excessit, in quo precium quoque hereditatis erit. Eiusdem ergo occisi servi nomine alius maiorem, alius minorem estimationem præstabit. Nec mirum cum uterque eorum ex diversa causa, & diversis temporibus occidisse homi-

non intelligatur. Hactenus Iulian. qui delictum censuit separatum, & non connexum, quod diversis temporibus fuit commissum, etsi in eodem homine, atque ita causam esse diversam, & propterea respondit Iulian. à sensu contrario, cum uno eodemque tempore in eadem re ita perpetratum est à duobus delictum, ut discerni nequeat, an ab uno magis quam ab alio fuerit commissum, dici delictum connexum, & individuum. His accedunt ex nostris Angelus Perusinus, & Aretinus in dicta l. si qui separatum §. ult. ff. de appellat. Aretini tantum verba, quae num. 2. ille scribit, hæc sunt, *Tunc proprie est eadem causa defensionis, quando omnes deliquissent circa eandem rem, quia omnes simul unam, & eandem distraxerunt, vel omnes simul interposuerunt auctoritatem suam super contractu minoris. Si vero unus distraxit equum, & malè, alius distraxit fundum, & peius, tunc est diversa causa defensionis, licet gesserint, & sic sunt culpa diversa in faciendo commissa, sic è contra omitendo, puta quod omnes omiserunt interponere auctoritatem, omnes omiserunt adire hereditatem, quia est eadem causa defensionis, quia idem quoque negotium numerò; secus si unus omisit facere unum quid, alius aliud, quia tunc est diversa causa defensionis, sicut quando alter gessit, alter non.* Hæc Angelus Aretinus, sic & Franciscus Aretinus, in conf. 29. num. 24. vers. secunda autem dubitationi, & num. 35. considerat eandem causam defensionis, & huc facit, quod ad rem pendit, & considerat post Imolam, & Decium, Cravetta, in dicto conf. 232. num. 5. vers. benefacium connexa dici quando discerni non potest ratio unius ab altero, id quod & ego ipse scripsi in lib. 2. de arbitrar. Iudic. casu 95.

Cæterum Nevizanus, in dicto lib. 6. silva Nuptialis num. 38. in fine, Craveta, in dicto conf. 232. col. 1. & 2. Didac. in dicto lib. pract. quest. cap. 34. num. 2. Olafcus, in decis. 103. num. 9. Vincentius Francus, in dicta decis. 246. num. 6. & Ioan. Gutierrez, in lib. pract. quest. 9. 6. num. 8. vers. quare hæc visi sunt à iter intelligere Antonii, de Prato & sequacium traditionem, ut scilicet loquatur de delicto non connexo, & dividuo; & propterea Craveta omni studio, & conatu in probando potius speciem delicti, quam ipsius Antonii traditionem, contendit, ipsum Antonium, & sequaces malè sensisse, & inquit quod imò hæc causa dici non potest connexa, individua, & inseparabilis, sicuti esse connexam, & individuum affi. masse videntur Antonius de Prato, & ejus sequaces supra relati. Est itaque; tota difficultas in hoc sita, & posita, an hæc causa dicatur ita connexa, & inseparabilis inter Clericum, & Secularem homicidas, ut unus solus Iudex Ecclesiasticus agnoscere, & pœnam utrique indicere possit, & debeat. Et quidem non esse connexam suadere videntur multa, quæ diligenter, & acurè considerat Craveta in dicto conf. 232. quæ ex ordine magis ac ille vir doctissimus, referam, & de eis dicam quod sentio.

Primò connexum illud esse dicitur, quod alteri adedò connectitur, & adhæret, ut necessariò ex eo sequatur, sive in antecedens, sive in consequens necessarium, ut respondit Aretinus in conf. 29. num. 20. vers. his breviter præmissis, & probat cap. si quis obiccori, & cap. si quis præbendas l. qu. 3. glol. in cap. 1. in verbo tale. de filiis Presb. lib. 6. atqui si duo deliquerunt, causa separari potest, & unus ab uno Iudice, alter ab altero puniri potest. Ergo Iudex solus Ecclesiasticus non est Iudex tam contra secularem, quam contra Clericum, qui unà simul delictum perpetrarunt. Ità argumentari voluit Craveta in dicto conf. 232. n. 1. hæc argumentatio non concludit, cum minor illa propositio non satis quantum ad rem nostram pertinet, probetur. Nam hic tria consideranda sunt, cognitio causæ, an scilicet delictum fuerit

ab ipsis duobus commissum, sententia condemnatoria, vel absolutoria, & demùm pœnz impositio. Cognitio causæ connexa, & individua dici potest, cum agitur de unico delicto à duobus simul commissio, quod eisdem testibus probandum est. Ex quo sequitur sententiam inde ferendam commissum, vel non perpetratum esse delictum, individuum esse oportere, ne unus jure alter injurià iudicetur. Quod verò postremò locò de indicenda pœna dicitur, nil ad rem (ut actig) facit, cum ipsa consequitio relinqui possit Iudici Ecclesiastico adversus Clericum, & Iudici Seculari contra secularem, ex quo diversæ pœnz indicendæ sunt. Ità in specie considerant Marian. Socin. Sen. in cap. 2. num. 30. de mutuis positio. Felinus in cap. 1. col. 4. vers. consideratamen de prescrip. & Aegid. Boss. in tract. caus. crim. tit. de foro comp. num. 147. non enim Iudex Ecclesiasticus potest punire Clericum, & Laicum pœnâ sanguinis, Iudex verò secularis mortis naturalis pœnâ valet afficere. Et propterea hoc in casu, connexitas & inseparabilitas considerari non potest.

Secundo (ni fallor) Craveta in dicto conf. 232. n. 2. vers. suadetur. Quando unum ex altero inferitur, necessariò connexitas considerari potest, sicuti anima dicitur connexa corpori, cum ab eo ipso corpore divelli nequeat, eo remanente ut scribit Ripa, in l. 4 §. Cato. n. 2. ff. de verb. oblig. & ibidem, & simile est (voluit dicere Craveta) quod respondit Angelus, in conf. 326. ex themate in quarto dubio num. 4. cum dixit quòd quando unus heredum contraveit contractui à suo antecessore factò, asserendo contractum fuisse vi, & dolò factum, contraventio dicitur individua, quia non potest esse vis, vel dolus in parte contractus, quin sit in toto. Nam unum ex altero necessariò sequitur, & inferitur, sic è contra, connexitas, & inseparabilitas non potest considerari, quando unum ex altero non potest considerari, quando unum ex altero non inferitur, & sequitur. Et ubi unum esse potest sine altero, non dicitur adesse connexitas, nec idem jus constituitur in utraque ut scribunt Bartolus in l. sed si plures §. 1. ff. de vulg. & pupil. substit. & ibi idem Iason, in secundo notab. atqui in pluribus delinquentibus (inquit Craveta) potest unus sine altero puniri, non alterando subiectum, nec jure prohibetur plures ejusdem delicti reos accusari coram diversis Iudicibus, & alios quidem condemnari unò modo, & alios aliò modò, cum diversa esse possit eorum causa, & dispar ratio defensionis, sicuti consuluit Baldus, in conf. 334. præmittendum est in fine lib. 2. dum dixit non esse incoaveniens contrarias ferri sententias inter diversas personas super eodem factò, ut respondit Ulpianus, in l. denunciaste §. ult. ff. ad leg. Jul. de adulter. ergo, & nostro in casu dicendum est connexam non esse causam Clerici, & secularis homicidarum, sed unam à Iudice Ecclesiastico contra Clericum, alteram à Iudice Seculari adversus secularem cognoscere, & iudicari posse.

Cæterum respondetur declarando minorem illam argumenti propositionem, quando idem est delictum, sed diversi sunt delinquentes, diverti accusatores, diversi Iudices, faciliè admittitur ferri posse varias, & pugnantes sententias, ut in casu de quo respondit Ulpian. in dicta l. denunciaste §. ultim. ff. ad leg. Jul. de adulter. cum enim prohibeat lex adulterum & adulteram simul ab uno accusatore, eodem tempore coram uno Iudice, accusari sicuti responderunt idem Ulpian. & P. pinianus; ille, in l. si maritus in fine, ille, in l. vim pessam §. duos. ff. ad leg. Jul. de adulteris, & manifestè us statuit Alexand. Severus, in l. reor. C. eod. ad leg. Jul. de adulter. mirum non est si censuit Ulpian. in dicta l. denunciaste §. ult. sententias varias, & diversas ferri posse inter adulterum,

adulteram, quod scilicet ab uno Iudicum condemnatur vir, ab altero vero condemnatur mulier, cum variae sunt hominum, sicque Iudicum opiniones, & voluntates *l. quia potuerit ff. ad irribell. & explicando dictam §. ult. scripti in conf. 59. num. 4. lib. 1. diversum est in casu nostro, in quo nulla extat legis prohibitio, quin Clericus, & secularis homicida, possint eodem tempore, & ab eodem accusatore accusari, & quidem conveniri coram eodem Iudice ad evitandam pestem subornationem, & sententiarum repugnantiam, & equidem cum jam haec scripsisse reperii Antonium Gomezium, in commentar. variar. resolut. tom. 3. cap. 1. de delictis n. 89. hanc interpretationem ad rem nostram, etsi paucioribus verbis considerasse.*

Tertio movetur Craveta, in dicto conf. 232. n. 3. vers. neque referi & c. quod licet causa haec oriri dicatur ex eodem delicto, attamen non dicitur ita individua, quin de eo agi possit coram diversis Iudicibus, ob diversitatem personarum, sicuti respondit Neratius, in *l. pater ff. de iniuriis* cujus verba haec sunt. *Pater cuius filio facta est iniuria non est impediendus quod minus duobus iudiciis, & suam injuriam prosequatur, & filii.* Item quoque probat, secundum Cravetam, Ulpiani responsum, in *l. si qui separatim §. ult. ff. de appell.* ubi, etsi plures sunt obligati pro eadem causa administrationis, separatim tamen conveniri possunt, & separatim condemnari, & si unus appellat, ejus appellatio aliis non prodest, & sic (subiungit Craveta) licet idem videatur, attamen plura facta reputantur propter pluralitatem personarum, quae administraverunt. Quemadmodum in simili (inquit Craveta) dicimus, quod quando pater filio substitutionem pupillarem fecit, si tunc dicatur unicum testamentum respectu solemnitatis *l. patris & filii ff. de vulg. & pup. substituit.* attamen secundum veritatem dicuntur duo testam. *l. Papin. §. sed nec impub. ff. de inoff. testam.*

Verum respondetur Neratium in dicta *l. pater ff. de iniuriis* non dixisse quod de injuria facta filio, pater agere possit coram diversis Iudicibus, sed de duobus Iudiciis posse suam, & filii injuriam prosequi, intelligo duobus iudiciis, sed coram eodem Iudice. Illud vero responsum Ulpiani in dicta *l. si qui separatim §. ult. ff. de appellat.* contrarium probat, si diligenter ejus verba, quae retuli, & explicavi supra, etsi aliter declarat idem Craveta, in conf. 182. num. 6.

Quarto arguit Craveta, in dicto conf. 232. n. 4. vers. & in terminis & c. quando plura dicuntur delicta propter pluralitatem delinquentium, licet circa eandem rem delinquant. *l. item Mela §. sed si plures, & in l. ita vulneratus vers. aestimatio autem ff. ad leg. aquil.* & (adjungit Craveta) scribunt Bartolus in *l. si non fortem §. libertus ff. de cond. indebiti* diversitatem personarum arguere factorum diversitatem, & Alex. in conf. 188. ad finem lib. 7. Ita quoque Speculator (inquit Craveta) in *tit. de locato §. tertio, & §. ad evidentiam*, scribit, quod personarum diversitas medelam desiderat diversam. Nam non idem factum in persona unius, quam in alterius persona, & ideo poena diversa constituitur in eodem delicto, secundum diversitatem personarum *l. Pedius ff. de incendio, ruina, & Naufragio*; est istud (subiungit Craveta) potest ad sensum naturalem. Nam si quatuor percutiunt hominem, aliud est vulnus unius, aliud vulnus alterius; & respondit Castrensis. in conf. 94. posito quod ista in princ. lib. 1. quod quando plures appellant a sententia in eodem libello, dicuntur plures appellationes, ob personarum pluralitatem, & allegat Bart. in *l. libellorum §. sed si aliud n. 2. ff. de accusat.* & quod habetur in *l. etiam §. 1. ff. de minor. 25. annis, & in l. eo quod a multis C. si certum peti.*

Respondetur verum non esse, quod plura dicantur delicta propter diversitatem delinquentium circa eandem rem; nam quod unicum sit delictum connexum, & inseparabile respectu cognitionis, non varietatis personarum: Sed an eadem sit ratio defensionis inspicitur sicuti demonstravimus supra ex *l. si qui separatim §. ult.* ubi Angelus Aretinus, n. 2. ff. de appellat. Nec repugnat responsum Ulpiani in *l. item Mela §. sed si plures ff. ad leg. Aquil.* cum ibi sentiat potius ipse Ulpianus unicum esse delictum, quando plures vulneraverunt hominem, & non apparet cujus ictu is occisus fuerit; est enim unicum homicidium, ob quod singuli homicide puniuntur, sicuti est contra, quando apparet cujus ictu ille decesserit, diversa sunt delicta, homicidii scilicet, quoad eum cujus vulnere occisus ille est: vulneratum vero respectu eorum, qui vere non occiderunt, & apertius idem respondit Ulpianus ipse *ibidem in §. si plures irriterem*, dum voluit plures irriterem proficentes, & hominem occidentes, & que teneri de homicidio, cum non possit delictum separari, & ob id eadem est ratio defensionis. Ita quoque *l. ita vulneratus vers. aestimatio, eo tit. allegata a Craveta* contrarium probare scripti, & declaravi supra. Non etiam repugnat auctoritas Bart. in dicta *l. si non fortem §. libertus ff. de cond. indebiti* quem sub n. 3. allegare forte voluit Craveta *practico in loco*, quia etsi Bart. ibi n. 3. simpliciter scribit ex diversitate personarum, vel temporum induci diversitatem factorum, & personarum, attamen, *eodem in loco n. 19.* scribit, & declarat, quod ex varietate personarum variantur operae, (verbi gratia) inquit Bartolus servire uni Domino in mensa, in camera; associare eum per terram, istae dicuntur operae officiales, quae variantur per varietatem personarum, his concedit, & recte Bartolus varietatem factorum, & varietatem personarum, si unus servit in camera, alter in mensa, alter associat. Nos vero loquimur, quando unicum est delictum, sicque factum, ut homicidium a pluribus commissum. Ita enim loquitur Alex. in dicto conf. 188. in fine lib. 2. de varietate factorum propter diversa tempora, quod enim factum est heri diversum, & separatim est ab eo quod feci hodie; & manifestius probat textus *l. ita vulneratus vers. igitur, & vers. aestimatio ff. ad leg. Aquil.* ut supra declaravi. Non etiam obstat, quod inquit Craveta ex speculatoris etiam sententia, ac ex *l. Pedius ff. de incendio, ruina, & naufragio*; quia non negamus pro qualitate personarum variae poenam etiam variari respectu ejusdem facti. Sicut egregie respondit Paulus in dicta *l. Pedius*, sicuti in casu nostro admittimus aliam poenam puniri Clericum, aliam secularem, ob homicidium una ab eis perpetratum, sed dicimus, cum quod unicum sit delictum connexum habens eandem defensionis causam adversus accusatorem vel Iudicem inquirentem, cognitio causae tanquam unum continens dividi non debet, sed ab uno tantum, & quidem Iudice Ecclesiastico digniore Seculari tractari debet, sicuti ex Mariano Socino sen. in dicto cap. 3. num. 30. de mutuis petitis, diximus supra. Quod vero (subiungit Craveta) plures dici appellationes, quando plures ab eadem sententia appellant nil urget, nam Bartolus in dicto *§. sed si aliud num. 2.* adductus a Castrensi, scribit plures accusationes vere censeri secundum juris dispositionem, quando plura sunt delicta de quibus aliquis est in eodem libello accusatus, & Bartolum sequutus est Aretinus, in conf. 29. n. 3. & plures delinquentes, quorum delicta non sunt connexa, sed separata posse in eodem libello accusari probant *l. qui pupilli §. ult. & l. vim passam in fine ff. ad l. lul. de adulter. & l. C. si reus, vel accusat. more fueris, & in specie tradit Antonius Gomezius, in*

commentar. variar. resolut. tom. 3. delictis app. 1. num. 88. *vers. una tamen est.* Ergo contra quando unicum est delictum, & à pluribus commissum, una sola erit accusatio multos comprehendens. Ita pariter declaratur *l. etiam §. 1. ff. de mino. 25. annis* allegata à Castrensi, & Craveta ut eam explicavi apertius in *lib. 2. de arbitrar. Iudic. casu 95. num. 7.* idem diximus de *l. eo quod à multis. C. si certum peccat* ubi Baldus declarat.

Quinto Craveta idem in eodem *conf. 232. num. 5. vers. ita etiam diversitas* vel eà ratione moveretur, quod delictorum diversitas arguitur, quando contra diversitas personas, & res fuerunt admittenda *l. eum §. idem respondit, ubi glo. & Bartolus ff. de furtis, & l. 1. §. si ad plures in fine ff. de sepul. viol.* bene faciunt. Subiicit Craveta notata per Butticum, & Imolam, in *cap. eum inter. de re iud.* quod capitula non dicuntur connexa ob id solum, quod sub uno generali comprehendantur, sed quando ratio unius ab altero discerni non potest. Notat Decius in *conf. 317. col. ult. & in conf. 423. col. 2. ad finem.* Idem respondit Imola, in *conf. 134. in princ.* quod capitula connexa dicuntur, quæ ab eadem causa, vel ratione procedunt. Arg. *l. cum eiusdem §. ult. ff. de edil. edit. & confert. l. non idcirco in princ. ff. de iudicis,* ubi iudicium dicitur dividuum dicitur dividuum ex diversitate personarum, & respondit Alexander in *conf. 44. col. pen. in fine lib. 7.* licet ergo (adjungit Craveta) videatur convenisse omnes in idem delictum generaliter, tamen singulorum ratio discerni potest, & unusquisque per se condemnari, vel absolvi, si ita juris feret ratio. Idem ubi (subiungit Craveta) plures rei deferuntur ejusdem delicti, vix fit, ut eadem poena singuli puniantur, sed alii aliis. Ergo diversitate poenæ diversitas arguitur delictorum. Bald. in *conf. 48. super universitate lib. 3.* itaque si sunt (concludit Craveta) plura delicta, & separata ex diversitate personarum, & plures, seu diversi Iudices competentes inveniuntur ipsorum delinquentium, quid prohibet ipsos delinquentes puniri singulos per suos Iudices. Nam iustitiae ordo non solum turbatur, sed etiam confunditur cum sua unicuique iurisdictione non conservatur. *cap. pervenit. 11. q. 2. & respondit Romanus in conf. 380. questio est.*

Respondetur huic satis prolixo Cravetæ argumentis, & illud quidem primum admittimus delicta censeri diversa quando commissa fuerunt contra diversas res, vel personas; concedimus quoque capitula dici connexa, quando ratio unius discerni non potest ab altero, sed hæc opinio receptæ opinioni faveat, sicuti diximus supra, dum demonstravimus delictum à pluribus perpetratum censeri connexum quando eadem est causa defensionis omnium, qui accusati, vel in quisi sunt. Quod verò subiungit Craveta iudicium censeri dividuum ob personarum diversitatem *l. non idcirco in princ. ff. de iudicis,* & Alexander in *conf. 44. col. pen. lib. 7.* intelligitur quando adest etiam diversitas actuum gestorum ab ipsis personis, sicuti disertè respondit Papinianus in *d. l. non idcirco in princ.* cujus verba hæc sunt. *Non idcirco Iudicis Officium impeditur, quod quidam ex tutoribus, post litem adversus omnes inchoatam, Reipub. causa abesse ceperunt; cum presentium, & eorum, qui non defenduntur administratio discerni, ac estimari possit.* Hactenus Papinianus, qui duo considerat plures tutores, sicque personarum diversitatem, & separatam tutelæ administrationem. Ita quoque in casu Alex. in *dicto conf. 44. num. 5. lib. 7.* allegatus à Craveta, cum duæ erunt personæ patris, & filii, & duæ scripturæ separatæ, una conscripta à patre, altera à filio; qui sanè casus non conveniunt nostro, in quo agitur de unico delicto, ut de homicidio, quod discerni non

potest à quo ex pluribus vulnerantibus commissum fuit, & his constat non esse verum, quod subiungit Craveta, quod singulorum ratio discerni potest, et si una delictum commiserunt. Nam, si kiri non potest, cujus vulnere occisus ille perierit, eadem est ratio, & causa defensionis, & ob id non plus unus, quam alter condemnari, vel absolvi potest. Non quoque facile concedendum est quod subiungit ipse Craveta plures reos delatos ejusdem delicti, vix singulos eadem poena puniri, sed alii aliis, nam Ulpianus, in *dicta litem Melia §. in plures,* & Julian. in *dicta l. ita vulneratus ff. ad leg. Aquil.* responderunt æque puniri, nisi sit diversa personarum qualitas, & censuit Paulus in *dicta l. Pedius ff. de incendio, ruina, & naufragio,* ut diximus supra. Ex quo intelligimus diversitatem poenæ non arguere, ut dicebat Craveta, diversitatem delictorum, cum esse possint diversæ poenæ pro eodem delicto à pluribus una simul commisso, ob personarum diversam qualitatem, & Bald. à Craveta allegatus loquitur in dubio, quando scilicet duo delicta, ut furtum, & furti receptatio, an dicantur unicum delictum, ob id quod in idem videntur tendere, vel duo distincta. Inquit Baldus diversitatem poenarum, cum alia sit furtis, alia receptatoris poena, significare duo esse delicta separata. Hinc colligimus conclusionem argumenti Cravetæ non inferri suis ex propositionibus, quæ jure nequeunt defendi.

Sexto idem Craveta, in *dicto conf. 232. n. 5. in fine vers. amplius probandum &c.* arguit à cessante ratione, quod argumenti genus jure nostro probatur *l. adigere §. quamvis ff. de iure patro.* & multis post aliis probat Tiraq. in *tract. quod cessante causa cessat effectus, in praefatione n. 1. col. 1.* Porro ratio hujus casus, quæ est, ne causæ continentia dividatur, ut diximus supra, cessat nostro in casu, in quo unusquisque (inquit Craveta) apud suum ordinarium conveniendus est. *cap. ult. de iudicis,* & declarat Jason, in *l. nulli n. 6. vers. secundo limita. C. de iudicis* neque mirum hoc, subiungit Craveta, videri debet. Nam si in eadem Civitate creari plures Magistratus separatam obtinentes iurisdictionem, plures etiam idem delictum admisisse, aliquos ex delinquentibus subditos esse uni Magistratui, alios alteri. Nonne (inquit Craveta) quilibet Magistratus contra ipsos delinquentes separatim procedit, ut putat plures sunt Domini unius Castri, habentes subditos diversos, quotannis quilibet deputare potest unum Officiale pro parte suæ, ut respondit Bruu. in *conf. 913. col. 1.* Post Felinum, in *cap. prudentia col. 2. de Officio deleg. vel si subditum deliquisse extra Territorium* una cum aliis non subditis, Judex Originis in subditum suum poterit animadvertere, licet Judex Territorii posset in alios vindicare ad modum diversum, juxta notata in *l. Cod. de summa Trinit. & Fide Cash. Alex. in conf. 3. l. 1. & in conf. 216. col. ult. lib. 6. & Socin. Sen. in conf. 35. col. pen. lib. 1.*

Respondetur prædictæ *cap. ult. de iudicis* non satis rectè allegari posse ad nostræ hujus disputationis definitionem, cum varios habeat sensus quos recenset Castrensi. in *dicta l. nulli n. 2. & Abbas, in dicto cap. ult. n. 14.* Præterea Abbas, in *n. 15. ibidem,* conciliando opiniones distinguit quatuor casus, qui si diligenter perpendantur satis clarè intelligemus casum dicti *cap. ult.* ad rem nostram non pertinere. Primus casus est quando actor simul, & semel vult impetrare diversos Iudices in causa possessionis, & in causa proprietatis. Hoc casu non potest. *cap. v. de causa possess. & propriet. & in dict. l. nulli C. de iudicis.* Hic casus nostro non convenit, ut satis constat. Secundus est Casus, quando finitæ causæ possessionis coram uno Judice, idem actor, qui obtinuit in ipso possessorio, vult in petitorio agere coram alio Judice. Hoc etiam casu, inquit Abbas, non potest ipse actor adire alium Judicem.

Judicem. Eâ ratione motus est Abbas, quia ipse primus Judex est de causa melius instructus, & quia agitur de identitate ejusdem subjecti, cum circa idem subjectum tota ipsa causa versetur, ob id idem Judex ad eundem est, juxta *l. 1. ff. de quibus rebus ad eundem Judicem eatur*. Quod scribit Abbas procedere, etiam si actor iste agere vellet coram alio ordinario ejusdem rei. Non enim audiendus est, ne contentia causæ dividatur. Hic etiam casus, ut clarum est, nostro non adaptatur, etsi postrema ratio de non dividenda causæ contingencia receptæ Opinioni faveat. Tertius est, quando reus conventus, qui in iudicio possessorio succubuit, agere vult petitorio adversus actorem, qui in ipso possessorio obtinuit, & ambo sunt ejusdem fori. Hoc etiam casu tractari debet causa ipsa petitorii, coram eodem Judice, etiam si reus, qui primò fuit actor, haberet privilegium sibi Eligendi Judicem, juxta *auth. habita C. ne filius pro patre*, & Abbatem sequutus est Capicius in *decis. 122. num. 4.* hic quoque casu nostro non adaptatur. Quartus est, quando reus, qui in possessorio succubuit, agere vult petitorio adversus prædictum actorem, & ambo sunt fori omnino diversi. Hoc sanè casu, cum actor iste in petitorio, qui aliàs fuit reus in possessorio, tenetur sequi forum ipsius rei conventi, juxta *Reg. cap. cum sit generale de foro compet.* ob id non tenetur reus iste respondere coram eodem iudice, coram quo tanquam actor obtinuit in possessorio, & maximè attento (inquit Abbas) quod nihil commune habet proprietatis *l. naturalitas §. nihil commune ff. de acquir. possess.* & accedit Aretinus, in *dicto conf. 29. num. 5.* sequutus Abbatem præcitato in loco, qui dicit quòd licet causa possessionis respectu subjecti hoc est ejusdem rei, sit connexa causæ petitorii, attamen habent separatam causam defensionis. Hæ Abbatis, & Aretini rationes suffragantur receptæ opinioni, sicuti diximus supra, & propterea argumentum retorqueri potest adversus Cravetam doctissimum alioqui J. C. Quod verò scripsit ipse Cravetta de duobus magistratibus diversorum Dominiorum ejusdem Castri defendi potest, quoad indicendam penam, non quoad cognitionem causæ connexæ coram uno solo, digniore altero, tractandæ.

Septimò idem Cravetta in *dicto conf. 232. num. 6 ad finem propè vers. non omitto quod & c.* motus est auctoritate Baldi in *conf. 154. proponitur quod quidam socii lib. 1.* qui respondit, quod si tractatus delicti est factum in uno Territorio, & consummatum in alio Territorio, uterque Judex punire potest delinquentem, videlicet unus pro tractatu, alter pro consummatione delicti. Ecce (inquit Cravetta) quomodo loquitur Baldus in casu magis dubitabili, nam in casu Baldi agitur de puniendo eandem personam, & tamen quia delictum poterat separari, videlicet tractatus à consummatione, vult Baldus quòd Judices plures possint cognoscere, quantò magis idem dicendum est in casu nostro, ubi agitur de puniendo plures personas.

Respondetur argumentum concludere contrarium nostro in casu, in quo delictum est unicum, & connexum, quod habet eandem causam defensionis, quoad omnes ipsos delinquentes, cum ignoretur à quo solo fuerit commissum, sicuti diximus supra. In casu verò Baldi, ut in specie ipse Cravetta fatetur, duo sunt delicta, tractatus scilicet de delinquendo, & ipsum delictum consummatum, & ideo non est eadem

causa defensionis, & præter Baldum, & Cravetam præcitatis in locis, idem scribunt Bartolus, in *l. & si amici. §. 1. ff. ad leg. Jul. de adulter.* idem Baldus in *l. adversus col. 1. vers. & sic est argumentum C. de furtis in l. 2. vers. & prædicta vera C. de accus. & in cap. 1. §. iniuria num. 11. vers. quæstvit.* Jacob. Buttrigar. de pace ten. in *usib. feud.* Salicet. in *l. penn. quest. 6. principali C. de accusat.* Aretinus, in *conf. 10. col. pen. vers. dico.* Lud. Botog. in *conf. 8. col. 5. vers. vel secundo, & aliter respondeo, & Alciatus, in resp. 70. num. 8. secundum impress. antiquam Lugdunensem*, qui uno ore affirmat tractatum de delicto committendo, & ipsum delictum deinde commissum, vel in continenti, vel ex intervallo, esse duo delicta separata, & unum non confundi cum altero. Et quidem solum tractatum tanquam delictum punire solet Senatus noster Mediolanensis, ut testatur Jul. Clarus, in *pract. 1 §. finali. q. 38. vers. vidi aliquando dubitari & c.*

Octavò, & ultimò præter Cravetam negare hæc pro opinione non parum videtur, quod docuit Baldus, in *dicta l. non ideo minus num. 33. C. de accusat.* cum dixit mandantem delictum, & mandatarium, esse unum delictum commississe dicantur, attamen non posse petere se remitti ad unum Judicem tantum, sed quòd causa cognosci, & processus fieri potest coram diversis Judicibus, uno scilicet mandantis, & altero mandatarii, idem, etsi subobscurè, sentit idem Baldus in *cap. 1. num. 7. de controvers. feudi apud pares term.* & sequuti sunt Capicius in *decis. 122. num. 6. vers. facit tertio*, & Vincentius Francus in *decis. 426. num. 3.* Eâ ratione usus est Baldus quia singuli per se obligati sunt, & ideo processus factus coram uno non prodest, nec non & alteri.

Respondetur in mandante delictum committi, & in mandatario posse tres casus considerari. Primus quorum est, quando consideramus delictum respectu principii, nempe mandantis homicidium, & mandatarii suscipientis mandatum de occidendo. Hoc casu duo sunt delicta, unum mandantis alterum mandatarii, cum mandans teneatur de mandato dato, mandatarius verò de mandato suscepto. Ità intelligo, & defendi posse ex ultimo Baldus in *dicta l. non ideo minus num. 33.* cum dixit quòd singuli per se obligati sunt. Secundus est casus respectu finis, & executionis mandati, nempe commissio re ipsa homicidio. Hoc casu dicitur unum delictum numero, ut scribit idem Baldus, in *dicta l. non ideo minus num. 6. & 7.* Duo alii casus ad rem nostram non pertinent, sicuti ex subsequenti intelligimus. Tertius est casus, qui consideratur non respectu pœnæ infligendæ, pro prædictis uno, vel duobus delictis, sed respectu cognitionis an datum, & susceptum fuerit mandatum, vel non. Exempli gratia, inquiritur Cajus ab uno Judice ob id quod dederit mandatum Sejo de occidendo Sempronio. Sejus verò inquiritur ab alio Judice, quod à Cajo susceperit dictum mandatum de occidendo Sempronium. Cajus & Sejus petunt se remitti coram uno solo Judice. Quæritur, an remitti debeant, vel non? Crediderim debere remitti, cum unum hoc sit factum, & negotium connexum mandantis, & mandatarii, quod scilicet datum, & susceptum sit mandatum; sunt enim duo correlativa, & ob id eadem est in utroque causa defensionis, sicuti de his similibus diximus supra; & hic casus est de quo nostra est disputatio.

CAPUT IV.

Delictum, peccatumque merè profanum, merè Ecclesiasticum non merè Ecclesiasticum, & mixtum, quid sit, & an de merè profano cognoscat etiam Iudex Ecclesiasticus, & merè Eccles. Iudex Secularis.

Disputatio cum frequens, & quotidiana sit inter uniuscujusque fori Ecclesiastici, & secularis Iudices, & Ministros, de crimine, delicto & peccato à Seculari & profano homine commisso, certis in casibus cognoscendo, & puniendo etiam ab ipsis Iudicibus Ecclesiasticis, visum est è re prius explicare quæ delicta dicantur merè Ecclesiastica, quæ merè profana, & demum mixta, quam quidem distinctionem passim omnes faciunt, præsertim Baldus, in *auth. Clericus quoque n. 4. C. de Episco. & Cler. Abbas, in cap. cum sit generale, in fine de foro compet. & Navar. in cap. Novis, in sexto notab. n. 42. de iudiciis*, qui addit peccatum Ecclesiasticum non merè crimen, seu delictum & peccatum merè civile, & profanum, seuulare est, (inquit Navar.) quod solâ lege Seculari, & Civili vetitum est. Sicuti est prohibitio delationis ensis majoris longitudinis, quam quinque palmarum, asportatio tritici, & aliarum quarûdam mercium extra Regnum, & Provinciam. Hoc de crimine, & delicto cognoscit solus Iudex Secularis, non autem Ecclesiasticus, sicuti in specie annotavit Navar. in *dicto sexto notab. n. 43. & accedit Bald. in d. auth. Clericus quoque n. 3. qui dicit quod si de hoc crimine possent cognoscere etiam Iudices Ecclesiastici, totam jurisdictionem secularem, prætextu peccati, usurpare eis liceret. De hoc crimine loquitur etiam Bald. in *auth. ad hac, n. 5. C. de usuris*, cum dicit Iudicem Seclarem cognoscere de eo crimine, & peccato, quod purgari potest per viam actionis, vel alterius remedii introducti à Iure, hoc est, voluit dicere Baldus, civili. Delictum verò, & peccatum merè Ecclesiasticum, & Spirituale, seu Canonicum, definit Navar. præcitato in loco, his verbis. *Peccatum merè Ecclesiasticum est quod solâ lege supernaturali capis esse vetitum, vel solâ Pontificiâ est prohibitum.* Primus itaque casus fori merè Ecclesiastici criminalis, ut peccatum hæresis quod cepit esse prohibitum lege divina, & supernaturali, etsi deinde damnatum lege seculari, & Pontificiâ ut in decretali in *tit. de hæres. & C. eo. tit.* Hoc delictum esse fori merè Ecclesiastici, & de eo Iudicem Eccles. tantum cognoscere affirmant Abbas, in *dicto cap. cum sit gen. n. 20. Calder. in tract. de Aret. c. 8.* Aliqui contendunt illud opus esse Zanchini, qui pariter *cap. 8. ad verbum idem scribit. Gundislaus de hæres. q. n. 6. Bossius, tit. de foro comp. n. 160. Sot. de iust. & iur. lib. 5. q. 4. art. 3. Vulpellus, de libertate. 3. parte in fine. Alciatus, in cap. 1. n. 73. de Officio ordin. Maluer. in pract. forensi de remiss. ad finem. Iul. Clarus, in pract. crim. §. hæresis vers. hoc crimen. Navar. ubi supra. Franc. Pegna, in director. inquisitor. in tertia parte. n. 109. col. 7. vers. nunc quid à iure, & alios refert, & probat Simanc. in *Cathol. insit. tit. 36. de Iudicibus Secularibus n. 1. qui, n. 2. subiungit Iudicem quendam Seclarem condemnare hæreticum ab Inquisitore declaratum relapsum pertinacem, vel impenitentem, quod quidem Iudicis Secularis Officium est non cognoscendi, sed exequendi, & ob id addit. Simanc. n. 5. communem esse sententiam, Iudicem Seclarem nullò modo cognoscere posse de iustitia, vel nullitate sententiæ Inquisitoris, sed eam omnino exequi, & idem tradit Clarus, ubi supra.***

Secundus casus delicti merè Ecclesiastici est criminis apostasiæ, sicuti tradunt Navar. in *dicto cap. novis. in sexto notab. num. 42. de Iudiciis, & Simancas in Cathol. Constitut. tit. 7. de apostata num. 4. qui num. 2. iam scripserat apostasiam esse deteriorem hæ. est, & de hoc crimine apostasiæ fuisse differni, in lib. 2. de arbitrar. iudic. casu 421.*

Tertius casus delicti merè Ecclesiastici fori est criminis simoniæ. Ita glos. in *cap. cum sit generale in gloss. abs. de foro compet. & ibidem Abbas, n. 20. Ioannes de Anna, in cap. 1. num. 9. de Simo. Redoam. in tract. de Simonia in quarta parte. cap. 10. num. 32. Iul. Clarus, in tract. crim. §. simonia vers. hoc crim. & Ignatius Lopez, in additionibus ad pract. crim. Canonici Bernardi. Diaz. cap. 91. in additione prima, etsi Decianus, in tract. crim. lib. 4. cap. 26. num. 5. malè opinatur esse mixti fori. Defendi fortè poterit Deciani opinio, quando agitur de indicenda pœna Laico Simoniaci, prius sic à Iudice Ecclesiastico declarato, sicuti loquuntur Imola, & Ioann. de Anna quos refert, & sequitur Felinus, in *cap. cum sit generale num. 4. de foro comp. De variis pœnis hujus criminis copiose differui, in lib. 2. de arbitrar. Iudic. casu 401. num. 22.**

Quartus casus delicti merè Ecclesiastici est criminis atrocis Blasphemæ prolata à Iudæo, sicuti respondit Calderinus, in *conf. 11. col. 1. vers. & hoc crimen, & col. 2. propè finem. in tit. de Iudæis.* Eâ ratione usus est Calderinus, quia hoc factum præsumitur in subversionem fidei Christianæ, & contumeliam Christi Salvatoris nostri, & hanc esse verionem opinionem adversus Ioan. de Anna testatur Felinus, in *cap. cum sit generale n. 18. de foro compet.*

Quintus casus delicti Ecclesiastici est criminis simplicis fornicationis, nam peccatum & delictum hoc, solâ lege naturali, Divinâ, & Pontificiâ, non autem civili, punitur, sicuti abundè differui, in *lib. 2. de arbitrar. Iudic. casu 289. num. 8. cum multis sequentibus.*

Sextus casus delicti merè Ecclesiastici, est criminis concubinatus. Ità scribunt Hostiens. in *summa tit. de foro compet. Goëfred. in cap. cum sit generale de foro compet. Specul. in tit. de compet. Iudicium add. §. vers. secundò Ioan. Andrea, in cap. sine culpa. in fine. de Reg. Iuris. in 6. Clarè Abbas, in dicto cap. cum sit generale num. 25. & ibidem Baroa num. 232. Iul. Clar. in pract. crim. §. finali. q. 37. vers. quare, & Gernou. in lib. 3. de Sacrorum immunitis. cap. 12. num. 59. Eâ ratione ii moti sunt, quod concubinatus jure civili toleretur, atque ità nullâ afficitur pœna. l. qui concubinam ff. de lega. 3. & l. in concubinato ff. idem concub.*

His intelligimus recipiendam non esse contrariam opinionem eorum qui scripserunt hoc delictum esse mixti fori, quia in opinione fuerunt Butticus, & Aretinus, in *dicto cap. cum sit generale de foro compet. & ibidem Marian. Socin. sen. num. 24. vers. item secundum Goëfredum Bermond. Coveronus, in tract. de Concubinis in verbo qua lege in fine, & Decianus, in tract. crim. lib. 4. cap. 26. num. 8. nec vera est ratio, quia ii usi sunt nempe etiam jure civili prohiberi, & puniri concubinatum, ut in *auth. ut non luxur. contra naturam, & in auth. de Lenonibus.* Non inquam vera est hæc ratio, quia directè non prohibetur à lege Civili Concubinatus, sed indirectè. Ità respondit Abbas, in *dicto cap. cum sit generale. num. 25. est & multò magis crimen merè Ecclesiasticum concubinatus mulieris concubinæ Clerici, sicut affirmant gloss. in cap. eas. distinct. 32. & ibidem Gemin. Turrecrem. & Præpos. Abbas, in cap. cum sit generale num. 25. de foro compet. in cap. si concubina de senten. excom. Romanus, in sing. 665. incipit licet uxor. Ioan. de Platea, in l. 1. num. 7. C. de Mulier. & in quo loco. lib. 10. Iason. in l. cum quadam puella num. 17. ff. de iurisd.**

Iuris d. om. Ind. Felinus in cap. Ecclesia Sancta Maria. num. 102. de conslit. & Colmus Gumer. in pragmat. Sanctione in tit. de Concubina. §. ipsas autem concubinas. super verbo arcere, & in §. cum omne in verbo pertinet. Ceterum à prædictis dissentiunt Austr. in tract. de potestate Seculari super Ecclesiasticas personas reg. secunda. num. 34. & Boerius, in quest. 72. qui ambo testantur ità servari in Regno Franciæ. Eandem opinionem probavit Petrus Binssfeld. in commentar. de iniur. & damno dato cap. 7. q. 1. in decima tertia conclus. pag. 453. vers. an Iudex Secularis &c. qui copiosè hac de re diligerit, conciliando opiniones distinguit Anchar. in cons. 196. num. 4. propè medium, quod autem concubinatus iste est notorius, & tunc delictum mixti fori est. Ita procedit opinio Aufrerii, & sequacium; aut non est notorius, & tunc procedit communis opinio, & hanc Ancharani opinionem magnam habere æquitatem scribit Boer. in dicta q. 72. num. 7. Idem sensit Felin. in cap. cum sit generale num. 14. de foro comp.

Septimus casus delicti merè Ecclesiastici est criminis adulterii respectu separationis fori, ut tradit Abbas, in cap. 1. num. 3. de off. iud. ord. & ibidem Felinus, num. 11.

Octavus casus delicti merè Ecclesiastici est criminis iururatum, quoad quæstiones juris, quando scilicet dubitatur, an contractus sit fœneratitius, vel non, atque ità disputatio est de jure, non autem de facto, ità Navarr. in dicto cap. novit. in sexto notab. num. 44. de Iudicio, & dicemus in sequenti capite. Et simile est de crimine perjurii quoad quæstiones juris, ut tradit Germon. in l. 2. de factorum immunitat. cap. ult. num. 68. et si dissentit Igneus, in l. necessarios §. non alias. n. 510. ff. ad S. C. Syll. de his, quibus ut indig. & dicemus in sequenti capite.

Peccatum seu delictum mixti fori, est illud quod lege naturali simul, & civili, sive Seculari, vel Pontificiâ simul & laica prohibitum est. Ità Navarr. in dicto cap. Novit. in 6. notab. num. 42. vers. peccatum verò mixti fori de Iudicio. De hoc dicemus in sequenti capite.

Peccatum, seu delictum non merè Ecclesiasticum est, quod in se est etiam lege aliâ vetitum, sed solâ Pontificiâ prohiberi cœptum, saltem quoad circumstantiam loci, temporis, & personæ. Ità diffinit Navarr. in dicto cap. novit. in 6. notab. num. 4. vers. peccatum verò Ecclesiasticum, sed non merè &c. qui suam hanc diffinitivam explicando dixit delictum hoc differre à tribus præcedentibus, quæ aliâ lege non reperiuntur vetita, & solâ lege Pontificiâ prohiberi cœpta sunt, sicuti hoc. Quoniam, inquit Navarr. ad hoc, ut sit Ecclesiasticum, non tamem merè, satis videtur, quod cœperit esse tali lege Pontificiâ prohibiturum; & hoc casu (adjungit Navarr.) defendi potest doctrina, & traditio Abb. in cap. cum sit generale num. 31. de foro compet. Illud unum est hoc loco observandum quæm liber secularem, & profanum ratione criminis merè Ecclesiastici subijci jurisdictioni, & Imperio Iudicis Ecclesiastici cap. licet de foro compet. & ob id gloss. Sic & Oldradus, in cons. 86. incipit an Ecclesia & propterea leges, & constitutiones Ecclesiasticæ circa hoc crimen, & circa ea, quæ ad ejus punitionem spectant deponentes prævalere, & ubique observari debere. Id quod, in specie criminis hæresis, rectè adnotavit Franciscus Pegna, in directorio Inquisitor. in tertia parte. q. 109. col. 7. vers. nunc quid à Jure Canonico; & accedit Abbas, in cap. vergentis in secundo notab. de hæres. cum dixit, Pontificem Maximum posse in terris Imperii ratione delicti Ecclesiastici (intelligo meri) indicere pœnam publicationis, & confiscationis bonorum.

Delicta, Crimina, & Peccata mixti fori, Ecclesiastici scilicet, & Secularis, quæ dicantur, & de singulis eorum panis diligens explanatio.

DE delictis, criminibus, & peccatis, mixti fori, Ecclesiastici scilicet & Secularis, & de singulis eorum pœnis differendum est nunc. Peccatum a. que ità delictum mixti fori (ut in verbo præcedenti in capite attigimus) sic definit Navarr. in cap. novit. in sexto notab. n. 42. vers. peccatum verò mixti de iudicio, est peccatum lege naturali simul & civili sive seculari, vel Pontificiâ simul & laica, vetitum; quam quidem definitionem explicat Navarr. & inquit lege naturali simul & civili prohiberi peccata illa adversus præcepta Decalogi, de quo Exodi cap. 22. relato in cap. 32. q. 7. & hac in definitione non continentur peccata vetita à lege naturæ, sicque Divina, sed permissa à lege seculari, sicuti est fornicatio simplex, juxta ea quæ habentur in cap. Meretrices. 32. q. 4. & copiosè scripti in lib. 2. de arbitrat. Iudic. casu 289. n. 8. & multis subsequentibus. Continentur autem (inquit Navarr.) quæ prohibentur lege Pontificiâ, & seculari, licet non sint prohibita lege naturali, vel supernaturali, sicuti (adjungit Navarr.) delatio armorum nocturna post certum signum prohibita multis in locis per utrumque potestatem. Quod exemplum non secundum ius ipsum commune, sed loci, (ut sentit Navarr. usum, & consuetudinem, satis probo. Est & aliò exemplò usus Navarrus, de quo apud eam, qui & illud addit, nil refert. quod prius lege Pontificiâ quàm Civili, & è contra cœptum sit prohiberi aliquid fieri, dummodo utrâque sit prohibitum, & si Abbas, in dicto cap. cum sit generale in fine, visus est aliter sentire. Enumerandi nunc sunt distinctè casus mixti fori Criminalis.

Primus casus criminis mixti fori est Sacrilegium, quod multis modis committitur, ut scripti in lib. 2. de arbitrat. Iudic. casu 389. & ibi scriptis, accedit nunc Decianus, in tract. crim. lib. 4. cap. 26. num. 1. & inter alios modos extat ille quoad res sacra in loco sacro aufertur, quo sanè casu dicimus quod quando igitur ad rei restitutionem, uterque Iudex, tam Ecclesiasticus, quàm secularis, cognoscit contra secularem Sacrilegium cap. cum sit generale de foro compet. & ibidem adnotarunt Abbas, num. 9. Arctippus, num. 7. & Marianus Socin. num. 15. Idem probat textus, cap. conquest. eo tit. & scribunt Franc. Martius, in q. 989. num. 4. in 1. parte in q. 123. num. 6. & in q. 627. num. 8. in secunda parte. Austr. de potestate secul. super Ecclesiasticis reg. 4. num. 10. Joannes Igneus, in reper. l. necessarios §. non alias num. 517. ff. ad S. C. Syll. Cognoscit etiam, & pœnam indicit Iudex Secularis contra Laicum, qui sacrilegium committit violando Sanctimoniam, sicuti post Marian. Socin. in cap. cum sit generale num. 47. de foro compet. & post alios, decidit O'alc. in decis. 103. num. 5. & 7. & Decianus in dicto cap. 26. num. 1. Didacus Covar. lib. 3. variar. resolut. cap. 5. num. 1. vers. ex quibus probatur. Ceterum de crimine hoc sacrilegii adversus secularem Sacrilegium cognoscit primum Iudex Secularis cap. filius §. per hoc de pœnis lib. 6. ubi Joan. Andr. & Gemin. notant, & requiritur Franciscus Marcius, in dicta q. 123. n. 6. in fine. in prima parte. His declaratur Decretum supra commemoratum Ducis Lo. Galeatii cujus verba hæc sunt. Item in casu Sacrilegii, possit cognoscere contra Laicum Iudex Eccl. possit etiam hoc casu Iudex Laicus in eo quod sibi de jure competis cognoscere, & punire.

Jure Cesareo Sacrilgium verum & proprium punitur pœnâ capitalis, hoc est mortis naturalis, sicuti post alios scripti in *lib. 2. de arbitrar. judic. casu 389. n. 2. n. 15. & n. 24.* quando verò est sacrilgium improprie, punitur pœnâ extraordinariâ pro Iudicis arbitrio, ut eodem in loco num. 29. 12. & 13. Iure verò Pontificiò Laicus sacrilegus primò punitur pœnâ excommunicationis *cap. conquestus de foro compet. & cap. conquesti de senten. excom. & scripti in dicto. 389. num. 7. num. 16. & num. 23.* Aliquando indicitur gravissima pœnitentia in foro conscientiz, quâdo scilicet Sacrilgium est gravissimum, ut in *cap. de viro nefando 12. q. 2.* ubi pœnitentia per septennium peragenda imponitur. Olim indicebatur etiam pœna pecuniaria. *cap. quisquis 17. q. 4.* quæ hodie hoc casu abrogata est, ut tradunt gloss. in *cap. cum multa 17. q. 8.* Martinus, in *dicta q. 123. num. 6.* aliam pœnam non legi hæcenus impostam.

Secundus Casus criminalis mixti fori est criminis usurarum scœnorisque, sicuti manifestè, & in specie affirmant, post alios quos referam infra, Robertus Maranta, in *praxi iudic. distinct. undecima. num. 8.* Didac. Covar. in *lib. 3. variar. resolut. cap. 3. num. 1. vers. tertio apparet*, & Decianus, in *tract. crim. lib. 4. cap. 26. num. 3.* cœterum cum satis controversa sit hæc disputatio, rem paulò altiùs repetam, & diligentius, ac factum sit, quod sciam, explicabo. Et quidem tres sunt hac de re opiniones. Prima est eorum qui absolutè, & omni casu scribunt crimen usurarum esse fori merè Ecclesiastici, & ob id Judicem Seculare nullo in casu de eo cognoscere, & judicare posse. Ità sanè gloss. in *cap. cum sit generale. de foro comp. & in Clem. dispendiosam de iudiciis. Lapsus in alleg. 55. num. 1. & 2.* & manifestius in *allegatioe 70. num. 2.* Baldus, in *conf. 192. Proponitur col. 3. vers. sed si est usurarium lib. 2. & in conf. 275. premissio statuto Civitatis col. 1. vers. præterea, ex quo & vers. porro lib. 5.* & manifestius in *l. quoties num. 3. C. de iudiciis Albertus, in rub. C. usuris num. 5. Alex. in conf. 59. num. 6. lib. 1. Corneus, in conf. 19. n. 8. lib. 3. Decianus, in conf. 18. num. 2. cap. 2. num. 44. de iudiciis.* Horum opinio em veram non esse, ex his quæ dicemus infra satis clarè apparebit.

Secunda est opinio præcedenti omninò contraria, afferentiam crimen usurarum esse seculare, sicuti homicidium, furtum, & similia. Hujus opinionis sunt modernus Parisiensis, in *commentar. de contractib. & usuris q. 10.* & Didac. Covar. in *dicto cap. 3. n. 1. vers. ego*, cum scribit crimen usurarum non esse merè Ecclesiasticum, sed pertinere ad Judices Seculares inter Laicos, & seculares, sive quæstio sit juris, sive facti, & hos sequutus est Joannes Baptista Lupus, in *cap. quamquam commentar. quarto § 8. num. 66. vers. quæ opinio mihi videtur de usuris in sexto*, qui ejusdem opinionis refert Cacheran. sive Oialch. in *decis. 137. num. 10.* qui verè inclinavit, sed non satis eam clarè affirmavit. Hæc quoque opinio retinenda non est, cum rationes, & argumenta, quibus conatur Covar. eam tueri, satis vera non sint, ut demonstrabimus infra.

Tertia est opinio distinguendum duos Casus, quorum primus est quando non constat contractum esse usurarium, & scœneraticium, sed ambigitur, an sit licitus, vel illicitus, sicque peccatum continens. Hujus quæstionis, quam juris passim appellant Doctores, quos statim referam, esse quæstionem juris, cognitionem, & declarationem, pertinere ad Judicem Ecclesiasticum, non autem ad secularem, affirmant septem, & triginta gravissimi juris Pontificii, & Cesarei interpretes, quos majori ex parte congeffi *superiore libro. cap. 13. in tertio casu.* Doctores ii sunt.

1. Paulus Eleazar, in *clem. 1. de usuris*,

2. Bartolus, in *l. Titia num. 8. ff. soluto Matrim. l. omni in novatione num. 2. C. de sacrosanct. Eccl. & in l. quoties num. 2. cod. de iudiciis*, qui refert scripsisse Eleazarum sup. à citatum.
3. Baldus, in *conf. 311. quidam Thomas col. 2. vers. venio ad tertium lib. 2. & in conf. 311. in quæst. Calvagn. num. 1. in fine lib. 5.*
4. Federicus de Senis, in *conf. 96. apparet quædam num. 2. & in conf. 245. incipit D. Andræ in fine.*
5. Abbas, in *cap. cum sit generale num. 17. de foro compet.*
6. Ancharanus, in *conf. 98. istam quæstionem n. 3. vers. propterea advertendum, & in conf. 236. n. 3. vers. ad id facit.*
7. Zabarella, in *clem. ex gravi. q. 18. de usuris.*
8. Geminianus, in *cap. 1. num. 2. de usuris n. 6.*
9. Romanus, in *l. Titia num. 78. ff. soluto Matr.*
10. Batticus, in *dicto cap. cum sit generale num. 9.*
11. Castrensis, in *conf. 109. visa petitione, & in conf. 210. visis, & ponderatis omnibus n. 1. lib. 2.*
12. Franciscus, in *dicto cap. 1. n. 2. de usuris.*
13. Alexander, in *l. Titia n. 8. ff. soluto Matrim. in conf. 9. num. 5. lib. 4.*
14. Rodolphus, in *tract. de usuris q. 114.*
15. Ambrosius de Vignate, in *tract. de usuris num. 124.*
16. Corneus, in *conf. 159. num. 6. lib. 3.*
17. Felinus, in *cap. quanto num. 5. de iudiciis in cap. cum sit generale col. 2. num. 1. de foro compet.*
18. Jason, in *conf. 113. in secundo dubio num. 2. lib. 4.*
19. Decius, in *conf. 170. in fine.*
20. Bernardus, in *conf. 215. col. 1. lib. 2.*
21. Ripa, in *cap. 2. n. 18. de iudiciis.*
22. Afflictus, in *constitut. Regni. incipit statutus.*
23. Alciatus, in *cap. 1. n. 77. de Off. ordin.*
24. Marcus Antonius Blaucus, in *tract. de compromisso. q. 4. n. 9.*
25. Natta, in *conf. 198. n. 25. lib. 1. in conf. 369. n. 12. lib. 2.*
26. Navarrus, in *cap. novit. in sexto notab. n. 44. de iudiciis.*
27. Maranta, in *tract. de Ordine iudiciorum. distinct. 4. num. 10.*
28. Bossius, in *tract. de causar. criminal. in tit. de Principe n. 219.*
29. Craveta, in *conf. 6. n. 101. qui.*
30. Julius Clarus, in *practica criminali. §. usuris col. 3. vers. hoc crimen, & in §. finali q. 37. vers. quæro igitur.*
31. Imol. *conf. 75. n. 36. lib. 1. in conf. 96. n. 44. & 47. lib. 2. & in conf. 95. n. 4. lib. 4.*
32. Petrus Anibes, in *tract. de Prætor. cap. 50. in glo. uturas n. 1.*
33. Didacus Perez, in *commentar. ad leg. Hispaniz lib. 8. tit. 19. l. quinta ordina. col. 1. vers. dubitari etiam.*
34. Decianus, in *tract. crim. lib. 4. cap. 26. num. 3.*
35. Geronimus, in *tract. de Sacrorum Inmunitatibus. cap. 12. n. 50.*
36. Petrus Barbola, Hispanus, in *l. Titia. num. 48. vers. ult. ex resolut. ff. soluto matrim.*
37. Joannes Gutierrez, Hispanus, in *lib. 2. canonis quæstion. cap. 18. n. 21. ver. supradicto tamen, & in tract. de juramento confirmato in prima parte. cap. 2. n. 35. & 37.*

Hujus veræ sententiæ, ea est vera, & solida ratio, quod ad Judicem Ecclesiasticum, & non ad Seclarem

dem pertinet declarare, & judicare, an actus aliquis sit lege Divina licitus vel illicitus, atque ita an contineat, vel non, peccatum. Deus enim alloquens Moysen dicit, *si difficile & ambiguum* (sic legitur *Deuteronom. cap. 17.*) *apud te iudicium esse perspexeris inter sanguinem, & sanguinem, causam, & causam, lepram, & lepram, & iudicium in portas tuas videris verba variari; surge, & ascende ad locum, quem elegeris Dominus Deus tuus; veniesque ad sacerdotes Levitici generis, & ad Iudicem, qui fueris illo tempore &c.* Est laudè admodum difficile, & ambiguum, quod veritatur circa salutem animarum & discernere lepram à lepra, hoc est peccatum à peccato, & aliis supra probavimus, & in specie probat *cap. novit. de iudiciis ibi, de Plano cognoscunt, utrum iusta sit querimonia &c.* & illo in loco sensit Navarr. *in sexto. notab. num. 37.* & hæc quidem recepta sententia locum habet etiam si à Statuto, & lege Principis Secularis expressim aliter foret sancitum, sicuti Egregiè respondit Federicus de Senis, *in conf. 96. Apparet quadam in fine, quem sequuti sunt Castren. in conf. 210. visis, & ponderatis omnibus n. 1. lib. 2. & Decius, in conf. 170. in fine, et si aliter respondit Fulgositus, in conf. 146.*

Non obstant nunc tria illa argumenta, quibus Didacus Covar. & Joa. Baptista Lupus, *practicatis in locis*, usi sunt adversus receptissimam hanc sententiam. Nam illis satisfieri posse existimo.

Primò motus est Didacus, quod nullibi jus Pontificium vetuit Iudicem Laicum hac de causa cognoscere, imò permittit Iudicibus Secularibus super usuris jura dicere, jusque litigantibus reddere. *cap. post miserab. de usuris.* Quod si (subjungit Didacus) hoc crimen merè Ecclesiasticum foret, profectò jus canonicum alicubi Laicos Iudices id tractare prohibuisset juxta *cap. inam de ordin. cognit. cap. 1. cap. laior. & cap. causam, qui filii sine legit. & cap. inquisitionis. §. inhihemus de heret. in 6.*

Verùm respondetur, jus Pontificium generaliter prohibuisse Iudices Laicos cognoscere, & tractare causas spirituales. *cap. 2. de iudiciis, & ibidem Doctores, & differemus infra lib. 2. cap. 15.* Porò certum est inter causas spirituales connumerari actum de quo est contentio, an contineat, vel non peccatum, cum hic agatur de salute animarum, quorum cura est apud Ecclesiam, sicuti demonstravimus supra ex illo *Deuteronom. cap. 17.* & aliis, nec repugnat dictum *cap. post miserab. de usuris*, quia altero de duobus modis respondetur. Et primò quidem, quòd Principes illis Seculares id faciunt in Subsidium, tanquam delegati à summo Pontifice, sicuti declarant, & intelligunt Francus, *in cap. 1. num. 2. de usuris in 6.* Felinus, *in cap. cum sit generale col. 2. vers. 3. oppo. de foro comp. & Rolandus, in conf. 75. num. 39. lib. 1.* Secundò respondetur, quòd in casu dicti capituli, *post miserabilem*, quæstio erat facti, non autem juris, sicuti advertit ibi Abbas, *in primo notab. quem sequuti sunt Alexander, in l. Titia num. 8. ff. soluto matrim. Iason, in l. quoties col. ult. num. 8. C. de iudiciis Ripa, in cap. 2. num. 18. & Roland. in conf. 75. num. 35. vers. sexto nihil. lib. 1.* constabat enim illo in loco de ipsis usuris extortis, & ob id agitur solum de puniendis illis Iudicibus fœneratoribus. Qui de facti quæstione cognoscere potest Secularis, ut dicemus infra.

Secundò sic arguit Covar. & post eum Lupus, crimen istud usurarum nihil plus habet, quam homicidium, quam furtum, quam, similia scelera, quæ in damnum & injuriam proximi perpetrantur. *Hoc etenim* (inquit Covar.) *ita ad sensum patet, ut nullà indigeat probatione, & tamen prædicta crimina merè Ecclesiastica non sunt, ergo nec istud.* Respondetur distinguendo duos casus, quorum primus, est quando apparet, & manifestum est crimen homicidii vel

furti, vel simile esse commissum. Hoc casu nulla est differentia inter illa crimina, & hoc usurarum, de quo pariter constat quoad damnum, & injuriam illatam coram proximo. Nam hæc mixti fori sunt, cum sit quæstio facti, & non juris, & ob id, tam Iudex Laicus, quam Ecclesiasticus cognoscit, & poenam indicit, ut dicemus infra. Alter atque ita Secundus est casus, quando dubitatur, an illud quod fuit commissum sit crimen, & delictum, vel non atque ita, an actus ille sit licitus, sicque peccato carens, vel illicitus, hoc est peccatum continens. Hoc etià casu inter actum de quo ambigitur, an sit usurarius, & fœneratitius vel non, & consequenter illicitus, vel licitus, peccatoque obnoxius, vel non, & actum de quo ambigitur, an sit, vel non sit furtum, vel homicidium, sicque an sit licitus, vel illicitus, nulla est differentia; cum tam uno, quam altero in casu cognitio, & declaratio pertineat ad Iudicem Ecclesiasticum. De singulis dicam aliqua, & primùm de mutuo. Dedit tibi mutuo centum benevolentie gratiã. Dubitatur hic; an actus iste mutui sit fœneratitius, & usurarius, vel non, atque ita vel contineat peccatum, vel non. Hujus dubii cognitio, & definitio pertinet ad Iudicem Ecclesiasticum, hoc est Sæcæ Theologice interpretes, quos scimus sic distinguere. Aut ultra causam benevolentie, ut tuum erga amorem acquiram, nulla alia sub est, & tunc scenus, & usura non est. Aut præter causam benevolentie, alia adest causa, ut quia aliquid ultra sortem accepi, cel accipere spero, & tunc usura est. Ita post alios Dominicus Soto, *in lib. 6. de Iustitia, & iure q. 1. art. 2. conclus. 3.* Navarr. *in Manuali confessorum cap. 17. num. 217. & num. 219.* & Didacus Covar. *in lib. 1. variarum resolut. cap. 2. num. 4. in fine.* Est etiam exemplum an contractus mutui sit usurarius, si ratione lucri cessantis, vel damni emergentis, liceat pacisci de certa quantitate præstanda mutuo danti. Hoc diffiniunt Theologi atque Iudices Ecclesiastici, ut apud Navarr. *in practicato cap. 17. num. 210.* Didacus, *lib. 3. variar. resolut. cap. 4. num. 1.* Joa. Baptistam Lupum, *in L. curabit §. 6. n. 107. C. de actio empti, & alios retuli, in lib. 2. de arbitrar. iudic. casu 119. num. 4.* alia exempla quam plura legi possunt apud Bald. & Salicet. *in auct. ad hoc C. de usuris.* Sylvester. *in summa. in verbo usura. ibi. & alios, quos sciens omitto.*

De criminibus nempe homicidio, & furto, quorum meminit Didacus pauca adduci possumus exempla, cum perpauca sint casus, in quibus considerari potest, an sint liciti, atque ita possint carere peccato. De homicidio quidem dicimus, quòd diffinire, an certo casu homicidium fuerit licitum, atque ita an contineat peccatum, vel non, pertinet ad Iudicem Ecclesiasticum Exemplum est, quando Iudex iussit aliquem occidi, dubitatur an peccaverit, vel non, sic jubendo. Qua de re Divus Thomas, *in 2. 2. q. 64.* Sylvester, *in summa. in verbo homicidium il. 1. q. 2. tertium hominem q. num. 9.* Similia refert. Idem dicimus de furto certo in casu. Exemplum creditor qui à debitore consequi non potest, quod sibi debetur, an licitè surripiat rem debitoris, ut sibi satisfaciat. Hic dubitatur, an hoc dicatur furtum vel non, qua de re scribunt permulti Sæcæ Theologice interpretes, ut Divus Antoninus, *in summa. in secunda parte tit. 1. cap. 14.* Alex de Alex. *in summa. in quarta parte. q. 88.* & alii multi, quos congesti in *lib. 2. de arbitrar. iudic. casu 516. num. 2.* ubi etiam retuli alios quamplures juris Pontificii, & Cæsarei interpretes. Hæc responsione, & declaratione crediderim melius huic objectioni satisfacium, quam illi Joa. Gutierrez, *in dicto lib. 1. Canonic. Quæst. cap. 18. num. 21. vers. nihilominus tamen &c.* qui ob id dixit ad Iudicem Ecclesiasticum hoc pertinere, quia ab initio

usque renascentis Ecclesie lex Pontificia expressim pron.beris ultra sic contentiente jure Casareo; id quod contingit in furto, & homicidio. Hæc responsio mihi non satis probatur, tum quia idem esset dicendum de jure ipso Casareo, quod prius certis casibus prohibuit usuras, tum quia idem esset dicendum de questione facti, quæ tamen à Judice Seculari cognosci potest.

Tertio, & ultimo argumentatur Didacus, & Jo: Baptista Lupus, *practicatis in locis*, crimen usurarum dici non posse merè Ecclesiasticum, cum non solum lege naturali, & Pontificia sit prohibitum, sed etiam Casareâ, certis casibus, ut in *l. eos C. de usuris*, & latè differit ipse Didac. *in dicto lib. 3. variar. resolut. cap. 1.* & ego ipse, *in lib. 2. de arbitrar. Judic. casu 389. n. 14.* Cæterum respondetur argumentum quidem concludere quando constat de ipso crimine. Nam tunc punitur etiam lege Casareâ, atque ita à Judice Seculari, ut scripsi *in dicto casu 389. num. 31.* sed diversum est, quando ambigitur an sit, vel non sit crimen, & peccatum, quia hoc casu ad Judicem Ecclesiasticum spectat declaratio, an peccatum dici, vel non dici debeat, sicuti supra demonstravimus.

Et prædicta quidem recepta sententia locum habet etiam quando hæc questio juris usurz, & fœnoris per modum exceptionis tractaretur incidenter. Nam & tunc non Judex Secularis sed Ecclesiasticus cognoscere, & judicare debet. Ità Alexander *in l. Titia. num. 6. vers. contrarium tenent ff. soluto matr.* qui affirmat communem esse sententiam, quam probaverunt etiam alii multi, quos congeffi *superiore libro cap. 13. in secundo casu*, ubi inter alios retuli Anastasium Germonium, *in lib. 3. de Sactorum immunitatibus cap. 11. in fine*, & hæc quidem vera sententia mihi quoque placet cum non videam rationem diversitatis, & differentiz inter causam hanc, Quando tractatur principaliter, & quando incidenter, ex quo semper & spiritualis; in utraque enim agitur an contractus sit licitus, sicque peccato carens, vel illicitus, atque ita peccatum habens. Quocirca malè fenserunt illi, qui scriptum reliquerunt cognitionem questionis juris de contractu fœneratio pertinet ad Judicem Secularem, coram quo causa principalis ratione contractus inchoata est. Qua quidem in opinione fuerunt Guido Papæ, *in cons. 180. num. 2.* Iul. Clarus, *in pract. crim. §. finali q. 37. vers. quero igitur nunquid. in fine*, qui testatur vidisse sic observari Ioan. Gutierrez *in lib. 2. Canonie. quest. cap. 18. num. 27. vers. ceterum, quando &c.* & quidem prædictus Guido Papæ ejusdem opinionis refert Archidiaconum *in cap. quid decem 14. q. 13.* Io. Andream, *in clem. dispendiosam de Iudiciis Bart. in l. Titia n. 2. ff. soluto matr.* Baldum, *in cap. 1. §. similiter num. 3. de controvers. investit.* Salicetum, *in l. 1. §. eos n. 7. C. de usuris, & l. 1. C. de sensen. qua sine certa quanti. practicam Papiensem, in forma de declinatione jurisdictionis alicuius Iudicis. in gloss. nec fuisse Iudicem num. 8.* qui idem dixerunt de causa matr. incidenter tractanda. Cæterum, an pendente hoc incidente, an contractus sit illicitus, & fœneratitius, vel non Judex Secularis superfedere possit ab executione instrumenti, quod allegatur fœneratitium, vel Judex ipse Ecclesiasticus inhibere possit Iudici Seculari, ne procedat ad dicti instrumenti executionem, explicant Didac. Covar. *in dicto lib. 3. variar. resolut. cap. 3. vers. utrumque sit*, & meliùs, *in epitome de sponsalibus in secunda parte cap. 8. §. 12. n. 3. 4. 5.* & Gutierrez, *in dicto lib. 2. Canoniar. Quest. cap. 28. n. 28. & 29.*

Secundus est casus hujus secundi principalis casus, quando est sola facti questio, sicuti, quando ambigitur an contractus iste, vel ille, qui asseritur usurarius, fuerit initus inter Caium & Sempronium, hoc casu

judicium esse mixti fori, ut scilicet, tam Iudex Secularis, quàm Ecclesiasticus de eo possit cognoscere, & Judicare. Ità censent permulti ex doctoribus practicatis, & alii quam plures quos commemoravi *superiore lib. cap. 13. in tertio casu, in prima opinione.*

Hic constat hanc esse veram, & magis receptam sententiam, etsi ab ea dissentiant Imola, & Romanus, *in dicta l. Titia ff. soluto matr. ille, num. 10. iste, num. 7.* Iason, *in l. quoribus num. 6. C. de Iudiciis, & Decius, in cap. 2. num. 24. vers. quarto fallit extra. eod. tit. de Iudiciis*, & alii multi quos congeffi *superiore libro, in secunda opinione tertii casus.*

Nec urgent rationes, & argumenta, quibus ii moti sunt. Et primò quidem sic voluerunt argumentari; In connexis idem judicatur de uno, quod de altero, sicuti multis probavi, *in lib. 2. de arbitrar. Judic. casu 95.* Porro questio facti, & questio juris duo connexa sunt, sicuti in specie respondit Fulgos. *in cons. 134. in quest. ad finem*, cum ex facto jus oriatur. *l. si. ex plagis §. in Divo ff. ad l. Aquil.* cum ergo questio juris pertineat ad Iudicem Ecclesiasticum, idem dicendum est de questione facti, *iuxta cap. quanto de Iudiciis*, ubi causa juris patronatus propter connexitatem, quam habet cum causa spirituali, pertinet ad Iudicem Ecclesiasticum.

Respondetur primò secundum Petrum Barbosam, *in dicta l. Titia. num. 25. ff. soluto matr.* imò questionem juris esse separatam à questione facti, sicuti aliquot exemplis ipse declarat, & ego retuli *superiore libro cap. 13. in secunda opinione secundi casus, in responsione ad quartum argumentum.*

Respondetur secundò, etsi admittimus factum dici connexum juri, quod descendit, & provenit ab ipso facto, & ob id eiusdem esse qualitatis, & naturæ, cujus est ipsum factum, attamen non urget argumentum. Nam duplicis speciei est factum; aliquod est simplex, aliquod verò qualificatum. Est sanè simplex, quando scilicet dubitatur solum, an Cajus mutuo dederit centum Mevio. Hujus facti questio pertinet ad Iudicem Secularem, hic casus, qui clarus est, ad rem nostram non spectat. Factum qualificatum est ut si proponatur Cajum, mutuo dedisse centum promissis usuris. Si de hoc facto, & eius qualitate clarè, & manifestè constet, ejus questio mixti juris est, atque ita tam apud Iudicem Secularem, quàm Ecclesiasticum, sicuti recepta est sententia supra commemorata, tractari potest, & ob id jus ex pacto descendens, quod est restituendi, vel non restituendi rem mutuo datam, & puniendi creditorem, ad utrumque Iudicem pariter pertinet, cum uterque pro suo jure, ut dicemus infra, punire possit ipsum creditorem fœneratorem. Ità rectè loquuntur sup à in secundo hoc casu allegati. Si verò de hoc facto cum ejus qualitate non constat, ut quia non apparet manifestè de fœnore, & usura, atque ita an sit contractus licitus, vel illicitus, hujus sanè facti questio, & jus ab eo descendens pertinet ad solum Iudicem Ecclesiasticum, cujus est proprium discernere, & declarare, an contractus ille contineat, vel non, peccatum, sicuti declaravimus supra *in primo casu huius secundi casus principalis.*

Secundò obiicit Iason, *in dicta l. quoribus num. 6. C. de iudiciis.* quòd lex non debet esse imposita verbis. *l. 2. C. comm. de lega. & fideicom.* atque ita elusoria esse non debet. Atqui nostro in casu, si concedimus questionem facti pertinere ad Iudicem Secularem, juris verò questionem ad Iudicem Ecclesiasticum lex dicitur imposita verbis, sicutque elusoria reddetur, quia reus conventus semper opponere poterit per viam juris, nempe contractum esse usurarium, & fœneratitium ergo &c.

Respondetur paucis, dici non posse legem impositam

impōsitam, etiam si reus conventus opponat per viam juris, quia vel clarè constabit de ipso jure, hoc est de fēnore, & usuris, & tunc res erit manifesta, nempe causam esse mixti fori; aut non apparebit de ipso fēnore, sed dubium erit an contractus sit, vel non sit fēneratius, & tunc causa pertinebit ad Iudicem Ecclesiasticum, ut supra declaravimus.

Ceterum solet dubitari, quandò clarè constat contractum esse usurarium, & fēneratium, atquè ità causam esse mixti fori, adverſus quos, Iudices ipsi, Ecclesiasticus scilicet, & Secularis jurisdictionem, & imperium exercent. Una est opinio eorum, & quidem communis, quod inter Laicos, & Seculares cognoscere debeat solus Iudex Secularis, inter Clericos verò Iudex Ecclesiasticus tantum. Ità sate Bartolus in l. quorū C. de iudiciis. Ancharanus, in conf. 98. col. 1. vers. prater ea, Abbas, & Felin. in cap. cum sit generale de foro compet. ille, col. pen. iste, col. 2. vers. tertia opinio. Aufreſius, in tract. de potestate Seculari super Ecclesiasticis reg. 4. num. 11. Igneus, in repet. l. necessarios §. non alias num. 483. ff. ad S. C. Syll. Sequutus est Iasonem, in dicta l. quorū. Marcus Antonius Blancus, in tract. de compromisso q. 4. num. 9. vers. aut est questio facti. Navarr. in cap. novit. in sexto notab. num. 44. & Io. Gutierrez, in lib. 2. Canonico. quest. cap. 28. n. 11. Altera sicquēsecunda est opinio, quòd tam Iudex Ecclesiasticus, quàm secularis potest cognoscere, & pœnam indicere contra Secularem usurarium. Ità Didac. Covar. in lib. 3. var. resolut. cap. 3. num. 1. ad finem, vers. quartò non est hac in re; qui tectant hodiè sic ferveri, idem dicimus, ut infra dicemus, de aliis criminibus mixti fori, de quibus Iudex Ecclesiasticus cognoscit, & pœnam indicit Seculares.

Dubitatio fortè maior versatur, quā pœna Laicus, & Secularis puniri possit à Iudice Seculari. Hac de re scripsi copiosè, & diligenter, quantum patui mea pro mediocritate, in lib. 2. de arbitrar. iudic. casu 393. ubi distinxì, atque constitui quatuor casus. Quorum primus est, quando Laicus exegit usuras ultra modum à jure Civili permissum. Hoc casu dixi, in dicto casu 398. num. 14. Laicum hunc puniri posse à Iudice Seculari pœnā extraordinariā pro Iudicis arbitrio. Secundus est casus, quando Laicus exegit usuras intrā modum à lege civili permissum. Hoc casu scripsi practicato in loco, num. 28. in foro civili hunc puniri minimè posse. Tertius est casus, quoad forum juris Pontificii, quando Laicus est fēnerator manifestus. Hoc casu dixi, practicato in loco num. 33. huic puniri posse, & debere à Iudice Ecclesiastico, & primum quidem pœna restitutionis, deinde etiam aliquā pœna, de qua in cap. 3. de usuris, nempe, quòd non admittatur ad Sacram Communionem, ad oblationes, & careat sepultura. Punitur fēnerator iste manifestus à foro Seculari, à Iudice Seculari, tanquam juris Pontificii exequutore, & ministro, ut statim dicemus. Quartus est casus, quando Laicus non est fēnerator manifestus: Hoc sanè casu, in foro Pontificio punitur iste pœnā extraordinariā, ut scripsi in dicto casu 398. num. 4. ubi num. 41. scripsi puniri etiam à Iudice Seculari, & hoc quidem sine controversia locum habet, quando Principis Secularis edictò, vel Civitatis statutò prohibentur urz, indictā pœnā contra fēneratores, ut scripsi practicato in loco. Et ejusdem itacuta, & decreta valere, dubitandum non esse scribunt Doctores à me in illo loco congesti, & accedunt Natta, in conf. 369. Riminald. lun. in conf. 318. & Antonius Sola in commentar. ad constitut. Antiq. Sabaud. & Pedemont. in tit. de usuris gloss. 1. num. 3. in fine. In hoc Dominio Mediolani extat decretum. Ioan. Galeacii Ducis Meliori quod ità scriptum legitur. Item Iudex Ecclesiasticus ad quem spectat, possit cognoscere con-

tra usurarios qui habent mensam seu altare paratum ad pravam usurarium voragine exercendum, & realiter de facto exercent per se, vel per alios, cum eo casu sit notorium eos esse usurarios, adeò quòd non possit aliquā tergiversatione celari.

Item contrā usurarios manifestos, de quibus notorium est de jure quia sicut de usuraria causa condemnati vel sunt confessi se esse usurarios, de qua confessione constet per publicum instrumentum, seu pacta facta cum Iudice competenti, vel per formam publicam, quæ contrā usurarium liberet in Civitate, in qua degit, de qua probetur coram Iudice Seculari, quā probatione factā, si actor voluerit, teneatur Iudex Secularis ipsum usurarium cum omnibus actis remittere ad Ecclesiasticum Iudicem, coram quo acta facta coram Iudice Seculari fidem faciunt & Iudex Ecclesiasticus determinet causam & in isto casu, & præcedentibus sit actoris electio, utrum velit pro usura ad restitutionem coram Iudice Ecclesiastico, vel Seculari usurarium remittere.

Item in casu mortis Iudex Ecclesiasticus possit contrā usurarios procedere ad denegandam Ecclesiasticam sepulturam, & ad cogendum ipsos ad restituendas usuras, vel ad præstandum de restituendo idoneam cautionem, & ad exhibendum libros usurariæ pravitatis prout canonicæ sanctiones declarant, non autem ad quzsum pecuniarium aliquem perinde faciendum.

Item possint Iudices Ecclesiastici, post mortem usurariorum, exercere jurisdictionem contrā hæredes usurariorum, & ipsos compellere ad libros usurariæ pravitatis exhibendos, & ad restituendum illis, à quibus sint extortæ usurz, vel ipsorum hæredibus, vel successoribus, prout disponunt canonicæ sanctiones & Iudex Laicus in exercenda jurisdictione contrā dictos hæredes secundum formam canonicarum sanctionum, non debeat Iudicem Ecclesiasticum aliquatenus impedire. In aliis verò casibus, qui superius ex præmissis, propter multas fraudes quæ committuntur etiam per Laicos volentes creditores deludere, & variis eorum exquisitis fraudibus contractus qui celebrantur infringere, hortantur Iudices Ecclesiastici, quòd relinquunt Laicos Iudicibus Secularibus, & de ipsis Laicos se non intromittant, trahendo eos, vel volendo eos trahere ad forum Ecclesiasticum, ad audientiam tribuendam.

Tertius casus criminalis mixti fori, est crimen Blasphemiz quod punitur, tam à Iudice Ecclesiastico, quàm à Seculari. cap. 2. de maledicis. Socin. Sen. num. 8. ad not. & idem scribunt Calderinus, in conf. 2. in tit. de Iudeis. Anchar. in conf. 9. Felinus, in cap. cum sit generale num. 4. de foro comp. Franciscus Martius, in q. 123. num. 9. in prima parte, Simanc. in Cath. institut. cap. 8. de Blasphem. num. 4. Hieronymus Beluga, inter conf. Socin. Sen. in conf. 119. num. 7. & num. 12. vers. quimò quia lib. 4. Aufreſius, de potestate Seculari super Ecclesiasticis Reg. 4. num. 17. & Decianus, in tract. 1. lib. 4. cap. 4. col. 4. vers. duodecimo. & cap. 26. num. 13. & ibidem col. 3. vers. Iudei quoquē. etſi Maranta, in tract. de ordine Iudiciorum undecima num. 10. post Abbatem, & Ioan. de Anan. in dicto cap. 2. de maledicis appellat. crimen Ecclesiasticum simpliciter. Iure Cæsareo crimen hoc punitur pœnā mortis, sicuti statuit Iustinianus, in auth. ut non luxurientur contra naturam, & post multos scripsit, in lib. 2. de arbitrar. iudic. casu. 375. num. 25. ubi num. 26. commemoravi aliquos affirmantes pœnam hanc hodiè in desuetudinem abiisse jure Pontificio, ut eodem in casu 375. num. 27. scripsi. Indicta est contra Seculares pœna majoris excommunicationis, & num. 28. in fine. Subiungit Gregorium nonum Pontifex

M. x. statuisse Laycum blasphemum puniri primum à Iudice Ecclesiastico pœnâ spirituali, à Iudice verò Laico pœnâ pecuniariâ, ut legitur in dicto cap. 2. de malod. Concilium Lateranense sub Leone X. (quemadmodum scripsi in eodem casu 375. num. 29.) itavit Secularem ob blasphemiam puniendum esse aliquando pœnâ pecuniariâ, aliquando perpetui carceris, aliquando trirerium, & num. 30. adjunxi ex Hostienf. & Sequac. sententiâ, hodie pœnam esse Iudici arbitrariam, quæ tamen ob blasphemix atrocitatem extendi potest usque ad mortem.

Quartus casus criminalis mixti fori, est crimen perjurii, de quo cognoscit, & pœnam indicit, tam Iudex Secularis, quàm Ecclesiasticus etiam contra Laicum perjurum. Ità Bald. in l. nulli C. de testibus, & in l. 2. C. de fide instr. in tit. de pace constantie in verbo rossali. Joan. Andr. in cap. cum C. Laicus de foro compet. in 6. & in cap. licet de iureiura. in 6. Abbas, in cap. cum sit generale num. 2. vers. quandoque constat. de foro comp. Romanus, in sing. 425. ego coram, & in conf. 512. num. 4. Guido Papæ, in conf. 29. & in q. 178. Ancharanus, in dicto cap. cum sit generale de foro compet. & in dicto cap. licet. de iureiura in 6. Alexander, in additionibus ad Bart. in l. de periuriis ff. de crimine stellion. Corneus, in conf. 214. col. 4. in fine lib. 2. Felin. in cap. 2. num. 26. de sponsalibus. Parpalea, in l. si quis maior. num. 42. & ibidem Cagnolus, num. 122. de transact. Igneus, in repet. l. necessarios §. non alias num. 509. ff. ad S. C. Syll. Alfonso de Castro, in lib. 2. de iusta heret. punit. cap. 26. Decianus, in tract. crim. lib. 4. cap. 26. num. 6. Seraphinus, in tract. de privilegiis iuramenti privil. 67. num. 8. & Ignatius Lopez, in additionibus ad pract. Canonic. criminalem Bernardi Diaz. cap. 92. ad finem vers. nec illud, & prædicti quidem omnes intelligunt, quando constat commissum esse perjurium, non autem quando juris est quæstio, nempe quando dubitatur an perjurium sit, vel non sit. Hæc enim juris quæstio ad solum Iudicem Ecclesiasticum pertinet & in specie advertit post alios Decianus, in dicto cap. 26. num. 6. vers. qua tamen. Et hoc casu defendi potest opinio Germonii, in lib. 2. de Sacrorum immunitatibus cap. ult. num. 68. et si aliter scribit Igneus, in dicto §. non alias num. 510. pœna perjurii adversus Secularem, tam jure civili, quam canonicò est infamia l. si quis maior. C. de transact. & cap. infames 6. q. 1. & scribunt gloss. & Doctores, in cap. querelam de iureiura. & Didacus, in cap. quamvis in prima parte §. 7. num. 5. de pactis in 6. Jure civili indicta est alia pœna, nempe criminis stellionatus, ob id exulat ad tempus. l. ult. ff. de crimine stellio. Didacus, ubi supra. In dicta etiam est eò jure pœna extraordinaria, ut scribunt multi, quos retuli, & probavi, in lib. 2. de arbitrar. Iudic. casu 319. num. 9. & 23. Eodem jure punitur etiam aliquando pœnâ fustigationis, ut dixi post alios, in dicto casu 319. num. 7. Jure Pontificiò Secularis perimus punitur pœnâ capitali. cap. Rex. 23. q. 5. ubi gloss. & Dator. Aliquando etiam punitur pœnâ arbitrariâ Iudici. cap. qui falsa 3. q. 4. eo tradit Archidiaconus, in dicto cap. Rex. in fine.

Quintus casus criminalis mixti fori est crimen Adulterii, quòd tam à Iudice Ecclesiastico quàm à Seculari puniri potest, sicuti scribunt Ioan. Andr. in cap. ult. de iudiciis in 6. Innocentius & Abbas, in cap. tua de procurat. Guido Papæ, in q. 178. Marian. Socin. in cap. cum sit generale num. 24. vers. in ea gloss. ibi. adulter. de foro compet. Decius, in conf. 211. col. 1. Aufreterius, de potestate Seculari super Ecclesiasticis reg. 4. num. 14. Bermondus Coveronius, in tract. de concubinar. in rub. de adulterio num. 23. Iul. Clarus. in pract. Crimin. lib. 4. cap. 26. num. 7. verum à prædictis dissentit Alciarus, in cap. 1. num. 15. de off. ord. qui &

Decian. in tract. Crim. lib. 4. cap. 26. num. 7.

Verum distinguendæ sunt pœnæ, ac etiam adulterium committentium personæ, sicuti distinguunt Socinus, & Decianus præcisatis in locis, quos in multis aliò observato ordine sequor. Uterque Iudex cognoscit, & pœnis afficit adulteram, quando eadem pœna indicta est tam à lege civili, quàm à Canonica, sicuti est pœna deturionis in Monasterium, quæ à Justiniano imposita est. in §. si verò quando in auth. ut nulli iudicium & in auth. sed hodie C. ad leg. Iul. de adulter. & Pontifices, in cap. fraternitas num. 34. distinct. & in cap. gaudemus de con. coniug. & in specie ità tradunt Romanus, in sing. 674. nos sumus. Socin. Sen. in dicto cap. cum sit generale num. 24. & Decianus, in dicto cap. 26. num. 7. vers. quarta sit conclusio, & hic accedunt Didacus, in Epitome de sponsalibus parte secunda cap. 7. num. 19. & Jul. Clar. in pract. crim. §. adulterium vers. sed quæro quæ sit pœna, & sequutus sum, in lib. 2. de arbitrar. Iudic. casu 419. n. 73. Iudex tamen Secularis hoc in casu deturionis in Monasterium requirere debet auxilium Iudicis Ecclesiastici, sed cujus iurisdictione est ip'um Monasterium, in quod detrudenda est ipsa adultera, sicuti Socinus, & Decianus rectè advertunt. Idem Iudices Ecclesiasticus scilicet, & Secularis pœna incisionis capillorum afficiunt adulteram, cum utroque jure, nempe Cæsareò, & Pontificiò indicta est hæc pœna, dicta auth. sed hodie C. de adulter. & cap. de benedictio 22. q. 1. & in specie tradunt Socinus, & Decianus, præcisatis in locis. Iudex Ecclesiasticus solus, indicit pœnam salutarem, hoc est pœnitentiam, pro suo arbitrio, cum hæc à solo jure Pontificio, cujus est proprium, indicta sit. cap. mensuram, & cap. quem pœnitent. de pœnit. distinct. 1. cap. ult. 32. q. 5. & cap. 1. de off. ordin. & tradunt omnes, in cap. at si Clerici §. de adulter. de iudic. ubi Abbas, & Decius Felinus, in cap. cum I. & ob de re iud. & Decianus, in dicto cap. 26. num. 7. vers. prima est & c. qui ejusdem opinionis refert Ioan. Audr. & Archidiac. Ità pariter solus Iudex Ecclesiasticus indicit pœnam seu declarat, separationis tori, cap. tua de procura, ubi scribentes omnes. Feder. de Senis, in conf. 236. num. 3. Abbas, in cap. 1. num. 3. de Officio Iudicis ordin. Romanus, in dicto sing. 674. vers. prima. Decius, in conf. 211. num. 2. Didacus, in epitome de sponsalibus in secunda parte. cap. 7. num. 8. Jul. Clarus, in pract. crim. §. finali q. 37. vers. quæro nunquid causa adulterii, Decianus, in dicto 26. num. 7. vers. tertia sit conclusio. Hæc enim pœna leparationis tori indicta est à solo jure Pontificio, quod solum statuere ità potuit, ex quo agitur de Sacramento Matrimonii, quod omnino tolli non potest, et si lex civilis matrimonium in totum dissolvit. l. consensu C. de repudiis, sic quoque solus Iudex Ecclesiasticus indicit pœnam excommunicationis adversus adulterum, vel adulteram Secularem, ut tradunt Socinus, & Decianus, ubi supra. Hanc enim pœnam sola lex Pontificia indicare potuit, sicuti indixit cap. intellectus de adulter. quod advotavi in lib. 2. de arbitrar. Iudic. casu 419. num. 73. & accedit Iul. Clarus, in dicto §. adulterium vers. sed quæro quæ sit pœna, Iudex verò Secularis solus indicit pœnam sanguinis contra Secularem adulterum; Ità Ancharanus, in cap. ea qua num. 10. vers. item cum ad pœnam legalem de reg. iuris in 6. Barba in cap. cum sit generale num. 22. de foro compet. Decian. in dicto cap. 26. num. 7. vers. quinta sit regula. Hæc enim pœna sanguinis adversus virum adulterum indixit solus Justinianus in §. si verò. in auth. sed hodie C. de adulter. & scripsi in dicto lib. 2. de arbitrar. Iudic. casu 419. num. 57. Quam quidem pœnam sanguinis nec indixit, nec indicare potuit lex Pontificia, cap. sententiam sanguinis ne cler. vel mora.

Supereft tantum una, nec satis levis dubitatio, quæ

ante versatur circa pœnam amissionis dotis utroque Jure, Cæsareo scilicet, & Pontificio indictam adversus adulteram, ut in *l. consensu C. de repudiis*, & in *cap. plerumque de donat. inter vir. & uxor.* & scripti in *dicto casu* 419. Est sanè dubitatio, an pœnam hanc iudicare ita possit Iudex Ecclesiasticus quàm Secularis; Hæc in re distinguo, atque constituo tres casus, quorum primus est, quando tractatur principaliter causa separationis tori ob ipsum adulterium à muliere perpetratum, & in consequentiam, sicquè necessariè, causa amissionis dotis; Hoc sanè casu, sicuti Iudex Ecclesiasticus tantum cognoscit, & pronunciat Federicus de Senis, 236. in *questione vertente. num. 3. vers. item sciendum* &c. qui idem dicit de causa alimentorum. Federicum sequuti sunt Decius, in *conf. 212. num. 1.* & Decianus, in *tract. crim. lib. 4. cap. 26. n. 7. vers. sexta sit conclusio*. Et hujus traditionis ea est ratio, quòd Iudex causa principalis est etiam Iudex accessorii ipsius causæ, sicuti in specie causæ matrimonii probatur *cap. tuam de ord. cognit. & cap. labor. qui filii suos legit.* ubi Iudex Ecclesiasticus, qui super matrimonio cognoscit, etiam super filiorum legitimatione, quæ est causa accessoria matrimonii, pronunciat. Et accedit *glos. notab. in cap. de prudentia in verbo incidens de damnatio inter vir. & uxor.* & apertius ad rem nostram Baldus, in *l. in contractibus §. ult. in fine C. de non numer. pecun. Abbas, in cap. licet ex susceptio num. 11. vers. sexus decimus casus de foro compet.* Idem dicendum est è contrà, quando mulier ob adulterium à marito commissum repetit dotem, torò separatò. Ità sensit Castrenf. in *conf. 65. viso quodam libello num. 3. lib. 1. de quo statim dicemus*. Alter, atque ità secundus est casus, quando principaliter agitur, vel de amissione dotis ob adulterium uxoris, vel de dotis restitutione propter mariti adulterium, & in separatione tori Iudex Ecclesiasticus nullum de ipsa dote fecit iudicium. Hoc sanè casu magna est dubitatio, crediderim verius esse ad Iudicem Secularem pertinere causam hanc, ex his quæ scripti *suprà cap. 6. in fine*, ubi dixi veriorè esse opinionem eorum, qui absolute affirmarunt, quòd quando de causa dotis agitur inter Seculares, ejus cognitionem, & definitionem pertinere ad Iudicem Secularem tantum. Tertius est casus, quando constat de ipso adulterio sed adhuc non est facta separatio tori à Iudice Ecclesiastico, sed mulier, quæ recessit à viro petit dotis restitutionem, vel è contrà maritus contendit eam esse amissam. Hoc casu, eisdem rationibus. Nec quidquam urget responsum Castrenf. super allegatum, & probatum à Decio, in *dicto conf. 112. num. 1. vers. & idem tradit. dum*, respondit, non posse pronunciaré super amissione, vel restitutione dotis, nisi præcedit tori separatio à Iudice Ecclesiastico facta. Nam vera non est Castrenf. & Decii opinio, sicuti rectè advertit Decianus, in *loco suprà commemorato*.

Sextus casus criminalis mixti fori est, quando quis duas uxores eodem tempore duxit. Ità in specie scribunt Ancharanus, in *cap. ea, qua num. 10. de reg. juris in 6. Barba. in cap. cum sit generale num. 227. de foro compet.* & Decian. in *tract. crim. lib. 4. cap. 26. n. 7. in fine*, & rectè ii quidem senserunt, cum tam jure civili, quàm canonicò graves indictæ sint pœnæ adversus hos, qui unò tempore multas habent uxores, sicuti fusissimè scripti in *lib. 2. de arbitrar. iudic. casu* 420. ubi, *num. 98. & 99.* dixi jure civili indictam esse pœnam mortis naturalis adversus eum qui plures eodem tempore habet uxores, & *num. 101.* scripti multos Doctores existimasse eum qui duas tantum eodem tempore duxit uxores puniri pœnâ publicationis partis bonorum, & relegationis, si est persona honesta; si verò est vilis, pœnâ aliquâ corporali adiciatur, & fustigationis. Verùm, eodem in *casu* 420. n. 102,

ea in opinione sui, ut etiam pœnâ mortis naturalis puniri possit, qui duas tantum uxores eodem tempore habet. Jure Pontificio puniuntur ii publicâ ignominia, ac etiam tanquam de hæresi suspecti, cujus sanè pœna est pecuniaria pro iudicis arbitrio, quemadmodum, post alios, scripti, in *lib. 2. de arbitrar. iudic. casu* 374. num. 8.

Septimus est casus criminalis mixti fori, crimen Sodomiz, de quo cognoscit, & pœnam indicit tam Iudex Ecclesiasticus, quàm Secularis, sicuti scribunt Abbas, in *cap. in Archiepiscopatu num. 7. de rapro. Marian. Socin. Sen. in cap. cum sit generale num. 25. de foro compet. & ibidem Barbat. num. 237. & Felinus num. 25. sic & Franciscus Aretinus, in conf. 157. col. 2. vers. præterea ista opinio*. Hieronymus Bellaga, inter *conf. Socin. Sen. in conf. 119. num. 25. lib. 4. de potestate Seculari super Ecclesiasticis reg. 4. num. 18.* Bermond. in *tract. de concubinar. in rubr. de peccato Sodomitico num. 43. Jul. Clar. in pract. crim. q. 37. vers. item quare*. Decianus, in *tract. criminal. lib. 4. cap. 26. num. 11.* & Anastasius Germonius, in *lib. 3. de Sacrorum immunitatibus cap. 12. num. 60.* & ego ipse, in *lib. 2. de arbitrar. iudic. casu* 286. num. 28. Secundum novissimam impressionem Coloniensem. Jure Cæsareo crimen hoc punitur his pœnis, quemadmodum scripti in *dicto casu* 286. num. 10. usque ad 21. quorum prima est, pœna mortis naturalis; secunda, amissionis bonorum, tertia, infamiz; quarta, quòd testamentum nequeant conficere. Jure Pontificio indicta est pœna separationis tori, præsertim, si maritus uxorem de hoc vitio tentaverit, ut scripti, in *dicto casu* 286. num. 10. secunda est pœna excommunicationis *cap. Clerici, ubi Abbas, & reliqui de excess. prelat.*

Octavus casus criminis mixti fori est criminis Concubinitus inter Seculares, sicuti tradunt Buticus, & Antonius in *cap. cum sit generale de foro compet. & ibidem Marian. Socin. Sen. num. 24. vers. item secundum Goffred. Bermond. Choveron. in tract. de concubinar. in verbo qua lege. in fine*, & Decianus, in *tract. crim. lib. 4. cap. 26.* Et hæc quidem sententia fulcitur eâ ratione, & argumentò, quòd hic concubinitus punitur etiam à lege civili, quemadmodum affirmant Joan. Andr. & Host. in *cap. sine culpa juris in 6. Abbas, in cap. ut Clericorum de vita, & honest. Cler. Sylvester Prier. in summa in verbo concubinitus num. 2. Alexand. in conf. 59. num. 3. in fine lib. 4. Felinus, in cap. cum sit generale num. 13. de foro compet. Ripa, in *l. ult. num. 38. in fine. C. de revocan. donatio. Cagnol. in l. si qua illu. stris num. 11. C. ad S. C. Orfi. Paleottus, in tract. de nobis spuris que filiis cap. 12. num. 11.* & ego ipse, in *conf. 461. num. 20. lib. 5. & in lib. 2. de arbitrar. iudic. casu* 289. in fine secundum novam impressionem Coloniensem, ubi ejus opinionis rationem retuli, & quidem hæc in Mediolanensî editione sic declaratum fuit à Senatu, annò 1567. diè 21 Julii, quòd scilicet concubinarij pœnâ plestantur pecuniariâ pro iudicis arbitrio.*

Quocirca rejicienda est contraria opinio eorum, qui scriptum reliquerunt hoc crimen concubinitus Secularium esse merè Ecclesiasticum. Hac in opinione fuerunt Hostiensis Goffred. Speculator. Abbas, Barbatia, Jul. Clar. & Germon. quos commemoravi, in *precedenti capite in sexto casu*, & ii quidem, vel ex eo moti sunt, quòd hic concubinitus solò jure Pontificio damnatur, non autem jure Cæsareo, ut tradunt Alexander sibi parum constans, in *l. ex facto §. si quis rogatus num. 13. ff. ad Trebell.* Socin. Sen. in *l. cum avus num. 65. vers. magis tamen ff. de conditio. & demonstr.* Anton. Rejellus, in *tract. de legitimat. lib. 1. cap. 5. lo. de Garonibus, in rub. l. de secundis nuptiis num. 28. & in l. 1. num. 28. C. eodem.* Bermond. Choveron. in *tract. de concubinar. in verbo concubinitus*

dimittat. n. 3. & in verbo penitus arcere. n. 3. Didacus, in Epitome de sponsalibus. in prima parte. cap. 4. in initio. n. 8. & Iul. Clarus. in pract. crim. §. fornicatio, vers. & in primis. Quæ sanè ratio vera non est, ut jam diximus.

Extenditur hic casus, ut locum habeat etiam in concubinato personæ Eccl. nempe Clerici, cujus concubinæ crimen esse mixti fori affirmant Auf. in *tract. de potestate Seculari super personis Ecclesiasticis regula secunda n. 34. & Boer. in cap. 72. n. 34. qui ambo testantur ita seculari in Regno Franciæ, ut scilicet hæc concubina Clerici puniri possit etiam à Iudice Seculari. eandem opinionem probarunt Everardus, in *conf. 202. n. 10. vers. maximè quando. Bermond, Choveron. in tract. de publicis concubinar. in verbo penitus arcere. n. 5. dum dixit hunc concubinatum omni jure prohibitum esse. Lancellottus Gallia, in commentarium ad consuetud. Alexandria, quod maritus non possit relinquere uxori. in verbo maritus. q. 4. n. 12. Petrus Binsfeldius, in tract. de injuriis & damno dato. cap. 7. q. 2. in decima tertia conditione. pag. 413. vers. at Iudex Secularis. Nicolaus Pignolatus, in additionibus ad Romanum, in sing. 665. incipit, uxor. Iul. Clar. in pract. cum §. finali. q. 37. in fine. Et, si rectè perpendimus, idem primus sensit Anchar. in *conf. 196. n. 2. juncto n. 4. vers. distinguendo &c. dum duo dicit, primum, quod hæc concubina, si modo sit notoria, puniri possit à Iudice Seculari; intelligit Anchar. secundum jus commune. Alterum est, quod scribit Anchar. valere statutum quod hæc concubina possit puniri à Iudice Seculari, & quidem, vel eâ ratione probatur horum sententia, quod hic concubinatus Clerici dicitur crimen sacrilegij, ut tradunt Abbas, in *cap. ut Clericorum n. 6. de uita, & honest. Clar. Boer. q. 72. n. 6. & Ignatius Lopez, in additionibus practicar. Canonic. Bernardi Diaz. in cap. 72. col. 12. vers. sunt quidem multi. in fine sacrilegij autem Crimen esse mixti fori, diximus supra in primo casu. Alij dixerunt hunc concubinatum esse crimen adulterij. Ità sanè gloss. in *cap. pro venerab. qui filij sint legit. in verbo adulterium. & ibidem Abbas, in n. 32. testatur communem esse opinionem; idem, in cap. ut Clericorum n. 6. de uita, & honest. Cler. Petrus Plata, in Epitome delictorum cap. 41. n. 31. & Ignatius Lopez in loco prælegato, qui post, Abbatem in dicto cap. ut Cler. dixit esse adulterium spirituale. Porro crimen Adulterij esse mixti fori demonstravimus supra in quinto casu. Alij denuum affirmarunt hunc concubinarum esse crimen incestus, sic sanè gloss. in l. 2. in verbo filij. C. de Episcop. & Cler; & ibidem Bald. n. 2. scribit, sic aliquando fuisse declaratum Griland. in tract. de panis omni fariam coitus q. ult. in fine & Lancellot. Corrad. in tract. de prat. lib. 1. cap. 9. tit. de incestuosis, & nefariis. n. 22. & 23. Incesti autem crimen esse mixti fori dicemus in subsequenti casu.*****

Hic intelligimus hanc esse veram, ac receptam opinionem adversus eos, qui opinati sunt hunc concubinatum Clerici, & mulieris solutæ, esse merè Ecclesiam, etiam respectu ipsius Mulieris, qua quidem in opinione sunt gloss. in *cap. eos distinet. 32. & ibidem Geminianus, Præpositus, & Turrecrem. sic & Federicus de Senis, in conf. 167. incipit. mulier. accusata, Abbas, in cap. cum sit generale. n. 25. de foro compet. & in cap. si concubina. de sententia excom. Romanus, in sing. 665. incipit, uxor. Ioan. de Platea, in l. 1. n. 7. 6. de mulier. & in quo loco. lib. 10. Iason. in l. cum quedam puella. n. 27. ff. de jurisd. om. Iud. Felinus, in cap. Ecclesia Sancta Maria n. 102. de consti. & Cosmus Gumier. in pragm. sanct. in tit. de concubinar. §. ipsas autem concubinas, in glo. arcere. & in §. cum omne. in glo. pertinet.*

Nec vera est ratio, qua aliqui ex prædictis usunt, quod hic, concubinatus sit simplex fornicatio, ut tradunt Zabarella, in *Clem. ad nostrum vers. 7. n. 3. de hæreticis, & ibidem Imola, in fine. Caccialupus, in l. signa illustis. n. 31. C. ad S. Corp. Decius, in cap. at si Clerici. in princ. n. 37. de Iudicij Boff. in tract. caus. crim. tit. de coirn damnato. n. 15. Ferrandus Vofquius, in tract. de successione creatione, & progressu lib. 3. de testamentis. §. 22. & Iul. Clar. in pract. Crim. §. Fornicatio. vers. præbiter. Porro fornicationis simplicis crimen esse merè Ecclesiasticum scripsi, in præcedenti capite in casu.*

Ex prædictis intelligimus rectè sensisse Petrum Ancharanum. in *conf. 196. & alij multi quos congesti superiore librò. cap. 20. in ultimo casu, qui dixerunt valere statutum quando Iudex Laicus cognoscere possit de delicto concubinæ Clerici, & eam punire.*

Nonus casus criminis mixti fori est crimen incestus, quod punitur tam à Iudice Seculari, quam ab Ecclesiastico, sicuti multis probavi in *lib. 2. de arbitrar. Iudicium casu 502. ubi, n. 31. 32. & 46. commemoravi varias pœnas iure Cæsareo indictas adversus incestuosos, & n. 97. & alijs subsequens retuli pœnas à jure Pontificio contra eosdem impostas.*

Decimus casus criminalis mixti fori est criminis falsi, commissi in litteris Apostolicis, quod punitur ab utroque Iudice, Ecclesiastico scilicet, & Seculari ut scribunt Anchar. in *cap. cum sit generale. de foro compet. & ibidem Barbatia n. 231. Marian. Scic. n. 24. vers. in eodem glo. & Decianus in dicto cap. 26. n. 9. iure Cæsareo falsificans rescripta Principis punitur pœrà falsi, hoc est, arbitrariâ pro qualitate personæ etiam usque ad mortem naturalem, sicuti colligitur ex his, quæ scripsi in *lib. 2. de arbitrar. Iudic. casu 306. col. 1. & 2. ubi retuli constitutiones Galliæ, Neapolis, & hujus Domini Mediolani. iure verò Pontificio in dicta est pœna excommunicationis cap. ad falsariorum de crimine falsi, ubi glos. adnotavit puniri etiam pœnâ de portationis, & publicationi omnium bonorum, & glossam illam probant ibi omnes & Bernardus Diaz, in practica Canonica crim. cap. 102. n. 2. verum illa pœna est secundum leg. civilem, & verè jure canonicò, & bulâ In Cœna Domini, in dicta est solum pœna excommunicationis, sicuti bullam ipsam refert Ignatius Lopez, in additionibus ad Diaz, ubi supra.**

Undecimus casus mixti fori criminalis, est criminis falsi commissi à Seculari coram Iudice Ecclesiastico, quod punitur, tam ab ipso Iudice Ecclesiastico, quam Seculari, ut si Laicus rectis examinatis à Iudice Ecclesiastico falsum dixit testimonium. Ità Afflictus in *decis. 29. n. 2. Didac. in lib. pract. quæst. cap. 18. ad finem, Iul. Clar. in pract. crim. §. finali q. 34. col. 5. ver. quæro nunc & Ignatius Lopez, in additionibus ad pract. crim. Canonic. Bernardi Diaz. cap. 93. col. pen. iure Cæsareo indicta est pœna arbitrar. & ut dixi in dicto casu 306. col. 1. & 2. iure Pontificio est pœna excommunicationis, iuxta dictum cap. ad falsariorum.*

Duodecimus casus mixti fori criminalis est criminis sacrilegij, de quo uterque Iudex cognoscit, ut scribunt Abbas, in *cap. 1. n. 4. de sortileg. & in cap. cum sit generale. n. 20. de foro compet. & ibidem Barbatia n. 235. & Marian. loc. cit. n. 24. in fine. Auf. de potestate Sec super Ecclesiasticis reg. 4. n. 16. Decianus in dicto cap. 26. n. 10. Iul. Clar. in pract. crim. in verbo hæresis. vers. successivè quæro &c. qui testatur receptam esse Doctorum traditionem; & Germonius, in *lib. 3. de sacrorum immun. cap. 12. n. 74. qui tamen & rectè intelligit unâ cum Gemin. in conf. 54. & Barbatia in conf. 55. lib. 2. Quando sortilegium non capit hæresim, quia alioqui hujus cognitio, & pœnæ indictio pertineret**

pertinet ad solum Inquisitorem hæreticæ pravitatis. Porro fortillegium puniri, tam jure civili, quam Pontificio scripti in lib. 2. de arbit. Jud. casu 388. n. 4. & 5. Jure civili fortillegus punitur pœnâ mortis, *l. nemo C. de maleficcis, & Math. & scripti in d. casu 888. n. 5.* Jure verò Canonico, sœcul. fortillegus punitur, vel relegatione, vel carcere perpetuo, vius verò fustigationis, vel mittâ infami, *cap. contra Idol. 26. q. 5. & scripti in d. casu 388. n. 16.*

Decimus tertius casus mixti fori criminalis, est criminis Assassini, de quo, tam Judex Ecclesiasticus, quam Secularis cognoscit. *de Homicidio. in 6. & in sp. cie sensu Didac. Covar. in lib. 2. variar. resol. cap. ult. n. 10. vers. primum vere censet, & apertius Decianus, in tract. crim. lib. 4. cap. 26. n. 17.* Jure Cæsareo adversus assassin. indicta est pœna mortis naturalis, sicuti post alios scribunt Petrus Plata in *Epitome delictorum. cap. 19. n. 5. & 6. & Jul. Clar. in pract. crim. in verbo assassinium. vers. sed quæro quæ sit pœna.* Jure Pontificio indicta, est pœna excommun. de positionis à dignitate, honore, ordine, & beneficio, & banni, unâ cum bonorum publicatione, sicuti statuit Innocentius quartus. *in cap. 1. §. ult. de homicidio in 6.*

Decimus quartus casus mixti fori criminalis est criminis injuriæ illatæ à Secul. Iudice Eccl. ut si eum aliquâ afficiat contumeliâ. Hunc punit Iudex Eccl. & Sec. ita Bart. & Bald. *in l. si quis in hoc genus C. de Episcop. & Cler. Guido Papæ q. 562. Auf. de potestate Sec. super Eccl. reg. 4. n. 30. Ignat. Lopez, in addit. ad pract. crim. canon. Bernardi Diaz. cap. 93. per utroque jure, Cæsareo scilicet & Pontif. non legitur in dicta certa pœna, sed eam omni casu arbitrariam esse existimo, juxta ea, quæ scripti in lib. 2. de arbit. casu 263. n. 5.*

Decimus quintus casus, mixti fori criminalis, est criminis Secul. inservientis tanquam officialis Episc. Ecclesiæque Prælati, & delinquentis suo in munere & officio. Hoc etiam casu puniri potest delinquens iste, etiam ab ipso Episcopo. Itâ Auf. *in tract. de potest. Eccl. super laicis n. 18. & Decia. in tract. crim. lib. 4. cap. 10. n. 3. vers. 7. potest. qui post Bald. in l. 2. C. de sportulis, & in cap. comparatè de appell. ubi etiam Præpositus scribit Episc. posse punire nuncium suum, et si Laicum, qui falsum sibi retulit. Hoc etiam casu pœnam esse utroque in foro arbitrariam crediderim, cum certa pœna indicta non sit ob facti varietatem, & personæ conditionem.*

Decimus sextus est casus crimin. mixti fori, quando aliquod delictum etiam sui naturâ Seculare, ut homicidium, vulnera, verbera, & simile, committitur à Secul. contra Secul. in Eccl. locoque sacro. Hoc esse Sacrileg. ex quo Eccles. violatur, affirmat Abbas, *in cap. inter alia n. 29. & in cap. ult. n. 5. de imm. Eccl. Anch. in repet. cap. postul. in §. opposit. n. 27. de foro comp. & ibid. Mar. Socin. Sen. n. 10. Salic. in l. de crim. n. 16. vers. ex prædictis C. de accus. Alex. in conf. 111. col. 2. vers. & Petrus lib. Ang. Aret. in tract. malefic. in verbo in scalis n. 2. & ibid. Augustin. Arim. in addit. Afflic. in comm. in confis. Regni Neapol. rub. 5. de crim. sacril. incipit multo n. 12. Ioan. de vischis, in tract. de imm. Eccl. n. 16. Auf. in tract. de potestate Secul. super Eccl. reg. 4. n. 21. Remig. in tract. de imm. Eccl. in quest. q. 16. Did. Cov. in lib. 2. variar. resol. cap. ult. n. 18. vers. 35. Roland. in conf. 24. n. 9. lib. 2. & Ioan. Gurr. in lib. 3. pract. quest. C. 1. n. 13. qui ob id scribunt adversus hunc Eccl. lociqu. Sacri violatorem de crimine hoc cognoscere & pœnam indicere posse, tam Iudicem Eccl. quam Secul. cum dicatur delictum mixti fori, si quidem utroque tributa est jurisdictio, & Imperium cumulativè, sicuti manifestè inter alios respondit Alex. in loco supra allegato.*

His intelligimus, male sensisse Petrum, & Cynum in l. presentis in 2. quest. C. de iis, qui ad Eccl. confug. cum dixerunt hunc Secularem delinquentem in Ecclesia effici de foro Ecclesiæ, & ob id à suo Iudice, nempe Ecclesiastico, non autem à Seculari, puniri, malè inquam si senserunt, cum hoc, ut diximus, sit Sacrile-

gium, quod dicitur mixti fori. *cap. cum sit generale & cap. conquestus. de foro competenti, & illis in locis Doctores, & accedunt Franciscus Marcus, in q. 989. n. 9. in prima parte, & in q. 123. n. 6. & in q. 817. n. 8. in 2. parte, & Olaschus, in decis. 103. n. 5. & 7.*

Nec repugnat constitutio Justiniani in §. quia verò iâ comperitur, qui est §. ult. in auth. ut liceat Marti, & avia, quem pro sua opinione allegat Cynus, quia non excludit Justinian. quin & Judex Secularis de eo crimine suscepti adulterii in Ecclesia perpetrati cognoscat, & pœnam indicat etiam Judex Secularis. Itâ, quod, vel ex eo colligitur, dum inquit Justinian. se licentiam dare marito accusandi uxorem coram Iudice Ecclesiastico, Licentiam aliquid faciendi tribuens ostendit jus sibi competere id, si sibi placet, facere, & accedit, quod Justinianus non est locutus taxativè, ut scilicet solus ipse Iudex Ecclesiasticus cognoscat, & puniat, & propterea, cum odio ipsius mulieris tributa sit prædicto licentia marito ad eundem Iudicem Eccl. intelligimus jurisdictionem illi concessam esse cumulativè cum Iudice Secul. non autem privativè. juxta ea quæ post Angelum, Franciscum Aretinum Iasonem, & Surdum scripsit Menochius, in comment. de præsumpt. l. 2. præsumpt. 18. n. 21. quo loci dixit, quod quando odio alicujus personæ tribuitur jurisdictio alteri, quàm Iudici ordinario, intelligitur tributa cumulativè, non autem privativè. Et præterea crimen adulterii est mixti fori, ut scribunt Abbas, *in cap. sua de procurat. Mar. Soc. Sen. in cap. cum sit generale n. 24. de foro comp. Guid. Pap. in q. 178. Decius, in conf. 211. col. 1. & Jul. Clar. in pract. crim. q. 37. vers. quæro nunquid causa adu.*

Eadem ratione dicimus minùs rectè sensisse eos qui adversus Cynum dixerunt ad Iudicem Secul. non autem ad Eccl. pertinere cognoscere, & punire delictum à Seculari commissum in Ecc. qua quidem in opinione sunt. Bart. *in l. si cui §. cum Sacrilegium n. 3. ff. de accusat. Bald. in l. si quis hoc genus. n. 2. C. de Episcop. & Cler. & ibidem Castrens. n. 3. Angelus, in §. ult. n. 1. in Auth. ut liceat Marti, & avia qui dixit idem affirmasse Cynum disputando Salicetus, in auth. item nulla communitas n. 4. vers. quæro laicus C. de Episcop. & Cler. & in l. fidelis in fine C. de iis, qui ad Eccl. confug. Abbas, *in cap. cum sit gener. n. 27. de foro comp. Bertrandus, in conf. 9. & conf. 10. lib. 7. Jul. Clar. in pract. crim. §. finali q. 38. col. 7. vers. vidi etiam & c. qui testatur opinionem hanc servari in hoc Dominio Mediol. & Dec. in tract. crim. lib. 4. cap. 17. n. 24. cap. 29. n. 5.* Ii sanè malè sentiunt, cum crimen hoc sit Sacrilegium, quod esse mixti fori supra ostendimus. Nec Bartoli, & Sequaciù opinionem probant jura & rationes ab eis consideratæ. Et primò Constitutio illa Arcadii, & Honorii Imperat. *in l. si quis in hoc genus C. de Episcop. & Cler.* quâ sancitum Iudicem Secul. cognoscere de crimine ejus qui irruit in Eccl. & Sacerd. Ministrisque intulit Injuriam; non enim constitutio hæc repugnat, cum non prohibeat quin & Iudex Eccl. cognoscat, & pœnam indicat; immò dnm Imperatores appellant hoc crimen Sacrilegium, intelligimus utrumque Iudicem, Secularem scilicet & Ecclesiasticum, cognoscere, & punire, ex quo cumulativè data est ejus jurisdictio, sicuti in specie declarando dictam l. si quis in hoc genus, respondit Alexand. *in dicto conf. 111. col. 2. vers. vel respondit. lib. 1. qui refert idem sensisse Ancharanum in dicto cap. postulasti n. 27. de foro compet. & quidem Iudici Seculari data est hoc jurisdictio cumulativè, odio illius irruentis in Eccl. Itâ quoque respondetur constitutioni Justiniani in l. raptores C. de Episcop. & Cler. quæ hæc pro opinione allegatur à Saliceto in dicta l. fidelis in fine C. iis, qui ad Eccl. confugiunt. Est etiam Sacrilegium rapere, & Violare virginem sanctimonialem, ut diximus præcedenti in casu. Non etiam urget quod Secularis iste delinquens, tam ratione personæ, quia laicus, quàm**

ratione loci, in quo delinquit, dicitur læsse Principem Seculare, ergo ab eo puniri debet. Est enim Ecclesia in qua commissum fuit delictum sub territorio ipsius principis Secularis, sicuti præcitati Doctores scribunt. Non, inquam, argumentum hoc urget, quia etiam, si hoc admittimus, non tamen consequitur, ut ipso solus Iudex, & Princeps Secularis possit de hoc crimine cognoscere, cum hoc sit sacrilegium. Dicendum est etiam Iudicem Ecclesiasticum de hoc crimine cognoscere, & pœnam indicere posse.

Cæterum Bartoli, & sequacium opinio sic conciliari fortè potest, cum illa Abbatis, Saliceti, Ancharani, & Sequacium, quando delictum ut puta, homicidium, vel simile committitur in Ecclesiastica, duo distincta crimina, & delicta dicunt committi, Sacriligium scilicet & homicidium, vel simile. Ità Bart. in l. senatus col. 1. vers. pone exemplum. ff. de accus. & Sal. in l. qui de crim. n. 16. vers. ex prædictis C. eo tit. de acc. qui sic intelligunt d. l. si quis in hoc genus C. de episc. & Cler. De crimine sacrilegii cognoscunt & pœnam imponunt tam Iudex Eccl. quam Secul. ità loquuntur Abbas, & reliqui supra allegati, præsertim Mar. Soc. & Alex. & manifestè Rol. in conf. 24. n. 13. lib. 2. qui post Socinũ, dixit esse locum præventioni hoc in casu, & ideo, si Iudex Eccl. prævenit Iudicem Secul. in cognitione hujus criminis respectu sacrilegii, non poterit ipse Iudex laicus de eodè sacrilegio cognoscere, pœnamque pro eo imponere.

De homicidio verò vel alio simili non cognoscit, nec pœnam indicit Iudex Eccl. sed Iudex Secul. tantum. Ità intelligi, & defendit potest opinio Bartoli, & sequacium sicuti advertunt Abbas, Soc. Sen. & Alex. supracitati, & manifestius Roland. in dicto conf. 24. n. 13. lib. 2. ex quo sequitur, quòd si hic homicida fuit extra ipsam Eccles. ab ipso Iud. Sec. præhensus, & carceratus non tenetur hunc remittere ad Iud. Eccl. sicuti rectè docuit Bart. in dicta l. si cui. §. ult. n. 3. ff. de accus. si verò hic ipse homicida adhuc est & commoratur in ipsa Eccl. Iudex Secul. eam ingredi non potest, ut prehendi hunc faciat, sicuti statuit Iustin. in auct. si quis & C. ad leg. Jul. de adult. & in specie respondit Rolandus, in d. conf. 24. in fine. lib. 2. sed Iudex ipse Eccl. requirendus erit, ut ipsum homicidam ab ipsa Eccl. extrahat & Iudici Seculari tradat; quòd si extrahere, & tradere recusabit, suò jure permissum est Iudici Seculari Eccl. ingredi, illumque extrahere, & emeritã pœnã punire. Ità Roland. præcitatò in locò, post Salicetum, & Augustinum Ariminensem.

Cæterum dubitari contingit, quòd si laicus homicidium perpetravit vel vulnera intulit Seculari, vel simile delictum merè profanum commisit, contra laicum in loco hospitalis, an censeri debeat hoc crimen mixti fori, ità quòd tam Iudex Eccl. quam Secularis de crimine hoc cognoscere, & pœnam indicere possit? Hæc dubitatio in eo versatur, an Hospitale dici possit, & debeat locus sacer, Ecclesiasticusque vel profanus. nam si profanus erit, certum est Iudicem Ecclesiasticum de eo crimine cognoscere minimè posse, secus verò, si sacer. quocirca distinguendi sunt duo casus.

Primus est, quando Hospitale fuit fundatum, constructum, & ædificatum à persona privata, sive Summi Pontificis, vel Episcopi autoritate; hoc casu locus iste dicitur quidem prius, ob ipsam piam hospitalitatis pauperum causam, non tamen dici potest religiosus & multò minùs Sacer; cum homo privatus locum religiosum, & sanctum suam quavis actione & factò facere, & redolre, minimè possit, sicuti manifestè scribunt Bald. in conf. 465. in Civitate Brixia. lib. 1. & Castren. in conf. 167. præsupposita pro vera n. 4. lib. 2. & hoc in casu, sic loqui intelligo Tiraquel. in tractatu de privileg. pie causa. pag. 3. vers. sed alii indistinctè dum dicunt Hospitale esse locum Pium, sed non religiosum, vel sacrum. Loquitur sanè Tiraquell. de Hospitali sine auctoritate Papæ, vel Episcopi fundato à persona privata, quòd Hospitale non formatum appellat Bald.

in l. si quis ad declinandam. §. in omnibus n. 21. C. de Episc. & Cler. & hoc quidem Hospitali non frui hoc privilegio Ecclesiastico scribunt prælegati Doctores, & præterea cognitio, & pœna delicti in loco hoc admitti contra laicum sine controversia, ad Iudicem Secularem solum pertinet.

Secundus est casus, quando Hospitale est ædificatum & fundatum etiam à quovis privato, auctoritate tamè Papæ vel Episcopi, hoc casu locus iste ab omnibus appellatur Primus locus Pius ratione supra, commemoratã, religionem deindè locum hunc esse cepit Urbanus tertius Papa, in cap. ad hæc de Religio dõ. & Clemens septimus, in Clem. quia contingit. §. penultima ubi Vitalianus, n. 83. refert Hostien. dicentem dici Religiosum largè sumptò nomine religionis. & absolute religiosum appellant Cardinal. Zabarella, in cons. 111. n. 3. & Castren. in dicto conf. 167. præsupposita pro vera n. 4. lib. 2. Et demum, hoc Hospitale esse locum sacrum, Ecclesiasticum affirmant Federicus de Senis, in cons. 111. incipit, quæstio talis est, an Dioecesanus. n. 1. 2. & 3. Castren. in dicto conf. 167. ad finem. vers. sed fateor. & à sensu contrario. Franciscus Martius, in g. 1019. n. 1. in fine & n. 3. in prima parte. Ioan. de Selva, in tract. de beneficio. in 3. parte q. 57. n. 2. & Gambarus, in tract. de auctoritate legati de laterè, in tit. de potestate legati circa Hospitalia. n. 27. Accedit, quòd hoc Hospitale habet eadem privilegia quæ Ecclesiis sunt concessa, ut tradunt Bart. in l. omnia privilegia C. de Episc. & Cler. Castren. in dicto conf. 167. n. 4. Ludovicus Bologninus, in cons. 33. col. 2. & alios multos refert Horatius Medicus, in tract. privileg. ad instar q. 4. n. 2. & accedit Ancharanus, in cons. 353. oportet primo. col. 2. vers. & breviter dica & c. Respondit hæc Hospitalia esse sub protectione Episcopi, & ejus jurisdictione esse eorum bona, & personas esse de foro Ecclesiastico ex sententia speculatoris, & Baldi quos recenset.

Et addunt multi ex prædictis, quòd quando non constat, quòd auctoritate Papæ vel Episcopi fuerit ædificatum, & fundatum, præsumitur auctoritas, si ipsum Hospitale habet altare, & campanile, cum campanis, & idem scribunt Ioannes de Selva, in dicto tractatu de beneficio in 1. parte. q. 6. n. 49. & Gambarus, in loco præcitato. n. 29. hic casus evenit hoc anno 1605. mense Novembris, hæc in Civitate M. sion. in Hospitali Sancti Ambrosii, in quo impia quædam mulier pastrum à se editum in latrinam coniecit, & sacrilegii causa à Iudice Ecclesiastico fuit præhensa, & interrogata, Præterit etiam Iudex Secularis hoc de crimine cognoscere, & immanem hæc parricidam debitis pœnis plædere. Quid futurum sit ignoramus.

CAPUT VI.

Iudex Ecclesiasticus prævenire an possit Iudicem Secularem, & e contra, in causis mixti fori civilis, & fori criminalis, & quando dicatur prævenisse & quis sit præventionis effectus.

Postea quam supra capite secundò egimus de causis mixti fori civilis, & superiori capite differimus de causis mixti fori criminalis, nempe de quibus tam Iudex Ecclesiasticus Secularis cognoscere, & judicare potest, consentaneum est ut nunc tres explicemus dubitationes, quorum prima est, an unus alterum prævenire, & jurisdictionem præoccupare possit, secunda quando prævenisse dicatur. Tertia est, quis sit præventionis effectus. Et quidem quòd attinet ad primam dubitationem, dicendum est, quòd quando causa est civilis, & pecuniaria, locum est præventioni, sicuti in specie docuit Marian. Socin. S. n. in cap. 2. proposuisti. n. 8. vers. & prædicta procedunt de foro compet. cum dixit. quòd sicuti duo Iudices Seculares habentes jurisdictionem causarum cumulative, unus alterum prævenire potest. Sic Socinũ scribunt G. rrm. in decis. 30. num. 12. Cravet. a. in præteritu. 295. num. 18. & alios retuli, in commentar. de presumptionibus. lib. 2.

lib. 2. præsump. 18. n. 37. Idem quoque dicendum est de Iudicibus Secularibus, & Ecclesiasticis, respectu causarum mixti fori civilis, eadem enim est ratio, inter Iudicem Ecclesiasticum, & Secularem, quæ est inter duos Seculares, cum tam inquam illi, de his causis possint agnoscere; & accedit, quod si locus est præventioni, quando causa est mixti fori criminalis, ut statim dicemus, sic dicendum est, quando est civilis, non enim probabilis diversitatis ratio inter unam, & alteram specie afferri potest, quando vero causa est criminalis mixti fori, majus est dubium, an Iudex Ecclesiasticus prævenire possit Iudicem Secularem, & è contrà, nam hac de re duæ sunt interpretum nostrorum opiniones, tertiam ego addam.

Prima itaque est opinio eorum, qui absolutè scripserunt, decem & novem, præventioni locum esse in casibus horum delictorum mixti fori; Ità sanè ij Doctores quos ex ordine placet recensere.

1. Caldarinus, in cons. 2. col. 2. vers. & sic laicus in tit. de Iudicis.
2. Abbas, in cap. 2. num. 3. de officio judic. ordin.
3. Ancharanus, in cons. 196. num. 6. in fine & num. 7.
4. Guido Papæ, in q. 562. incipit officialis.
5. Felinus, in dicto cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ num. 58.
6. Barbatia, in cap. 1. num. 47. de officio Iud. Ordin.
7. Marianus Socinus Senior, in cap. cum sit generale num. 24. de foro compet. & idem ipse Socinus sensit in cap. opposuisti num. 14. eo. tit.
8. Afflictus, in decis. 219. n. 2. in fine, & n. 3.
9. Franciscus Martius, in q. 804. n. 6. & in q. 816. n. 2. in secunda parte.
10. Hieronymus Belluga, inter cons. Socini Senior. in cons. 119. num. 12. vers. quinto, quia lib. 3.
11. Berous, in cap. de his num. 25. in fine, de accusat.
12. Alciatus, in dicto cap. 1. n. 81. in fine. de ff. Jud. ordin.
13. Boisius, in tract. caus. criminal. in tit. de foro compet. n. 159.
14. Decianus, in tract. crim. lib. 4. cap. 26. col. 2. vers. Calderinus autem & n. 7. vers. secunda sit conclusio.
15. Didacus, in lib. pract. quest. cap. 18. propè finem.
16. Rolandus, in cons. 24. n. 14. lib. 2.
17. Burfatus, in cons. 90. n. 21. lib. 1.
18. Petrus Barbosa, in l. Titia n. 51. vers. crimen autem mixti ff. sol. matr.
19. Ioseph. Cumia, in commentar. ad ritus magnæ Curie. cap. 54. n. 59.

Secunda est opinio eorum, qui opinati sunt in criminibus his mixti fori locum non esse præventioni inter Iudicem Ecclesiasticum, & Secularem hanc opinionem manifestè, & explicite probarunt Caccialupus, in l. cunctos populos num. 26. vers. decime, quia licet C. de summa Trinit. & Fide Cath. & Franciscus Martius, in q. 806. num. 5. in secunda parte, ii enim, ut dixi, explicite usi sunt hoc nomine præventionis, alii verò implicite loquuti sunt, dum dixerunt utrumque Iudicem procedere, cognoscere, & punire posse, cum pœna à lege Pontificia, & Cæsarea his pro criminibus iudicæ tanquam diversæ, & diversum finem respicientes concurrere possint. Ità sanè Baldus, Castrensis, & Ioan. Fabri. in l. placet. in fine C. de Sacrosanct. Eccles. Marianus Socin. Sen. in cap. proposuisti num. 28. de foro com-

pet. & Franciscus Martius, in quest. 128. num. 6. in secunda parte.

Tercia opinio à me excogitata est, ut distinguamus duos casus.

Primus quorum est, quando ambæ ipsæ pœnæ, Cæsarea scilicet, & Pontificia, concurrere non possunt, atque ità ambæ nequeunt imponi, sed una tantum, sicque alteram tollit, & cessare facit. Hoc sanè casu locus est præventioni. Ità procedit prima opinio supra commemorata, ea est hujus sententiæ ratio, quia juri & æquitati non convenit, quod coram duobus Iudicibus, vexetur, si unà tantum pœnâ affici potest.

Secundus est casus, quando utraque pœna potest concurrere; atque ità ambæ possunt imponi, & consequenter una alteram non tollit, cessareque non facit. Hoc sanè casu locus non est præventioni. Ità procedit secunda opinio. Non enim præventio locum habet, quando diversæ sunt pœnæ, diversi Iudices, sicuti sensit Bartolus, in l. sepulchri num. 4. & 5. ff. de sepul. viol. & apertius Afflictus, in decis. 219. num. 4. Quando autem, & quibus in casibus, ambæ pœnæ, civilis scilicet & Canonica, indici possint, vel una alteram cessare faciat in mixtis his criminalibus, abundè satis dicimus in subsequenti capite.

Secunda est dubitatio, quando scilicet Ecclesiasticus dicatur prævenisse Iudicem secularem, & è contrà, in cognitione causæ civilis, vel criminalis mixti fori, & quidem tres sunt actus, quibus jurisdictio solet prævenire, nempe citatio, sive verbalis, sive realis, sit confessione rei contenti, seu accusati, & prorogatione partium. De citatione primùm dicemus, Qua in re prius est observandum duos esse actus, qui in initio litium fieri solent, & debent, nempe libelli scilicet, petitionis oblatio, & adversarii citatio, seu in jus vocatio, sicuti de citatione legitur §. ult. in insit. de pœna temerè litig. & de libelli oblatione, in auth. offeratur C. de litiis contestat. In jus vocatio, seu citatio suam nomen retinet, sive causa sit civilis, sive sit pecuniaria; libelli vero oblatio simplex nomen suum retinet, quando de causa civili agitur; sed quando causa est criminalis, interdum appellatur accusatio, sicque libellus accusationis juxta l. liberorum ff. de accusat. qui proprie est, quando offensus accusat. Interdum appellatur inquisitio, atque, libellus inquisitionis, de quo in l. 2. §. si publico. ff. de adult. & passim Doctores. quoad effectum præventionis, citatio & libelli oblatio, in causa civili non differunt à citatione, accusatione & inquisitione in causa criminali. De libello prius differamus, deindè de citatione.

Libelli itaque, oblatio in causa civili non operatur præventionem jurisdictionis contra alterum Iudicem, ut Scribunt Io. Andr. in additionibus ad Specular. in tit. libelli conceptione §. nunc videamus. in verbo, sexaginta. Marian Socin. Sen. in cap. proposuisti. n. 16. de foro compet. Bart. Socinus, in l. liberus. n. 4. ff. de in ius. vocan. & Decian. in tract. crim. lib. 4. cap. 21. n. 2. & accedit Afflictus, in decis. 294. qui fortius decedit libelli oblationem non operari præventionem etiam in casu in quo creditor citari fecisset debitorem, ut veniret ad iudicium, ad audiendum tenorem libelli, & petitionis per eum offerendæ, certò die cum non dicatur hic creditor inchoasse iudicium, sed velle inchoare. Afflictum sequuti sunt Vrsillus, ibidem. in additionibus, & Maranta, in speculo advocatorum. in ultima parte. in tit. de citationib. n. 71. in fine.

Ità quoque accusationem, vel inquisitionem in causa criminali non operari, ut unus Iudex dicatur prævenisse alterius jurisdictionem tradunt Baldus, in l. 1. num. 5. in fine C. de confessis. Socin. in dicto cap.

proposuisti n. 21. *vers. unde licet.* Boss. & Iul. Clar. quos nunc referam. Et hæc quidem sententia locum habet etiam quando dispositione statuti, & legis Principis Secularis, libelli oblatio haberet vim contestationis Iuris, sicuti hoc in Dominio Mediolanensi extat nova constitutio in *iii. de accusat. §. si in eadem*, quod sola inquisitio operatur præventionem, sicuti scribunt Boss. in *tract. caus. crim. in iii. de foro compet. n. 103.* & Iul. Clar. in *pract. crim. §. finali q. 38. in fine.* Et si enim lex ligat Iudices Seculares inter se de præventionem contendentes, non tamen obligat Ecclesiasticum, juxta *cap. Eccl. Sanctæ Mar. de constit. & diximus supra.* Præterea nec quidem hæc libelli oblatio operatur præventionem, etiam si ipse Index processit ad sumendum informationes de perpetrato delicto, ut scribunt Baldus, in *l. 1. col. 7. C. de confessis.* Angelus, in *l. 1. C. de iudicio*, Franciscus Martius, in *q. 536. in 14. in prima parte*, & si dissentit Marian. Socin. in *dicto cap. proposuisti n. 21. vers. unde licet*, & Bartholomæus Socius, in *libertus. n. 5. ff. de in ius voca.*

In ius vocatio, sicque citatio operatur præventionem, sive verbalis, sive realis. Realem citationem appellare solemus præhensionem personæ delinquentis, verbalem verò quo solis verbis fit, quando itaque Iudex Ecclesiast. vel Secularis præhendi, & capi fecit eum, qui commisit crimen mixti fori, censetur prævenisse alterius Iudicis iurisdictionem sicuti affirmant Ioan. Andr. in *cap. 1. de oblig. ad ratio.* Bartolus, in *l. 2. §. 1. n. 2. ff. de custod. & exhib. reorum & in l. 1. n. 3. de panis.* Baldus, in *conf. 124.* Quidam Cagnus *col. vers. item melior est lib. 5.* & in *l. 1. n. 4. C. ubi de crimine agi oportet & in ant. sed novo iure n. 9. C. de servis fugit.* Alexand. in *additionibus ad Bartol. in l. Sepulchri ff. de Sepulchro violato.* Iason, in *l. cum quadam puella n. 7. ff. de iurisd. om. Iud.* Cæpola, in *tract. de servis rusticorum præd. cap. 26. de mari. n. 21.* Mar. Socin. in *dicto cap. proposuisti. n. 22. & 23. de foro compet.* qui refert etiam Baldum, in *l. si quis posteaquam ff. de iudiciis*, qui, meò in codice, hoc non scribit. Idem quod Socinus affirmant Franciscus Martius, in *q. 100. n. 4. in secunda parte.* Marfil. in *l. ultima n. 202. ff. de iurisd. om. Iud.* Gramm. in *decif. 30. n. 6.* Boss. in *tract. caus. criminal. in iii. de foro compet. n. 93.* Hieron. Montius, in *tract. de finibus cap. 25. n. 13.* & Decianus, in *tract. crim. lib. 4. cap. 21. n. 8.* qui ejusdem sententiæ refert etiam Angelum & Castren. in *l. si quis postea eiusdem sententiæ refert etiam Angelum & Castren. in l. si quis postea quam ff. de iudiciis.*

Et hæc quidem citatio realis majorem vim habere videtur secundum Angelum in *dicta l. si quis posteaquam*, & Castren. *ibidem* ad præveniendum. Et præterea in hoc Dominio Mediolanensi sancitum est novis constitutionibus in *iii. de accusat. §. si in eadem*, quòd secundus Iudex, qui eadem die, quàm à primo die fuit transmissa inquisitio, & citatio, præhendi fecit reum criminis, præferatur. Et ad rem constitutionem hanc refert Iul. Clar. in *pract. crim. §. finali q. 38. in fine.* verum jure communi inter se quoad affectum præventionis non differunt, sed illa quæ præ facta fuit prævalet, ut rectè advertunt Socinus, in *dicto cap. proposuisti n. 22. de foro compet.* & Augustinus de Arimino, in *additionibus ad Angelum. in tract. maleficiorum in verbo Index commisit*, rejectâ contrariâ opinione Angelii, *ibidem n. 13. & 14.* & Angelum malè sequutus est Hieronymus Montius, in *tract. de finibus cap. 25. n. 13.* non enim, ut inquit Augustinus, Doctores allegati ab Angelo scribunt quod refert ipse Angelus, sicuti nec Cæpola allegatus à Montio.

Realis quoque citatio censetur facta per solam bonorum delinquentis apprehensionem, & annotationem, ut is Iudex, qui eam fecit, dicatur alterum prævenisse, ita sanè respondit Baldus, in *lib. 5. conf. 124. quidam Cagnus de Fanio. col. 1. vers. item prævenit*, & col. 2.

vers. item melior est lib. 5.

Verbalis citatio, etsi preemtoria non est, operatur præventionem iurisdictionis contra alterum Iudicem, sicuti unò ore affirmant Doctores, in *dicta l. si quis posteaquam ff. de Iudiciis.* Baldus, in *l. si pluribus col. 2. vers. primo casu ff. de leg. 1. & in l. sanatus in fine C. qui accus. non pos. Rom. in conf. 412. n. 4.* Alexand. in *l. more n. 34. ff. de iurisd. om. Iud. & in dicta l. si pluribus n. 5.* Imola, n. 17. & Marian. Socin. Sen. in *dicto cap. proposuisti de foro compet.* Angelus Aretinus, in *tract. maleficiorum in verbo, Index commisit n. 13.* Marfil. in *l. ultima n. 103. ff. de iurisd. om. Iud. in l. si pluribus n. 24. & in l. si domus §. in pecuniam n. 7. de leg. prim.* Socin. Sen. in *conf. 70. n. 6. lib. 4.* Iacobinus, in *l. si quis posteaquam n. 8. ff. de Iud.* Boss. in *tract. caus. criminal. in iii. de foro compet. n. 105.* Hieronymus Montius, in *tract. de finibus cap. 25. n. 13.* Annibal Troysius, in *commentar. ad pragmat. Regni Neapolitani pragmat. 25. n. 1.* Nicolaus Antonius Gravatus, in *annotationibus ad præxim Octaviani Vestrii lib. 3. cap. 11. n. 4.* & Decian. in *tract. crim. in lib. 4. cap. 21. n. 3.* & hanc quidem receptam sententiam manifestè probat responsum Ulpiani, in *l. si quis posteaquam in ius vocatus est, miles, vel alterius fori esse caperit, in ea causa jus revocandi forum non habebit, quasi prævenit.* Hactenus Ulpianus, qui usus non est illa dictione, quasi, ut notâ impropperatis, juxta quæ scribunt Barthol. in *l. si ante nuptias ff. solus marr.* Alex. in *l. si constato §. volumate n. 3. eo tit. & Iason, in §. sed iste n. 26. insit. de actio.* sed ut proprietatis expressiva, cum ponatur per modum causæ juxta *l. 2. ff. de transact. & l. iuram ff. de rebus dubiis*, & declarat Zasius, in *l. qui Roma §. duo fratres n. 20. de verb. oblig. nec dicendum est casum Ulpiani à nostro differre, ut potè, quòd in eo iurisdictionis novi fori supervenerit post citationem, nostro verò in casu jam alteri Iudici eodem tempore competeat. Nam respondetur hic non competere actu, sed potentiâ, quæ præventionem tollitur. Quando quidem citatione & inchoatum iudicium §. *ult. insit. de pana temere litigantium*, & diximus supra. Porro ubi cœptum est iudicium finiri ibi debet *l. ubi acceptum ff. de iudiciis.* Et hæc quidem citatio, & si una sola est, sufficit tamen ut iurisdictionis dicatur præventa sicuti affirmant gloss. in *Clem. unica. in verbo citationes de Iudiciis*, Alex. in *d. l. more n. 34. ff. de iurisd. om. Iud.* Socin. Sen. in *dicto cap. proposuisti. 18. de foro compet.* & Decianus, in *dicto cap. 21. n. 5.**

Et rursus hæc recepta sententia locum habet etiam si prima citatio præcessit secundam per horam tantum ut in specie affirmant Afflictus, in *decif. 387. n. 4.* Franciscus Martius, in *q. 496. in prima parte.* & Gravati in *anno tar. ad Vestrum lib. 3. cap. 11. n. 4.* & rectè quidem, nam unius horæ spatium considerabile est in his prælationibus ut copiose disserui, in *lib. 2. de arbitrari. Iudicium casu 48. n. 19.* & demum procedit etiam quando non constat de relatione citationis ut post alios scribit Socinus Senior, in *l. libertus. n. 6. ff. de in ius voca.* & prius Castren. in *l. si quis postea quam ff. de iudiciis*, & ibi Iacobinus, n. 2. in *fine*, qui declarat.

Declaratur primò, ut locum non habeat prædicta juris, & datorum sententia, quando citatio facta non fuit ad instantiam partis agere volentis, non enim tunc citatio operatur præventionem iurisdictionis Ita declarant Marianus Socinus sen. in *dicto cap. proposuisti. n. 18. in fine de foro compet.* & *ibidem* prius Abbas, n. 3. & 6. & Decian. in *tract. crim. lib. 4. cap. 21. n. 6.* & regulariter omnibus in casibus citationem fieri debere ad partis instantiam scribunt omnes, in *cap. n. de iudiciis*, & alios multos refert Afinius, in *præxi iudiciorum. §. 8. cap. 1. n. 4. & 5.*

Declaratur secundò, ut locum non habeat, quando citatio facta fuerit sine auctoritate & mandato Iudicis. Ita Decianus, in *dicto cap. 21. in fine*, & præter

cum Abbas, in dicto cap. proposuisti num. 4. ubi Ancharanus, num. 3. Jacobin. in dicta l. si quis posteaquam num. 2. vers. item secundum ff. de iudiciis, & Lafrancus Orrianus, in cap. quoniam contra §. citationes in fine de prob. & omnem citationem, sive verbalem, sive realem, fieri debere auctoritate Judicis, post alios scribit Vantius, in tract. do nullis sentent. defectu citationis. num. 32. qui subiungit hoc maximè procedere in ipsa citatione reali, nempe prehensione personæ Rei criminis, cum in ea concedenda requiratur causæ cognitio, secundum Bartolum, & Salicetum, in l. 2. & in l. ult. C. de exhib. reis, & probat. l. nemo in carcerem C. de exacto tribu. lib. 10. & subiungit etiam Vantius, num. 35. citationem verbalem fieri debere auctoritate, & inandatum Judicis, probari responso Pauli, in l. sed & si hoc. §. Prætor ait ff. de in jus voca. ac constitut. illa l. cum Clericus C. de Episc. & Cler. & cap. ex parte de re scriptis, & aliis iuribus, & alia congerit Joannes Baptista Afinius, in praxi iudiciorum §. 3. cap. 1. n. 3. & 4.

Declaratur tertio, ut locum non habeat, quando citatio est aliquò defectu invalida, & nulla. Non enim tunc operatur præventionem, sicuti declarant Io. Andr. in dicto cap. proposuisti de foro compet. & ibidem Abbas, num. 3. & 6. Buticus, num. 4. Imola, num. 3. Ancharan. num. 4. & Marian. Socin. Sen. num. 20. Et idè citatio non operatur, si à nuntio non fuit exequuta Iacobinus in dicta l. si posteaquam num. 2. Archidia. in cap. non ita 2. q. 6. num. 1. Abbas, in cap. cum plures in quinto notab. de off. deleg. Iacobinus, in dicta l. si quis postea num. 4. Franciscus Martius, in q. 100. num. 4. in secunda parte. Annibal Troyfias, in commentar. ad prag. Regni Neapolitani pragmat. 25. num. 3. Hieronymus Montius, in tract. de finibus cap. 25. in fine, & Decianus, in tract. crim. lib. 4. cap. 21. num. 4. Hinc dicimus citationem nullam non induci litis pendentiam cap. ult. ut lit. penden. Decius, in conf. 461. num. 28. Vantius, de sentent. in tit. de nullitate sententia ex defectu citationis num. 24. Federicus Sextus, in conf. ult. num. 9. lib. 4. tomo 2. Marca. 95. 7. num. 28. qui. Ità dicimus jurisdictionem Iudicis non ceteri perpetuam solâ citatione nullâ, & invalidâ. cap. bona in fine. de electio. Archidia. in loco præallegato. Abbas, in dicto cap. proposuisti num. 3. & num. 6. Rom. in conf. 412. num. 5. Barba. in conf. 45. col. vers. & si quis piam lib. 2. Felinus, in cap. illud n. 5. de præscript. Ma. fil. in l. penult. num. 22. ff. de questio. & in conf. 120. col. 1. & in conf. 131. num. 33. Vantius, ubi supra. Chassaneus, in conf. 1. in quarto præsupposito num. 1. & Decian. in cap. 21. num. 4.

Confert simile, quod egregie scribit Ludovicus Gomezius, in com. ad regul. Cancellaria in reg. de triennali possessore q. 45. quod citatione nullâ, præsertim defectu jurisdictionis, non interruptitur pacifica possessio. Id quod intelligit ipse Gomezius, ibidem col. pen. vers. limitatur tamen habere locum, etiam si citatio fuit geminata, & duplicata, adversus fulgositium, & Alexandrum; & subiungit Gomezius hoc cessare, quando citatus comparuit, quia, & si citatio ei non nocet, attamen nocet comparitio secundum Romanum, in conf. 410. & Marfil. in rubr. C. de probatio num. 137. & addit Gomezius citationem nihil operari, quando ipsa fuit valida, sed executio nulla, & idem, quando citatio fuit valida, sed apparet litem calumniosam fuisse ex sententia Cassiodori, in decis. 7. in tit. de dolo, & contuma & in decis. 3. ut lit. pend. quæ quidem traditiones, & declarationes casui nostro adaptari satis possunt.

Declaratur quarto, non habere locum, quando citatio non pervenit ad notitiam citati; Non enim tunc dicitur Iudex prævenire alterum Iudicem. Ità Socinus, in dicto cap. proposuisti n. 19. qui perpendit constitutionem illam, ac etiam responsum Ulpiani, in dicta l.

si quis posteaquam ff. de iudiciis, sic & Decianus, in dicto cap. 21. n. 7. si adducti sunt auctoritate Bart. in l. & quia ff. de iurisd. om. Iud. qui meo in codice hoc non scribit, etsi veram esse declarationem existimo. Hanc quoque declarationem probavit Socin. S. n. in l. libertus n. 7. ff. de ius voca.

Declaratur quinto, ut locum non habeat quando alter Iudex est impeditus eò tempore transmissæ citationis; non enim tunc Iudex, qui citari facit Reum dicitur prævenisse alterum Iudicem. Ità Bart. in l. si maritus 2. in princ. ff. ad leg. Iul. de adult. cuius traditionem dixit singularem Rom. in sing. 143. dico tibi & c. tñ, ut statim dicam, ipse dissentit. Bart. sequuti sunt Fulg. & Castren. in l. si pluribus n. 4. Aretin. & lafon. n. 25. vers. re-sona ergo & c. qui dixit doctrinam Bartoli esse veram, quam etiam probant Hieronymus Mont. in tract. de finibus. cap. 25. n. 15. Quæ quidem declaratio, & si vix probatur eò responso Ulpiani, in dicta l. si maritus 2. in princ. quò motus est Bart. cum de eius sensu multæ sint Doctorum interpretationes, attamen satis probari dicitur tex. cap. gratum de off. de leg. & cap. proposuisti de foro comp.

Verum à Bartoli opinione dissentiunt Angelus, in d. l. si maritus 2. in princ. Romanus in d. sing. 143. qui dicit Bart. errasse. Alex. in dicta l. si plur. n. 7. qui declarat.

Cæterum admissione opinionis Bartholi, & sequacium intelligitur tamen, si impedimentum fuit iustum, & quòd si illud non extitisset, ipse Iudex impeditus citari fecisset ipsum Reum. Ità sane dicimus quòd is qui se excusat, & tuetur ob aliquod impedimentum, probare debet duo hæc, nempe primò illud fuisse iustum, secundò, quòd si illud non extitisset, ut scribunt multi, quos congeffi in lib. 2. de arbitrar. iudic. casu 118. num. 7.

Declaratur sexto, quando alter Iudex tempore quo facta est citatio, effectus erat in habilis. Capicius, decis. 27. n. 11. Mintius, in dicto cap. 25. n. 15. Cogita, an hæc declaratio ad rem nostram pertineat.

Declaratur septimò, ut locum non habeat quando non constat, quæ fuerit prima, vel secunda citatio. Nam tunc prævalet illa Judici, Ecclesiastici, tanquam dignioris. Ità Marian. Socin. Sen. in dicto cap. proposuisti n. 21. vers. 7. quæro. de foro compet. Cum verò inter Iudices Seculares est dubitatio, & discerni non potest quis alterum prævenire, superioris erit iudicium, quis præferri debeat, sic sanè dicimus superiorem esse Iudicem inter duos de jurisdictione contententes competentem, ut post alios tradit Jason, in l. 2. n. 27. ff. si quis in ius vocat. non ierit, & Decianus, in tract. crim. lib. 4. cap. 22. n. 11. qui ad rem nostram propè Jasonem retulit.

Declaratur octavo, non habere locum, quando Iudex, qui citari prius fecit reum criminis, non transmissit schedulam inquisitionis, unà cum ipsa citatione, alter verò Iudex, sicquè secundus, unà cum citatione dedit schedulam ipsum, sicquè libellum inquisitionis, Nam hoc casu ille primus non dicitur prævenisse secundum, cuius citatio prævalet. Ità Socin. Sen. in dicto cap. proposuisti n. 21. vers. unde licet. post Albericum, in tract. status. in tertia parte q. 41. qui adducti sunt responso Ulpiani, in l. si finis §. Iul. ff. de damno infero.

Declaratur nonò, ut non procedat, quando citatio facta fuit ad informandum; non enim hæc citatio dicitur prævenire alterius Iudicis jurisdictioni. Ità Bart. Socin. in l. libertus in fine ff. de in ius voc.

Declaratur decimò, ut locum non habeat, quando secunda citatio facta est cum majori qualitate, quam prima; puta, si primus Iudex citari facit, & inquisivit Reum criminis de vulnere simpliciter, secundus verò de vulnere cum animo deliberato. Nam tunc ille primus non dicitur prævenisse secundum, sed secundi citatio, & inquisitio prævalet. Ità in specie

declarat *Bald. Bossus, in tract. casus crim. in tit. de foro compet. n. 101. Jul. Clar. in pract. Crim. §. finali. q. 38. in fine*, qui scribit hoc in Dominio Mediolanensi cautum esse novis Constitutionibus, *in tit. de accusationibus. §. si eodem preferendam esse Iudicem*, qui de graviore delicto inquit, & quod ita in facti contingentia declaravit senatus die octava Julii 1558. quod ille, qui prevenit per capturam, & procedit graviore delicto, preferatur.

Secundus est casus, quo prevenitur iurisdictioni alterius Iudicis, nempe confessio Rei criminis, qui si coram Iudice nullam factam citationem, vel formatam inquisitionem fatetur delictum, dicitur ipse Iudex prevenisse alterius Iudicis iurisdictionem, ita Baldus, *in l. si donus. §. in pecunia ff. de leg. 1. quam sic intelligunt, & sequuntur. bidem Castrens. n. 4. Alex. n. 5. & Iason. n. 6. & idem esse in debitore pecuniario intelligit eodem in loco Castrens. si ejus verba perpendantur.*

Tertius est casus quod iurisdictioni prevenitur, nempe prorogatione iurisdictionis facta a partibus. Ita Marian. Socin. Sen. *in dicto cap. proposuisti. n. 57. de foro compet.*

Tertia est dubitatio, quos effectus parit, & operetur preventio, & quidem multos parere, & operare docuit Marian. Socin. Sen. *in sapius allegato cap. proposuisti. n. 27. de foro compet. & refert Decianus, in tract. crim. lib. 4. cap. 22. Alios nonnullos ego addam & omnes explicabo.*

Primus est (Socini ordinem sequor) effectus respectu ipsius Iudicis, qui propter hanc preventionem acquirit, seu consolidat suam iurisdictionem inter litigantes. Ita Sanè Socinus, *in dicto cap. proposuisti n. 27. & probante dicta l. si quis postquam & dictum cap. proposuisti.*

Secundus est effectus, qui ut inquit Socinus, *praesentat in loco n. 28.* sequitur ex praedicto, quod alius Iudex, qui alios habebat iurisdictionem, & ipsius exercitium in eadem causa non potest amplius in ea se intromittere, & de ea cognoscere, & iudicare inter easdem personas. Ita Socinus, *ubi supra Idem scribunt Boss. in tract. caus. criminal. in tit. de foro comp. n. 79. & Decian. in tract. crim. lib. 4. cap. 22. n. 1. & probant dicta l. si quis postea quam. ff. de iudiciis, & dictum cap. proposuisti de foro comp. Praxim excipiendi docet ipse Socinus, ut scilicet contra alterum Iudicem, qui velit & ipse de eadem causa cognoscere, excipiatur primum Iudicem jam prevenisse. Non autem excipiendum esse de incompetencia, vel de remittenda ipsa causa, ut apud ipsum Socinum.*

Declaratur primò hic effectus, ut locum non habeat in crimine haeresis, in quo, speciali & favore Fidei, omnes Iudices habentes iurisdictionem contra haereticos possunt simul, & separatim procedere contra diffamatum de haeresi, licet unica sententia condemnatoria sit ferenda, & sic non videtur locus preventioni. Ita Marian. Socinus, *in dicto cap. proposuisti. num. 29. post Bald. in dicta l. si quis postea quam ff. de iudiciis, & Angelum, in l. supulobro ff. de sepulchro violato, & accedunt idem Angelus, in dicta l. si quis postea quam, & ibidem Iacobin. n. 6. Felinus, in cap. cum. M. Ferrariensis. n. 25. in fine de Const. & Iosephus Cumia, in commentar. ad ritum Magna Curia Neapolitana. ritu 54. n. 59.*

Declaratur secundo, ut non procedat, quando Clericus habet duo beneficia incomparabilia in diversis diocesis. Nam per ordinarium cujus libet Diocesis poterit compelli ad ostendendum titulum, & dispensationem, licet ab alio sit preventus. Ita declarat Socinus, *in dicto cap. proposuisti. n. 10. ex senten. glo. in cap. ordinarii in verb. ordinarium de off. ordin. in 6. & Baldi, in dicta l. si quis postea quam*

ff. de iudiciis & idem scribit ipsemet Socinus, in cap. de multa in tertia quest. principali. de praso. & Iacobinus, in dicta l. si quis postea quam n. 6. vers. secundo fallit.

Declaratur tertio, ut locum non habeat hic effectus, quando is contra quem proceditur non compareret coram secundo Iudice, & non allegaret preventionem a primo Iudice factam, sed peteret hunc secundum procedere. Hoc sanè casu processus huius secundi, & sententia etiam ab eo lata valere; sic sanè declarat Socinus, *in dicto cap. proposuisti. n. 31. post Baldum, in dicta l. si quis postea quam & similibus comprobatur ipse Socinus. Hanc quoque declarationem probarunt Felinus, in cap. cum. M. Ferrariensis. n. 15. de constit. & ibidem Decius, in fine, Iacobinus, in dicta l. si quis postea quam ff. de iudiciis n. 6. vers. tertio fallit, qui declarat Boss. in tract. caus. crim. in tit. de foro compet. n. 81. 82. & 96. qui alia ad rem scribit, & praedicti docent formam & modum excipiendi.*

Tertius est effectus, qui sequitur ex praedictis, quod si alius Iudex se intromitteret in eadem causa Iudex qui prevenit posset defendere iurisdictionem tuam, inhibendo alteri Iudici ne procedat in ipsa causa. Ita Socinus, *in dicto cap. proposuisti n. 35. & n. 44. quem sequutus est Decianus, in tract. crim. lib. 4. cap. 22. n. 2. ex sententia Bartoli, in l. 1. n. C. quomodo, & quando Iudex Anchid. in cap. de persona. n. 9. 1. & Angel. Arctin. in tract. maleficium. in verbo, Iudex commissus n. 13.*

Quartus est effectus respectu partis citatae quae postquam in causa prevenita est, non videtur posse mutare forum. Ita Socin. *in dicto cap. proposuisti. n. 36. Latissime n. 45. ubi multis exemplis declarat. Et accedunt Jason, in l. cum quaedam puella n. 9. ff. de iurisd. om. Iud. & Decianus, in dicto cap. 22. n. 3.*

Quintus est effectus, quod si plures sunt correi ejusdem causae vel delicti, citatio facta de uno inducit preventionem quoad omnes. Ita declarat Socinus, *in dicto cap. proposuisti. n. 37. post Baldum, in l. si quis postea quam ff. de iudiciis, & Socinum sequutus est Decianus, in dicto cap. 22. n. 4. qui ejusdem sententiae refert Angelum, in dicta l. si quis postea quam, & Alex. in additionibus ad Bartolum in l. de nuntiis. §. ult. ff. ad leg. Jul. de adult.*

Sextus est effectus preventionis respectu actoris, qui similiter postquam ipsius factò prevenita est iurisdictioni per citationem adversarii, non potest mutare forum, sicuti nec Reus, de quo supra Ita Socinus, *in dicto cap. proposuisti n. 38. & Decianus, in dicto cap. 22. n. 5. ex sententia Bart. in l. ubi captum ff. de iudiciis.*

Septimus est effectus respectu pendente litis, ut scribit Socinus, *ubi supra n. 39.*

Octavus effectus est, quando Iudex preveniens tenetur servare formam, & ordinem sui Tribunalis licet fortè, si reus fuisset conventus coram alio Iudice alia forma esset servanda. Ita Socinus, *in dicto cap. proposuisti. n. 40. & Decianus, in dicto cap. 22. n. 6.*

Nonus est effectus respectu executionis fiendae de sententia, sicuti declarat idem Socinus, *eodem in loco n. 41. & n. 45. & multis sequentibus.*

Decimus est effectus preventionis, quod quandoque non solum intelligitur facta preventio, respectu ejusdem personae in eodem negotio puro, sed etiam respectu ejusdem negotii non puri, sed aliquam qualitate alterati, sed etiam alterius personae data forma statuti. Ita Socinus, *in dicto cap. proposuisti. n. 42. qui refert ad ea, quae ipsemet scribit eodem in loco n. 22. vers. nono quod &c. & diximus supra.*

Undecimus est effectus, quod per preventionem factam ad instantiam accusatoris alii Iudices cen-

tenetur recufari. Ità Iafon, in l. & si n. 8. ff. de off. eius, qui Decianus, in dicto tract. crim. lib. 4. cap. 22. n. 7. Adducti ii sunt responsò Pauli, in l. 1. ff. de off. Consul. s.

Duodecimus est effectus, quòd succedens prævento tenetur prosequi iudicium coram ipso Iudice qui prævenit. Ità Castrens. & Iafon, in l. cum quadam puella. ff. de jurid. om. Iud. ille n. 4. iste, n. 8. Decianus, in dicto cap. 22. n. 8. Et ii quidem moti sunt responsis. l. si is qui Roma, & l. heres absens. ff. de iudiciis. Verùm aliter videntur sentire Fel. in cap. quia V. col. pen. ver. & allego Rotam. de iudiciis ubi etiam Decius in fine. & Sarcus, in conf. 222. n. 8. lib. 2.

Decimus tertius effectus est, quòd præventio dividit iurisdictionem aliorum Iudicum, et si non tollit in totum. Ità respondit Paris. in conf. 109. n. 5. lib. 4. quem sequutus est Decianus, in dicto cap. 22. n. 9. & 10. qui dixit alterius Iudicis iurisdictionem non tolli in totum, quia si & is procederet post ipsam præventionem, & nihil opponeretur à prævento, iudicium, valeret, sicuti diximus supra, & rursus si Iudex, qui prævenit secundum, est negligens in administranda iustitia, secundus procedere potest, non obstante dictâ præventionem. Ità Bart. in l. sepulchri ff. de sepulchro violato. Anchar. in conf. 196. Mag. D. in fine, & Felinus, in cap. ex tenore. n. 25. vers. similiter. de rescriptis.

Decimus quartus est effectus, quòd factâ præventionem, si Iudex præventus citat citatus non tenetur comparere. Ità Marfil. in l. ult. n. 204. ff. de iurid. om. Iud. Decianus, in dicto cap. 22. in fine, qui moti sunt rex. cap. per quod est cap. proposuisti de foro compet.

Decimus quintus effectus est, quòd Iudex iste qui prævenit, non tenet remittere causam ad alium Iudicem, etiam se maiorem. Sic sanè scribunt Jacobus de Ravena, & Albericus in l. heres absens. §. si quis tutelam. n. 8. ff. de iudiciis, Belvisius, in repet. cap. contrahentes. n. 121. de foro compet. in 6. Baldus, in l. si servus plurium in princ. ff. de leg. 1. Angel in l. penult ff. de hered. Anchar. in cap. postulasti. n. 14. de foro compet. Felinus, in cap. cum M. Ferrariensis. n. 25. de constit. Afflicus in decis. 219. n. 2. qui testatur sic fuisse decisum in consilio illo Neapolitano. Boss. in tract. caus. crim. in tit. de foro compet. n. 82. & 96. Didac. in lib. practic. quest. cap. 11. n. 5. vers. sexto in hoc & Vincentius Francus, in decis. 37. n. 3.

Et prædicti referunt cautelam eam, qui ut evitent Iudicium Iudicis majoris, de quo non confidunt, curant accusari coram Iudice inferiori, vel amico, vel fortè eam sui naturâ flexibile. Quæ quidem cautela non est observanda quando aliqua conjectura constare potest de fraude, sicuti scribunt prædicti, præsertim Felinus, in dicto cap. cum M. Ferrariensis. n. 25. Jacobinus, in dicta l. si quis postea quam. n. 7. vers. quarto. fallit. & præventionem sic procuratam non potest ei, qui fraude eam procuravit respondit Purpur. in conf. 380. lib. 1. & Franc. Becius in conf. 69. n. 7. qui refert etiam Boërium in q. 269. n. 20.

Et hoc quidem casu de ipsa præventionem opponi debet ab ipso accusato, & prævento; alioqui locus erit remissioni, & valebit processus. Felinus in dicto cap. cum M. Ferrariensis. n. 25. vers. sed considera post Baldum, in l. nulli n. C. de Iudiciis, & in l. peremptoria in fine C. sent. rescindi non posse. Sic & Boss. in dicto tit. de foro compet. n. 81. & 82. & rursus cessat hic effectus in scholari, qui suo privilegiò concessò ab Imperatore in aubi. habita. C. ne filius pro patre potest peti se remitti coram alio Iudice et si fuit ab uno citatus. Ità declarat Jacobinus in dicta l. si quis postea quam. n. 7. vers. quarto fallit.

Decimus sextus est effectus huius præventionis, quòd Clericus, qui habitum, & tonsuram deservit,

si præventus fuit à Iudice Seculari, antequam ipsa habitum & tonsuram resumeret, iudicandus est ab ipso Iudice Sec. Ità Anchar. in cap. ex parte de Cler. conjug. Philippus Francus, in cap. 1. §. & cum. col. ult. de Cler. coning. in 6. & 10. Anron. Niger, in repet. extravag. univ. de vita, & honest. Cler. n. 503. Idem est quando Laicus commisit delictum, & efficitur postea Cler. ut evitet forum Seculare, si Iudex Secularis ipsum delinquentem prævenit antequam fieret Clericus, poterit hic Iudex contra illum procedere, atque ità Iudex Ecclesiasticus præventus abstinere debet procedendo contra hunc Reum criminis. Ità Ioan. Andr. in cap. 1. de obligat. ad ratiocin. Albericus, in tract. Statutorum intertia parte q. 41. Alex. in l. nemo potest. n. 31. ff. de leg. 1. qui loquitur etiam de causa civili. Iafon. in l. cum quadam puella. n. 10. ff. de iurid. om. Iud. & Niger praticato in loco. n. 513. qui post Iafon. ubi supra n. 11. subiungit hoc non procedere, quando hic effectus Clericus jam ante delictum voluisset ingredi Religionem, vel aliter Clericari; qua de re scripsi superiore libro. cap. 20. n. 36.

Cæterùm quando locus non est præventionem, sed uterque Iudex procedere & cognoscere potest, quis eorum alter, nempe Ecclesiasticus, vel Secularis prius procedere, & cognoscere debeat. Distinguo duos casus, quorum primus est, quando committens hoc delictum mixti fori est Clericus. Hic casus non habet probabilem dubitationem secundum juris regulam, quæ est, quòd solus ipse Iudex Ecclesiasticus cognoscere potest, sicuti in specie docuit Ioan. Andr. in cap. felicitis num. 12. in fine in glos. penult. de penis in 6. & alii quos statim referam. Et hic quidem casus intelligitur, quando secundum regulam, ut dixi, Iudex Secularis procedere, & cognoscere potest, non de delicto perpetrato à Clerico, secus verò in casibus in quibus potest, sicuti verè in multis posse scribo, supra cap. 2. nos enim in casibus illis, quoad hæc, differt Clericus à Seculari. Alter, atque ità secundus est casus, quando perpetrans hoc crimen mixti, communisque fori, est Secularis. Hoc sanè casu glo. prima cap. de Presby. 17. q. 4. relata ad ipsum sextum absolute loquentem de occidentibus, vel verberantibus Clericos, sentit Iudicem Ecclesiasticum prius procedere, & cognoscere debere, verùm canon. eap. cum ab homine de iudiciis, quem glo. illa cap. de Presby. allegat de Clerico delincente loquitur. Idem sentit glos. dicti cap. felicitis §. ult. in verbo admittimus, de penis in 6. Rectius sentit Ioan. Andr. supra allegatus, dū exponendo dictam glos. in verbo admittimus. dixit, quòd loquendo de Laicis, & Secular. convertendus videtur ordo, ut scilicet (voluit dicere Ioan. Andr.) Iudex Secularis prius Ecclesiastico procedere, & cognoscere debeat contra Seculare committentem hoc delictum mixti fori. Et manifestius idem scribunt Archidiaconus, & Turrecremata, in dicto cap. de Presby. 17. q. 4. & multo apertius Franciscus Martius, in dicta q. 123. n. 6. in fine, & in dicta q. 306. in 9. in secunda parte.

Declaratur hic casus, ut locum non habeat, quando hoc pro delicto mixti fori indicta est pena excommunicationis, quam certò ferè omnibus in casibus impositam esse demonstravimus precedenti in capite Hoc sanè casu, Iudex Ecclesiasticus etiam contra Seculare prius procedere potest, respectu ipsius excommunicationis, sicuti in specie declarat Franciscus Martius in dicta q. 806. n. 2. & n. 6. in Secunda parte, qui dicit hanc sententiam declaratoriam inverse excommunicationis latam contra Reum Seculare, non posse impediri à Iudice laico, qui supersedere debet pendente ipsâ excommunicatione.

CAPUT VII.

Actor, vel accusator, qui in causis mixti fori coram Iudice Ecclesiastico agere, vel accusare cepit, atque ita praevenit jurisdictionem Iudicis Secularis, an, & quando mutare possit forum & iudicium sicque Reum convenire, vel accusare possit coram Iudice Seculari; & è contra.

Differimus superiori capite praeventionem facta ab uno Iudice, ut puta ab Ecclesiastico, in praeiudicium jurisdictionis Iudicis Secularis, qui de eadem causa, & ipse cognoscere, & iudicare poterat, sicuti uterque potest, quando causa est mixti fori, ut *suprà suis locis*, diximus. Nunc agendum est de praeventionem, quam facit actor vel accusator, qui agere, & accusare cepit coram uno Iudice, puta Ecclesiastico an & quando mutare possit forum, & iudicium & adire Iudicem Seculare coram eo convenire, vel accusare Reum à se jam conventum, vel accusatum. Hoc caput, (ut hoc primum dicam) differre à praecedenti vel ex eo satis intelligimus, quod praecedens versatur circa praeventionem respectu jurisdictionis ipsorum. Iudicum, quorum alter, hoc est, is qui praevenit, vult alterum excludere à cognitione causae & est, ut ita dicam, materia *l. si quis posteaquam. ff. de iudiciis*. Hoc verò caput versatur circa praeventionem quam facit actor vel accusator, ut deinde non possit mutare forum, & iudicium in praeiudicium proprium, vel Rei conventi, aut accusati, & est materia *l. ubi acceptum. n. 3. vers. siem adverte*, cum dicit dictam *l. ubi acceptum*, loqui de iudicio cepto ad incommodum. Rei conventi, & actoris.

Illud unum etiam est observandum, quod sicuti dispositio dictae legis *ubi acceptum*, & doctorum ad eam interpretationes, & declarationes loquuntur de iudicio cepto coram uno Iudice Seculari, ut non possit actor, vel accusator agere, & convenire Reum coram alio Iudice Seculari; Ita etiam intelligendae sunt, quod quando causa mixti fori est cepta coram Iudice Ecclesiastico non possit adiri Iudex Secularis, vel è contra cum nulla sit in hoc differentia, ex quo pares, & ii sunt in cognitione, & definitione causarum mixti fori. Libenter volui hac de re monitos esse studiosos, ne dubitent leges, iura, & Doctorum traditiones, quas allegabimus loquentes de Iudiciis Secularibus, quin conveniant etiam Iudici Ecclesiastico & Seculari, quam de causa sunt mixti fori.

Constituimus nunc juris regulam. Actorem, vel accusatorem, qui agere, vel accusare cepit coram Iudice Ecclesiastico non posse mutare forum & iudicium, & adire Iudicem, Secularem, & è contra, cum ubi acceptum est iudicium, ibi finire debeat, ut respondit Marcellus, *in dicta l. ubi acceptum ff. de iud.* & adeo prohibitum est actori, ne reum trahat coram, diversis, ut si quis traxerit puniatur poena amissionis causae, ut scribunt nonnulli commemorati à Felino, *in cap. ex tenore. n. 14. de rescriptis*, & si verior est opinio eorum, qui censent actorem solummodo condemnari in expensis erga ipsum reum, sicuti hanc esse magis receptam sententiam testatur idem Felinus, *precisato in loco*, & idem tradunt Alex. *in additionibus ad Bartolum. in dicta l. ubi acceptum. n. 3. vers. idem adverte*, & ibidem Jacobinus, *n. 1. & accedit Socius Sen. in cons. 41. n. 1. l. 1.*

Extenditur primò hæc juris regula, & sententia, ut locum habeat non solum, in ipso actore, vel accusatore, sed etiam in ipsius actoris hærede; Ita Marian. Socin. *in dicto cap. proposuisti. n. 55. vers. & adverte foro compet.* & ratio est secundum Socinum quia instantia cepta ab actore transit in hæredem. *cap. quia ff. de iudiciis l. tam ex contrahibus, & l. hæres absens. ff. de iudiciis*, & scribunt multi congesti ab Afonio, *in praxi iudiciorum. §. 2. cap. 12. n. 4. ubi n. 60.* affirmat transire etiam à Seculari actore in clericum ejus hæredem.

Extenditur secundò, ut locum habeat hæc sententia etiam quando actor, vel accusator vellet mutare forum, & iudicium, adeundo Iudicem habentem majorem jurisdictionem, potestatem, & dignitatem, ut puta si causa esset cepta coram Episcopo, sicque Iudice ordinario, & actor vellet adire Legatum Papae, qui ordinariò major, & dignior est ut scribunt Doctores, *in rub. de off. ejus & c.* Hoc etiam casu non potest actor mutare forum, & iudicium, ut tradunt Abbas, *in cap. cum in Ecclesia n. 5. de appellationibus*, & Antonius Corsetus, *in singulari in verbo, iudicium incipit regula. n. 1.*

Extenditur tertio, ut procedat etiam in casu jurisdictionis voluntariae. Ita Felinus, *in cap. ex tenore col. ult. vers. amplia etiam dictam de rescriptis*, ex sententia Lapi, *in allegatione 78. incipit, vacaverat in Eccles. num. 30.* qui quidem Lapi non satis hoc affirmat, quia, etsi ibi agebatur de presentatione patronorum ad Ecclesiam, patronatam vacantem, quod est jurisdictionis, vel verius potestatis voluntariae, attamen contentiose jurisdictionis erat de qua respondit ipse Lapi, ex quo his inter compatronos erat de jure presentendi. Idem sensit Riminald. *sen. in l. cum quadam n. 2. de iurisd. om. iud.*

Extenditur quarto hæc regula, & sententia, ut locum ei sit etiam quando aliud est factum de quo actor, vel accusator agere vel accusare vult coram altero iudice, ut puta Seculari, habens originem ab illo, de quo jam ceperat agere, vel accusare coram Ecclesiastico, ut si accusator cepit accusare de uno delicto ab accusato commissio, & deinde coram alio Iudice vult accusare de alio ab eodem reo, & eodem tempore, eodemque in loco perpetrato, quorum unum ab altero dependet, originemque habet. Ita extendit Felinus, *in dicto cap. ex tenore. n. 19. vers. extra dictos de rescriptis*, ex sententia Baldi, *in cap. 1. n. 7. item in alio exemplo de controvers. feudi apud pares terr. cum dixit*, quod si intuli alicui duo vulnera, eodem loco, & tempore, & in eadem rixa, non possum accusari de uno vulnere coram Praetore, & de alio coram Capitaneo. Baldum quoque in hoc specie sequutus est Riminald. *sen. in l. cum quadam puella. n. 2. vers. & similiter ff. de iurisd. om. iud.* Idem quoque dicere possumus, si Secularis subripuit in Ecclesia aurum, & vestes, sicque commisit unò eodemque tempore Sacrilegium, quod esse delictum mixti fori diximus *suprà* accusari non posse coram Iudice Seculari de vestibus subreptis, si jam fuit accusatus coram Iudice Ecclesiastico de subrepto auro.

Declaratur primò, ut non procedat hæc regula, & sententia quando causa cepta coram primo Iudice, ut puta Ecclesiastico finem consequi non potest, coram eo, propter eius impotentiam perducendi ad finem. Hoc sane casu adiri potest secundus Iudex, nempe Secularis potens auctoritate, & iuribus. Sic sane in specie declarat Abbas, *in cap. postulasti. n. 2. de homicidio & ibidem Ioan. de Anna, in fine*, & Marian. Socin. *Sen. n. 1. & 2. Federicus, in dicto cap. ex tenore n. 18. vers. fallit tertio. de rescriptis.* & Corset. *in dicto singulari. in verbo iudicium incipit regula n. 1. vers. & primò limita.* Confert quod scribit

Baldus,

Baldus, in cap. 1. n. 1. & 3. de milite vassallo, qui contumax est, dum inquit, quod quando quis contumax non potest justiciam coram Iudice inferiori, coram quo lis coepto est, adire potest, etiam per simplicem querelam, superiorem, & Baldum sequutus est ibidem Ihermia, Anna, in dicto cap. postulasti in fine & hoc prius idem docuit Bart. in l. quamuis n. 9. ff. de damno infecto.

Declaratur secundo, ut locum non habeat, quando actor deserit primum Iudicem, & adit secundum ipso primò majorem, mandato ipsius Iudicis superioris. Ita declarat Baldus, in cap. Imperialem. §. Præerea. il. 2. n. 19. in fine de prohib. feud. alien. per Fridr. dum scribit, quod si Vassallus coepit iudicium de feudo coram Iudice ordinario dominus ipsius feudi, ad quem cognitio illa pertinet, mandare potest Vassallo, ut Iudicem illud deserat, & coram se de suo jure experiatur, & Baldi traditionem probat Corset. in dicto singulari. n. 2. vers. secundo limita. Cæterum declaratio hæc vix adaptari potest huic nostræ disputationi, in qua præsupponimus utriusque Iudicis, Ecclesiastici scilicet & Secularis, æqualem esse de causis mixti fori jurisdictionem.

Declaratur tertio ut non procedat hæc regula, & sententia, quando reus conventus vel accusatus contumax fuit coram primo Iudice, puta Ecclesiastico hoc sanè casu, si actor adivit secundum Iudicem Secularem, non potest ipse reus conqueri, & obire forem, & iudicium mutari non potuisse ab actor vel accusatore. Ita Bald. in l. n. 2. ff. de sepulchro violato declarando dictam l. ubi acceptum ff. de iudiciis. scribit se sæpius consuluisse de hac facti specie. Perusinus perpetraverat crimen in comitatu, pro quo fuerat accusatus coram Iudice ipsius comitatus, & non comparuerat, atque ita fuerat contumax. Deinde ab eodem accusatore fuerat accusatus coram Iudice Civitatis Perusii, apud quem opponebat ipse accusatus pendentiam litis, & causæ coram Iudice Comitatus, & ob id mutari non potuisse forum, & iudicium, juxta dictam l. ubi acceptum Inquit Bart. exceptionem hanc opponi non potuisse ab ipso reo contumace, atque ita licuisse accusatori mutare ipsi iudicium. Hoc idem docuit ipsemet Bart. in l. quamuis. n. 8. ff. de damno infecto, quem sequuti sunt Bald. in l. senatus Conf. in fine C. de iis, qui accus. non poss. Abbas, in cap. ex tenore in fine, de rescriptis, & in cap. dilecti. n. 10. de foro compet. Alex. in l. de die. §. ult. n. 8. ff. qui satisf. cog. & in conf. 23. n. 5. lib. 3. Barbatia, in dicto cap. ex tenore. n. 62. de rescriptis, & in cap. proposuisti. n. 27. de foro compet. Marian. Socin. Sen. in cap. proposuisti. col. ult. vers. primò limitatur de foro compet. & idem inter conf. Socini sen. eius filii in conf. 41. lib. 1. Socin. Sen. in conf. 237. col. 2. vers. sed præmissis non obstantibus, & in conf. 274. n. 14. lib. 2. Felio. in cap. cum M. Ferrarianensis. n. 15. de constit. in cap. ex tenore. n. 25. de rescriptis, & in cap. qualiter. n. 1. de iudiciis. & in cap. cum sit Romana. n. 8. de appell. Iason, in l. nulli. n. 8. vers. tertio, notabiliter limita. C. de iudiciis. Antonius Corset. in singulari. in verbo iudicium incipit regula. n. 2. vers. 3. limita. & in vers. adde Abbatem, Iacobinus, in dicta l. acceptum. col. 2. vers. non ad fallentiam ff. de iudiciis. Angelus Aret. in trati. malefactorum. in verbo, hæc est quadam inquisitio. col. pen. n. 86. & ibidem Augustinus Ariminensis, Marfil. in sing. 219. Ripa. in l. 2. n. 8. ff. de re iud. Gramm. in decis. 26. n. 10. Hujus declarationis ea est ratio, quia reus contumax non potest aliquid opponere contra actum in quo fuit contumax, dicta l. quamuis ff. de damno infecto. ne ex suo delicto consequatur commodum, contra l. evidenter ff. de except. rei iud. & ob id respectu contumaciæ citatio, & edictum habe-

tur pro circumducto. l. & post edictum ff. de iudiciis.

Cæterum dubitari hic solet, quid si reus iste contumax vult purgare moram solutis expensis actori, vel accusatori, & oblatò fidejussore de iudicio fisci, audiri an debeat contra actorem vel accusatorem, ne forum, & iudicium mutet? hac in re tres sunt Doctorum opiniones, quarum prima est, Reum hunc audiendum non esse. Ità docuit Bart. in l. quamuis. n. 8. vers. idem dicto ff. de damno infecto, & in l. sepulchri n. 5. ff. de sepulchro viol. quem sequuti sunt Imola, in eadem l. quamuis. propè finem Alex. in additio. ad Bart. in l. ubi acceptum. n. 3. vers. item adverte. ff. de iudiciis, & ibidem Iacobinus, col. 2. vers. vos autem Altera, atque ita secunda est opinio præcedenti contraria, quod imò Reus iste audiri debet. Hanc opinionem probarunt Bart. sibi parum constans, in l. sepulchri. n. 2. ff. de sepulchro viol. Angelus, in dicta l. quamuis. n. 4. de damno infecto. Bart. in cap. proposuisti. n. 26. de foro compet. qui eius opinionis referunt Guielmum de Cuneo, in l. nemo. C. de iuris. om. ind. Cypum, in l. nulli C. de iudiciis, & Bart. in l. sepulchri. ff. de sepulchro viol. Sed verè Guielmus, & Cypus non loquuntur quando reus fuit contumax. Sicuti etiam advertit Alex. in additionibus ad Bart. in dicta l. ubi acceptum n. 3. vers. item adverte, Sed loquuntur, quando actor lite à se coepta coram uno Iudice, traxit reum coram alio, ut puniatur pœna amissionis causæ. Ità manifestè Cypus post Petrum, in dicta l. nulli. in fine, quorum opinionem ab aliis reici diximus supra atque ita ii nihil ad rem nostram scribunt. Hanc quoque opinionem probavit Alex. in dicto §. Celsus. n. 8.

Et huius opinionis ea est ratio, quia purgatà contumacià à reo, præventio reassumit vires suas, & operatur ne alter Iudex cognoscat, dicta l. si quis posteaquam ff. de iudiciis.

Tertis est opinio eorum, qui distinguunt, quod aut ius actoris factum est deterius ob contumaciam rei conventi, & tunc audiri non debet ipse reus, etsi ult solvere expensas. Hoc casu procedat, opinio illa Bartoli, & sequacium, aut ipsius actoris factum non est deterius, atque ita res est integra, & tunc locum habeat secunda opinio Angeli, & aliorum. Distinctionem hanc faci. Felinus, in dicto cap. ex tenore n. 16. de rescriptis, & idem sensit Imola, in dicta l. quamuis. in fine. Alià distinctione usus est Iason, in l. sancimus. n. 19. C. de iudiciis.

Declaratur quarto, ut locum non habeat hæc regula, & iuris sententia, quando coram Iudice Seculari coeptum est iudicium super causa principali, & exoritur ex ea aliquod dubium incidens, quod pertinet ad Iudicem Ecclesiasticum, ut si de observatione iuramenti vel non adhibiti super actu de quo contentio est apud Iudicem Secularem. Hoc sanè casu allegari non potest coram Iudice Ecclesiastico illa litis pendentia coram Seculari. Ità post alios sensit Alex. in l. de die. §. ult. n. 8. ff. qui satisf. cog. cum dicit Iudicem Secularem posse præfigere terminum actori vel reo, qui pro ipso incidenti adivit Iudicem Ecclesiasticum ad reportandam sententiam ipsius Iudicis Ecclesiastici super dicto incidenti, quem terminum statuere opus non esset, si respectu, ipsius incidentis non posset omitti iudicium Iudicis Secularis & adire Ecclesiasticum. Hanc quoque declarationem sensit Anton. Corset. in dicto singulari in verbo iudicium, incipit regula col. 2. vers. 5. adducit eo & e. dum refert Doctores in cap. 67. de appellatio. at præter hos manifestè scribit Bald. in l. 1. n. 7. vers. sed nunquid. C. de rebus creditis, & iure iuratum quem sequutus est Iason. in conf. 9. n. 3. propè medium lib. 1.

Declaratur quinto, ut non procedat, quando

reus jam conventus, vel accusatus coram Iudice Ecclesiastico convenitur coram Seculari, comparet, & non opponit pendentiam litis coram Ecclesiastico. Hoc etiam casu cessat regula, & dispositio dicitur *ubi acceptum ff. de iudiciis* & ob id uterque Iudex procedere potest, si uti scribunt Baldus, in *auth. sed novo iure, n. 9. C. de servis fugis. Abbas, in cap. cum Ferrariensis n. 12. de constit.*, & ob id Fel. n. 25. & idem Felinus, in *cap. ex tenore n. 19. de foro competet. Corset. in dicto singulari. col. 2. vers. sexto adduco, & vers. addo Abbatem. Afflictus in decis. 354. n. 2. in fine, & n. 3.* & accedit Socinus Sen. in *conf. 41. n. 2. & 3. l. 1.* Verum dissentit Barbatia, in *dicto cap. ex tenore. n. 70.* cuius argumentis satisfacit Felinus, *ibidem. n. 16. vers. contrarium &c.* Et rursus si secundus Iudex non obstante exceptione pendentie litis procedit in causa, an processus sit nullus, explicat Afflictus, *prædicto in loco n. 6. vers. patet ergo, & n. 7.*

Declaratur sexto, ut locum non habeat, quando primum iudicium coeptum coram Iudice Ecclesiastico nullum, hoc etiam casu coram Iudice Seculari allegari non potest pendentia litis coram ipso Ecclesiastico. Ità sanè declarat Corset. in *dicto singulari. in verbo iudicium, incipit regula col. 2. vers. ex quo nota &c.* motus simili traditione Abbatis in *cap. ex tenore. n. 6. de rescriptis, & in cap. oblata n. 8. de appellat.* cum dixit in impetratione secundi rescripti necesse minimè esse mentionem facere primi jam impetrati, etsi impetratio ipsa prima fuerit nulla, quam traditionem aliis multis ego ipse comprobavi in *lib. 2. de arbitrar. Iudic. casu 202. n. 52. l.*

Declaratur septimò ut non procedat hæc regula, quando primus Iudex, ut putà Ecclesiasticus fuit negligens in administranda Iustitia, etiam si postea offert se uti velle diligentia. Nam, & hoc casu permissum est actori mutare iudicium, & forum. Ità Barcolus, in *dicta l. quamvis n. 9. ff. de damno infecto. & ibid. Imola, in fine & Rom. n. 73. Abbas, in cap. delicti. n. 10. de foro competet.* & hæc pertinent quæ post alios scripsi *suprà hoc lib. cap. 2. n. 40.* & aliis simili-bus probat Felinus, in *cap. qualiter n. 1. de iudiciis.*

Contrariam opinionem probarunt Angelus, in *dicta l. quamvis. n. 5. Alex. in l. hoc amplius. §. celsus. n. 12. vers. item hic dicit Bart. ff. eotis. de damno infecto, & visus est sequi Felinus in dicto cap. ex tenore. n. 27. vers. fallit secundo de rescriptis, & ii adducti sunt *sex. cap. si à Iudice de appellat.* quem explicat Felinus, *prædicto in loco.**

Declaratur octavo, ut locum sibi non vindicet hæc regula, & juris dispositio, quando necessitatis causâ actor coactus est mutare iudicium, ut scribunt Doctores, quos statim referam. Necessitas hæc evenire, & considerari potest, vel ab initio litis, vel ex post initio ut si actor non voluntariè, sed coactè adivit Iudicem Ecclesiasticum, & cepit agere; Hoc sanè casu potest actor mutare forum, & iudicium, atque i à adire Iudicem Seculare. Ità declarant Bart. in *dicta l. ubi acceptum. n. 3. vers. item hæc regula ff. de iudiciis, & Marian. Socin. Sen. in dicto cap. proposuisti col. ult. vers. secundo limitatur. de foro competet.* Necessitas ex post, hoc est, lite, & causâ jam ceptâ considerari potest ut si causa fuit cepta coram Iudice Ecclesiastico ut putà Episcopo, cuius deinde Episcopatus fuit extinctus auctoritate Pontificâ. Hoc sanè casu actor adire potest Iudicem Seculare. Ità de causa cepta coram Prætorè, quod ejus officio sublato adiri possit Capistranus, qui, & ipse, erat Iudex competens, etsi præventus, dicitur causâ.

Scribunt Bart. in *dicta l. ubi acceptum. n. 3. vers. item fori. ff. de iudiciis, & ibidem Aug. n. 3. & Castren. in fine. dic. & Baldus, in l. sed & si dies. n. ff. eo de iudiciis. Felinus in cap. ex tenore. n. 18. vers. fallit quinto de rescriptis. Marian. Socin. Sen. in dicto cap. proposuisti. in fine, & Brunus, in *conf. 54. n. 8 & 9.* qui respondit, quod causâ Astensis Civitatis subditæ Dominio Missioni incæptæ coram senatus ipso Mediolanense, mutari, & transferri potuissent ad Senarum (Parlamentum Galli appellant) Gratianopolitanum, propterea quod Dux Missioni alienavit Civitatem illam Astensem, eam transferendo in Regem Galliarum.*

Declaratur nonò, ut locum non habeat, quando causa esset cepta coram Iudice Seculari arbitro, & actor recedit à compromisso, solutâ, pæcâ, & adit Iudicem Ecclesiasticum, vel è contrâ. Hoc etiam casu cessat regula, & dispositio dicitur *ubi acceptum.* Ità Bart. in *l. qui fidem. n. 3. ff. de transact.* Castren. & Alex. in *l. pecuniam. ff. si certum petat. ille, n. 4. iste, n. 11. & ibidem Iason, n. 6. & idem Iason, in conf. 12. n. 3. lib. 1.* Felinus, in *dicto cap. ex tenore. n. 19. vers. fallit decimo. de rescriptis.*

Declaratur decimo & ultimo, ut non procedat hæc regula, & juris dispositio in executivis, ut putâ; Si constitui me debitorem tuum centum aureorum, & conveni, quod instrumentum inter me, & te confectum habeat executionem paratam coram quovis Iudice, tam Ecclesiastico, quam Seculari, & tu me contumacem, & solvere differentem convenisse coram altero prædictorum. Hoc sanè casu permissum est tibi recedere ab illo foro, & Iudice, & me convenire coram altero Iudice, atque ità simul, & semel impetrare varias, & diversas executiones, donec sit tibi satisfactum. Ità declarat Bart. in *l. consentaneum. n. 17. C. cum, & quan. Iud. Bald. in secunda lectione. l. 1. §. hoc iudicium. n. 2. in fine. vers. illud nota. ff. si quis iusd. non obtemp. in l. ignorare. in fine. de rescriptis. militum, & in l. qui legati. C. ut in possess. legato Angelus, in l. qui resisteret. n. in fine ff. de rei vind. & in repet. l. nemo carcere. in princ. C. de exacto tribut. Gemin. in rub. de eo, qui mittitur in possess. causa rei serva. n. 2. & Iol. in l. nulli. n. 8. vers. sexto, & ult. C. de iudiciis, qui prædictos refert. His ego addo Nicolaum Bocerium, in *repet. §. consentaneum. n. 83.* qui tamen nifus est distinctione quadam Saliceti, eodem in loco. Iasonem, in *conf. 9. in secunda additione ad illud Consilium. n. 1. & in conf. 28. n. 2. lib. 1.* Decium, in *conf. 12. n. 2. vers. quinto in conf. 73. in fine. in conf. 460. n. 9. & in conf. 562. n. 8. in fine, & n. 9. Marfil. in sing. 398. Socin. Iun. Conf. 41. n. 62. lib. 3. Purpur. in conf. 557. n. 24. lib. 5. & Beneventus Stracca, in *tract. de Doctoribus. in tertia parte. n. 47.* Et hæc quidem declaratio, & vera Doctorum traditio, non in eo solo fundata est, quod hoc sit jus, & privilegium parti executivi, sed etiam propter contumaciam debitoris, qui dum differt solvere, & satisfacere creditori potenti, semper dicitur contumax, contrâ quem iure permissum est creditori uti pluribus remediis, successivis tamen, donec ei satisfactum fuerit, sicuti explicant Alex. in *dicto conf. 130. n. 30. lib. 4. Capicius, in decis. 33. n. 2. in fine, & Robertus Maranta, in sua disputatione. sexta. n. 28. iuncto n. 2. & verè Baldus, & alii nonnulli ex præcatis clarè considerant contumaciam ipsius debitoris, sicuti intelligendus est Bartolus, in *dicta l. consentaneum n. 17.* si præcedentia à se scripta, & subsequents præcedantur.***

CAPUT VIII.

Reus conventus, & accusatus pro causa civili, vel criminali mixti fori coram Iud. Seculari an, & quando mutato statu conveniri, & accusari possit, & debeat, coram Iud. Ecclesiastico, atque ita quando liceat ipsi Reo mutare forum & iudicium.

Explicavimus precedenti in capite de mutatione fori, & iudicii, quam facit aliquando actor vel accusator, nunc distendum est, an & quando permissum id sit reo convento pro causa civili, & pecuniaria, vel accusato pro crimine mixti fori. Egregiam hanc disputationem satis accuratè, & diligenter explicavit Marian. Socin. Sen. in cap. *proposuisti*. n. 45. vers. *quo ad primum, & multis subsequens*. de foro comp. qui quinque exemplis usus est. Ejus ordinem & nos sequemur, & fusiùs declarabimus.

Primum exemplum est (inquit Socinus) de laico, qui post citationem de eo factam à Iudice Seculari effectus est Clericus, convenire an possit Clericus iste coram dicto Iudice Seculari? magna, est ad eò disputatio inter Doctores, ut de ea referat Socinus ipse septem opiniones, & eo priùs commemorat quinque Abbas, in cap. *de obligatis ad ratiocin.* & sex ibidem Anchar. Ego omisã illarum recitatione soleo distinguere, atque constituere duo totius hujus disputationis capita, quorum alterum est de causis criminalibus, alterum de civilibus, & pecuniariis.

De primo itaque capite, hoc est, de causis criminalibus agendum est, in quo duo sunt explicanda, quorum primum est, an de delicto Secularis, qui post crimen à se perpetratum promotus est ad Clericatum, possit Iudex Secularis cognoscere, & contra hunc promotum procedere, & sententiam condemnato etiam ferre. Secundum est, an Iudex idem Secularis pœnis afficere possit hunc Laicum, ad Clericatum sic promotum, si eum dignum pœnâ judicaverit. Quoad primum, distinguendi sunt tres casus.

Primus est, quando clarè constat Secularem post perpetratum à se crimen, ad clericatum fuisse fraude, & dolò, promotum, ut evitaret forum, & iudicium Iudicis Secularis. Hoc sanè casu de ipso crimine contra hunc posse cognoscere Iudicem Secularem affirmant Bart. in l. 1. col. 2. n. 3. vers. *Aut se facit Clericum in fraudem*. ff. de pœnis, qui dicit hujus opinionis fuisse Suzarium in l. *Item Vlpianus*. §. 1. ff. de excus. tuto. & hoc in casu Bart. in l. *adulter*. §. 1. n. 1. ff. ad leg. Jul. de adulteriis, cum paucis dixit Clericatum supervenientem non excusare reum. Et sanè intelligendus Bart. quando per fraudem supervenit. Cardinalis Tabarella, in Clem. ne in agro. §. *quia vero*, col. pen. vers. *septimò quæro de statu mon.* Abbas, in cap. 1. n. 5. vers. Bart. in l. *de obligatis ad ratiocin.* Alex. in l. *nemo potest*. n. 31. de leg. 1. Cœpola, in cons. 11. n. 13. in criminalibus, Marian. Socin. Sen. in dicto cap. *proposuisti*. n. 53. vers. *aut est certum, quod fecit*. de foro comp. De ius, in cons. 130. col. 2. vers. *pract.* & M. sit. in rub. ff. de fideiussoribus. 133. & in l. *statu liberum*. ff. de questio.

Et quidem casus iste atus manifestè probatur responsò Venul, in l. *hoc accusare*. in principio. ibi, *dum non retractanda legis causâ abest* ff. de accusat. ubi à sententiâ contrario probatur, quòd absentia fraudulenta efficit ne locus sit accusationi, sicque non pro-

dest reo accusato. Et simile est, quòd respondit Vlpianus, in l. *si marianus*. §. *legis* ff. ad leg. Jul. de adulter. ibi *sine retract. Reipub. causa aberit*.

Confert etiam constitutio Imperatorum Diocletiani, & Maximiani, in l. *si quis Decurio*. C. ad leg. cornel. de falsis, ubi Decurio, qui de falso fuit accusatus, non obstante decurionatus honore torquetur, sive accusetur de falso commisso antè, vel post ipsum adeptum munus, & illo in loco adnotarunt Baldus, & reliqui.

Secundus est casus, quando certum est, quòd sine fraude Secularis iste post delictum à se commissum promotus fuit ad Clericatum; hoc quidem casu Iudex Secularis non cognoscit de perpetrato crimine contra hunc Clericum, cui prodesse debet exceptio hæc Clericatus ad mutandum forum, & iudicium, ita Bart. in dicta l. 1. col. 2. n. 3. vers. *aut est certum* ff. de pœnis quem sequuti sunt Abbas, in dicta cap. 1. n. 5. vers. Bart. in l. 1. de obligatis ad ratiocin. & ibidem Anchar. col. ult. vers. *quarta est opinio* qui hujus sententiæ refert Dylum, Marian. Socin. Sen. in dicto cap. *proposuisti* n. 53. de foro comp. & hic quidem casus probatur illo responsò Venul. in dicta l. *hoc accusare*. in princ. ibi, *qui Reipub. causâ ab fuerit, dum non retractanda legis causâ abest*.

Quòd nulla fraus fuerit commissa, probatur ex eo, primùm quando superior ecogit hunc effici Clericum, sicuti declarat idem Bart. in dicta l. 1. n. 3. prope finem vers. *quod est verum, nisi ff. de pœnis*, quem sequuti sunt Alex. in l. *cum quædam puella*. n. 7. ff. de iurisd. om. iud. Jason. n. 9. & Iacobinus, n. 8. & horum quidem sententia probatur responsò Pauli, in l. *qui autem*. in princ. ff. *si quis cautio*. & manifestius responderunt Modestinus, in l. *idem Vlpianus*. ff. de excusat. tutor. & Papinianus, in l. *Iurisperiis*. num. 1. eo. tit.

Est & alia conjectura, quâ demonstramus hunc Secularem, non fraude, & dolò sed bonâ fide effectum fuisse Clericum, post à se commissum crimen, quando scilicet jam ante delictum vovit velle effici clericum. Hanc conjecturam probant Bald. in l. 1. in fine. C. *an servus ex suo facto*. Baldi verba hæc sunt *Extra quæro, quid de eo, qui bonâ fide emisit votum de intrando ordinem Sancti Bernardini, postea commisit maleficcium, tertio loco implevit votum. Respondeo in hoc casu posse salvari Dylum, quia iste status erat implicitus tempore delicti, & ideo judicandum est tanquam de clerico, quod tene fixum menti. Hæc Baldus, quem sequuti sunt Ioan. de Anna, in cap. *de falsariorum*. col. ult. de crimine falsi, Jason. in l. *cum quædam puella*. n. 11. ff. de iurisd. om. Iud. & ob id Claudius Seyell. n. 14. per transacta. sing. sic tene menti Frasius, in cautela. 23. Iacobinus, in dicta l. *si quis posteaquam*. n. 10. ff. de iudiciis. Marfil. in sing. 534. Cagnolus, in dicta l. *cum quædam puella*. n. 34. Chassaneus, ad consuetud. Burgund. tit. de iust. rub. 1. §. 5. n. 68. & 69. Marquardus de Susan. in tract. de iudiciis lib. 3. cap. 5. n. 4. Nevizancus, in lib. 1. silva napriatis. n. 2. Petrus Duenas, in Reg. 100. in limitat. 18. Cattellian. Cottra. in memorab. in verbo *Laicus*, Didac. Covar, in lib. pract. quest. cap. 32. in fine Ioan. Antonius Niger, in extravag. unica. n. 514. de vita, & honest. Clericor. & Petrus Placa, in epieome delictorum cap. 35. n. 5. Seraphin in tract. de privileg. juramenti. privileg. octavo.*

Cæterum dubitant præcitati Doctores, quomodo constare poterit, iudici, hunc Secularem jam vovisse Clericatum ante crimen à se perpetratum, & quidem negat, nemo, quia testibus probari possit, ut in specie scribit Placa, in dicto cap. 35. n. 6. ex sententiâ Abbatis, in cap. *quosdam de presump.* Filius, in cap. *cognoscetes* n. 14. de presumptionibus, & Dom. Gem. in cap. *cas de tempo. ord.* lib. 6. an verò sufficiat probare hujus voti emissionem solò ju-

ramentò afferentis se vovisse valdè dubitâ: Doctores. Affirmant multi sufficere. Itâ sanè Jalon. *in dicta l. cum quadam puella. n. 9.* Petralancta, *in dicto sing. si. Marfil. in dicto sing. 534.* Feratius, *in dicta cautela 23. in fine,* & si visus est dubitare. Niger. *in dicta extravag. unic. n. 514.* Cocta, & Seraphin. *in locis supra allegatis,* Eâ ratione si usi sunt, quòd venire consilii in solo voventis animo, in his autem, quæ consistunt in solo animo alicujus, statur ejus solo juramento, ut scribunt glo. *in §. sed iste quidem insit. de actio. ubi idem Jalon. n. 100.* & alii permulti à præcitatatis Doctoribus alicigati. Negant alii adhibendam esse fidem juramento hujus delinquentis, quòd voverit promoveri ad Clericatum ante commissum crimen. Hujus opinionis sunt Claudius Seyfelliis, *in dicta l. cum quadam puella. n. 14.* & ibidem Cagnolus, *in fine. Marquardus, in dicto cap. 5. n. 4.* Chaffan. *in consuetud. Burgundia tit. de justit. rub. 1. §. 5. num. 69.* Alvarus Ualascus *in Consultat. 48. num. 8.* Placa, *in dicto cap. 35. num. 6. vers. quam sententiam qui dicit,* quòd cum in hac specie agatur de maxima læsione, & præjudicio Reipu. læsæ à delinquente, ejus juramento de emisso voto non esse credendum. Quæ consideratio fuit priùs Didaci Covar. *in lib. pract. quest. cap. 32.* Jul. Clar. *in pract. crim. §. finali. q. 98. vers. sed quid si &c.* qui dicit, quòd apud nos non observaretur. Et accedit, quòd de his quæ sunt in animo alicujus, non creditur ejus juramento, quando repugnat aliqua præsumptio, sicuti post Bartolum, & alios scripsi, *in lib. 1. de presumptionibus q. 77. num. 3. & 4.* Porro nostro in casu non levis est præsumptio adversus hunc delinquentem, quòd ut evitet pœnam corporalem sit pejeraturus. Et propterea juramentum hoc deferre ei non convenit. Nisi ergo manifestis probationibus constet de voto, locus non erit traditioni Baldi, & sequac. Tertius est casus, quando est dubium, atque itâ, quando non constat, quòd fraude, vel non, Secularis iste post à se commissum crimen, fuit promotus ad Clericatum. Hoc sanè casu, cum fraus non præsumatur, ut post alios scripsi, *in commentar. de presumptionibus lib. 5. præsumpt. 3.* dicendum est Iudicem Seculare cognoscere non posse de delicto adversus hunc effectum Clericum. Itâ sensit Bart. *in dicta l. 1. col. 2. num. 3. vers. aut est dubium ff. de pœnis,* & manifestè Socinus, *in dicto cap. proposuisti. n. 53. vers. aut sumus in debio, de foro comper. & reliqui,* & statim dicemus.

Declaratur hic casus, ut locum non habeat, quando extant aliqua conjecturæ, quòd fraude Secularis iste post delictum à se commissum effectus fuerit Clericus. Itâ declarat Bart. *præcitate in loco,* & manifestius Socinus, & alii, quos statim referam.

Prima conjectura adduci, & considerari solet, quando Clericus iste fuit promotus post diffamationem de crimine ab eo perpetrato; hac etenim diffamatione perterritus hic delinques præsumitur curasse se promoveri ad Clericatum, ut evitaret forum, & iudicium Iudicis Seculari. Itâ solam diffamationem hanc considerant Bartolus, *in dicta l. 1. num. 3. vers. aut est dubium ff. de pœnis.* Federicus de senis, *in conf. 97. Quoniam in fine.* Abbas, *in dicto cap. 1. n. 5. vers. Bart. in l. 1. de obligatis ad ratiocinia & ibidem Anchar. vers. quarta opinio.* Marian. Socin. Sen. *in dicto cap. proposuisti. num. 53. vers. aut sumus in dubio. de foro comper.* Didacus Covar. *in lib. pract. quest. cap. 32. num. 4. vers. fraus verò.* Julius Clarus, quem infra referam. Marquard. de Susannis, *in tract. de Iudeis. in tertia p. cap. 5. num. 3.*

Secunda est conjectura, quando Secularis iste effectus Clericus post crimen à se commissum fuerat jam accusatus coram Iudice Seculari, antequam

promoveretur. Itâ solam accusationem arguere fratrem promoti admittunt Barr. Abbas, Anchar. & Socinus *præcitate in locis,* & priùs Oldradus, *in conf. 4. in fine.* Federicus de Senis, *in dicto conf. 97. in fine.* Marquardus, *in cap. 5. num. 3.* Didacus, *in dicto cap. 32. num. 4. fraus verò.* Jul. Clarus, *in pract. crim. §. finali, q. 36. pag. pen. vers. sed in hoc.*

Tercia est conjectura, quando Secularis iste effectus clericus post crimen a se commissum, fuerat jam citatus verbaliter, vel realiter à Iudice Seculari, antequam promoveretur. Hanc citationem sufficere ad conjiciendam fraudem promoti, ita ut ei prodesse non possit, quin Iudex ipse Secularis cognoscere possit contra hunc de crimine scribunt quatuordecim ii gravissimi Doctores, hoc est,

1. Baldus, & Oldradus, *in dicto conf. 4. in fine.*
2. Joan. Andreas, *in cap. unico de obligat. ad ratiocin. & in cap. Joannes de Cler. Conjug.*
3. Guilielmus de Cuneo, *in l. penul. ff. si ex noxa causa agatur.*
4. Bartolus, *in dicta l. 1. num. 3. vers. & ista determinatio. ff. de pœnis.*
5. Baldus, *in l. 1. num. 2. C. an servus ex suo facto. in l. cum quadam puella. num. 2. ff. de iurisd. om. jud.*
6. Albericus, *in tract. statut. in tertia parte. q. 4. in fine. dum sequitur distin& Bartol. in dicta l. 1. n. 3. ff. de pœnis, & si cum non nominat.*
7. Abbas, *in cap. 1. num. 5. vers. Bartolus. in l. 1. de obligat. ad ratiocin. & in conf. 85. n. 7. lib. 1.*
8. Anchar. *in eodem cap. 1. col. 2. vers. quarta opinio.*
9. Castren. *in l. addictos num. 7. C. de Episcop. audien.*
10. Capella Tolos, *in q. 144. quæ refert sic fuisse decilum ex voto quam plurimum gravissimo um Doctorum, & eadem in q. 147.*
11. Marquardus de Susannis, *in tract. de Judicis in tertia parte. cap. 5. num. 3.*
12. Didacus, *in libro pract. quest. cap. 32. num. 4. vers. secunda conclusio.*
13. Julius Clarus, *in loco prælegato.*
14. Decianus, *in tract. crim. lib. 4. cap. 9. num. 137. & num. 138.*

Quoad secundam hujus primi capituli dubitationem, an scilicet Iudex Secularis qui potuit cognoscere, & judicare de delicto perpetrato à Laico antequam efficeretur Clericus, possit etiam, cum, sit ad Clericatum promotus, pœnis, quibus dignum judicavit afficere. Distinguunt hac in re Doctores nostri duas pœnarum species, pecuniariam scilicet & corporalem. Pœnâ pecuniariâ Iudicem Seculare punire posse hunc Clericum affirmant Bartolus, *in l. 1. num. 3. in fine ff. de pœnis,* Castren. *in l. addictos num. 7. C. de Episco. audien.* Didacus, *in libro pract. quest. cap. 32. num. 4. vers. tertia conclusio,* & alii relati à Placa, *in lib. 1. epitome delictorum. cap. 35. n. 3.* Decianus, *in tract. crim. lib. 4. cap. 9. num. 138.* De pœna verò corporalis duæ sunt opiniones. Una est eorum, qui absolute negant Iudicem Seculare punire posse hunc Clericum à se condemnatum, aliquâ pœnâ corporis afflictivâ Itâ sanè Ioan. Andr. *in cap. 1. de oblig. ad ratio. quem refert Bart. in dicta l. 1. num. 3. in fine ff. de pœnis Castren. in dicta l. addictos. num. 7.* Marfil. *in rub. ff. de fideiuss. num. 133.* Decianus, *in dicto cap. 9. num. 138. & Alvarus Ualascus, in consult. 48. num. 7.* Altera est opinio, quod imò Iudex iste Secularis possit punire hunc Clericum pœnâ corporali, scilicet tamen priùs degradatione ab Episcopo. Hujus opinionis fuisse Guilielmum de Cuneo, & Iacobus Butrigarium refert Bartolus, *in dicta l. 1. col. 2. num. 3. vers. sed qualiter poteris ff. de pœnis, & visus*

visus est sequi ipse Bartolus, *ibidem* n. 3. *in fine. vers. sed ut ego dixi.* Jason, *in l. cum quadam. n. 10. ff. de iurisd. om. iud.* Petra sancti. *in sing. 51 n. 1.* Didacus Covarr. *in lib. pract. quest. cap. 32. n. 4. vers. tertia conclusio.* Petrus Placa, *in lib. 1. epitome delictorum cap. 35.* Michael Agia, *in tract. de exhib. auxiliis, in 21. fundam.*

Quid autem dicendum sit de Clericis regularibus, ut puta Monachis, & similib. an, & contra hos, qui ante religionis ingressum deliquerant, procedere, iudicare, & poenis afficere possit Iudex Secularis. Joan. Andr. *in dicto cap. 1. de oblig. ad ratio. & Bart. in dicta l. 1. n. 3. in fine. vers. ut qua de Clerico ff. de poenis,* satis obscure loquuntur; nam primum, inquit Bart. ex ipsius Joan. Andr. sententia, idem dicendum esse de Monachis, quod de Clericis Secularib. & reddit rationem, quia Monachi habentur pro mortuis. Et deinde subiungit Bart. hæc verba. *Prædicta vera, nisi faceret professionem existens in carceribus. Ita dicit ibi glos. 10. Andr. Hactenus Bartolus, qui non satis explicat, an hic puniri possit à Iudice Seculari.*

Dubitat etiam Bartolus, *in dicta l. 1. n. 4. ff. de poenis,* quid dicendum sit de Bechetis (fratres tertii ordinis nostri præsertim juris Pontificiis interpretes appellant) seu militibus gaudentibus, an, & si susceptum habitum post iudicium inchoatum coram Iudice Sec. possint allegare exceptionem mutati fori, & iudicis? & quidem censet Bartholomæus non posse, cum regula illa tertii ordinis non efficiat eos esse Clericos regulares, & religiosos, sed præbere quendam vivendi modum. Nam retinent proprium, & uxores, ac filios, & ob id nomine Clericorum, etiam largè sumptu nomine, non contineri, auctoritate quamplurimum *lib. 1. cap. ult. n. 33. ex quo sequitur, secundum Bart. in d. l. 1. in fine. ff. de poenis,* quod propter privilegiū his superveniens ad sui procuracionem non excusantur à foro, & iudicio Sec. juxta *l. si quis postea quam ff. de iudiciis* de qua diximus supra *cap. 6. & testatur Bart. in eo facto sic iudicatum, & servatum fuisse; Et subiungit ipse Bart. hos Bechetos propter delictum à se perpetratum exauthorari, sicq; privari debere insignibus illius ordinis, juxta l. qui cum uno §. reus ff. de re milit. Bart. quoque sequuti sunt Abbas, & Anchar. in cap. 1. in fine de obligatis ad ratiocin. Marian. Socin. Sen. in cap. proposuisti, n. 54. de foro compet. Jason, in l. cum quadam puella. n. 13. ff. de iurisd. om. Iud. & Petrus Ploca, in lib. 2. epitome delictorum cap. 35. in fine.*

De secundo hujus disputationis capite, nempe de reo convento in causa civili, & pecuniaria, antequam efficeretur Cler. paucis agendum est; & quidem primum dicimus debitorem non liberari à solutione debiti, etiam per religionis ingressum, sicuti scribunt Angelus Clavarius, *in summa. in verbo, Religiosus.* Sylvester Pierius, *in summa in verbo. Religio. il. 2. n. 9.* Alfonso Vellagus, *in tract. de usuris. q. 31. n. 69. in conclus. 19.* Petrus Navarrus, *in tomo secundo de restit. lib. 4. n. 90. Medina, in C. de restit. q. 3. casu 8.* Non etiam mutatio status liberat aliquem ab eo, ad quod prius tenebatur. *l. cum quadam puella. ff. de iurisd. om. iud. de qua dicemus infra, & l. frem ff. iud. solvi.* Hinc sequitur, quod debitor iste, nec per religionis ingressum mutare potest forum, & iudicium iudicis Secularis, qui jam citatione aliquā eum prævenit, nam in fraudem creditorum dicitur promotus, & ingressus, ob id huc manet obligatus. Ita Joan. Andr. *in d. cap. 1. n. 4. de obligat. ad ratiocin. & ibidem Abbas, & Anchar. Socin. Sen. in dicto cap. proposuisti. n. 52. vers. sed non eximit. de foro compet. qui, n. 47. retulit hujus opinionis fuisse Alanum, Vincentium, & Hostien. in dicto cap. 1. de obligat. ad ratiocin. & Bart. Brixien. in suis question. vers. q. 32. incipit. Aliquis litigabat, & n. 51. refert idem Socinus, idem scripsisse speculatorem, in tit. de reo, vers. sed quid si & c. Jo. de Deo, in que qui dixit hanc*

esse communem sententiam, & accedit Castren. *in d. cum quadam puella. n. 8. ff. de iurisd. om. iud.* post Bart. manifestè dixit Clericum hoc in casu teneri respondere coram Iudice Seculari, sic, & Abbas, *in l. nemo potest. n. 31. de leg. 1. & ibidem Jason, in prima lectura, n. 87. & in secunda n. 121. & alios refert Gaspar Boëtius, in tract. de ope debitorum. cap. 17. n. 22. verum quod imò Iudex Eccl. cognoscere debet de hac causa, atq; ita prædictis dissentiunt Archidiach. & Francus, relati à præd. Socino. præcitato in loco, n. 49. qui refert Ioan. Andr. *in d. cap. 1. n. 4. de obligat. ad ratiocin. attestantem secundum hanc opinionem iudicatum fuisse Bononiz; & eandem probant Buttrigarius, in l. quis quis. la. 1. C. de Episc. & Cler. Cynus, & Baldus, in auth. Cassa. C. de Sacros. Eccles. & idem Baldus, in cap. 1. de Vassallo qui arma bell. de poss. Butic. in cap. proposuisti. n. 8. de foro compet. Alex. in l. cum quadam puella. n. 3. ff. de iurisd. om. Iud. Quoad debitorem Secularem, qui ingressus est religionem Secularem, distinguit, & declarat Boëtius, *in dicto cap. 17. n. 28.***

Extenditur prædicta traditio, ut locum habeat etiam in successore Clerici, qui tenetur comparere coram Iudice Sec. à quo ille Clericus fuerat præventus. Ita Castren. *in d. l. cum quadam puella. n. 9. ff. de iurisd. om. Iud.* qui idem esse dicit, quando Clericus succedit laico jam prævento.

Secundum est exemplum hujus disputationis juxta ordin. Mariani Socinien. *in dicto cap. proposuisti. col. pen. vers. secundum exemplum de foro compet. in Clerico subdito solum ratione Domicilii, qui se transtulit ad aliam Eccl. post præventam iurisdictionem, an coram primo Iudice, à quo fuit preventus, vel à Iudice novi Domicilii Dubitationem hanc non explicavit Soc. in loco præallegato, nec in notabilibus illius cap. proposuisti, sed, in cap. ult. n. 48. 49. & 50. eiusdem iurisd. scriptum reliquit subditum ratione domicilii, si præventus fuit à Iudice illius loci, non posse mutare forum, & iudicium, in præiudicium ipsius Iudicis, nec etiam actoris, vel accusatoris,*

Tertium est exemplum in Clerico in minoribus constituto, qui postea duxit uxorem. Nam si fuit citatus per Iudicem Eccl. antequam duceret uxorem, tenetur coram illo respondere, & iudicium mutare non potest in præiudicium accusatoris. Hoc exemplum refert, & explicat Socinus, *in d. cap. proposuisti col. pen. vers. tertiò exemplificat de foro compet. qui adiungit idem dicendum esse quando causa est civilis, & idem quando dimitteret habitum, & tonsuram, cum jam fuerit præventus, & inquit sic respondisse Dominum suum, hoc est Abbatem, in cons. 85. in presentibus quest. n. 7. & 8. lib. qui sic declarat cap. 1. de bigamis n. 6.*

Quartum est exemplum in quolibet laico subdito ratione domicilii tantum qui postea mutat forum per *l. si quis postea quam. ff. de iudiciis.* Hoc exemplum refert idem Socinus *in dicto cap. proposuisti col. pen. vers. quinto exemplificant de foro compet. qua de re abundè scripsi supra in cap. 6. huius libri.*

Quintum exemplum refert idem Socinus *in dicto cap. proposuisti. col. penul. vers. quarto exemplificant* [de indultia refert hoc exemplum postremo hoc in loco] in muliere, quæ nupsit viro alterius fori, quæ sequitur ipsius viri sui forum, nisi facta sit præventio, ut respondit Ulpianus, *in l. cum quadam puella. ff. de iurisd. om. Iud.*

Conclusio itaque sit uxorem sequi forum domicilii mariti, non autem virum uxoris, *dicta l. cum quadam l. exigere dotem ff. de iudiciis. l. eaque. & l. ult. §. idem rescripserunt. ff. ad municip. & aliis comprobatur idem Socinus, in rub. de foro compet. n. 13. vers. sexagesimo sexto, & in cap. 1. n. 20. eo tit. & accedunt congeiti à Tiraquello, *in tract. de legibus connubialibus. in l. 1. n. 27. qui, n. 28. subiungit uxorem effici civem illius civitatis, cujus est maritus, & n. 29. adiungit imò uxorem sequi forū originis mariti, quam sententiam auctoritate**

quamplurimum comprobatur. Et illis accedunt Castr. in dicta l. cum quadam puella num. 3. & Cagnolus, n. 3. Curtius Jun. num. 1.

Extenditur primò hæc conclusio, ut locum habeat etiam cohabitatione adhuc non secutâ, dummodò matrimonium sit contractum per verba de præfenti, nam & hoc casu uxor sequitur forum mariti. Ità extendit Baldus, in l. 1. col. 1. num. 3. C. si à non comp. iud. Castren. in dicta l. quadam num. 5. & ibidem Alex. n. 10. vers. sed hoc non patet, & ibidem Decius, num. 9. Curtius Jun. num. 2. Iacobinus, num. 10. Cagnolus, num. 3. vers. ampliatur iste, qui intelligit etiam si carnalis copula nondum sequuta sit, & horum quidem sententia probatur à sensu contrario l. ea que la. 2. ff. ad municip. cuius verba hæc sunt. *Ea que desponsa est ante contractas nuptias suum non mutat domicilium.* Ergo post contractas nuptias mutare dicitur domicilium, nec hic requirit Modestinus cohabitationem.

Extenditur secundò, ut locum habeat etiam in casu in quo uxor litigaret cum ipso marito, se ipsam defendendo. Hoc etiam casu uxor censetur de foro mariti, sic sanè extendunt Bald. in cap. constitutus il. 2. n. 4. de testibus. Jason, in dicta l. cum quadam puella n. 1. vers. 2. amplia, & ibidem Decius n. 10. Claudius Seyfell. n. 3. & Cagnolus, n. 4. vers. secunda ampliatio, sicut Tiraquell. de leg. connubialibus in l. 1. n. 31. & hoc quidem verum est, etiam si agatur de matrimonii solutione, seu tori separatione, ut scribit, *prædicto in loco.* Tiraquell. ex sententia Butrii, in cap. ex parte de restitu. Spolia, et si ab his dissentit Abbas, ibidem in quarto notat.

Extenditur tertio ut procedat etiam in vidua, quæ mortuò marito adhuc dicitur de foro mariti. Ità Jason, in dicta l. cum quadam puella n. 1. vers. tertio ampliata. Riminald. sen. n. 4. in fine, & prius Castren. n. 4. Alex. n. 9. Decian. n. 11. Jacob. n. 9. Claudius Seyfell. n. 4. & Cagnolus, n. 5. vers. tertia ampliatio, & accedit Corneus, in conf. 111. n. 2. 3. & 4. lib. 2. Hanc traditionem probat responsum Pauli in l. filii §. 1. ff. ad municip. cuius verba hæc sunt. *Vidua mulier amissi mariti domicilium retinet exemplò clarissima persona per maritum facta, sed utrumque aliis intervenientibus nuptiis permittitur.* Rolandus, in conf. 15. n. 7. lib. 3. & comprobatur ex eo quòd vidua retinet omnia privilegia, & commoda, quibus fruebatur vivò marito, sicuti post alios respondit Roland. in conf. 15. n. 7. 8. & aliis sequentibus lib. 3. Hæc tamen traditio intelligitur, quando vidua honestè vivit, si minùs castè, & inhonestè perdit hoc fori Privilegium, sicuti declarant Angelus, in dicta l. cum quadam puella n. 2. & ibidem Castren. n. 4. Alexand. n. 9. Jason, n. 1. vers. tertio ampliata Decius, n. 12. Iacobinus, n. 9. Claudius Seyfellus, n. 4. & Cagnolus, n. 5. vers. limita duobus modis; sic & Baldus, in l. his solis §. 1. C. de revocan. donat. docuit viduam inhonestè viventem amittere privilegia sibi jure quæsitâ ex persona mariti, & aliis multis confirmavi, lib. 2. de arb. jud. casu. 288. n. 26. & hæc quidem traditio magis recepta est retinenda adversus Fulgosium, & Decium, in dicta l. cum quadam puella; quorum considerationes diluit idem Cagnolus, n. 6. vers. sed non est. Et rursus intelligitur hæc extensio quando vidua in ipsa viduitate permanet, & perseverat, secùs verò si nubit secundo viro, ut declarando traditionem Angeli scribit Riminald. sen. in dicta l. cum quadam n. 5. Præterea intelligitur nisi ipsa vidua revertatur ad domicilium suum primum, animò ibi permanendi, sicuti explicant Castren. & Riminald. in dicta l. cum quadam, ille, n. 4. iste, n. 6. Alex. n. 10. Decius n. 14. in fine, & n. 15. in fine. Claudius Seyfell. n. 4. vers. tertio limita. Curtius Jun. n. 5. & Cagnolus, n. 8. vers. secundo limita. Et demum intelligit idem Riminald. ibid. n. 6. vers. tertio, & ultimo & c. procedere in favorabilibus, non autem in odiosis, & idem prius scripsit, eodem in loco, Alex. n. 9. vers. quod intellige verum, & De-

cianus, n. 17. vers. nam hoc verum est.

Extenditur quartò, ut locum habeat hæc conclusio, etiam si forum mariti non esset de jure communi, sed ratione, vel causâ artis, vel privilegii. Nam adhuc mulier sequitur hunc mariti forum. Ità extendit Cagnolus, in dicta l. cum quadam puella n. 10. ex sententia Marian. Socin. Sen. in conf. 12. n. 18. vers. & si quis diceret lib. 1. & idem Marian. Socin. in rub. extra de foro comp. n. 13. in fine, qui motus est rex. l. penni. C. de fabricens. lib. 10. & idem verè sensit, et si subobscurè, Rimin. sen. in dicta l. cum quadam n. 2. vers. Et prædicta procedunt, qui ad rem, simili in casu, refert doctrinam Bart. in auct. qua in Provincia n. 1. vers. in dic. C. ubi de crimine agi oportet.

Extenditur quintò, ut mulier non solum fortietur forum mariti, sed etiam efficiatur civis ipsius civitatis, cuius est maritus. Ità extendit Cagnolus, in dicta l. cum quadam puella, n. 12. post Corneum, in conf. 111. n. 4. lib. 3. & subjungit Cagnolus, ex sententia Alexandri, in conf. 20. in fine lib. 2. Mulierem hanc non definere esse civem Civitatis, cuius est ejus pater. Et accedunt alii congesti à Tiraquello, de legibus connubialibus, in l. 1. n. 24. qui, inter alios, refert Castren. in dicta l. cum quadam puella in primis verbis.

Extenditur sextò, ut locum habeat hæc conclusio, etiam si matrimonium est putativum, nempe, si vir, & mulier ignoranter contraxerunt inter se matrimonium à jure prohibitum. Ità extendit Cagnolus, in dicta l. cum quadam puella n. 11. vers. sexto ampliata, Et motus est Cagnolus, rex. l. si cum dote. §. ult. ff. soluto matr. ubi privilegium tributum dote, competit etiam pro dote putativa, sicuti adnotarunt ibi omnes. Ità quoque statuit Pontifex Max. in cap. 2. qui filii sunt legis. filios natos ex matrimonio putativo esse legitimos, & successibiles, & scripsit, in conf. 199. n. 80. lib. 2. & melius in specie nostra probatur sensu contrario responsum Gallistrati, in l. de jure §. ult. ff. ad municip. & dicemus infra, in secunda declaratione.

Extenditur septimò, ut procedat etiam quando maritus contulit se ad Domicilium uxoris, animò tamen revertendi ad proprium, aliàs secùs esset. Ità Bartolus in dicta l. cum quadam puella n. 2. & ibidem Decianus n. 9. qui declarat Baldum in l. ult. col. pen. ver. sed vir. C. si à non compet. iud. Sequitur Claudius Seyfell. ibid. n. 1. in fine sic declarari, & intelligi consideratione. Curtii Jun. in dicta l. cum quadam n. 3.

Declaratur primò conclusio hæc, ut iocum non habeat, quando mulier antequam nuberet fuit à Judice sui Domicilii præventa. Nam tunc, et si deinde nupserit, sitque eff. & Domicilii mariti, non tamen respectu causæ pro qua præventa fuit dicitur mutasse forum, & iudicium. Ità manifestè respondit Ulpianus, in dicta l. cum quadam puella ff. de iurisd. om. iud. Et illo in loco adnotarunt Bart. n. 2. Castren. n. 1. Alex. n. 4. Jason. n. 6. Decius, n. 15. & Cagnolus, n. 23.

Cæterum non levis est inter Doctores contentio, quando Judex prævenisse dicatur mulierem hanc ream in iudicio conventam, antequam extra suum domicilium nuberet. Et quidem tres casus considerantur; quorum primus est, quando Judex non solum citari, in jusque vocari fecit mulierem, sed etiam perfectò processu eam condemnavit. Hoc sanè casu Iudicem prævenisse nulla est dubitatio. Cùm Ulpianus in dicta l. cum quadam puella. hoc habeat pro absoluto his verbis. *Cum quadam puella apud competentem Iudicem litem suscepserat, deinde condemnata erat, posteaque ad viri matrimonium alii iurisdictioni subiecti pervenerat, quærebatur an prioris Iudicis sententia exequi possit, dixi posse.* Hæc Ulpia. & illo in loco Doctores supra commemorati. Secundus est casus, quando lis fuit contestata inter ipsas partes. Hoc etiam casu Iudicem prævenisse censuit idem Ulpianus, in d. l. cum quadam puella

Puella vers. sed & si & e. cujus verba hæc sunt. Sed nisi post susceptam cognitionem ante sententiam hoc eveniet, idem putarem, sententiaque à priori Iudice rectè fertur. Hactenus Ulpianus, & admittunt præcitati Doctores omnes, præsertim Castren. num. 1. Excipio Zosium, qui, eodem in loco num. 25. interpretatur verba illa, post susceptam cognitionem, pro sola ipsa citatione, sed verè subsequenter verba conjecturam facere mihi videntur Ulpianum sensit de litis contestatione, quæ proximior est sententiæ ipsâ citatione. Tertius est casus, quando mulier fuit solum modò citata verbaliter. Hic casus est, de quo Doctores disputant Recepta magis sententia est, solam citationem verbalem sufficere, & casum dictæ l. cum quadam puella. ff. de jurisd. Iud. non differre ab illo dictæ l. si quis posteaquam ff. de judiciis. quæ duo responsa ejusdem Ulpiani sunt. Hujus opinionis, sunt Castren. in dicta l. cum quadam num. 2. & ibidem Fulgosus, num. 3. Alex. num. 4. Curtius jun. num. 14. Zasius, num. 16. & Cagnolus, num. 23. Non enim aliqua probabilis differentie ratio considerari potest inter unum, & alterum casum dictæ l. cum quadam & dictæ l. si quis posteaquam, ut statim intelligemus. Nec repugnant considerationes eorum, qui negant in casu dictæ l. cum quadam, sufficere solam verbalem citationem. Quæ sanè in opinione sunt Angelus, ibidem num. 2. Jason num. 6. etsi in ultimis verbis dubitat, & Zosius, in l. 2. intellectum singular. cap. 18. ubi explicat dictæ l. cum quadam sensum. Eâ ratione primâ ii moti sunt, quòd si in casu dictæ l. cum quadam sufficeret sola verbalis citatio, de indubitabili esset dicta l. cum quadam, dum, ut diximus supra, Ulpian. vult tunc demum mulierem ream conventam non posse mutare forum, & judicium, quando vel sententia jam lata est vel lis contestata, satis enim fuisset, si dixisset Ulpianus idem, quod jam ipsemet responderat in dicta l. si quis posteaquam de judiciis. forum, & judicium non posse mutari, quando solâ verbali citatione præventioni factus est locus. Hæc sanè consideratio facilè diluitur, cum mirum non sit aliquas esse leges, & responsa Jurisconsultorum, ac etiam Imperatorum, quæ de casibus dubitatione carentibus reddita, & promulgata sunt sicuti sunt, & testantur l. officium ff. de off. consul. l. quaris ff. de natal. restit. l. 2. §. constat. ff. de pœnis. l. non dubium C. de legibus & l. indubitati C. de non numer. pecun. & scribit Corasius, in dicta l. officium, num. 11. de officio Consul. & in l. si restam. num. 8. C. de impub. & aliis subflis. ridiculos esse eos, qui asserunt nullam in jure civili constitutionem reperiri, quæ dubitationem non habeat. Soleo ego dicere cum Bartolo, in l. ubicunque num. 10. vers. ult. oppo. ff. de interrogat. actio. dubium semper fuisse apud interrogantes, non autem apud Jurisconsultos, & Imperatores respondentes. Altera est ratio, & consideratio, quam perpendit Jason, in dicta l. cum quadam num. 6. & priùs sensit ibidem Riminal. Senior, num. 3. quòd scilicet magna sit differentie ratio inter casum dictæ l. cum quadam, & dictæ l. si posteaquam, nam in casu dictæ l. cum quadam ob id non sufficit sola citatio, quia mutatio fori propter subsequutum matrimonium est potentior aliis cum hæc non impediatur propter originem etsi aliæ impediuntur, ut scribunt Bart. in dicta l. cum quadam. n. 2. & Decius, n. 6. & alios quam plures congerit Tiraq. de legibus coniug. in l. prima n. 29. Hæc consideratio nil urget, quia mulier nubendo extero non amittit propriam originem, cum origo ipsa non mutetur. l. assumptio. in princ. ff. ad municip. & l. penul. C. de municip. l. 10. sed effi itur de domicilio viri, quoad hoc, quia prætextu munerum solvendorum in domicilio originis, non debet avocari à servitiis viri. l. uni-

ca C. de mulier & in quo loco lib. 10. & scribant Bart. in l. ult. §. idem rescripserunt. ff. ad municip. Zabarella in cons. 91. incipit. Respondeo per ordinem n. 3. qui ita in specie declarat, & alii congesti à Tiraquello, præcitate in loco, qui adjungunt effi de Domicilio originis Marti, quoad forum ne ab ipsius mariti servitiis avocetur & in specie nostra sic considerant Alex. in dicta l. cum quadam n. 9. vers. sed dic. & ob id. Decius, n. 6. Curtius Jun. n. 6. in fine, & Iacobinus, n. 5. quæ sanè ratio cessat, quando mulier jam conventa fuit in judicio antequam nuberet, sicuti cessat in casu dictæ l. si quis posteaquam, ubi etsi miles efficitur alterius fori, nempe sui Ducis, sicque ei subiiciatur & cujus vexill. & servitiis abesse non potest, non tamen ei licet allegare privilegium militiæ, quando jam citatus fuit in causa. Quæ ratione diluitur, & confutatur consideratio Zasii, in dicto. cap. 18. cum dicit rationem differentie esse inter casum dictæ l. cum quadam, & l. si quis posteaquam, quia cum ex pronuntiatione licis (Zasii verba hæc sunt) in alieno Territorio mulier, vel damnificaretur, constituendo procuratorem, vel subtraheretur personaliter comparens à ministerio viri, Arg. l. 1. §. rescripserunt ff. ad municipal. unde difficilius, & non nisi ex necessitate litis, prævenitur, facit, subjungit Zasius, quòd mulier liberta propter eam causam excusatur etiam ab operis, si contrahit matrimonium l. sed si hæc §. etiam ff. de operis libert. l. quod ex liberta C. eo & l. 2. C. de obsequiis. Hæc sanè Zasii consideratio ex jam dictis diluitur, quia, & si miles, obligatus suo Duci, à suis obsequiis militatibus avocari non potest, ut jam diximus, at tamen allegare non potest militiæ privilegium, ut mutare forum, & judicium, quando solâ citatione fuit præventus.

Declaratur secundò hæc consideratio, ut locum non habeat in concubina, seu uxore injusta. Hæc enim, etsi non perdit proprium Domicilium, sicque illud non mutat, at tamen non acquirit, atque ita non sequitur domicilium viri, ut scribunt, & declarant gl. in dicta l. cum quadam puella, gl. 2. ff. de jurisd. om. Iud. & ibidem Bart. n. 1. Castren. num. 4. Fulgos. n. 4. Alex. n. 13. Riminal. sen. num. 4. vers. & in quantum. Jason, num. 15. Decian. num. 16. Curtius Jun. num. 21. Zasius, num. 10. & Cagnolus, num. 29. & manifestè sic respondit Callistratus, in l. de jure §. ult. ff. ad municipal. cujus verba hæc sunt, mulieres, quæ in matrimonium se dederint non legitimam, non ibi muneribus fungendas, unde mariti earum sunt, sciendum est, sed unde ipsæ ortæ sunt, idque Divi fratres rescripserunt. Hactenus Callistratus. Et prædicti intelligunt, nisi hæc concubina transtulit se ad habitandum in loco concubinarij animò contrahendi domicilium ibi. Hoc sanè casu acquirit sibi illud domicilium, non quidem causâ concubinitus, sed ipsius habitationis, animò ibi perpetuò habitandi.

Declaratur tertio, ut locum non habeat prædicta conclusio, quando mulier nupta extero convenitur coram Iudice sui proprii domicilii, & non excipit de ipsius Domicilii mutatione; nam hoc casu non prodest ipsi mulieri mutatio illa, cui non opponendo dicitur renuntiasse. Ità in specie declarant Decius, in dicta l. cum quadam num. 1. & ibidem Cagnolus, num. 20. vers. Secundo intelligit. Et conferunt quæ scripsi in præcedenti capite in tertia declaratione, ubi dixi regulam illam l. si quis posteaquam ff. de judiciis, non habere locum, quando reus præventus non opponit de præventionem, & valere sententiam latam à secundo Iudice.

CAPUT IX.

Delictum mixti fori punitum à Iudice Ecclesiastico, puniri an etiam possit à Iudice Seculari & è contrà.

HAc de disputatione in foro frequenti admodum & utili multa copiosè, & accuratè scripserunt inter Alios Caccialupus, Alciatus, Antonius Gomezius, & Decianus, quos suis locis referam. Distingquam ego atque constituam multò plures casus, & aliò quidem ordine ac illi fecerant.

Primus est quando reus hujus mixti criminis fuit poenà affectus in foro conscientie, & poenitentiali per sacerdotem confessarium. Hoc sanè casu sublata non est poena indicta in foro iudicis exterioris, quem vulgo forum fori appellamus, sive sit forus Canonicus, sive civilis. Ità glo. in cap. *gandemus* in *glos. ult. de divor.* & in cap. 2. de *empt. & vend.* in cap. 2. de *schismat.* & in cap. de *his de accusat.* & *his in locis Abbas, Zabarella & Imola*, & sequuti sunt Castren. in *l. cunctos populos. num. 7. C. de summa Trinit.* & *fide Cathol. Anchar. Burgos, in dicto cap. 2. num. 6. de empt. & vend.* Antonius Gomezius, in *commentar. variar. resolut. tom. 3. cap. 1. de delictis num. 40. in princ.* Et idem ego ipse scripsi, in *lib. 2. de arbitrar. Iudic. casu 538. num. 34.* ubi alios retuli. Et huius quidem traditionis ea est ratio, quia hic delinquens duo offendit, Deum scilicet, & Rempublicam, & ob id utrique satisfacere tenetur. Nec satisfactione uni factà dici potest satisfactum alteri. *l. 1. §. hac autem ver. caperum ff. si familia factum fecisse dicatur, & dicemus infra.* Cum ergo reus iste poenitentia sibi in iunctà à confessario satisfecisse dicatur soli Deo sequitur dicendum puniri posse in foro iudiciali, ratione offensæ factæ Reipub.

Extenditur hic casus, ut locum habeat etiam quando hæc poenitentia fuisse publicè facta, nam adhuc reus iste puniri potest in foro iudiciali; Ità Abbas in cap. de *his num. 4. de accusat.* & *ibidem Marian. Söcin. Sen. num. 29. vers. si vero denunciatus fuit*, Antonius Burgos, in *dicto cap. 2. num. 7. & 9. de empt. & vend.* qui diligenter, & accuratè opinionem hanc defendit, & Gomezius, in *loco supra commemorato.*

Secundus est casus, quando reus iste criminis mixti fori fuit condemnatus à Iudice Ecclesiastico poenà indicta à lege Pontificia diversà ab imposita, & ad diversum finem tendente, nempe ad salutem animæ, sicuti est excommunicatio, vel alia similis censura, cum tamen poena à lege civili indicta sit, vel pecuniaria, vel corporis afflictiva. Hoc sanè casu recepta est Doctorum sententia reum hunc puniri posse etiam à Iudice Seculari poenà à lege ipsa profanà indicta. Ità sanè scribunt sexdecim præstantissimi juris Pontificii, & Cæsarei interpretes, nempe.

1. Guilielmus de Cuneo, in *l. placet C. de Sacrosanct. Eccles.*
2. Jacobus Buttrigarius, in eadem *l. placet. in princ.*
3. Baldus, in *l. cunctos Populos. col. num. 7. ver. C. de summa Trinit. & fide Cathol. & in prædicta l. placet. num. 7.*
4. Castrens in eodem *l. cunctos populos. num. 8. & in dicta l. placet. num. 2.*
5. Ancharatus, in cap. *novit. num. 8. de Iudiciis, & in cap. ea quæ q. 8. n. 16. de Reg. juris. in 6.*
6. Franciscus Aretinus, in cap. de *his num. 8. & n. 17. in fine de accusat.*
7. Felinus, in eodem cap. de *his num. 13. in undecima limitatione.*

8. Caccialupus, in *dicta l. cunctos populos. n. 27. vers. tertius casus est.*
9. Barbat. in cap. 1. n. 87. de *off. iudicis ordin.*
10. Franciscus Martius, in q. 806. num. 6. 7. & 8. & in q. 816. num. 4. in *secunda parte.*
11. Francus, in cap. *felicitas. §. per hæc num. 4. vers. sexto limita. de poenis.*
12. Boërius, in q. 289. num. 10.
13. Antonius Gomezius, in *commentar. variar. resolut. tom. tertio cap. de delictis num. 40. vers. secunda conclusio.*
14. Beronus, in cap. de *his num. 13. vers. primum membrum de accusat.*
15. Alciatus, in cap. 1. n. 81. in *fine de officio Jud. ordin. dum sequitur Guilielmum Cuneum, Buttrigarium, & Baldum.*
16. Julius Clarus, in *pract. crim. §. finali q. 57. in fine.*

Est hujus traditionis ratio secundum Castrens. in *dicta l. cunctos populos. num. 8.* quia excommunicatio, & censura Ecclesiastica non est propriè poena, cum imponatur ad emendandum, non autem ad puniendum, & ideo dicitur poena medicinalis. *cap. 1. de Senten. excom. in 6. glof. in cap. notandum. 22. q. 3. & Abbas, in cap. non dubium de senten. excom. & accedit, quòd excommunicatio infertur à lege ipsò jure, & ob id solà Iudicis declaratione indiget, quare concurrere potest, cum poena indicta à lege Seculari, quæ sancita est ad coadjuvandum Ecclesiasticam juxta *cap. cum ad veram distinct. 96.**

Et hinc intelligimus minùs rectè Joar. Andr. & Hostien. in *cap. 1. de off. Iud. ord.* cum dixerunt hunc excommunicatum puniri non posse alià poenà à Iudice Seculari, cum Ecclesia tueri & defendere debeat secum poenitentem. Hæc sanè ratio recipienda non est cum excommunicatio, ut diximus, non sit ad puniendum, sed ad emendandum.

Tertius est casus, quando poena Ecclesiastica non est propriè poena, sed verè poenæ Secularis præparatoria, sicuti quando Clericus delinquens convictus, & condemnatus à Iudice Ecclesiastico degradatur ab Episcopo, & Iudici Seculari traditur. Hoc casu reus iste puniri potest ab ipso Iudice Seculari, cum illa degradatio non sit poena, sed ad eam indicendam præparatio. Ità in specie scribunt Baldus, in *l. exequutores num. 24. vers. considera quod quandoque C. de exequutio. rei jud.* qui exemplum etiam affert in officiali, ob delictum ab officio deponitur primum, deinde punitur poenà pro delicto illo à lege imposità Anchar. in *cap. ea qua col. 19. vers. postremo videndum de reg. juris num. 6.* Antonius Gomezius, in *dicto cap. 1. de delictis. num. 4. vers. tertia conclusio*, Alciatus, in *cap. 1. num. 81. vers. non obstat. §. si vero de officio Iudicis ordin.* qui sic intelligunt, & declarant constitutionem Iustiniani in *§. si vero in auth. de Sanctiss. Episc.* ubi Iacob. Belvisius, & Angelus adnotarunt.

Quartus est casus, quando Secularis ob delictum mixti fori à se perpetratum fuit in contumaciam condemnatus, atque ità bannitus à Iudice Seculari. Hoc casu accusari; & puniri etiam potest à Iudice Ecclesiastico. Ità in specie Caccialup. in *dicta l. pup. num. 27. adductus auctoritate Bart. in l. sepulchri. num. 6. vers. circa Secundum ff. de Sepulchro viol. qui post Belvis. in l. 1. C. ubi de crim. agi oport.* scribit, quòd contra contumacem condemnatum ab uno Iudice offenso, procedere potest secundus Index pariter offensus, & inquit Bart. in *dicto num. 6. in fine* se ità pluries iudicasse de facto assistendo, & consulendo, & Belvisium, ac Bartolum sequuti sunt Baldus in *dicta l. 1. n. 7. C. ubi de crim. agi oport.* & in *l. exequunt. num. 25. in fine C. de exequunt. rei jud.* Fran. Aretinus,

in cap. de his n. 18. de accusat. Alber. in tract. flamm. in quarta, & ultima parte. q. 99. Nullos, in tract. de ban-
nisi. in prima parte primi temporis 93. & inquit Cac-
cialupus, in dicta l. cunct. Populos n. 27. vers. in non
succedat. Bartoli opinionem servare in praxi. sic et So-
cinus Sen. in cons. 302. num. 5. lib. 2. Atliatus, in decis.
219. num. 4. Marantha in praxi iudiciorum. in sexta
parte principali num. 98. quæ secundum Bartolum
probatur responsò Juliani in l. evidenter ff. de ex-
cepti. rei iud. ubi non prodest exceptio rei iudica-
tæ, nisi ei, qui condemnationem solvit, sed mihi
responsum hoc non satis probare videtur.

Præterea, & secundò probatur: (inquit Bart.)
responsò Pauli in l. repudiantis ff. de inoff. Testa. ubi
sententia lata contra absentem, alteri quàm ab-
senti non præjudicat. Ità hic per condemnationem
non præjudicatur alteri Iudice quin possit proce-
dere.

Declaratur, ut non procedat hic casus, quan-
do hic delinquens passus est se in contumaciam
condemnari ab utroque Iudice. Nam tunc cogi
potest solvere utramque condemnationem. Ità Bart.
in dicta l. sepulchri in fine, quem sequuti sunt Ma-
rantha, in tract. de ordine iudiciorum in sexta parte
principali. num. 98. qui dicit hanc esse verio-
rem opinionem adversus Baldum in l. si pluribus delegat.

Quintus est casus quando reus iste criminis
mixti fori fuit condemnatus à Iudice Ecclesiasti-
co, lite contestatâ, sed sententiæ non paruit sol-
vendo, vel faciendo, quod iudicatum fuit. Hoc
sanè casu, si fertur deinde sententia à Iudice Se-
culari, antequam hic reus parverit primæ senten-
tiæ, Iudex ipse Secularis habet intentionem tan-
to magis fundatam, ut eum punire valeat. Ità
Caccialupus, in dicta l. cunctos populos num. 27.
vers. secundus casus, qui sic intelligit dictam l. evi-
denter ff. de exceptio. rei iud. & idem scribunt
Aret. in cap. de his num. 18. de accusat. & ibidem
manifestius Berous num. 27. si verò (subiungit Cac-
cialupus) reus iste paruit primæ sententiæ, di-
cendum est ut subsequenti in casu.

Sextus est casus, quando pœna in dicta leg.
Pontificiâ tendens ad eundem finem, ad quem, &
imposita à lege Cæsarea, est diversa ab ipsa civili,
sicuti sunt aliquæ indictæ à jure Cæsareo, pro his
criminibus mixti fori, ut demonstravimus supra
cap. 10. ubi de his egimus. Hic casus est apud
Doctores valdè controversus. Nam verè tres sunt
de eo opiniones, quarum prima est eorum, qui
affirmant reum hunc, etsi à Iudice Ecclesiastico pu-
nitum, posse etiam puniri à Iudice Seculari. Hac in
opinionem sunt decem, & octo, ii. Doctores hoc est.

1. Iacobus Butrigarius, in l. placet in princ. C. de
sacrofanct. Eccles. qui & si exemplum affert in
excommunicato, attamen excommunicationem
Butrigarius ipse habeat pro pœna, & dum decla-
rat l. senatus ff. de accusat. sentit opinionem hanc
veram esse.
2. Baldus, in eadem l. placet num. 7. vers. querit
hic Guielmus &c. manifestius idem scripsit, &
ipsemet Baldus, in l. cunctos populos num. 7.
vers. modo circa hoc incidit C. de summa Trinit.
& fide Cath. indecisum hoc reliquit.
3. Ioan. Andr. in cap. felicis. §. per hoc pœnis. col. 6.
4. Angelus, in repet. l. si vacantia C. de bonis
nat. lib. 10.
5. Abbas, in cap. tuæ. col. penult. in fine vers. &
recitat ibi &c. de procurat. qui refert & sequitur
Ioan. Andr. supra allegat.
6. Ancharanus in cap. novit. num. 9. de iudiciis,
& in cap. ea quæ. q. 8. n. 16. de Reg. juris. in 6.

7. Romanus, in cons. 377. in fine.
8. Felinus, in cap. de his num. 13. de accusat.
9. Berous, in cap. de his num. 23.
10. Aufretrius de potestate Seculari Super Ecclesia-
sticis personis. reg. 4. n. 22. vers. ex quorum dictis.
11. Alciatus, in cap. 1. num. 81. in fine. de off. Iudicia
ordin.
12. Maranta, in tract. de ordine Iudiciorum in quar-
ta parte principali, in distinct. 1. nu. 1. 3. & n. 19. & in
sexta parte principali. num. 97.
13. Arnaldus Albertinus, in tract. de agnoscendis
assertionibus hæreticis. q. 15. num. 58.
14. Antonius Gomezius, in tomo primo de de-
lictis cap. 1. num. 40.
15. Didacus, in lib. 2. variar. resolut. cap. 10. num. 5.
16. Iul. Clarus, in pract. crim. §. finali q. 57. col. ult.
vers. sed quæro.
17. Decianus, in tract. crim. lib. 4. cap. 26. num. 16.
vers. mihi verior videtur.
18. Germonius, in lib. 3. de sacrorum immunitatib.
cap. 12. n. 58. dixit hanc esse receptam opinionem.

Et secundum hanc opinionem ità apud Asculum,
& Camerinum iudicasse Amadeum de Castello, te-
statur Caccialupus, in dicta l. cunctos Populos, num.
27. in tertio casu vers. & ità fuit iudicatum. Ratio-
nes verò & argumenta, quæ pro hac opinione affer-
ri solent evitari facile possunt.

Primò perpendi consuevit constitutio Imperatorum
Honorii, & Theodosii in l. placet. C. de Sa-
crofanct. Eccles. quæ in fine ità scripta legitur. Si
quis contravenerit post debita ultionis acrimoniam,
quæ erga sacrilegos iure promenda est, exilio depor-
tationis perpetuò subdatur. Hæc Imperatores, qui
adversus onerantes sordidis muneribus Ecclesias
duplicem indixisse videntur pœnam, nempe acri-
moniam ultionis, quæ contra Sacrilegos à lege in-
dicta est, & deportationis perpetuæ exilium. Il-
lam ultionis acrimoniam interpretatur ibi Accur-
sius esse pœnam excommunicationis, quod non pla-
cet Alciato in dicto cap. 1. n. 81. de officio Iud. ord. qui di-
cit acrimoniam significare asperitatem secundum
Grammaticos, & idem, inquit Alciatus, constitutio
illa intelligi debet de pœna contra Sacrilegos, &
idem, quod Alciatus scriptum reliquit prius glos-
cap. generaliter §. placet. in verbo, Acrimoniam. il. q. 1.

Verum præter subobscuram quandam responsio-
nem præcitato in loco traditam dicimus duas illas
pœnas esse indictas à solis Imperatoribus, non au-
tem etiam ab aliquo Pontifice, atque ità eundem
fori sunt, & quidem copulative impositæ; & ob
id utramque exequendam esse. Sicuti constitutio-
nem hanc l. placet explicant Baldus, in l. cunctos po-
pulos. num. 7. vers. utraque imponitur. C. de summa. Tri-
nit. & fide Cathol.

Secundò adducitur constitutio Iustiniani, in §.
si verò crimen. in auth. de Sanctiss. Episc. ubi quamvis
Episcopus de causa criminali cognoverit & pu-
niverit, attamen etiam Iudex Seculari cognoscit.

Respondet, & rectè, Alciatus, in dicto cap. 1. num. 81.
vers. non obsat. §. si verò quòd ibi Episcopus cognove-
rat solum modo quoad affectum degradationis, quæ
cognitio est præparatoria ad cognitionem Iudicis Se-
cularis, undè una non tollit alteram, sed una aliam
coadjuvat, ut docuit Ancharanus, in cap. qua. col.
19. vers. postremo videndum. de reg. iuris. in 6. & scripsi
suprà, ubi alios retuli, sic intelligentes dictum
§. si verò.

Clarius dicere possumus depositionem; seu de-
gradationem illam non esse pœnam, sed tollere
characteris impedimentum, ob quod locus esse po-
test pœnæ corporali ob delictum infligendæ. Hoc sanè

manifestè significant verba illa dicti §. si vero ibi, & si ex his, cognoscatur proposita crimina commississe eum, tunc ipse Episcopus hunc secundum regulas ab honore suo gradum, quem habet separet, Iudex autem ultionem ad inferas legibus congruentem.

Tertiò suffragari videtur constitutio Bonifacii octavi in cap. felicis. §. per hoc de penis in 6. cuius verba hæc sunt. Per hoc quoque Secularibus Potestatibus non adimus facultatem utendi legibus, contra tales, quos adversus Sacrilegos Catholicos Principes adiderunt &c.

Cæterum respondetur reum illum criminis sacrilegii, ob læsum injuriæ affectum Cardinalem puniri utraque pœnâ, Pontificiâ, scilicet, & Cæsereâ, ob criminis gravitatem, & enormitatem, sicuti interpretantur gloss. ibid. & Francus, n. 4. vers. quod tamen limina. Præterea & Secundò respondetur dictum §. per hoc loqui, quando Iudex Secularis pœnis affectit illum delinquentem; hæc enim pœnas tollere voluit Pontifex Max. Non tamen ibidem sancitum est, quòd postquam punitus hic fuit à Iudice Ecclesiastico, iterum puniri possit à Iudice Seculari. Ità intelligunt, & declarant Aretinus, in cap. de his de accusat. Anton. Burgos, in cap. 2. de compet. & vend. Dec. in l. magistratibus. in fine. ff. de iurisd. om. iud. & Gomezius, in dicto cap. 1. num. 40. ad finem, & Gomezium sequutus est Clarus, in dicto §. finali. q. 57. in fine.

Quartò confert ratio, quòd cum Iudex Ecclesiasticus indicare non possit pœnam sanguinis, Clerici, vel monachi, pœna non potest esse condigna, & æqualis pœnæ impostæ à lege Seculari; ergo pœna ipsa legis profanæ impedire non posse videtur, iuxta l. 2. C. de sponsal. quâ sancitum est, quòd quando iurisdictionis defectu non potest imponi pœna delicto perpetrato conveniens ad alium iudicem recurritur, quâ potest indicare pœnam congruam, & convenientem.

Verùm respondet Alciatus, in dicto cap. 1. num. 81. vers. Non obstat ratio secunda de off. iud. Ordin. dictam l. 2. C. de sportulis. loqui quando reus criminis est multatus mitius, sicque punitus pœnâ extraordinariâ, & idem sensit Berous, in cap. de his. num. 25. de accusat. qui & rationem differentiz inter pœnam, & multam reddit; sed quæstio nostra est quando Episcopus punit pœnâ ordinariâ indictâ à lege canonica, inter quos casus magna est differentia secundum Baldum, in l. ultima. q. 6. ff. de iurisd. om. Iud.

Rectius, & planius responderi potest, imò legem Pontificiam existimasse, & judicasse pœnas à se indictas pro crimine mixti fori, esse convenientes, & condignas, & ob id hac ratione dici non posse, quòd ille tanquam minus sufficientes suppleri debeant per pœnas impostas à lege civili. Ità in specie tradunt multi ex supra citatis.

Quintò accedit quòd nisi diceremus reum hunc puniri etiam posse à Iudice Seculari, sequeretur quòd Iudex Ecclesiasticus impedi et, vel immiseret iurisdictionem Secularem, ut scribunt Innoc. in cap. delicti de senten. excom. & Archid. in cap. de persona. l. 9. q. 1.

Respondetur negando, quòd Iudex Secularis posset ab Ecclesiastico impediri, cum Iudex ipse Secularis prævenire potuerit ipsum Ecclesiasticum. Ità respondet Alciatus, in dicto cap. 1. num. 81. vers. non obstat quarta ratio.

Sextò & ultimò arguit præcitato in loco Alciatus num. 82. hunc reum criminis mixti fori duo offendisse, injuriamque fecisse, nempe legi Pontificiæ, & Cæsereæ, ex quo venit adversus utriusque præcepta. Ergo censetur se obligasse pœnis ab utraque lege indictis l. inter claras. §. liquet. in verbo se ipsum. C. de

summa Trinit. & fide Cathol. atqui inferens injuriam duobus, utrique satisfacere debet, nec satisfactione uni factâ satisfactum dici potest alteri. l. 2. §. hæc autem. vers. cæsarum. ff. si familia furum fecisse dicatur. Bartolus, in l. 3. §. si ad plures num. 2. ff. de sepulchro viol. ergo reus hujus mixti criminis à Iudice Ecclesiastico pœnâ affectus, puniri etiam potest à Iudice Seculari. Hoc argumenti genere visus est uti prius Baldus in l. placet num. 5. in fine C. de Sacros. Eccles. qui ital. si quis non dicatur rapere num. 7. in fine C. de Episcop. & Cler. & Abbas, in cap. 2. num. 2. de compet. & vend. & quidem solidius est hoc argumentum quovis alterò.

Cæterum responderi fortè potest hujus criminis reum offendisse unum solum Deum Opt. Max. qui mediante personâ summi Pontificis, & Cæsaris, sicuti ejus ministris, puniri eum vult etiam pœnâ temporali; propterea satisfactum dici potest si unâ, vel à Pontificia, vel à Cæsarea indictâ afficiatur pœnâ, nam & in lege Divina apud Prophetam Naum cap. 1. scriptum sic legitur, non consurges duplex tribulatio, neque vindicabis Dominus bis id ipsum. N. si replicando dicamus, quòd etsi Deus offenditur, non tamen sequitur, quòd si Deo satisfit, censetur esse satisfactum Principibus offensis, alioquin sequeretur, quòd delinquens iste per solam penitentiam, Sacramentalem sibi à Sacerdote confessario indictam, quâ Deo satisfit, pœnam evaderet temporalem, id, quod verum non esse supra demonstravimus.

Secunda est opinio eorum, qui negant reum criminis mixti fori, pœnâ Pontificiâ affectû, puniri posse alia pœna indictâ à lege Principis Secularis. Hanc probant Joann. de Anna, in cap. de his de accus. Caccialup. in dicta l. cunctos populos num. 27. in tertio casu vers. sed in Contrarium facit regula C. de summa Trinit. & fide cath. & Ruinus, in cons. 84. num. 5. in fine lib. 4.

Primò afferri solet, quòd eodem delicto nemo bis puniri debet. l. licet in fine ff. Nauta cap. & stabul. l. senatus. C. de accus. & jure Pontificiò habetur in cap. Secleratus, & in cap. sunt plures in fine de penis. distinct. 3. in cap. Presbyter. distinct. 81. in cap. quid ergo. 23. q. 5. & in cap. & si clerici §. ult. de iudiciis. Idem sancitum legitur lege Divinâ, sicuti legitur apud Prophetam Naum, cap. 1. his verbis. Non consurget duplex tribulatio, neque vindicabis Dominus bis id ipsum.

Verùm respondetur prædicta jura loqui quando ab uno, & eodem Principe, vel Ecclesiastico, vel Seculari, variz pœnæ pro eodem delicto sancitæ sunt. Nam tunc sufficit si reus ille unâ puniatur, cum unus solus Princeps, & una sola lex fuerit offensa, sed diversum est in casu nostro, in quo diversæ pœnæ diversorum Principum legibus impostæ sunt, & idè pœna indicta à Iudice Ecclesiastico non satisfacit. Iudici Seculari offenso cum distinctis, & separatæ sint iurisdictiones, cap. cum ad verum dist. 96. Ità respondet Alciatus, in dicto capite 1. num. 82. vers. & ex ista ratione de officio Iud. Ordinarii.

Secundò urgere videtur regula l. Prætor edixit §. ult. ff. de iniur. ubi quando plura remedia competunt ad vindictam, sententia lata in uno iudicio obstat in alio etiam si plus consequi possit per aliud, & tradit Bart. in l. 1. ff. si bono rapto; & in l. senatus ff. de accusat.

Cæterum respondet Caccialupus, in dicta l. cunctos populos. num. 27. ad finem vers. sed etiam solers. &c. in casu dictæ l. Prætor §. ult. pœnam fuisse indictam ab eodem Principe, & eandem esse curiam, in qua lata est sententia. Nostro verò in casu diversi sunt Princeps, diversæque Tribunalia.

Tertiò huc pertinere videtur reg. cap. ult. de excep. in 6. ubi sententia lata in foro Ecclesiastico

exceptionem parit in foro Seculari.

Respondetur dictum cap. ult. loqui in civilibus, non autem in criminalibus, sicuti declarant Joan. Andr. in cap. qualiter. §. ad corrigendos de accus. Felinus in cap. de his n. 12. eo tit. & Alciatus, in cap. 1. n. 86. vers. nec obstat dictum cap. finale de officio Iudicis Ordin. Retinenda est prima opinio, quæ illò postremo argumento latis solidò probatur, & si disputationis gratiâ, illi responsum dedit. Cæterum observandum est, quod egregie docuit Caccialup. in dicta l. cunctos populos. n. 27. vers. quin. immò forte posset & c. Iudicem secularem, hoc in casu in quo Iudex Ecclesiasticus punivit hunc reum penâ indictâ à lege civili, posse minere penam à se imponendam, & inquit Caccialupus sibi videri esse casum in l. 2. C. de sportulis, ex mente Cyni, & Baldi ibi, & plenius in t. ult. ff. de iurisd. om. iud.

Tertia est opinio eorum, qui sic distinguunt. Aut penâ indicta à lege Pontificia est conveniens, & congrua, ita quòd reus iste dici posset sufficienter punitus, & tunc puniri non debet aliâ penâ à lege Seculari Sancirâ. Aut vero penâ illa Pontificia non est conveniens, & tunc puniri is debet penâ legis Secularis. Ità verè distinguunt Castrenf. in l. cunctos populos. n. 9. vers. sed si esset terminus penâ C. de summa Trinit. & Fide Cathol. Idem verè sentit Caccialupus, in dicta l. cunctos populos. n. 27. in utriusq. casu. vers. & hoc videretur omnino & c. sic & Didacus Covar. in lib. 2. variar. resolut. cap. 10. n. 6. vers. est tamen intelligenda & Gem. in lib. 3. de Sacrorum immunit. cap. 12. n. 84. & 86.

Confert quod tradit Angelus in l. si vacantia col. 11. C. de bonis vacan. lib. 10. cum inquit, quòd si homicida in loco sui domicilii fuit punitus penâ pecuniariâ quæ sufficiens non est penâ tanti criminis, puniri poterit in loco delicti penâ corporali, & Angelum sequutus est Castrenf. in l. cunctos populos. n. 9. in fine C. de Summa Trinit. & fide Catholica.

Cæterum opinio hæc à reliquis omnibus ob id rejicitur quòd lex Pontificia, quæ pro delictis mixti fori pœnas indixit, sufficientes congruas, & convenientes esse existimavit; sic adversus Angelum in d. l. si vacantia, tradit Aret. in cap. de his n. 18. in fine. de accus. & ibid. Berous, n. 28.

Septimus est casus quando pœna juris Pontificii differt à pœna juris civili in quantitate, atq. ita non est omninò diversa, ut si pro delicto mixti fori lex canonica indixisset pœnam centum aureorum, civilis verò mille. Hoc sanè casu reum hunc puniri posse in utroq. foro manifestè affirmarunt Caccialup. in dicta l. cunctos Populos. n. 27. vers. quartus casus est C. de Summa Trinit. & fide Cathol. & Alciatus, in dicto cap. 1. n. 85. in fine de officio iud. ord. qui testatur communem esse opinionem, & Caccialup. sic intellexit loqui Beluifium Baldum, Castrenf. & Anchar. in precedenti casu pro prima opinione commemoratos. Cæterum quòd reus iste puniri solum possit à Iudice Seculari in eo, quòd pœna à lege civili indicta excedit canonicam, atq. in aureis noningentis, scribunt Joan. Andr. & Gem. in cap. felicis §. per hoc. de pœnis in 6. Caccialup. precipitato in loco. Alciatus, in dicto cap. 1. n. 84. & Franciscus Martius, in q. 804. n. 6. & in q. 806. in fine. in secunda parte.

Octavus est casus, quando pœna utriusq. fori est omninò æqualis; hoc casu satis esse, si reus unâ plectatur, tradunt Joan. Andr. Lupus, & Gem. in d. cap. felicis. §. per hoc. de pœnis. Caccialupus, in dicta l. cunctos Populos. n. 27. in fine C. de summa Trinit. & fide Cathol. & Alciatus, in dicto cap. 1. n. 85. de officio Iud. Ordinar.

Nonus est casus, quando pœna delicti mixti fori est principaliter indicta à lege civili. Hoc casu, reus hujus criminis punitus à Iudice Seculari, puniri ampli-

us non poterit à Iudice Ecc. Ità Alciatus, in dicto cap. 1. n. 83. & Decianus, in tract. crim. lib. 4. cap. 26. n. 16. vers. secunda, quòd delictum. Ità intelligit Alciatus cap. cum sit generale. de foro comp. ubi Iudex Ecclesiasticus punit Sacrilegos; quia in eis puniendis Iudex Secularis est quândoq. negligens, & remissus. Ego si Iudex ipse Secularis jam condignè pœnis affectu sacrilegum, cessat ratio illius Canonis, consequenter Sacrilegus ille amplius non punietur. Verùm dici jure potest, non esse sumendum, in casu dicti cap. cum sit generale, argumentum à sensu contrario, cum quia repugnat ratio illa de qua diximus supra in sexto casu Secundum ipsum Alciatum, Quòd sicuti duo offenduntur Iudex scilicet Ecclesiasticus & Secularis, sic & utriq. satisfieri oportet, etiã quia Pontifex in dicto cap. cum sit generale. non solum loquitur de sola crimine Sacrilegii, sed etiam de quovis altero, quemadmodum significant verba illa, ut malefactores suos & c. Et illa subsequenti verba, qui sacrilegi censendi sunt, accipiuntur in genere cum qui suis lædens Eccle. dicatur sacrileg. sumptò Sacrilegii nomine in genere, iuxta l. 1. C. de crim. Sacrilegii, & post alios scribunt Boer. in q. 254. n. 2. in fine & Decianus, in tract. crim. lib. 6. cap. 15. num. 16. & multis sequentibus. Non etiam repugnat doctrina Baldi in l. exequitorem n. 25. C. de execut. rei iud. allegata ab eodem Alciato, quia intelligendus est Baldus, quando locus delicti est ejusdem Principis, cujus est & locus originis ipsius delinquentis. Nam tunc is delinquens pœ. affectus in loco delicti, puniri amplius non potest in loco originis. Ità idem Bald. in l. si quis non dictam rapere. n. 7. in fine C. de Episc. & Cler. Aretinus, in cap. de transis n. 20. de accusat. & Iul. Clarus, in practica crim. §. finali. q. 57. col. ut. vers. scias etiam. Et ipsemet Alciatus hoc admittit, precipitato in loco, qui adversus se ipsum adducit Bartolum. in l. Sepulchri n. 1. ff. de Sepulchro viol. & Aretinum, in dicto cap. de his. n. 20. mihi itaq. non satis probatur hæc Alciati & Deciani traditio.

Decimus est casus, de quo respondit Aretinus, in cons. 58. n. 8. si Pontifex max. in locis, & Terris sibi subiectis immediatè committit inquisit. alicujus criminis Iudici Ecc. censetur etiam ei mandasse, ut possit indicare pœnam corporalem, & si Iudex iste delegatus absolverit, Iudex Sec. in quo reus domicilium habet, non poterit amplius adversus eum procedere; & Aretini responsum, adversus Alciatum, in dicto cap. 1. num. 86. vers. puto istam de officio Iudicis Ordin. defendit Decianus, in tract. crim. lib. 4. cap. 26. n. 16. vers. tertia declaratio.

Undecimus est casus, quando pœna imposita à lege Pontificiâ est ipsò jure indicta, & Iudex ipse Ecclesiasticus solum declarat reum hunc accusatum in pœnam hanc incidisse. Hoc casu, Iudex Secularis potest indicare aliam pœnam. Ità Franciscus Aretinus, in cap. de his num. 17. de accusat. & ibidem Berous, n. 25. vers. non obstat sex. verùm Baldus, in l. cunctos populos n. 7. vers. ut amba pœna sunt C. de summa Trinit. & fide Cathol. intelligit hunc casum, quando amba pœnae sunt indictæ in eodem foro.

Duodecimus est casus, quando statutò sancitum est, quòd in criminibus mixti fori, condemnatus, & pœna affectus à Iudice Ecclesiastico puniri etiam possit à Seculari. Hoc casu, pœnâ hunc affici posse in specie affirmavit Caccialup. in dicta l. cunctos populos n. 29. qui dixit sic cautum, esse statutò Bononiensi, & valere hoc statutum, cum statuentes contra suos statuerent sic possint, & delicta sæpius punire, si sibi placet. Nec dici potest hoc casu deludi jurisdictionem Iudicis Ecclesiastici, impediendo exceptionem rei judicatæ per Iudicem Ecclesiasticum contra cap. ult. de exceptionibus in 6. Nam respondet Caccialupus, quòd ipse

Judex Ecclesiasticus punire potuit, si voluit, & suam exercere jurisdictionem, quæ non minuitur ob id, quòd Judex Secularis velit ipsum reum judicare, & puorire.

CAPUT X.

Absolutus à Iudice Ecclesiastico de crimine mixti fori, inquiri, Vel accusari, an denuò possit coram Iudice Seculari, & è contra & alia multa de liberatis, & absolutis à criminibus non reaccusandis.

Habet hoc caput, cum præcedenti, quamdam connexitatem, & ut dici solet, affinitatem, quemadmodum adnotavit Caccialupus, in l. cum-
Bos populos num. 28. C. de summa Trinitate, & Fide Cathol. id quod tuadet, & illa Pauli sententia in l. qui damnare. ff. de senten. & rejud. Hoc in capite, duos tantum casus distinguit, atque constituit, præcitato in loco, Caccialup. Ego plures, unà cum Doctoribus, præsertim Mariano Socino, in cap. de his, de accusat. proponam, ut diligentius tota hæc de accusati, vel inquisiti absoluteione disputatio explicetur, vel intelligatur.

Primus itaque est casus, quando accusatus de crimine mixti fori coram Iudice Ecclesiastico fuit ab ipso Iudice absolutus ab observatione iudicii, ob id, quòd libellus accusatorius erat inceptus, vel quia accusatoris persona non erat legitima ad accusandum; hoc sanè casu, sine controversia, non impedit Judex Secularis, quin coram eo accusari possit absolutus iste, cum à fortiori valeat hic idem accusari coram eodem Iudice Ecclesiastico, à quo fuit absolutus, sicuti scribunt speculator, in tit. de absoluteionibus. §. perro glos. in cap. Epiphanium §. q. ult. & in cap. 1. de accusat. Buticus, in cap. de his col. 2. vers. septimus casus de accusat. ubi etiam Abbas, num. 3. Anchar. col. 1. vers. septimo casu, Marian. Socin. Sen. num. 9. & Felinus, num. 2. & idem tradit Didacus Covar. in lib. 2. variar. resolut. cap. 10. num. 1. & horum traditio probatur responsò Pauli, in l. libellorum. §. quod si libelli. ff. de accusat. cujus verba hæc sunt. *Quòd si libelli inscriptionum legitime ordinati non fuerint, rei nomen aboletur, & ex integro repetendi reum potestas fiet.* Hæc Paulus, cujus responsum relatum est in cap. per scripta. §. quod si libelli. 2. q. 8. Et accedit ratio, quia hoc modo absolutus non dicitur propriè libertatus, cum de veritate accusationis cognitum minimè fuerit.

Cæterum observandum est accusatorem, qui minus legitime accusavit, non admitti ad secundam hanc accusationem, ob contractam inimicitiam, cum jam accusato, quæ perdurare præsumitur. *In ipsius. C. famil. erit, & tradunt, Aretius, in cap. 1. num. 4. de iudiciis, & ibidem Ripa, num. 15. & num. 17. & alios retuli in commentar. de præsumptionibus. lib. 5. præsumpt. 43. num. 7. & in specie nostra ita scribunt Marian. Socinus, in dicto cap. de his num. 9. vers. adverte tamen & ibidem Felinus, num. 2. & Didacus in dicto cap. 10. num. 1.*

Secundus est casus, quando accusatus de crimine publico fuit absolutus vigore transactionis validæ cum accusatore initæ. Hoc sanè casu, considerandæ sunt tres personas, prima quarum est ipsius principalis, offensi, & accusatoris, secunda est persona Iudicis, tertia est alterius de populo, vel tertii. Quoad primam personam principalem, scilicet offensi, recepta est omnium opinio, quòd non

potest absolutus iste iterum accusari ab hoc principali accusatore. Ità scribunt in sexdecim.

1. Glosa, in l. transigere in verbo prohibitum. C. de transact.
2. Bartolus, in l. si maritus. §. si negaverint, num. 4. ff. ad leg. Jul. de adulter. & in dicta l. transigere. num. 7. vers. ad hunc propositum.
3. Salicetus, in eadem l. transigere, in 4. oppo.
4. Abbas, in cap. de his num. 3. vers. quando quis est absolutus de accusat.
5. Marianus Socinus, ibidem. n. 10.
6. Felinus, ibidem. n. 3. vers. secundò limita.
7. Jason, in l. cum qui §. in popularibus num. 10. ff. de iure iuran.
8. Curtius jun. in dicta l. transigere. n. 34.
9. Boërius, in q. 91. num. 2.
10. Berous, in dicto cap. de his num. 8.
11. Maranta, in praxi Iudiciorum in sexta parte principali. n. 55.
12. Franciscus Connanus, in lib. 5. commentar. juris. cap. 7. num. 2.
13. Alciatus, in dicta l. transigere. n. 11.
14. Antonius Padilla, eodem in loco.
15. Hugo Donellus, ibidem. n. 7.
16. Iul. Clarus, in pract. crim. §. finali q. 58. vers. sed pone.

Et quidem probatur casus iste responsò Mariani, in l. qui casu. §. ult. ff. ad leg. Iul. de vi pub. illis verbis *Et si pater iniuriam suam precibus exoratus remiserit, tamen extraneus sine quinquenni præscript. reum postulasti poteris &c.* Extraneus sicque tertius accusator admittitur ad reaccusandum, non autem prior accusator, qui jam remisit, & manifestius probant l. fratris, & l. cunctos. C. de transact. quorum verba, & ratio clara, & aperta sunt.

Et quod diximus de crimine publico, idem dicendum est multò magis de privato, ut scilicet accusatus propter transactionem, cum principali accusatore non possit ab eo reaccusare sicuti scribunt Bart. in l. 1. §. usq. adeò ff. de iniuriis, Baldus, in l. fallaciter C. de abolitio. Marantha, in praxi iudiciorum, in sexta parte principali. num. 57. Didacus, in lib. 2. variar. resolut. cap. 10. num. 5. vers. nono, idem &c. in fine, & manifestè probat Egregium U'piani responsum in l. sed si unus. §. si ante. ff. de iniuriis.

Quoad secundam personam, hoc est; Iudicis, dicendum est primùm, respectu criminis publici, eum posse procedere adversus accusatum, non obstante transactione initâ inter ipsum accusatum, & accusatorem. Ità sanè sensit Baldus, in l. transigere. num. 26. C. de transact. & clarè Bart. num. 7. vers. pro cuius declaratione, & num. 8. Angelus, num. 7. Abbas, in cap. 1. num. 1. de collus. detegen. Alex. in dicta l. transigere num. 10. & ibidem Jason, n. 5. & idem scribunt Padilla. in eodem loco. num. 47. Boët in q. 91. num. 2. Fran. Connan. in lib. 5. commentar. juris. cap. 7. num. 2. Marantha, in loco supra allegato. num. 55. & clariùs, num. 57. vers. & pradam.

Idem est, quando transactionem fuit de crimine privato nam adhuc non impeditur Iudex, quo minus respectu pœnæ fisco præstandæ possit ex officio procedere adversus reum accusatum, quemadmodum tradunt Bart. in dicta l. transigere. in prima lectura. num. 14. Præpositus, in cap. de accusatione num. 118. 2. q. 8. & Padilla, in dicta l. transigere, Connanus, in dicto cap. 7. num. 2. Maranta, in prædicta practica Iudiciorum. in sexta parte principali. num. 57. vers. & pradam. Iul. Clar. in pract. crim. §. finali. q. 58. in princ. qui dicit ità observatum fuisse ab hoc Senatu nostro Mediolanensi anno 1546. & subiungit Clarus hanc quidem transactionem prodesse accusato ad debilitandum processum, cum pace, & transactione

imita vix possit Pifces habere indicia, & probationes adversus accusatum.

Ceterum dubitari hic solet, an Iudex, qui vult procedere ex officio adversus prædictum reum accusatum ex transactione quoad accusatorem absolventem, prosequi possit processum ab illo accusatore inchoatum, vel debeat novum inchoare? & quidem Doctores permulti scribunt inchoare debere novum processum. Ita sanè Bartolus in l. si maritus la. 2. §. si negaveris ff. ad leg. Jul. de adulter. & in dicta l. transigere n. 8. C. de trans. & ibidem Bald. num. 26. Castren. num. 7. Salicetus. num. 9. Jason, num. 11. Felinus, in cap. de his num. 3. de accus. & hanc esse receptam opinionem testatur Antonius Gomezius, in tertio tomo variar. resolut. cap. 1. n. 36. vers. ex quo aperit & c. Ipse tamen dissentit, ac infra referat.

Contrariam sententiam, quod scilicet possit Iudex prosequi, & continuare jam coeptum processum ab accusatore, probarunt Angelus, in dicta l. transigere n. 7. & ibidem Padilla, n. 47. & Gomezius, in dicto cap. 1. n. 37. in fine Iulius Clarus, in præct. crim. §. finali q. 58. vers. & scias quod licet & c. qui testatur ita in foro servari, & simile est, quod mortuo accusatore, & consequenter abolita accusatione respectu ipsius accusatoris, Iudex ex off. potest absq. novo processu prosequi ipsam accusationem. Ita sanè tradunt Bart. in l. libellorum. §. ult. n. 5. ff. de accusat. & eod. prius Raynerius de Forliviis, & sequutus est ibidem Albericus, idem Bart. l. 2. C. de delato. lib. 10. & ibidem Io. de Platea, Imola, in l. penult. col. 2. ff. de publ. iudiciis. Io. de Aana, in cap. crimina. n. 5. vers. his autem præmis. de collus. deteg. Antonius Gomezius, in 3. tomo variar. resolut. cap. 1. n. 36. vers. ex qua communi doctrina, & n. 86. Bosl. in tract. caus. crim. tit. de inquisitione. n. 89. qui testatur ita in foro servari & Iul. Clarus, in dicto §. finali q. 51. vers. pariter. Etiam affirmant hodiè non habere limitationem, cum generali fori consuetudine, in omni casu procedatur per inquisitionem. Et ex prædictis multi admonent Iudicem, ut intra triginta dies à morte accusatis prosequatur ipsum processum, & instantiam, alioquin debet novum inchoare.

Et his intelligimus, quod sicuti transactione irrita inter reum accusatum, & accusatorem, non impeditur Iudex Secularis, quominus prosequatur ipsam accusationem, & processum, vel novum inchoet, nec impedimentum ad fertur Iudici Ecc. quin si delictum, de quo instituta fuerat accusatio, est mixti fori, possit & ipse de eo cognoscere.

Quo demum ad tertiam personam, dicimus eam, respectu publici criminis, posse prosequi, vel inchoare accusationem abolita & transactione irrita inter reum accusatum, & accusatorem. Ita quidem affirmant glos. in l. transigere in verbo prohibet C. de transact. & in l. cum qui. §. in popularibus. ff. de iur. iurand.

Bartolus, ibidem, in eam l. transigere. n. 2.

Abbas, in cap. de his. n. 3. vers. quandoque quis est absolutus vigore transactis.

Jason, in dicta l. cum qui §. in popularibus. n. 10.

Felinus, in cap. de his. n. 3. vers. secundò limita. de accusat.

Curtius jun. in dicta l. transigere n. 34.

Antonius Gomezius, in tertio tomo variar. resolut. cap. 1. n. 36. vers. ex quo etiam noviter.

Berous, in dicto cap. de his. n. 8.

Maranta, in praxi iudiciorum, in sexta parte principali n. 55. & n. 57.

Boë nus, in dicta q. 91. n. 2.

Padilla, in dicta l. transigere. n. 51.

Didacus Cavarr. in lib. 2. variar. resolut. cap. 10. n. 5. vers. nono idem.

Jul. Clarus, in præct. crim. §. finali q. 58. vers. sed penè.

Et hæc quidem vera, & recepta sententia probatur responsò Martiani, in l. qui cum §. ult. ff. ad leg. Jul. de vi publica, cuius verba hæc sunt. Qui vacantem mulierem rapuit, vel nupta, ultimò supplicio puniatur. Et si pater iniuriam suam precibus exoratus remiserit, tamen extraneus sine quinquennii præscriptione reum postulare poterit, cum raptus crimen legis Iudice de adulteri. potestatem excedit. Hæc Maritanus.

Idem dicimus de crimine privato prosequendo injuriam suæ agnationi, & familiæ factam si enim principalis accusator injuriã affectus transactione cum accusato irrita aboleri voluit accusationem, quoad se attamen alter ex familia, non quidem ex ipso principalis accusatoris persona, sed ex propria, prosequi potest ipsam accusationem, vel novam inchoare. Ita Bartolus, in l. transigere. in prima lectura n. 14. & ibidem Baldus, n. 26. Aretinus, n. 12. sic & idem Bartolus, in l. ult. ff. de privatis delictis. Præpositus, in cap. de accusat. n. 118. 2. q. 8. Maranta, in praxi iudiciorum. in sexta parte principali. n. 57. in fine, & n. 58. Jul. Clarus, in dicto §. finali q. 58. vers. sed penè.

Et hæc quidem recepta traditio intelligitur quando tertius iste ex sua persona prosequitur accusationem injuriæ criminaliter, non autem si civiliter. l. 1. §. ult. & l. 2. ff. de iniuriis, ubi Bartolus, & alii multi quos refert, & probat Maranta, in dicta sexta parte n. 46. qui declarat hoc procedere in fratre, & alio transverfali, non autem in fratre & matro, qui & civiliter, & criminaliter agere possunt. Tertius est casus, quando accusatus transegit cum accusatore, sed transacti est nulla, & invalida. Hoc sanè casu, Bartolus, in l. si maritus. la. §. si negaverint n. 4. ff. ad leg. Jul. de adulter. & in l. transigere. n. 7. vers. sed si transactio. C. de transact. Marian. Socinus, in dicto cap. de his n. 10. vers. secundo casu. de accusat. & ibidem Felinus, n. 3. distinguunt duos casus, quorum primus est quando irrita fuit transactio ante propositam, & institutam accusationem, & tunc admittitur accusator, nisi fuisset, (scribunt Bartolus, & Socinus) ab altero preventus. l. 3. §. si quis ff. de sepulchro viol. hunc casum declarant idem Socinus, & Felinus, ut locum non habeat in crimine adulterij, in quo accusator iste, qui nulliter transegit, accusare amplius non potest, etiam si ab aliquo non fuit preventus, sicuti respondit Papinianus, in l. miles. §. fecer. ff. ad leg. Jul. de adulter.

Et hujus declarationis, & sententiæ es, (dicunt Bart. & Socinus est ratio, quia ille qui negligit vindictam adulterij Domus suæ, videtur quodammodo committere crimen lenocinij. ff. eod. ad leg. Jul. de adul. & l. quoniam Alexandrum. C. eo.

Præterea, & secundò declaratur hic casus, ut locum non habeat quando ipsi accusatori, qui eã transactione ab accusando desistit, impositum fuit perpetuum silentium, juxta l. diffamari C. de ingen. & manumiss. & l. si ea C. qui accusa. non poss. & cap. licet de accus. Ita declarat, præcisato in loco, Socinus, n. 11. vers. tu etiam dic, & Felinus, n. 3. vers. item fallit.

Rursum, & tertio declaratur hic casus, ut locum non habeat quando accusator iste in ea transactione, & si nulla, jurasset non accusare. Ita declarant iidem Socinus, & Felinus, & probat tex. cap. veniens. de accusat.

Alter, atq. ita secundus est casus hujus tertii principalis, secundum Bartolum in dicto §. si negaverint. n. 4. vers. secundo casu, & Socinum, in dicto cap. de his vers. secundo casu & c. & ibidem Felinus, n. 3. & Berous, n. 10. quando accusator nulliter transegit accusationem jam propositam, nondum tamen lite contestatam. si hoc etiam casu non admittitur amplius accusator iste, ut

posset prosequi accusationem. Ità Bartholus Socinus, & Berro. *practicatis in locis*. Ea primà ratione usus est Bart. quia, & si nil ei obest transactio, ob id quòd nulliter inita fuit, attamen repellitur propter suspitionem, & infamiam, juxta *l. qui defiseris ff. ad S. G. Turpill. & l. accusat. C. qui accusat. non possunt*. Alteram, sicq. secundam rationem consideravit Socinus, sed verè, si rectè perpendatur, ab illa Bartoli non differt.

Cæterum, quoad personam Judicis, dicimus eum non impediri prosequi accusationem, non obstante transactione nulliter factà inter accusatum, & accusatorem. Ità in specie declarat Bart. in *dicto § si negaverint n. 1. in fine*, adductus *tex. l. 2. C. de absolutio*, & propterea cum de adulterio, (ut diximus supra) transigere non liceat, *l. transigere C. de transactio*. sequitur dicendum, non solum permissum esse Judici seculari prosequi, vel denuò instituire accusationem, sed etiam non impediri Judicem cognoscere de hoc crimine adulterii mixti fori, ut diximus supra. Et hæc quidem traditio multò magis procedit quando est delictum raptus monialis, de quo transigi nullò modò potest, & cognitio, & pœna maximè pertinet ad Judicem Eccle. cum Deus ipse sit principaliter læsus. Ità, post Baldum, & Salicet. in *l. unic. C. de rapto virg.* & Jo. de Anna, in *cap. ult. col. 1. extra. eo tit. decidit Boer. in q. 91. n. 3.*

Quartus est casus, quando reus fuit absolutus per viam exceptionis. Hic casus paucis explicandus est, prius tamen sciendum est, aliqua esse crimina, quæ per modum exceptionis obiici possunt criminoso. *l. 2. §. si publico. ff. ad leg. Jul. de adulter. cap. 2. de ord. cognit. & cap. 1. de except.* Et crimen sic probatum punitur & si non pœnà ordinariâ. *d. cap. 1. in fine. de except.* ubi Felinus, Decius, & Parisius in fine, qui declarant. Hoc præmissò dicimus, quòd si reus iste fuit absolutus, non potest amplius ei obiici hujus criminis exceptio ad eundem finem, ad vindictam scilicet publicam, ut puniatur. Ita Bart. in *l. si cui §. iisdem. n. 5. ff. de accusat.* Marian. Socinus Sen. in *dicto cap. de his n. 22. de accusat. & ibidem Buticus col. 2. vers. quartus casus & Abbas, n. 3. vers. quandoque quis fuit absolutus per viam exceptionis, Felinus, n. 4.*

Et hanc traditionem probant *l. quod in diem §. si rationem ff. de comp. & cap. super his. de except.* si verò crimen hoc opponitur ad alium finem quam ad publicam vindictam, & est crimen quod non punitur per viam exceptionis, tunc iterum obiici potest. Ità Bartholus, Abbas, & Socinus *practicatis in locis*. Ea est hujus traditionis ratio, quia exceptio sui naturâ non tendit ad vindictam *cap. 2. in fine. de ord. cognit.*

Quintus est casus, quando quis fuit absolutus per viam denunciationis Evangelicæ, nullâ peractâ penitentiâ. Hoc sanè casu reus iste iterum accusari potest. Ità Innoc. in *cap. cum dilecti de purgat. cano.* Salicet. in *l. ea quidem n. 27. C. de accusat.* Abbas, in *cap. de his n. 3. vers. aut fuit absolutus per viam denunciationis extra de accusat. & ibidem Imola, n. 3. & Felinus, n. 5. & Marian. Socin. n. 15. Præpositus, in cap. de accusatione. col. 69. n. 128. vers. quero an absolutoria 2. q. 8. Maranta, in tract. de ord. iudic. in sexta parte principali. n. 86. Jul. Clarus, in pract. crim. §. finali q. 57. vers. idemq. dicendum est. Ea ratione ii usi sunt, quòd denuntiatio hæc similis est accusationi, & ideo sicuti absolutus ab accusatione denuò accusari non potest, nec debet. *l. si cui §. iisdem ff. de accusat.* cum de eodem crimine non sit pluries agendum, ut dicimus infra, sic & absolutus à denuntiatione. Alter, atq. ità secundus casus, quando absolutus iste peregit penitentiam in foro conscientie. Hoc casu accusari iterum potest. Ità tradunt gloss. in *cap. 1. de temp. ordin. in dicto cap. de his de accusat. & in cap. admonere in**

verba penitentiæ; & in cap. gaudemus de divor. & in cap. peccati venia de regulis iuris in 6. Archidiaconus in cap. cum percussio 7. q. 1. Abbas, in dicto cap. de his n. 3. vers. aut fuit absol. & ibidem Marian. Socinus, num. 18. & Felinus, num. 5.

Declaratur primò hic casus, ut locum non habeat quando absolutus iste peregit penitentiam publicam, nam tunc amplius non potest. Ità declarant gloss. in *dicto cap. de his de accusat.* Hostien. in *cap. tua de procurat.* Io. Andr. in *cap. 1. de off. ordin.* Buticus, in *dicto cap. super his num. 3. & ibid.* Imola, Ioan. de Anna, & fufius hanc opinionem conatur tueri Berous, eodem in loco num. 11. qui tandem num. 14. conciliat.

Verùm à prædictis dissentiunt Abbas, in *dicto cap. de his num. 3. in fine, & num. 4.* Aretinus num. 5. Marian. Socin. num. 18. & Felinus, num. 6. in fine. Francus, in *cap. felicitis §. ult. de penis in 6. & Antonius Burges, in cap. 2. de empt. & vend.* qui distinguendo crimen merè Ecclesiasticum à merè temporali, & à mixto, tandem Abbatis opinionem probat.

Sextus est casus, quando criminis reus fuit absolutus per Sacrum Baptisma; hunc accusari, & puniri posse scribunt quatuordecim ii Doctores, nempe.

1. Gloss. in *cap. gaudemus de divortiiis.*
2. Hostien. ibidem.
3. Gem. in *cap. primum distinct. 25.*
4. Zabarella, in *clem. 1. §. sanè q. 14. de usuris.*
5. Abbas, in *dicto cap. gaudemus de divortiiis.*
6. Ioan. de Anna, col. 2. qui testatur hanc esse receptam opinionem.
7. Marianus Socinus, n. 10.
8. Præpositus, in *cap. deinde distinct. 26.*
9. Decius, in *cap. quæ in Ecclesiarum n. 17. col. 7. de constit. & in cons. 130. n. 2.*
10. Ruinus, in *cons. 13. lib. 5. qui de eadem facti specie respondit cum Decio, in dicto cons. 130.*
11. Marquardus de Sufannis, in *tract. de Judæis in 3. parte cap. 5. n. 1.*
12. Tiraquellus, in *tract. de pœnis legum causa 25.*
13. Didacus in *lib. 2. variar. resolut. cap. 10. n. 4.*
14. Placa, in *epitome delictorum cap. 34. n. 17.*

Et horum quidem vera traditio satis manifestè probatur illâ *constit. cap. gaudemus de divortiiis*, cuius ratio generalis est & manifestè significat crimina quòd ad forum judiciale externum, non tolli per baptismum.

Et accedit ratio, quòd baptismum, operatur remissionem peccatorum respectu off. n.æ in Deum admittæ, tanquam Sacramentum novæ Divinæ legis, continens in se partem passionis salvatoris nostri: cuius membrum efficitur sacrò fonte lavatus. *cap. quia passus de pœnis. distinct. 2.* non autem baptisate tollitur delictum, quo respubl. læsa fuit. Et propterea Ecclesia non defendit justè condemnatos profurto, & aliis delictis *cap. ult. 24. q. ult. qui rursus delinquentes tempub. semper lædunt. l. locatio. §. quod illicitè. ff. de public. & vettig.* cum similib. porro non præsumitur Ecclesiam velle tollere jus alterius, hoc est reipub. *cap. super eo de off. deleg. & cap. extimarum de aucto. & usu pallii*, cum Ecclesiastica sit iustitiz cultrix. *cap. 1. alien. fœd. & confert quod legitur apud Evangelistam Mathæum. cap. 22. Reddite quæ sunt Cæsaris, Cæsari, & quæ sunt Dei, Deo.*

Contrariam itaque opinionem malè probarunt gloss. in *cap. quod autem 32. q. 1. & in cap. sine peniten. de consecrat. dist. 4.* Calderinus, in *cap. de his de accusat.* Archidiaconus in *summa distinct. 50.* Buticus, *ibidem num. 3. vers. dic hac vera* Imola, & Felinus, num. 7. Thomas Ferratius, in *causela 24. num. 3. in fine, & n. 4.* qui testatur ità Paduz pro Judæo, qui post insigne furtum à se commissum curavit baptizari, fuisse iudicatum, advocantibus celeberrimis juris interpretibus Christo-

Christophorò Albericò, Carolò Ruinò, & Bertuicò Bigarato, & Ferrarium refert & sequitur Marcus Antonius Blancus, *in suis cautelis*, quæ leguntur in preffis post ejus praxim criminalem, *cautelâ primâ. n. 3.* Refert & Ferrarius hanc eandem opinionem probasse Divum Thomam, & alios quam plures Sacros Theologos. Eandem quoq. probant Franc. Vicius, *in suis communibus opinionibus, opin. 16. in fine*, & Jul. Clarus, *in pract. crim. §. finali, q. 51. in fine.*

Verùm ex jam dictis constat Ruinum aliter respondisse, & Decium in dicto *cap. quæ in Ecc. n. 17.* affirmasse, immò secundum primam opinionem judicatum fuisse Paduæ adversus Judæum illum, qui insignis furtum perpetraverat, & Sacræ Theologiæ Doctores à Ferrario allegatos eandem primam opinionem probasse refert Tiraquellus, *in dicta causa 35.*

Conciliat has opiniones Berous, *in d. cap. de his n. 19.* ut apud eum, & prædicta quidem prima verior, & magis recepta sententia locum habet sine controversia, quoad restitutionem rei furtò subtrahæ, vel alterius damni dati à Judæo deinde baptizato; illa enim omnino restituere is tenetur, & si baptizatus. Ità gloss. *in dicto cap. gaudemus de divorciis*, Ioan. de Anna, *in cap. judæi. si. 2. de Judæis.* Ruin. *in d. conf. 13. col. 1. lib. 5.* Decius, *in practico conf. 130.* Marquard. *in dicto tractatu de Judæis in tertia parte. cap. 5. n. 6.* Didac. *in d. lib. 2. variar. resolut. cap. 10. n. 4.* & Jul. Clar. *in d. q. 51. in fine.*

Præterea communis illa opinio procedit multò magis, quando subissent indicia, & conjecturæ, quòd Judæus suscepisset baptismum in fraudem, causâ evitandi pœnam pro perpetrato crimine; sic sanè respondit Ruinus, *in d. conf. 13. n. 3. in fine lib. 5.* quem sequutus est Marquardus, *in dicto cap. 5. n. 2. & 3.* qui multis similibus comprobat.

Septimus est casus, quando reus criminis fuit per dispensationem, & indulgentiam absolutus. Hoc casu is accusari amplius non potest; sic sanè tradunt.

Glossa, *in cap. ult. de temp. ordin. & in cap. de his de accusat.*

Speculator, *in tit. de abolitionibus §. Porro, & in tit. de legato. §. postremò in princ.*

Hostien. *in summa in tit. de accusat. §. quid sit affectus* vers. sed nunquid, & vers. penitentialis.

Joan. Andr. *in cap. innotuit. de electio.*

Buticus, *in cap. postulasti n. 5. de foro comp.*

J. de Anna, *in dicto cap. de his. col. 1.*

Marianus Socinus, *n. 25.*

Decius, *in l. bona fides non paritur n. 6. de regulis juris, & in conf. 137. col. 1.*

Didacus, *in lib. 2. variar. resolut. cap. 10. n. 2.*

Jul. Clarus, *in pract. crim. §. finali q. 57. vers. habet etiam locum &c.*

Et horum traditio probatur *lex. cap. ex tua de fil. præsbyt. & cap. fraternitatis, de schismaticis.*

Extenditur hic casus, ut locum habeat etiam quando delinquens puniri potuisset duobus in locis à duobus Iudicibus, ut puta à Judice domicilii, & Judice delicti. Nam si Judex delicti, ut puta Episcopus, vel alius, qui habeat potestatem dispensandi, dispensat cum Clerico, non poterit postea Clericus accusari coram Judice Domicilii, nec ab eo puniri. Ità Butic. *in dicto cap. postulasti. de foro comp.* Marian. Socin. *in dicto cap. de his n. 25. in fine. de accusat.*

Declaratur hic casus, ut locum non habeat in crimine occulto, pro quo dicitur concessa dispensatio in foro penitentiarum, nam tunc is absolutus, & dispensatus, iterum accusari, & puniri potest in foro judiciali. Ità decl. rant speculator, *in tit. de legato §. postremo.* Hostien. *in summa. in tit. de accusat. §. effectus, vers. dispensationem.* Ioan. Andr. *in cap. innot. de electio: & Marian. Socinus, in cap. de his. n. 25. & accedunt quæ*

dicemus in subsequenti casu de absoluto in foro conscientiarum.

Declaratur secundo, non procedere quoad delicta futura, pro quibus concedi non potest indulgentia, & dispensatio etiam à Papa. Ità post alios Parisius, *in conf. 1. n. 9. l. 4.*

Octavus est casus, quando reus criminis fuit absolutus in foro conscientiarum, à confessario, vel Episcopo. Hoc sanè casu recepta est Doctorum sententia accusari hunc posse coram Iudice fori exterioris. Ità gloss. *in dicto cap. de his. de transact.* Marianus, *in dicto cap. de his n. 25. quem,* & in præcedenti casu retulit. Felinus, *in eodem loco n. 6.* Marfil. *in sing. 639.* Maranta, *in praxi iudicior. in sexta parte principalis. n. 87. & 88.* Jul. Clarus, *in pract. crim. §. finali. q. 57. vers. sed nunquid, & Didacus, in lib. 2. variar. resolut. cap. 10. n. 3.* qui copiosè distinguit inter absolutionem in dicta pœna publicâ, & illam impositâ pœnâ occultâ, ac utriusq. penitentiarum differentiam explicat. Ceterum, cum hac de re copiosè & diligenter differuerim *in l. 2. de arbitrar. Iudic. casu 539. n. 16. usq. ad finem,* non est, quòd plura hoc in loco scribam.

Nonus est casus, quando reus criminis fuit absolutus per purgationem canonicam. Hunc casum attingit Marianus Socinus Sen. *in dicto cap. de his n. 26. de accusat.* qui se refert, ad ea, quæ dixit scripturum *in cap. ex inarum. de purgat. canon. quo loci n. 14. transtert ad l. scripta in cap. accedens num. 17. & 18. eo tit. Ego latius hac de re differui, in lib. 2. de arbitrar. iudic. casu 274. in novissima editione Veneta.*

Decimus est casus, quando reus criminis confugit ad Ecclesiam, ex qua, educitur, & traditur Iudici Seculari, promittenti impunitatem, atq. ità absoluitur. Hoc casu accusari, & puniri an possit reus iste differunt Abbas, *in dicto cap. de his. n. 6. in fine,* & latè Marianus Socinus, *n. 27. de accusat.* & nos fufius explicabimus *infra lib. 4. q. ult.*

Undecimus est casus, quando quis fuit absolutus à crimine civiliter deducto in iudicio. Hoc in casu distingui solent tres casus; quorum primus est quando utraq. pœna tendit ad vindictam publicam. Hoc casu absolutus civiliter, accusari non potest criminaliter. Ità Baldus, *in l. edita in prima lectura. n. 51. C. de eden.* Buticus, *in dicto cap. de his. col. 1. vers. tertius casus. de accusat. & ibidem Imola. & Abbas, n. 6.* Marianus Socinus, *n. 32. & Felinus, ibidem. n. 8.* Maranta, *in praxi iudiciorum. in sexta parte principalis. n. 89.* Didacus Covar. *in lib. 2. variar. resolut. cap. 10. n. 1. vers. quando eadem.* Et hæc quidem traditio satis manifestè probatur duobus illis responsis Ulpiani, *in l. quod senatus consultum, & l. Prator edixit. §. 1. ff. de iniuriis.*

Et hic quidem casus declaratur multis illis modis, quos referam *infra in ultimo casu.*

Secundus est casus hujus undecimi, quando actio civilis tendit ad rem familiarem, criminalis verò ad vindictam publicam, & absolutio ob id est subsequuta, quòd actor non probatur. Hoc sanè sensu iterum criminaliter accusari potest. Ità Innoc. *in cap. cum dilecti, de purga. canon.* Marianus Socinus, *in dicto cap. de his. n. 31. vers. aut civilis ratio. & ibidem Felinus, n. 8. vers. sexto limita.* Maranta, *in praxi iudiciorum. in sexta parte principalis. n. 89. & Didacus, præcitato in loco.*

Est & tertius casus, quando accusatus iste fuit absolutus, propterea quòd probatum fuit eum non deliquisse. Hoc casu accusari amplius hic non potest ab eodem accusatore. Ità Socinus, *in loco supra allegato,* Maranta, & alii, quos *infra referam arg. l. si quis cum totum. ff. de except. rei iud.*

Verum à tertio accusari hic poterit, sicuti scribunt Barr. *in l. 2. §. 1. ff. vi bono rapio. & in l. 1. n. 7. C. quando actio civilis crim. præiud. & in l. qui de crimine. C. qui accus. non poss.* Socinus, *in d. cap. de his. n. 32.*

vers. aut fuit pronuntiatum super facto, & ibi Buticus, col. 2. vers. hac enim sententia, & Abbas, n. 6. Felinus, n. 8. Maranta, in praxi iudiciorum in sexta parte principali n. 89. in fine, & n. 90. & 92. qui declarat, Didacus, in d. cap. 10 n. 1. vers. quarto eadem.

Præterea etiam Iudex ex officio potest procedere adversus hunc in causa civili absolutum, ut pro crimine eum puniat, sicuti tradunt præcitati Doctores.

Cæterum, dubitari hic solet, quando non apparet quæ de causa accusatus fuerit absolutus, an scilicet, quia non fuit ab accusatore probatum illum deliquisse, vel quia fuit demonstratum non perpetrasse crimen propositum. Existimant multi præsumi latam fuisse sententiam propterea quod probatum non fuerit Iudici accusatum illum deliquisse. Huius opinionis sunt Barr. in l. si duobus. §. ult. ff. de iur. iuran. in l. qui Roma §. duo fratres. q. 10. de verbo oblig. & in l. ex duobus n. 16. in fine ff. de duobus reis Buticus, in cap. de his. col. 1. in fine. de accus. & ibidem Marian. Socius, n. 32. Imola, in dicta l. ex duobus, & ibidem Aretinus, & Ronchegallus. n. 43. qui ejusdem opinionis refert Galiaulam, in l. 12. §. si tamen hominem n. 10. de verb. oblig. & Jul. Clar. in pract. crim. §. finali. q. 57. col. 2. vers. sed hic quero, qui refert & Augustinum Arim. in additionibus ad Angelum de maleficiis in verbo, & ad querelam n. 58. & subjungit Clarus in hoc Domino Mediolanensi non servari opinionem hanc, sed praxim, & stylum esse, quod quando quis absolvitur, eo quia crimen non commisit, fertur sententia absolutoria simpliciter, & distinctivè, quando absolvitur, quia non fuit probatum eum deliquisse, semper apponitur clausula rebus stantibus, prout stant. & hoc casu, si nova superveniunt indicia, potest iterum procedi, non autem primò casu, quando simpliciter fuit absolutus.

Duodecimus est casus, quando reus criminis fuit absolutus per iuramentum ab eo præstitum. Hoc in casu, Marianus Socinus in dicto cap. de his. n. 36. de accusat. utitur iisdem distinctionibus, quibus usus est in casibus absolutionum per transactionem, & per purgationem canonicam, ut apud eum.

Decimus tertius casus est quando reus criminis præscriptione cursuque temporis consequutus est absolutionem, quippe quod Iudex non potest amplius de eo crimine cognoscere, & reum illum punire. Hoc sane casu accusari iterum non potest reus iste, cum extinctum, atque abolitum (ipso jure intelligo, & dicam in fine huius casus) censeatur cursu temporis delictum quamobrem ex ordine præcurrendo singula illa crimina quæ aliquò temporis cursu extinguuntur, ac illa quæ nunquam abolentur, statim intelligemus. Et principiò quidem initium sumendum est ab his, quæ minoris temporis spatiò præscribuntur.

1. Quinquaginta dierum præscriptione, & cursu tollitur accusatio, & crimen quo querelari solent in syndicatu Magistratus, quos officiales appellare solemus, sicuti statuerunt Zeno Imperator, in l. unica C. ut omn. jud. tam civiles, quam militares &c. & Justinianus, in §. necessitatem in aurb. ut Iudices sine quoquo suffra. & scribunt Doctores, quos statim commemor. binus. Hoc tamen tempus Civitatum statutis, & Provinciarum Constitutionibus sæpè brevius præstituitur. Papiensi Statutò 66. de regimine potestatis rubricà de Syndicatu potestatis Papiæ &c. sancitum est, quod Prætor illius Civitatis per octo dies ad minus debeat stare Syndicatu. Novis verò constitutionibus huius Domini Mediolanensis, in tit. de officio Vicariorum Generalium §. qua habita &c. cautum est, quod volentes accusare, & querelare officiales, teneantur intra quindecim dies libellum querelæ, & accusationis proponere, quò tempore elapsò amplius eis non licet conqueri. Quæ sanè const. hac in ditione Mediolanensi diri-

mere mihi videtur controversiam illam, an elapsò terminò præfixò Syndicatu, possit læsus ab officiali eum convenire, non quidem in loco ejus officii sed in ejus patria; quam quidem disputationem explicant multi relati à Julio Claro, in pract. crim. §. finali. q. 51. vers. hæc etiam, qui tandem post Paridem Putheum, Antonium Gomezium, & Bossium à se relatos affirmat solò lapsu temporis Syndicatus, officialem censei liberatum, & absolutum, ne amplius ab illis, qui querelam non proposuerunt, querelari, & accusari possint.

2. Anni præscriptione, & cursu tollitur actio Prætoriana injuriarum. l. si non convicissis. C. de iniuriis iuncto §. in summa in istis. eo sit. cum accus. ipsa injuriarum criminalis oriens ex eodem delicto, tantò tempore finitur, sicuti egregiè tradunt, & declarant Jacobus Butrigarius Ang. & Salicetus, in dicta l. querela C. ad leg. Cornel. de falsis. Fran. Balb. in tract. de præscriptionibus. in quarta parte quarta partis principalis. q. 2. vers. tertio notabiliter limitata, qui diversum esse scribit in actione injuriarum civili, quæ tollitur solò cursu triginta annorum. Hanc Butrigarii, & Sequacium traditionem probarunt etiam Ruinus, in cons. 21. n. 5. lib. 4. Ripa, in l. ult. n. 234. C. de revocan. donatio. Petrus Ploca, in epitome delictorum cap. 6. ad finem, Rolandus in cons. 39. n. 15. lib. 2. & Julius Clarus, in pract. crim. §. iniuria, vers. tollitur autem.

3. Quinquennii cursu, & præscriptione tollitur, atque extinguitur accusatio criminis adulterii l. adulter. & l. mariti §. hoc quinquennium ff. ad leg. Jul. de adulter. & l. iure mariti. C. eo. & scribunt gloss. ult. in dicta l. querela. C. ad leg. Cornel. de falsis, Salicetus, in dicta l. iure mariti, Abbas, in cap. cum haberet. n. 4. de eo qui duxit in matr. quam poll. per adulter. & Jul. Clarus, in pract. crim. §. finali. q. 51. vers. potest autem, qui refert Paponem in lib. 24. Arrestorum Paris. tit. 2. Arrest. 2. attestantem ità judicasse parlamentum Parisiense, sic & quinquennio tollitur accusatio lenocinii, & stupri. d. l. mariti §. hoc quinquennium, & tradit Bœrius, in d. q. 26. n. 12. Quinquennio etiam tollitur, atque extinguitur crimen peculatus, l. peculatus la. 2. ff. ad leg. Jul. pecul. & tradit gloss. ult. in d. l. querela, sic, & crimen ejus, qui aperuit testamentum occisi à familia antequàm ulciferetur mortem interfecti quinquennio extinguitur. l. in cognit. ff. ad S. C. Syll. de his quibus ut indig. ubi Igneus, n. 21. post gloss. in d. l. querela. Ità & crimen Apostasie tolli quinquennio sancitum est, in l. 2. C. de apost. quam aliqui intelligunt post mortem apostat. Ità Accus. in gloss. ult. l. querela. Alii verò existimant hodiè constitutionem illam esse jure Pontificio abrogatam, sic sanè Franc. Pegna, in additionibus ad directorium inquisitorum in tertia parte commentar. 92. col. 3. vers. neq. obstat.

Viginti annorum cursu, & præscriptione tolli, atque extingui accusationem, & querelam criminis falsi statuerunt Imperatores Dioclet. & Maxim. in l. querela. C. ad leg. Cornel. de falsis, cujus verba hæc sunt. Querela falsi temporalibus præscriptionibus non excluditur, nisi viginti annorum exceptione, sicuti cætera quoque fere crimina. Hæc Imperatores; & de hoc delicto sic manifestè tradunt Accusius, ibidem, Gaudinus, in tract. maleficiorum. in tit. qui accusare non possunt n. 8. Angelus Aretinus, in tract. de maleficiis in verbo falsario. vers. quero usque ad quantum tempus. P. a. positus, in cap. de accusatione. n. 119. 2. q. 8. Bœ. in q. 26. n. 5. & Fran. Vivius, in communibus opinionibus opinione 19. in verbo accusatio falsi. Ità quoque accusatio criminis homicidii cursu viginti annorum tollitur atque extinguitur, ut scribunt Acursius, in l. in cognitione ff. ad S. C. Syll. in glo. magna. Angelus, in dicta l. querela. Franciscus B. ibus, in tract. de præscript. in quarta parte quarta partis principalis q. 2. prope princ. Marfil. in cons. 117. n. 42. & Jul. Clarus, in d. q. 51. in princ. qui testatur,

testator sic iudicasse Senatum hunc nostrum Mediolanensem, anno 1554. pro quodam Joanne Antonio Vaylato. Idem de accusatione criminis incendiarii, quod scilicet extinguatur cursu viginti annorum iudicasse Parliamentum Parisiense testatur Papo. in lib. 24. Arrestorum tit. 2. tit. 2. Arr. 3. quem refert Clarus, *practico in loco*. Sic pariter accusationem criminis incestus tolli, atque extinguere cursu viginti annorum tradit Clarus, in *pract. crim. §. adulterium. in fine*. Angelus, in *l. cum passam. §. prescript. ff. ad leg. Jul. de adulter.* & Boerius, in q. 26. n. 13. qui idem esse dicit de adulterio mixto cum incestu.

Quadraginta annorum prescriptione, & cursu, & non minori, tolli & aboleri accusationem inquisitionemque criminis hæresis, & bona hæretici possunt publicari affirmant Pegna, in *additionibus ad decretalium Inquisitionum. in tertia parte. commentar. 92. col. 2. vers. hac tamen distinct.* & c. rejecta opinione Abbatis Felini, & Gomezii, qui distinguunt bona applicanda Fisco Seculari, ut tunc sufficiat quinquennium; quando verò agitur de bonis applicandis Ecclesie, requiratur cursus quadraginta annorum.

Hæc prescriptionis tempora, an utilia; vel continua sint, non levis est inter nostros altercatio. Sunt enim tres interpretum opiniones, una est eorum qui dixerunt esse utilia, & ob id currere solum à die scientie commissi criminis. Ità sanè novem, ii doctores.

1. Bartolus, in l. genero. n. 4. ff. de iis, qui nota. infam. & in §. 1. n. 2.
2. Baldus, in l. si non convitii. n. 2. C. de iniuriis.
3. Angelus, in dicta l. genero. n. 2.
4. Romanus, in l. 1. ff. ad S. C. Syll.
5. Augustinus Ariminenf. in additionibus ad Angelum de maleficiis in verbo inchoato, & facta.
6. Boerius, in q. 26. n. 16.
7. Hieronymus Scruff. in cons. 61. n. 6.
8. Natta, in cons. 235. n. 2. lib. 2.
9. Andreas Gailius, in lib. 2. pract. observationum. observat. 105. n. 3. vers. sed istis non obstantibus, qui testatur sic decisum in Camera Imperiali.

Altera, atque ità secunda, est opinio asserentium hæc tempora esse continua. Ità sanè novem alii juris interpretes, nempe.

1. Accursius, in l. si non convitii. C. de iniuriis.
2. Cynus, eodem in loco. n. 5.
3. Albericus, ibidem. n. 4.
4. Baldus sibi parum constans, in l. cum qui. §. in popularibus ff. de jure-jurap. & in l. ult. C. de dolo.
5. Rota, decif. 2. n. 2. tit. de iniur. & damno dato in novis.
6. Angelus sibi contrarius, in l. pen. ff. si quis testa. liber esse iustus.
7. Nellus. in tract. de bannitis. in tertia quest. secundæ partis princip.
8. Alex. in l. ult. C. de dolo.
9. Marcus Antonius Bardus, in tract. de tempore utili, & continuo. cap. 3. n. 7. vers. continuam quoque.

Tertia est opinio distinguendum inter crimina, quæ secretò admodum committi solent, & ea quæ vel palam, vel minùs secretò perpetrantur sic sanè distinguunt Castrens. in cons. 17. Potestas supradictus num. 4. & 5. lib. 1. & Marianus Socinus, in cap. qualiter, & quando il. 2. num. 906. de accusat. quæ sanè opinio cæteris probabilior mihi videtur, & sic dissentit Nellus, in loco supra citato.

Differamus nunc paucis de illis criminibus, quorum querela, & accusatio, nullò temporis cursu tollitur. Et primùm quidem dicimus crimen paritatis suppositi, nullà temporis prescriptione tolli, &

aboleri, l. qui falsam. §. 1. ff. ad leg. Cornelia de falsis, quò loci, Paulus respondet his clavis, & dicitur verbis. *Accusatio suppositi paritatis nullà temporis prescriptione depellitur. Nec interest, decasset, nec ne ea que partem subdidisse consentiunt.* Hæc etiam Paulus, & ex postis sic affirmant Accursius, in l. querela. in glos. ult. C. ad leg. Cornelia de falsis. Speculator, in tit. de accus. num. 32. in fine, & Franc. Balbus, in tract. de prescriptionibus. in quarta parte quarta partis principatis. q. 2. vers. sexto limita. qui refert, & Bertachianus, in repertorio. in verbo prescriptio. 6. in fine. Ità pariter accus. criminis paritatis, per Paulum, in l. eorum. ff. de leg. Pompei. de paritatis. cuius verba hæc sunt. *Eorum qui paritatis poenâ tenentur possunt, semper accusatio permittitur.* Hæc Paulus. Et scribunt Accursius, in dicta l. querela. C. ad leg. Cornelia de falsis. Sic etiam perpetua est accusatio criminis concussionis, ut tradit idem Accursius, in dicta l. querela. ex lex. l. 1. ff. de concuss. Secundùm unam lectionem perpetua quoque est actio, seu accusatio injuriæ factæ scriptis editis, & publicatis. ut post Zafius, & alios tradit Andreas Gailius, in lib. 2. pract. observat. observationum 104. n. 2. 3. & 4.

Prescriptio quoque nulla decurrit, quin de crimine, & delicto possit excipi, sicuti exceptio de adulterio perpetua est contra adulteram dorem repentem, ut docuit Baldus, in l. cum nullus. q. 13. ff. solutus iuror. & ibidem Alex. num. 9. qui testatur hanc esse magis receptam, & verioris sententiam, quam probat, & Franciscus Baldus, in tract. de prescriptionibus. in quarta parte quarta partis principatis. q. 2. vers. primo limita. Ità pariter perpetua est exceptio de crimine falsi, ut tradunt glossi in dicta l. querela, & ibidem Angelus, & Salicetus, & Baldus, in dicta q. 2. vers. quarto limita. Nulla quoque decurrit temporis prescriptio in foro conscientie, quoad poenitentiam peragendam pro perpetrato delicto, ut tradunt glossi in cap. admonere. §. 9. Abbas, in cap. ult. col. 3. de prescriptionibus; & in cap. cum haberet. in tertio vocab. de eo qui duxit in mat. quam patuit per adulteri Felinus, in dicta cap. ult. col. 2. Baldus, in dicta q. 2. vers. primo limita, & Boet. in q. 26. num. 11. qui num. 7. post eundem Baldum, & alios dixerat jure Pontificio non currere temporis prescriptionem in peccatis, quò minùs saltem in foro anime imponi debeat poenitentia. Ità quoque contra Ecclesiam nulla currit prescriptio, quin crimen falsi contra eam commissum perpetuò puniri possit, ut tradunt Rom. in sing. 185. Tu scis quod crimen. Abbas, & Felinus, in cap. licet causam de probationibus, & ibidem Decius, num. 23. & Berous, num. 28. & Baldus in dicta q. 2. vers. quinto limita. nulla etiam prodest prescriptio pro futuris delictis, cum delinquendi licentia nullo tempore prescribatur, ut scribunt Baldus, in repe. l. 1. col. 2. in fine C. de episcopa lib. Baldus, in dicta q. 2. vers. secundo limita, & Parisius, in cons. 169. num. 7. & 8. lib. 4. qui pariter adnotarunt, post Innoc. in cap. ad nostram. in fine de appella. non valere prescriptionem, quod non corrigatur excessus. & accedit, quod scripti supra in casu septima, indulgentiam, & relaxationem criminis factam à Pontifice, de futuris delictis, non valere.

Et etiam in casu, de quo agimus observandum, quòd sicuti crimen aboletur, atque extinguatur cursu temporis, ut supra multis demonstravimus, ne delinquens ipse possit accusari, ità quoque extinguitor, ne inquiri possit à Iudice ex officio. Ità tradunt Bart. Angelus, & Salicetus, in l. querela. C. ad leg. Cornelia de falsis. Præpositus, in cap. de accusat. num. 117.

in fine 2. q. 8. Franciscus Balbus, in tractatu de prescriptionibus, in quarta parte quarta pars principalis, vers. omnia istam, & Parisius, in cons. 169. num. 1. & 2. lib. 4. & ii quidem ex sententia Bartoli, in dicta l. querela. adiungunt quod si statutum prefigit certum tempus ad accusandum, ultra quod tempus non poterit etiam delinquens ille inquiri. Et idem adnotavit Julius Clarus, in pract. crim. §. finali q. 51. vers. potest autem. Et huius quidem traditionis ea est ratio, quia inquisitio succedit loco accusationis. cap. qualiter, & quando. il. 2. de accusat.

Et demum est hoc in loco observandum, prescriptionis hac, cursuque temporis tolli delicta, & accusationes ipso iure, cum lex dicat ea in totum tolli. sed si unus §. si autem iudicem. in fine, vers. illud tamen. nota. de cond. indeb. quem sequuti sunt Felinus, in cap. ad aures. col. 2. vers. limita tamen, & ibidem Parisius, Marfil. in cons. 46. n. 24. & Boët. in q. 26. num. 10.

Decimus quartus est casus, quando reus criminis fuit inquisitus, & à Iudice absolutus. Hoc sanè casu recepta est Doctorum opinio, quod accusari amplius non possit reus iste. Ità Bart. in l. si cui §. 1. ff. de accusat. Buticus, in cap. de his. col. 2. vers. quintus est casus. de Accus. & ibidem Abbas, num. 7. Imola, Marianus, Socinus, num. 37. Felinus, num. 9. Aretinus, num. 21. & Berous, num. 20. qui testatur hanc esse receptam sententiam, quam sequuti sunt etiam Rom. in cons. 213. num. 5. qui Joan. de Anna, in cons. 17. col. 3. Alex. in col. 11. num. 7. lib. 1. Cepolla, in cons. 67. in criminalibus. Decius, in l. bona fides non patitur. num. 51. de Reg. juris, & in cons. 137. Robertus Maranta, in tract. de ordine iudiciorum. in sexta parte principalis. num. 49. Didacus Covar. in lib. 2. variar. resolut. cap. 10. num. 5. Natta, in cons. 225. num. 1. lib. 2. & Jul. Clarus, in pract. crim. §. finali. q. 57. vers. procedunt etiam, qui subiungit etiam idem esse de iure (idem dixerunt Abbas, & Felinus supra citati) Canonico, etsi ep. iure iudex procedens per inquisitionem non puniat inquisitum pœnâ ordinariâ, sed extraordinariâ, & testatur Clarus se nunquam vidisse servari contrariam opinionem eorum qui dixerunt absolutum per inquisitionem, qua iudicatur sola pœna extraordinaria, accusari posse, quam quidem opinionem probarunt multi commemorati à Didaco, in loco praallegato. Huius casus & traditionis ratio, est, quia inquisitio succedit loco accusationis, cap. qualiter, & quando. il. 2. de accusat. Et propterea, quæ statim de accusatione dicemus, locum habere intelligemus & in inquisitione.

Decimus quintus, & ultimus est casus, quando reus criminis fuit accusatus, & deinde absolutus, quia fuit probatum eum non deliquisse. Hoc sanè casu iste accusari iterum non potest. Ità Abbas, in cap. de his. de accusat. num. 2. & 8. & ibidem Buticus, num. 2. Imola, Marianus Socinus, num. 43. qui testatur ab omnibus casum hunc probari, Berous, ibidem & accedunt Ioannes de Anna, in cap. ult. de collus. de Reg. in cons. 17. num. 4. Rom. in cons. 213. num. 9. Aretinus, in cons. 58. in fine. Alex. in cons. 11. col. pen. lib. 1. Cepolla, in cons. 67. in criminalibus, Angelus Aret. in tract. maleficium, in verbo. & ad querelam. n. 90. Felinus, in cap. exceptionem. num. 40. de except. & in dicto cap. de his. num. 10. in fine. de accusat. Decius, in l. bona fides non patitur. num. 5. ff. de reg. juris. in cons. 173. in principio. Boss. in tract. caus. crim. in tit. de senten. num. 64. Io. de Amicis, in cons. 37. in prima regula. num. 3. Marcabrunus, in

cons. 61. num. 6. qui Mantua, in cons. 251. lib. 1. qui Silvapus, in cons. 75. num. 6. & num. 16. qui Natta, in cons. 225. num. 2. lib. 2. Didacus Covar. in lib. 2. variar. resolut. cap. 10. n. 1. & 2. Maranta, in tract. de ordine iudiciorum. in sexta parte principalis. num. 49. Maluc. in cons. 110. num. 4. in criminalibus diversorum tom. 1. Asinius, in cons. 112. eod. tom. primo. Jul. Clarus, in pract. crim. §. finali. q. 57. col. 1. & Burlatus, in cons. 35. n. 1. lib. 1. & traditionem hanc probat manifestè responsum U. piani, in l. si cui. §. iisdem. ff. de accusat. cuius verba hæc sunt. Iisdem criminalibus, quibus quis liberatus est, non debet Praeses pati eundem accusari, & ita Divus Pius Salvio Valens rescripsit. Hæc Ulpianus, & idem statuit sacrum Concilium Moguntinum, sicuti legitur in cap. de his. de accusatio. Concilii. verba adscripta. De his criminalibus, de quibus absolutus est accusatus, non potest accusatio replicari; Hactenus concilium; & accedit, quod egregie scriptum reliquit Cicero, in act. 4. in Verrem, dum acerrimè in eum invehitur, quod accusari passus fuisset de novo Sopanum Holicensem iam accusatum, & causâ cognitâ absolutum à C. sacerdote Prætoris.

Extenditur hic casus ut locum habeat etiam quando primum iudicium de crimine fuit civiliter intentatum, nam reus ab eo absolutus eò quia commissum non fuit crimen non potest criminaliter accusari. Ità Cyvus, in l. unica. q. 3. C. quando civilis actio criminali præiud. quem sequuti sunt Socinus, in l. qui agnoscit n. 3. ff. de except. Boss. in tract. caus. criminal. in tit. de senten. n. 77. qui testatur communem esse sententiam, & Jul. Clarus, in dicta q. 57. col. 1. vers. & hæc quidem.

Declaratur primò hic casus, ut locum non habeat quando post latam sententiam ipsam absolutoriam constaret de accusatoris prævaricatione. Nam tunc ab alio accusatore absolutus iste, denuò accusari potest. Ità declarant Bart. in l. 1. §. prævaricationem. n. 4. ff. ad S. C. Turpill. Joan. Andr. in additionibus ad speculator. in tit. de inquisit. §. viso. col. 5. in verbo Terminum. Jo. de Anna, in cap. ult. de collus. de reg. Abbas, & Marianus Socinus, in dicto cap. de his. de accusat. ille n. 7. in fine, iste, n. 44. & Felinus, num. 11. Aretinus, in cons. 58. in fine. Maranta, in tract. de ordine iudiciorum. in sexta parte principalis. n. 50. Didacus, in lib. 2. variar. resolut. cap. 11. n. 1. vers. secundò tunc demum, & Jul. Clarus, in pract. crim. §. finali q. 57. vers. ulterius quæro.

Et horum declarationem probat responsum Marcelli, in l. 3. §. 1. de prævaric. cuius verba ita leguntur. Nam si reus accusatori publico iudicio ideo præscribat, quod dicat eodem crimine ab alio accusatum, & absolutum, caveatur lege Iulianâ publicorum, ut non prius accusetur, quam de prævaricatione accusatoris constiterit, & prænuntiatum fuerit. Huius ergo prævaricationis prænuntiatio publici iudicii intelligitur. Hactenus Marcellus. Prævaricatio autem probatur testibus, qui interfuerunt, quando accusator, & reus de collusione coegenerunt, sicuti scribunt Abb. & Socinus, prævaricatio in locis, & rectè quidem, etsi ad rem hanc malè adducat præallegatum responsum Marcelli. Probat etiam prævaricatio conjecturis, & idem Socinus affirmat ex sententia Bartoli, in l. 1. §. prævaricationem ff. ad S. C. Turpill. ut si accusator assidue, & familiariter cum accusato conversatur, vel si accusatus ipse non indignaretur se fuisse accusatum, nisi qualitas vitæ bonæ accusati alterum significaret, idem affirmant Abbas, & Felinus, in dicto cap. de his. n. 7. in octava limitatione, & Thomas Ferrarius, in cautela 14. n. 5. & ego ipse aliis multis, in commentar. de præsumpt. lib. 5. præsumpt. 16. ubi alias coniecturas reculi.

Declaratur secundò, ut locum non habeat, quando tertius

tertius accusator, qui ignoravit accusationem, & absolutionem iam factas prosequi vellet propriam injuriam ex sua persona. Hoc etiam casu reus iste absolutus accusari denuo, potest, quando scilicet duo hæc concurrant, quod novus iste accusator ignoraverit accusationem jam factam, & propriam injuriam prosequatur. Ità declarat Marianus Socinus, in dicto cap. de his. num. 46. & ibid. Buticus, col. 2. vers. octavus casus. & Abbas, n. 8. in fine. Felinus, n. 12. & Berous, & his accedunt Maranta, in dicta sexta parte num. 54. Antonius Gomezius, in tertio tomo de delictis cap. 1. num. 26. in fine, Didacus, in d. cap. 10. num. 1. vers. tertio admittenda est, & Jul. Clarus, in pract. crim. §. finali. q. 57. vers. sed pone quod aliquis. Et manifestè probatur declaratio hæc responso Ulpiani, in l. si cui. §. iisdem. vers. sed hoc. ff. de accusat. cujus verba hæc sunt. Sed hoc verum ab eodem, an nec ab alio accusari possit, videndum est? Et putem quoniam res inter alios iudicata alii non prejudicant, si is, qui nunc accusator existit, suum dolorem persequantur, doceatque ignorasse se accusationem ab alio institutam, magna ex causa admitti eum ad accusationem debere. Hæc Ulpianus. Porro ignorantia, vel scientia hujus tertii accusatoris probatur multis illis modis, quos referunt iidem Socinus, prædicto in loco. num. 47. & Jul. Clarus, in dicto vers. sed pone, ad quod & accedunt ea, quæ copiose scripsi, in commentar. de præsumptionibus. lib. 6. præsumpt. 23. n. 37. & multis sequentibus.

Declaratur tertio, ut non procedat quando novæ accusationi adijceretur nova qualitas, ut si accusatus fuisset de simplici percussione, pro qua datur sola actio injuriar. & fuisset absolutus, nunc verò accusaris de percussione à te facta coadunatis armatis hominibus, pro qua est actio, seu accusatio legis Julæ de vi publica. Hoc sanè casu locus est novæ accusationi, ut scribunt, & declarant Bart. in l. denuntiaste. §. quid tamen. num. 5. ff. ad leg. Jul. de adulter. qui affert aliud exemplum. Anchar. in cap. de his. num. 5. de accusat. & ibidem Marianus Socinus, num. 48. qui dicit, & rectè quidem, hoc intelligi, quoad tertium novum accusatorem, non autem quoad primum qui ob id à nova accusatione repellitur, quia jam suspectus est de præsumpta calumnia. Porro hæc declaratio intelligitur, quando additio novæ qualitatis, causam novam, actionem, seu accusationem facit, secus si solum augetur, vel minueretur pœna respectivè, quæ imponitur pro delicto simplici. Non enim tunc daretur nova actio. Exemplum in l. Aquilia, qui datur in simplum, contra confidentem, & in duplum contra negantem. Nam duplum imponitur respectu ad simplum, non autem per se simpliciter. Ità Bartolus, & Socinus, præcatis in locis, qui usi sunt alio exemplo, ut in servo delinquente. Nam si Dominus, sicuti punitur in solidum, si ignoravit, liberatur, dando servum pro noxa. l. 1. §. 1. ff. si famul. furium fecisse dicatur. hoc etiam casu per additionem hujus novæ qualitatis non potest denuo accusari, cum jam primò fuerit absolutus. Ità sanè Bartolus, in dicta l. denuntiaste. §. quid tamen num. 5. vers. Item aliud exemplum. adductus responso Pauli in l. in delictis. §. si detracta noxa. ff. de noxa. actio. ubi Florian. num. 7. & in l. ita vulneratus. ff. ad leg. Aquil.

Declaratur quarto, ut locum non habeat hic casus, quando absolutoria sequuta est propter aliquam qualitatem, quam accusator in ipsa accusatione proposuit, sed eam probare non potuit, & tunc accusator agens contra accusatum de proprio delicto

vult qualitatem illam detrudere. Hoc casu denuo accusare posse scribunt Bart. in dicta l. denuntiaste. §. quid tamen num. 6. & Marianus Socinus, in dicto cap. de his. num. 49. qui declarat, & aliam declarationem refert, & explicat Socinus, in dicto cap. de his. num. 50. ut apud eum.

Declaratur quinto, ut locum non habeat in sententia absolutoria, quæ non impedit Judicem alterius fori, ad quem etiam pertinet cognoscere de eodem delicto, quin possit de ipso crimine judicare. Exemplum in delictis mixti fori, ut adulterii, sacrilegii, & similibus, si Judex Eccl. causâ planè cognitâ absolvit accusatum de sacrilegio, non impeditur quominus hic sacrilegus accusari possit coram Judice Seculari. Ità respondit Baldus, in conf. 260. facta est per Episcopum inquisitio. vers. in contrarium videtur. lib. 3. quem sequuti sunt Ancharanus, in cap. ea qua. q. 9. de jurisd. in 6. Gaccialupus, in li. cunctos populos. num. 28. vers. quando offerunt C. de summa Trinit. & fide Cathol. qui refert Honorium, Perusinum, & Petrum de Ubaldis respondisse in specie de Moniali cognita à laico; de qua dubitatione Baldi, in dicto conf. 260. idem affirmant. Tiraquell. in tract. de pœnis legum. causa 25. num. 4. Didacus Covar. in lib. 2. variar. resolut. cap. 10. num. 6. & Julius Clarus, in pract. crim. §. finali. q. 57. col. pen. vers. sed hic occurrit, qui recitet Paponem in Arestis Parisiensibus tit. 5. Aresto 46. attestantem Parliamentum Parisiense judicasse Clericos in casibus, de quibus ex privilegio Gallicano possunt puniri etiam à Iudicibus Secularibus, si prius fuerint pro iisdem criminibus absoluti à suis Iudicibus Ecclesiasticis non attentâ hujusmodi absolutione, à Iudicibus Secularibus pœna affici posse.

Et hujus quidem traditionis ea est ratio, quia Iudex Eccl. auferre non potest Judici Seculari suam jurisdictionem, nec ei mandare ne suo jure utatur sicuti tradit Innoc. in cap. dilecto num. de sentent. excom. quem refert Baldus, in dicto conf. 260. & idem Baldus, in l. placet. col. C. de Sacros. Eccles. dicit absolutionem factam ab Ecclesia, non intellegi in præjudicium fori Secularis, & Baldum sequuti sunt Ioan. de Anna, in cap. 2. de adulter. & Tiraquell. de pœnis legum &c. causa 25. num. 4. & accedit constitutio Iustiniani, in §. si vero Canonice. in auct. de mandatis Princip. qua sancitum est Iudicem Ecclesiasticum non posse auferre cognitionem huius criminis à Iudice Seculari.

Cæterum quando delictum est merè Ecclesiasticum, quale est crimen hæresis, considerandi, atque distinguendi sunt tres casus. Primus est quando absolutus, est causâ cognitâ à Iudice Eccl. Hic censetur adedò liberatus, ut accusari non possit coram alio Iudice Eccl. & præsertim quando Iudex, qui absolvit est supremus, sicuti fortiori in casu, responderunt Decius, in conf. 137. col. 1. vers. & licet absolutio, & col. 2. vers. & cum. qui dixerunt hæreticum absolutum à summo Pontifice accusari amplius non posse de hæresi illa coram Inquisitore. Quod autem hæreticus sic absolutus reaccusari non possit coram Iudice Seculari, caret probabili dubitatione, ex quo Iudex Secularis non valet aliquo modo de hoc crimine cognoscere, ut dicemus infrâ cap. ubi agemus, quod crimen dicatur merè Ecclesiasticum, & ad rem tradunt, post alios, Parisius, in dicto conf. 1. num. 7. lib. 1. & Bero. in cap. de his. num. 25. vers. item ille de accusat. Iudicem Secularem non posse aliquo modo se intromittere in causa hæresis, vel cognoscendo, vel condemnando, vel puniendo, sed exequi tantum debet quod ei ab ipso Iudice Ecclesiastico mandatur. Et de delicto merè Ecclesiastico intelligo loqui cap. ultimo. de except. in 6.

allegatum à Baldo, in dicto conf. 160. in fine, secundus est casus, quando accusatus de hæresi fuit ob solam contumaciam condemnatus, & deinde absolutus. Hoc casu, de quo respondit Decius, in dicto conf. 137. num. 3. vers. & maxime hoc est dicendum &c. crediderim hanc absolutionem non impedire, quominus accusari denuò possit, si probationes supervenerunt. Nam absolutio, vel eà ratione facta, quod non constabat nisi fictè, ostendit accusatum illum non deliquisse, & certè non fuisset concessa, ubi constitisset, verè de illius crimine, per probationes. Et ad rem confert quod, post Angelum de Perigliis, tradit Socinus Sen. in l. cum filiusfamilias in princ. n. 21. ff. de verbo oblig. cum dicit, quod, etsi filio condemnato in contumaciam, pater pro eo non tenetur juxta dispositionem statuti obligare patrem pro filio, nihilominus in novo iudicio, novaque instantia, probari potest testibus delictum à filio commissum, cum prima condemnatio in contumaciam facta, non impediat probationes delicti verè commissi. Porro, si nova non supervenit probatio, atque ita permanente illà absolutione, retinet absolutus iste portionem illam bonorum quæ alioquin erat perventura ad Episcopum, & inquisitorem absolventes; quo verò ad portionem Principis, & Domini Secularis, juxta dictum cap. vergentis, dicendum est ut casu subsequenti. Tertius itaque est casus, quando constat aliquem esse hæreticum, sed antequam talis declaratur, absolvitur à Pontifice Maximo. Hoc casu, hunc retinere bona omnia, etiam in præjudicium Domini, & Principis Secularis, tradit Iacobus Simancas, in cath. instit. tit. 3. n. 7. ex sententia Decii, in conf. 137. col. 1. vers. & licet absolutio, & col. 2. vers. & cum isto delicto &c. ac Parisii, in conf. 1. n. 47. lib. 4. Quod ad forum temporale ipsiusmet Pontificis, Simancæ opinionem probo, sed quod attinet ad Regnum, dubito, nam cum dominium bonorum hæretici, statim, & ipso jure, etiam ante factam declarationem hunc esse hereticum, certa pro parte censetur translatum in Principem Secularem juxta tradita à multis quos congeffi in conf. 185. n. 8. lib. 2. & in conf. 218. num. 7. lib. 3. & commentar. de presumptionibus, lib. 5. presumptione 47. num. 1. Sequitur, dicendum, sine ipsius Principis consensu ab eo auferri non posse mediante absolutione hac. Et ad rem confert, quod egregiè respondit Ancharanus, in conf. 161. col. 2. vers. his præmissis, cum dixit absoluto à Pontifice Max. proditore, cujus bona partim ipsi Pontifici, & partim Principi Seculari acquisita fuerant, nullum præjudicium afferri ipsi Domino Seculari; Nec urget auctoritas Decii, in d. conf. 137. cum ille nullum verbum habeat de portione bonorum pertinente ad Principem Secularem, sed solum contendit hæreticum plenè absolutum à Papa non posse de eadem hæresi accusari coram inquisitore, Parisius autem in dicto conf. 1. n. 47. motus est falsò argumentò, quod scilicet acquisitio bonorum, quam facit Fiscus Regius, habeat causam à sola condemnatione, quam facit Judex Ecclesiasticus, hoc est inquisitor, vel Episcopus; nam verius est habere causam à lege ipsa, quæ statim, eò ipso, quod quis apparet hæreticus, bona acquirit, pro certa parte, Fisco Seculari, ut dixi supra.

CAPUL XI.

Judex Eccl. quando usu, & consuetudine dicatur acquirere jurisdictionem adversus Seculares in casibus ad forum Seculare alioqui spectantibus.

Contendunt per sæpe Judices Eccl. se usu, & consuetudine, multis in causis, jus dicere contra Seculares, qui alioqui non nisi à Judicibus profanis, & Secularibus, judicari possunt. Quæ in re pro absoluto habemus, ex cap. si Clericus laicum de foro compet. valere hanc consuetudinem, cum illa tribuat jurisdictionem, ut scribunt Hostiensis & Innoc. in cap. 1. de Apost. Barba. in dicto cap. si Clericus. n. 13. Abbas, in cap. licet ex suscepto. n. 6. de foro compet. Jo. Lupus, in cap. per vestras. §. 1. in verbo, sed est questio. num. 27. & 29. de donatio. in ar. vir. & uxor. Guido Papæ, in libella, quibus Casibus laici subditi Imperio Ducis Sabaudia possint trahi ad Iudicem Ecclesiasticum col. 15. vers. rursum laicus. Marsilius, in sing. 290. Craveta, in conf. 238. n. 7. Joannes Antonius Niger, in extravagananti unica de visa, & honesta. Cler. n. 283. Jo. Bolognetus, in l. Imperium n. 87. ff. de jurisd. om. Iud. Decianus, in tract. crim. lib. 4. cap. 27. n. 1. & ib. n. 3. scribit tribuere etiam merum, & mixtum Imperium. Et sententiam hanc sum & ego sequutus, in conf. 112. num. 65. lib. 2.

Verum, cum consuetudo sit quid facti, probari ab eo debet qui eam allegat, ut tradunt multi quos retuli, in commentar. de presumptionibus lib. 2. præf. 8. num. 7. & in conf. 122. num. 72. & in conf. 192. num. 3. lib. 2. & in terminis nostris Guido Papæ, ubi supra. Et esse difficilis probationis, cum plura requirantur, & concurrere debeant, ut inducta, & constabilita censetur, sicuti respondit Parisius, in conf. 31. num. 15. lib. 1. quem sequutus sum, in conf. 187. num. 57. vers. requiritur quarto. lib. 2. & in specie Guido Papæ, in loco præallegato.

Requiritur itaque primò, ut qui consuetudinem introducere volunt, auctoritatem, & potestatem habeant sic faciendi. Ità in specie scribunt, post alios, Alex. in conf. 173. num. 8. lib. 6. Craveta, in conf. 96. num. 8. & in conf. 134. num. 25. & in tract. de antiqu. tempor. in quarta parte princip. n. 13. & Bertarolus, in conf. 73. num. 20. in civilibus, quos sequutus sum, in conf. 545. num. 20. lib. 5. quo loci scripti hujus sententiæ eam esse rationem, quia consuetudo est lex non scripta, l. de quibus ff. de legibus, & §. sine scripto. instit. de jure natur. gent. & civili. Porro ferre legem non potest, nisi Princeps, vel qui à Principe potestatem, vel auctoritatem habet l. non ambigunt ff. de Senat. & scribunt Doctores, in l. omnes Populi. ff. de justitia, & jure, in l. Imperium. ff. de jurisd. omnium Iud.

Requiritur secundò voluntas eorum, qui consuetudinem introducunt, quæ sanè voluntas colligitur, quando actus gesti fuerunt eo animo, & intentione, ut induceretur consuetudo. Ità Abbas, in cap. ult. col. pen. vers. septimo quarto. de consuetudin. Roccus Curt. in tract. de consuetud. num. 364. Decius, in conf. 402. n. 15. qui alios refert. Socinus, in cap. cum contingat, col. pen. vers. sed quarto. de foro compet. qui declarat quomodo cognoscatur hæc voluntas, & animus; & accedit Anch. in conf. 339. pro maiori intelligentia n. 3. vers. ad secundam variationem &c. qui respondit, quod si quis vult probare consuetudinem,

dinem, quod extantibus masculis foeminae non succedant, non sufficit, si probet aliquas foeminas fuisse exclusas in vim ipsius consuetudinis, & Ancharanum sequuti sunt Riminal. sen. Ruinus, Curtius jun. Craveta, & Bertarolus, quos retuli, & probavi, in dicto conf. 545. n. 20. vers. requiritur Secundo.

Requiritur tertio actuum frequentia l. 1. C. quae sit longa consuetud. & l. 3. C. de adif. prin. & post Abbatem, Alexandrum, & alios responderunt Curt. jun. in conf. 184. n. 10. Roland. in conf. 13. n. 9. lib. 3. & Decianus, in conf. 11. n. 161. lib. primo. Porro quanta esse debeat haec frequentia Judicis arbitrio relinquitur, ut magis receptam esse sententiam scripsi, in lib. secundo de arbitrar. judic. casu 81. n. 4.

Requiritur quarto quod praedicti actus sint uniformes. Ita Riminal. sen. in conf. 302. n. 14. lib. 2. Bellemar. in conclus. 65. & in conclus. 461. Paris. in conf. 112. n. 13. lib. 4. Brunus, in conf. 36. n. 5. Curt. jun. in conf. 184. lib. 4. n. 10. & hos sequutus sum in conf. 8. n. 17. lib. 1. in conf. 187. n. 57. vers. requiritur quarto. lib. 2. & in conf. 545. n. 21. in fine lib. 6. ubi, n. 21. dixi eam esse huius requisi rationem, quia consuetudo stricti juris est, & ob id non excedit proprios terminos, ut docuit Abbas in cap. quod translat. in ult. notab. de off. legati. Quocirca Baldus in l. ult. vers. unum aliud scias. C. comm. nriusque iud. scripsit, consuetudinem tantum habere de potentia, quantum habet de usu, quia proprios facti, & usus terminos non excedit, & in terminis his nostris idem tradit Guido Papae, in libello quibus casibus laici subditi Imperio, D. Ducis Sabaudiae possint irabi ad Iudicem Ecc. col. antepen. vers. in quo etiam advertendum.

Requiritur quinto scientia, & patientia eorum, qui ab ipsa consuetudine laedi possunt. Ita multi congesti ab Alex. in conf. 6. n. 3. lib. 1. & ibi Modernus Parisiensis, in additionibus, alios commemorat: & veritorem testatur, & accedit Joan. Lupus, in cap. per vestras. §. 1. in verbo sed est pulchra questio. n. 35. in fine, & n. 34. & quod requiratur scientia Principis tradunt Igneus, in repet. §. non alias. n. 1052. & n. 1113. ff. ad S. C. Syllan. in lib. pract. quest. cap. 10. n. 2. vers. primum, & Alfonso de Azevedo, in commentar. ad leg. Hispania. tom. 2. lib. 4. tit. primo l. 14. n. 4. quin in specie nostra loquuntur. Ripa, in lib. 2. cap. 25. n. 17. dum respondit consuetudinem alienandi feuda probari debere quod invitis subditis facta fuerit; sic & Craveta, in conf. 241. n. 20. versu, tertio respondeo. scripsit consuetudinem alienandi loca invitis subditis requirere contradictionem saltem extrajudicalem, & quod ea non obstante facta fuerit. Idem affirmarunt Berous, Socin. jun. & Craveta, quos retuli in dicto conf. 545. n. 21. & accedit Craveta, in conf. 171. n. 14. & in conf. 197. n. 12. qui dicit consuetudinem cognitam esse debere populo, & ab eo approbatam, cum ita ei magis obesse quam prodesse possit.

Nec repugnat in consuetudine inducenda in iuribus incorporalibus etiam si de regalibus Principis ageretur, non requiri scientiam, & patientiam ipsius Principis, contra quem inducitur, ut respondit Alex. in conf. 6. n. 3. l. 1. & in conf. 16. n. 7. lib. 5. quem sequutus est Franciscus Balbus, de praescript. in prima parte. q. 10. princip. vers. quinta differentia, nam respondetur contrariam sententiam esse veriore, ut dixi supra.

Requiritur sexto, quod cum hic agatur de actibus judicialibus, quibus a jure communi recedimus, debet esse obrenta haec consuetudo in iudicio contradictorio, ut respondit Balbus, in conf. 210. casus talis est, quidam accepit. lib. 1. sicuti eum declaravi in dicto conf. 187. n. 57. vers. requiritur quinto, ubi etiam retuli An-

gelum Aretinum, in §. ex non scripto. n. 16. instit. de iur. natur. gent. & civit. Sic & Cravet. de antiq. tempor. in quarta parte princ. in princ. num. 34. pag. 177. a 1.

Requiritur septimo, temporis diuturnitas, ut inducatur, & constabilita sit consuetudo, ita Baldus, in l. de quibus col. 2. ff. de legibus, & alios multos commemorat, & probat Roccus Curtius, in tract. de consuetud. in tertio sect. sive in glosa finali col. 1.

Quantum vero temporis sit necessarium, relinquitur Judicis arbitrio, ut scripsi, in lib. 2. de arbitrar. iudic. casu 83. n. 6. ubi, n. 7. dixi in gravioribus negotiis requiri cursum quadraginta annorum, & n. 8. scripsi in gravissimis esse debere cursum temporis immemorialis. Idem post alios respondi, in conf. 545. num. 21. vers. praeterea actus ipsi lib. 6. & quod requiratur cursus quadraginta annorum quando consuetudo, est contra ius, affirmant glos. in cap. ult. §. de off. Archid. Abbas, in cap. ult. col. 8. num. 36. de consuetud. & Roccus Curt. ubi supra. Jason, in l. de quibus, num. 43. in fine. ff. de legibus. Craveta, de antiq. temp. in quarta parte principalis num. 10. pag. 133. a tergo, qui, post Aretinum, in conf. 23. vers. sed quando & c. dicit requiri quadraginta annos, quando agitur de quibus populis statuere non potest.

Ceterum in casu nostrae disputationis, si recte perpendimus, dicendum est prius consuetudinem non esse hanc, quam Ecclesiastici pro eorum Ecclesia stare contendunt, sed prius esse quandam praescriptionem, quam, & Pontifex Maximus, & iuris Pontificii interpretes, abutendo his nominibus, consuetudinem appellant, ut post Castrensi. scribit Franciscus Balbus, in tract. de praescriptionibus. in prima parte. q. ult. col. ult. vers. & dicit Paulus & c. & Igneus, in repet. l. necessarios. §. non alias. num. 1051. vers. secundo ultra ff. ad Syll.

Quod haec non sit consuetudo, vel ex eo constat, quia consuetudo tendit, ad inducendum de novo, quod non est; praescriptio vero tendit ad tollendum id, quod iam est in esse productum, sicuti differentiam hanc adnotarunt Petrus Cynus, & Angelus, quos refert, & probat Jason, in l. de quibus num. 43. vers. secunda est opinio. ff. de legibus, & sequutus est Baldus, in tract. de praescriptio. d. q. ult. col. ult. vers. ultra praemiss. & c. qui paulo supra vers. notat plane & c. dixerat post Felinum, in cap. auditis. col. 11. vers. quarta, & ultima declaratio de praescript. consuetudinem se habere ad jus commune, & universale, praescriptionem vero ad particulare tantum. Idem scribit post alios, Craveta, in tract. de antiq. temp. in quarta parte princ. in principio. num. 21. Rursus consuetudine acquiritur jus Populo, sicque publico; Praescriptione vero personae privatae. Ita Baldus, in rub. ff. de rerum divisione col. 1. hic ergo quaritur & c. qui ob id dixit praescriptione jus ab uno sublatum, alteri deberi, & applicari, consuetudine vero, quod alicui non aufertur, alteri applicatur, & Baldum sequuti sunt Angelus Aretinus, in §. flumina. num. instit. de rerum divis. Ruinus, in conf. 34. num. 16. in conf. 41. num. 5. & in conf. 217. col. 2. num. 3. lib. 1. & in conf. 115. col. 2. lib. 4. & in conf. 142. num. 7. lib. 5. Ripa, in l. quominus num. 39. ff. de flumin. & Baldus, in dicta quest. ult. col. pen. vers. secunda principalis, & Craveta, in tract. in dicta quarta parte principalis in princ. num. 31. & accedit Ioan. Andr. in cap. 3. de consuetud. in 6. cum dicit quod Episcopus acquirendo iurisdictionem, ut solus, sine capitulo, possit

corrigerè, dicitur quoad ipsum capitulum acquisivisse jurisdictionem præscriptione, quo verò ad subditos correctos, dicitur acquisivisse consuetudine: & Jo: Andr. sequuti sunt Marian. Socin. in cap. cum contingat. n. 26. vers. & advertit. de foro compet. & Cacciolup. in l. Imperium. n. 42. ff. de jurisd. om. jud. qui dicit esse singularem doctrinam. Idem scripsit Baldus, in conf. 499. Apulus Castren. lib. 3. quem refert, & declarat Craveta, in loco supra allegato. n. 22. & 23. Quo circa superioribus annis in ea gravi controversia jurisdictionali Regis, & Ecclesie Mediolanensis, dictum est ipsam Ecclesiam non nisi præscriptione uti posse, quoad Regem, quo verò ad particulares laicos, contra quos jus dixit, consuetudine, cum agatur de auferenda jurisdictione à Rege, cui jure ipso communi tributa est, & ea applicanda ipsi Ecclesie, non autem Populo, & publico. Et præterea admisso, cità veri præjudicium, quòd dici debeat consuetudo, dicendum est eam non satis esse indictam ad commodum, & favorem ipsius Ecclesie, cum deficient penè omnia requisita superius enumerata. Deficit sanè primum, quia non constat prædictam Ecclesiam habere potestatem, & auctoritatem ferendi legem, atq. ità inducendi consuetudinem in præjudicium juris Regie majestatis. Deficit & secundum requisitum, cum probatum non fuerit, quòd actus gesti pro inducenda hac consuetudine, eò animò, & intentione facti fuerint, ut hæc consuetudo induceretur. Non adest & tertium requisitum, nempe actum frequentia. Corruit & quartum, quia modici illi actus exhibitivi non sunt uniformes, nam constat Judices Ecclesiasticos admisisse, & obtemperasse decretis Senatus, idest Regis cohortantis ità & ità fieri, quæ sanè cohortatione dicuntur præcepta, & mandata, sicuti aliæ Principium preces, & observationes, quæ alioqui appellantur mandata. l. 1. ff. quod inssu, ubi gloss. & scripsi in lib. 2. de arbitrar. casu 354. n. 13. Deficit etiam quintum, cum non extet scientia, & patientia ipsius Regis, qui jam suis litteris asserverit se ignorasse prædicta gesta Ecclesiasticorum. Nec hic sufficit asserita scientia, & patientia officialium & ministrorum ipsius Regis, ut dicemus in subsequenti casu. Non etiam concurrat hic sextum requisitum, cum non appareat judicium aliquod fuisse hæc de consuetudine tractatum, & pro Ecclesiasticis judicatum. Deficit demum septimum requisitum, cum de cursu tanti temporis non appareat, ut dicemus in subsequenti casu.

Ceterum admitta Ecclesiam Mediolanensem consuetudine acquisivisse hanc jurisdictionem, attamen intelligitur cumulativé, non autem privativé ut scribunt multi, quos congesi, in commentar. de præsumpt. lib. 2. præsumpt. 18. num. 14. vers. declaratur hic casus.

Præterea dicimus consuetudinem fuisse contrariis actibus interruptam, Curt. tract. de consuetud. num. 66. & 67. Porro in casu extant actus permulti gesti à Regis ministris, qui omnino repugnant actibus à Judicibus Ecclesiasticis confertis, ut dicemus in fine subsequenti dubitationis.

Ex prædictis intelligimus verum non esse, quod existimant & objiciant aliqui, nostro in casu agi de consuetudine interpretativa, quam interpretes nostri observantiam appellant, quod sic in foro Ecclesie Mediolanensis jam antiquitus pluries observatum fuerit, ut Judices ipsi Ecclesiastici in realibus, ac personalibus actionibus jus dixerunt pro Clericis actoribus adversus laicos reos conventos. Quæ sanè observantia, seu consuetudo interpretativa inducitur, uno, duobus, & ad summum tribus actibus, sicuti scribunt Buticus, in cap. ult. num. 47. de consuetud. Abbas, in cap. ult. de appella. Baldus, in l. diurna ff. de

legibus. Bartolus, in l. 1. rum. 4. C. quomodo, & quando Index. Roccus Curtius, in tract. de consuetud. in præfatione num. 24. & Decianus, in conf. 96. num. 8. lib. 3. qui multis confirmat nec requiritur cursus temporis, sicque quòd fuerit præscripta, sicuti multorum auctoritate scripti, in conf. 21. num. 15. & in conf. 75. num. 76. lib. 1. & in lib. 2. de arbitrar. jud. casu 199. num. 11.

Cæterum, ut dixi, existimo verum non esse, quòd hic agatur de consuetudine interpretativa, sicque de observantia, quæ respicit usum unius judicis, & tribunalis, & interpretatur legem, quæ alioqui multis modis intelligi potest, & propterea non dicitur lex non scripta, nec vim legis obtinet. Ità scribunt Buticus, in cap. ult. n. 47. de consuetud. & Roccus Curtius, in tract. de consuetud. in præfatione n. 22. vers. quarto quarto, qui subiungit observantiam non esse contra jus, sed præter. Nam quando esse contra jus, dicitur consuetudo. Porro, certum est in casu nostro Ecclesiam Mediolanensem prætere se acquisivisse jurisdictionem contra laicos reos conventos à Clericis, tam in actionibus personalibus, quam in realibus absolutè, & indistinctè, quod omnino repugnat, & regulæ juris, & dispositioni legis, ut scripti supra in prima dubitatione.

Secundò accedit, quòd actus illi, quibus inducitur consuetudo interpretativa, sicq. observantia, debent esse uniformes, ut tradunt Alex. in conf. 5. n. 7. lib. 5. Ripa, in l. qui Roma. §. duo fratres. n. 49. de verb. oblig. & Rubeus, in l. non solum. §. morte n. 89. ff. de operis novi nuntiat. Cum ergo nostro in casu non modo non constet de actibus uniformibus sed in maximè difformibus, ut diximus supra, sequitur dicendum, nullam hic causatam esse observantiam.

Tertiò suffragatur, quòd consuetudo hæc interpretativa, seu observantia, operatur, & vim habet, quod ad subditos illius Judicis, & tribunalis, contra quos ità observatum fuit, sicuti sentiunt Buticus, & Roccus Curtius in locis supra allegatis, dum scribunt observantiam esse unius judicis, vel Tribunalis, præsupponit ii quòd ille inter suæ jurisdictionis subditos jus dixerit, non inter externos, & non subditos, & præsertim in præjudicium jurisdictionis Regie.

Quartò, & ultimò, movet me plurimum, quod, ut consuetudo hæc interpretativa operetur contra aliquem, requiritur, quod actus ad eam inducendam gesti fuerint confecti eo sciente & patiente, sicuti in specie scribunt Socinus sen. in conf. 84. in fine lib. 3. Decius, in conf. 262. num. 5. vers. accedit ulterius, & Alciatus, in resp. 203. num. 31. secundum impressionem antiquam Lugdunensem, quem sequutus sum in commentar. de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 103. num. 36. Atqui clarum est Regem Catholicum ignorasse hos actus geri, & si ejus officiales sciverunt, non tamen eos tolerarunt, ut supra demonstravimus. Non ergo observantia hæc aliquid operatur adversus ipsum Regem.

CAPUT XII.

Præscripsisse jurisdictionem in Seculares certis in casibus, quando dicatur Index Ecclesiasticus.

Differimus superiori capite de consuetudine nunc agamus de præscriptione, quando scilicet Judex Eccl. dicatur acquisivisse cursu temporis jurisdictionem in Seculares certis in casibus. Hac in re observandum est, præscriptione acquiri non modò simplicem jurisdictionem, sed etiam merum, & mixtum Imperium. De jurisdictione sic scribunt Bartolus,

totus, in *conf. 189. n. 13. lib. 1. Jason, in l. Imperium. n. 20. vers. concludendo tenas ff. de iurisd. om. Iud. & ibidem Gaspar Vallascus, n. 127. & Caccialupus, n. 41. qui dicti etiam privatum posse præscribere jurisdictionem hanc simplicem, sicuti probat. cap. cum contingat. de foro compet. sic, & Joan. Bolognet. ibidem. n. 88. De mero, & mixto Imperio, quod scilicet possit præscribi, tradunt Bartolus, præcitato in loco, Baldus, in dicta l. Imperium. n. 13. in l. 1. C. de emancip. liberorum, & latissimè in *conf. 439. Apulus, Castr. lib. 3. quod sanè responsum allegari solet pro ipsius Baldi questione incipiente, Apulus Romanus. Hoc sequuti sunt Alber. in eadem l. Imperium, & Caccialup. n. 38. qui dixit communem esse opinionem, & alios ibidem referunt Jason, n. 20. Bolognetus, n. 88. & his accedunt Zabarella, in *Clem. statutum q. 13. de electio. Anchar. in conf. 142. clarior, & brevior. n. 4. & 5. Abbas, in dicto cap. cum contingat n. 7. & in conf. 82. n. 2. lib. 1. Jacobinus, in investitura feudali. in verbo, cum mero, & mixto Imperio. n. 13. qui testatur communem esse opinionem. Franciscus Baldus, in tract. de præscriptionibus in secunda particula quinta partis principalis q. 3. n. 1. ubi, n. 2. testatur pariter esse communem Doctorum sententiam.***

Cæterum, ut locus sit huic præscriptioni multa requiruntur.

Requiruntur sanè, primò titulus, & bona fides. Ita Baldus, in dicta l. Imperium in prima lectione n. 13. & ibidem Valloficus, n. 133. & Longavallius, n. 268. ff. de iurisd. om. Iud. & his accedunt Castren. in l. servitutes la. 4. n. 9. ff. de servit. & Marianus Socinus, in dicto cap. cum contingat n. 21. & n. 26. in fine de foro compet. Idem quoque in specie præscriptionis, jurisdictionis scripsit Lupus, in cap. per vestras. §. in verbo, sed est pulchra questio. n. 43. vers. imò, ultra hoc & c.

Requiruntur secundo, temporis casus, qui adversus Regem absentem esse debet immemorialis, sicuti quando jurisdictionis merum, & mixtum Imperium præscribitur contra summum Pontificem, & Imperatorem absentes, ut scribit Baldus, in dicta l. Imperium n. 13. & ibidem Albericus, n. 4. Castren. col. pen. Valloficus, n. 135. & 136. & Sebastianus Sapia, n. 30. qui asserit communem esse opinionem, sic & Baldus, in dicta q. 3. n. 5. Curtius Jun. in *conf. 174. n. 26. qui manifestè de jurisdictionis præscriptione respondit. Eandem opinionem probavit, & communem esse scripsit Didac. in cap. possessor. in secunda parte. §. 3. n. 3. & 4. de reg. juris in 6. & Jacobinus, in loco supra commemorato. Et licet prædicti loquantur de præscriptione adversus Papam, & Imperatorem, attamen idem, si adversus Regem, ut in terminis scribit Ioannes Lupus, in dicto cap. per vestras. §. 1. in verbo, sed est pulchra questio. n. 43. vers. & quamvis & c. & latius n. 48. vers. adde prædictis. Hoc requisitum respondi aliquando defecisse in ea præscriptione jurisdictionis Regis, quam Ecclesia Mediolanensis decurrisse adversus Regem Catholicum Divum Nostrum allegabat. Etsi enim dicebam suam illam præscriptionem initium sumpsisse anno 1416. ut asserbant Eccl. attamen, (præter id, quod de hoc non constat) dicemus subducendum esse tempus belli, quò non currere præscriptionem post alios tradit Bald. in dicto tract. de præscript. in secunda particula sexta partis principalis n. 3. 4. & 5. Bellum autem cepit eo tempore. Philippus Maria Vicecomes filius Galeatii primi, erat Dux, qui decessit anno 1447. & qui bellum gessit adversus Florentinos, & Venetos, qui Brixiam, & Bergomum occuparunt, ab eo anno verò 1447. usque ad 1451. Civitas hæc Mediolani si in libertatem vindicavit, & bellum gessit contra Franciscum Sforzian, qui eò anno 1451. creatus fuit Dux. Hic post bellum adversus Venetos gestum, decessit anno 1466.*

quo etiam anno Consilium Ducale dedit rescriptum super precibus Ecclesie majoris hujus Civitatis Mediol. petentis dispensationem à Principe, ut posset acquirere aliqua bona à laicis, non obstantibus statutis, quò quidem rescripto mandatum est Vicario Reverendissimi Archiepiscopi, ut de narratis se informaret, & mox referret ipsi Principi, cum voto. Quod sanè rescriptum operatur præscriptionis, si qua tunc cæpta est decurrere, interruptionem, ut dicemus infra. Franciscus successit ejus filius Galeatius, qui anno 1476. occisus fuit, & anno 1472. sævissima pestis hanc urbem ferè depopulavit. Hic successit Joannes Galeatius, Comes virtutum, qui anno 1489. die 18. Augusti, edidit decretum illud de libertate Eccl. cujus mentionem sæpius fecimus supra, quod quidem decretum operatur, ut dicatur interrupta præscriptio, si aliqua erat cæpta ut dicimus infra. Hic decessit anno 1494. qui successit Ludovicus Maria dictus Marcus, qui adversus Gallos bellum gessit, & ab eis captus ductus fuit in Galliam anno 1500. Ab eo anno citra, constat pro tempore Duces Mediolani, ejusque Ministros conservasse propriam jurisdictionem in laicos sibi subditos, adversus Reverendiss. Archiepiscopos, sicuti permultis rescriptis tenatus, & ad ipsorum Archiepiscoporum Vicarios demonstratum fuit.

Requiruntur tertio scientia, & patientia ipsius Principis superioris, in præscribendis jurisdictione, mero & mixto Imperio quando scilicet agitur de præscriptione longi, & longissimi temporis, ut scribunt Bart. in l. 1. §. denique ff. de aqua plu. arcen. in l. si publicanus §. ult. n. 3. ff. de publica, & vectigal. & in *conf. 155. utrum jurisdictione. & in conf. 137. quaritur utrum lib. 1. Alex. in dicta l. Imperium. n. ff. de iurisd. om. iud. & in conf. 16. n. 18. & in conf. 24. n. 16. lib. 5. Jacobinus, in investitura feudali, in verbo, cum mero, & mixto Imperio n. 12. & 13. Marian. Socinus, in dicto cap. cum contingat. n. 14. vers. prædicta tamen, & n. 22. de foro compet. & ibidem Felinus, n. 3. & n. 6. qui scribunt requiri scientiam ejus, qui impedire, & prohibere potest dictam præscriptionem Balbus, in tract. de præscriptionibus in secunda particula quinta partis principalis. q. 3. n. 8. Joan. Lupus, in cap. per vestras. §. 1. in verbo vel est pulchr. n. 34. qui late differit, & Didacus Covar. in cap. possessor. in secunda parte. §. 2. n. 8. vers. tertia species. de reg. juris in 6. cum verò agitur de præscriptione temporis immemorialis, necessarium non esse scientiam, & patientiam superioris, scribunt multi ex præcitatis Doctoribus, præsertim Didacus, & accedunt Salicetus, in l. 2. n. 7. C. nova vectigal. institui non posse, & Parisius, in cons. 16. in fine lib. 4. Pro præscriptione verò longi, & longissimi temporis deficit scientia Regis Cath. qui ob absentiam in tam remota regione presumitur ignorasse hoc in dominio gesta ab Ecclesiasticis, ut copiose scripsi, in *commentar. de presump. lib. 6. presump. 24. n. 39.**

Nec repugnat, si dicatur sufficere scientiam, & patientiam officialium, & Ministrorum Principis Secularis, ut scribunt Bartolus, in l. si publicanus §. ult. n. 2. ff. de publica, & vectigal. Baldus, in cons. 145. presupposito quodam capitulo propè finem lib. 2. & in *conf. 340. si pater. lib. 5. & in tit. qua sine regalibus. n. 3. in fine. Practicus Papiensis, in forma libelli pro actione confessoria. in verbo plenam. n. 15. Zabarella, in cap. cum contingat de foro compet. & ibidem Imol., in fine. Castren. in *conf. 203. viso quodam salvo conductu n. 2. vers. ad secundum, responderetur, & in conf. 256. vide ut manifestè. lib. 2. Buticus, in cap. ult. col. 28. n. 30. vers. per hoc infertur ad dubium de cuius possess. & pro por. Aretinus, in *conf. 42. n. 4. & in conf. 153. n. 1. vers. ex scientia autem. Alex. in conf. 16. n. 16. & in conf. 24. n. 16. lib. 5. Imola, & Rom. in l. 1. §. denique n. 5. de aqua plu-***

via arce. dum uterque admittit scientiam, & patientiam administratoris nocere Domino in re præscribenda, & differentiam constituunt inter scientiam Vass.lli. quæ non præjudicat Domino, & scientiam administratoris, quæ, præjudicat, Jason, in l. Imperium col. 9. vers. circa aliud. ff. de iurisd. om. iud. Claudius Scyell. in l. more. col. 4. vers. prædicta etiam procedunt. eo tit. & accedit Covar. in cap. possessor. in secunda parte in initio col. pen. vers. sed tamen, etiam si. de Reg. iuris. in 6. & in specie magis Azevedo, ad leg. Hispania tom. 25. lib. 4. tit. 1. lib. 14. n. 10. sic & Baldus, in dicta q. 3. n. 8. vers. sed dubitatur. Ruinus, in conf. ult. n. 9. lib. 4. & in conf. 69. n. 13. lib. 1. Boërius, in q. 277. n. 6. in fine. Abbas, in conf. 64. n. 51. lib. 1. Craveta, in tract. de antiqu. tempor. in quarta parte principali, in ea particula, qua incipit. Absolutio differentis n. 23. & hoc sum ego sequutus, in conf. 901. n. 66. lib. 10. Nam respondetur dubiam satis reddi prædictam opinionem, auctoritate eorum, qui in specie aliter scripserunt. Ita sanè Jo. Zenobius de Ualdis, inter conf. Baldi, in conf. 370. verba rescripti. col. 1. vers. Item in ista præscripi. lib. 3. Salicetus, in l. 2. n. 5. C. nova vectigal. instit. non posse. Alex. in conf. 84. n. 5. lib. 1. Bertachinus, in tract. de Gabellis. in prima parte. col. 7. vers. prædictis adde. Jo. Lupus, in prima parte. col. 7. in cap. per vestras §. in verbo, sed est pulchra n. 39. de donationibus inter virum, & uxorem, Ruinus, in conf. 45. col. ult. vers. sed dato etiam lib. 4. Bertrandus, in conf. 24. col. 3. lib. 1. in antique. Jo. Igneus, in repet. l. necessar. §. non alias 1087. & 10. 89. ff. ad S. C. Syllan. qui ad rem hanc est omninò videndus. Sic etiam Jacobinus, in investitura feudali, in verbo cum mero, & mixto Imperio n. 14. Idem sentit, & manifestè Capius, in decis. 54. in fine, qui testatur sic iudicasse Concilium Neapolitanum, & clariùs Sigismondus Lofredius, in conf. 20. n. 21. vers. & minimè obstat. Et ii quidem, vel eà solidà ratione usi sunt, quòd in iurisdictionis præscript. requiritur scientia eius, qui iurisdictionem ipsam concedere potest, iuxta l. 2. C. de servitut. & aqua. Porro Regis, & Principis officiales, & Ministri, non habent facultatem concedendi iurisdictionem, non ergo eorum scientia sufficit. Nec repugnat tex. l. procuratoris in princ. ff. de tribut. actio. quo moti sunt contrariæ opinionis Doctores, quia loquitur de procuratore cum libera, ut declarent ibidem Accursius, & Albericus, & in specie nostra Lofredus, in dicto conf. 20. n. 21. Non etiam urget, quòd scientia Officialium, & Ministrorum arguit scientiam Principis, qui ex eorum relationibus præsumitur scivisse gesta suo in Dominio, & Principatu, quia responderetur, non sufficere scientiam præsumptam, sed requiri veram, & certam, ut tradunt Ioan. Igneus, in repet. l. necessarios §. non alios n. 1077. ff. ad S. C. Sylla. & n. 1101. qui rationem affert, & n. 1112. Io. Lupus, in dicto cap. per vestras. §. 1. in verbo. sed est pulch. n. 35. in fine n. 36. 37. & 38. His dum respondi pro Regia iurisdictione adversus Ecclesiam Mediolanensem requisitum hoc defecisse ipsi Ecclesiasticis. Nam, etsi admittimus Regem Catholicum scivisse hanc Ecclesiasticorum usurpationem, non tamen extitit patientia Officialium, & Ministrorum ipsius Regis, cum, ut dictum fuit, sapientissimè Senatus rescripserit Vicariis Archiepiscopi, ut causas remitterent, & ipsi remiserunt. Rursus patientia præsupponit liberum consensum, qui non extitit in laicis reis conventis coram Iudice Ecclesiastico. Nam constat metu iniustarum censurarum eos compulsos fuisse comparere, & respondere, & quòd metus iniustæ excommunicationis sit justus metus, probat Abbas, in cap. cum dilectus. col. 2. quod metus causa. & in cap. cum olim. col. 3. de vestit. spolia. Rom. in conf. 369. n. 10. & Hieronymus Gigas, in tract. de pensionibus q. 36. Eb;

dem metu multoties perterriti fuerunt, & ipsi Officiales, Ministrique Regii, ex quo sequitur his actibus meticulosus, & compulsorius nullam esse acquisitam iurisdictionem ipsi Archiepiscopo, ut scribunt Baldus, in l. si quis ex consensu n. 4. C. de Episcopis audien. Abbas, in cap. olim. §. ult. n. 10. de restitut. spolia. & in conf. 96. col. ult.

Requiritur quintò, quòd præscribens iurisdictionem credat se jure suo uti, in ipsa iurisdictione, ut scribunt Marianus Socinus Sen. in cap. cum contingat. col. pen. vers. sed quarto circa prædicta de foro comper. Longavallius, in l. Imperium n. 275. ff. de iurisd. om. iud.

Requiritur sextò, & ultimò, quòd præscriptio fuerit perfectè decursa, & completa, ut dicatur acquisitum jus præscribenti, secus verò, si fuit interrupta, sicuti in ea facti specie de qua pro Rege Cath. respondit præscriptionem ab Ecclesiasticis allegatam fuisse sæpissimè interruptam, multis rescriptis Senatus ad Vicarios ipsorum Archiepiscoporum, quibus mandabatur de remittendis causis ad forum Iudicis Secularis. Hanc contradictionem interrumpere præscriptionem affirmant Bartolus, in l. naturaliter. n. 27. de usucap. & in l. 2. §. ult. ff. pro emptore. Baldus, in l. 2. n. 7. C. de servit. & aqua. Et quòd etiam sola contradictio Officialium, & Ministrorum Principis interrumpat præscriptionem contra eum cæptam, affirmant Baldus, in dicta l. 2. in quarto notab. Ruinus, in conf. 119. n. 11. lib. 4. & Curtius iun. in 134. n. 30.

Cæterum si admittimus Metropolitanum præscripsisse iurisdictionem hanc, dicendum est privativè ei quæsitam esse, non autem cumulativè, sicuti auctoritate Abbatis, Butrii, Caldarini, & Fereti scripti, in comment. de præscriptionibus. lib. 2. præsumpt. 18. n. 24. & nunc accedit Baldus, in conf. 201. casus talis est. Rev. Paser. lib. 2.

CAPUT XIII.

Judicem Ecclesiasticum, vel spoliatum, vel perturbatum in quasi possessione iurisdictionis Regiæ, & ad iudicem Seculare pertinentis, restitui, redintegrarique an iure possit, & ne, perturbetur experiri?

Hanc egregiam satis disputationem explicavit Ioan. Lupus, in cap. per vestras. §. 1. vers. sed est pulchra questio. n. 43. propè finem. vers. unde si Rex de donatio. inter vir. & uxor. qui manifestè dixit, quòd si Rex, vel ejus Officiales reassumant sibi iurisdictionem & non permittant Prælati Ecclesiarum, bonæ, & personas Secularium præhendere caperequè, nullò modo restituentur Prælati suæ quasi possessioni, nisi evidenter docuerint, quòd iurisdictionis quasi possessionem legitimè sint assequuti, cum alioquin eam iniuste præsumantur occupasse contra Regem, à quo provenit, ex loco, & personis sibi subjectis, & suo in Regno constitutis, sitque manifestum, nisi aliud ostendatur, eam jure communi ad ipsum Regem pertinere. Et subiungit, eodem in loco, Lupus, n. 43. in fine vers. ex quo videtur & c. post Ancharanum, in cap. cum persona in undecimo notab. de privilegiis in 6. quod lite penden. potest ipse possessor, contra quem pugnat jus commune, turbari, & violenter expelli, sicuti ille, qui vel, vi, vel clam, vel p. acariò possidet, & Ioannem Lupum sequutus est Didacus Covar. in lib. 1. variar. resolut. cap. 16. n. 11. scribit, quòd etiam lite pendente super nobilitate, & consequenter immunitate inter Fiscum Regium, & privatum, se nobilem asserentem, & esse in possessione ipsius immunitatis.

tatis; cogi potest ipse privatus solvere, cum juris præsumptio repugnet illi quasi possessioni, juxta *cap. cum persona §. quod si talis. de privileg. lib. 6. de quo infra*, & idem Didac. *in lib. pract. quest. cap. 17. n. 6. vers. secundo oportet*, simile tradit. Ioan. Lupum sequuti sunt etiam O. haora, *in summa nobilitatis Hispania, in secunda parte tertiæ partis principalis cap. 1. n. 5. & Joan. Gurtierrez, in lib. 3. pract. quest. q. 19. n. 11. 12. & 13. & ibidem. n. 17.* post Didacum, *in dicto cap. 17. n. 6. vers. primum*, & Rebuffum, *in commentar. ad consuet. Gallia. tomo tertio. tract. de materia possess. art. 2. glo. 1. n. 26. & 27.* qui scribit Regem nusquam litigare sine possessione in his, quæ sibi, ut Regi, summo jure conceduntur, & accedit auctoritas multorum, qui similibus in casibus affirmant turbatum, imò & spoliatum quasi possessione jurisdictionis, jure communi pertinentis ad Principem, & superiorem, ipsius quasi possessionis titulum probare, seu justificare debere. Ità sanè de perturbato in quasi possessione jurisdictionis scribunt Joan. Fabr. *in §. retinenda n. 4. vers. & ideo non vidatur, & latius, n. 31. in instit. de interdicitis*, Capycius, *in decis. 209. n. 4. & 5.* Petrus Rebuffus, *in commentar. ad consuet. Gallia. tomo tertio. tit. de materiis possessoris. art. 8. gloss. 1. n. 5.* Cosmus Guimier, *in pragmat. Sanct. tit. de pacificis possessoribus in verb. inquirant. pag. ult. Olascus, in decis. 55. n. 6. & hoc retuli, & probavi, in commentar. de retinenda possess. remedio tertio n. 590.* Idem respondit Ancharanus, *in consuet. 310. n. 3. vers. his præmissis*, sic & Verallus *in decis. 304. in tertia parte.* refert Rotam Romanam judicasse quasi possessionem jurisdictionalium nihil operari sine titulo, sic & Boss. *in tract. caus. criminal. in tit. de principe n. 134.* scripsit spoliatum Castro à Principe, justificare debere titulum priusquam restituatur. Idem responderunt Craveta, *in consuet. 674. n. 5. lib. 4. & Decianus, in consuet. 45. n. 7. & 8. lib. 1.* cum dixerunt Judicium possessorium jurisdictionis admixtum habere petitorium, atque ità ostendendum esse ipsius quasi possessionis titulum. Et prædictorum vera, & recepta sententia probatur constitutione illà Bonifacii Octavi Pontificis Maximi, *in cap. ad decimas de restit. spoliat. in 6. ubi.* Ecclesiz Rector contendeat consuevisse colligere decimas in alterius Rectoris parochia, & ob id tanquam spoliatum debuisse prius, & ante omnia restitui. Respondit Bonifacius restituendum non esse, nisi suam illam quasi possessionem justificaret, exhibitò titulo, cum juris præsumptio ei repugnet. Ità scribunt, & declarant Abbas, *in cap. 1. col. ult. vers. oppono alterius. de restit. spolia. & ibidem Imola, n. 3. & Anton. Corset. in tract. fallentiarum ad regulam, quòd spoliatus ante omnia debeat restituui. fallent. 72. & ego ipse, in commentar. de recuperanda possess. remed. primo n. 366. & accedit in specie dicti cap. ad decimas, quòd decidit Guido Papa, in q. 288. vers. si autem talis laicus.* cum dicit laicum quasi possessione perceptionis decimarum spoliatum non restitui antè omnia, nisi ostendat suæ quasi possessionis titulum: Confert *cap. cum persona §. quod si tales. de privileg. in 6. ubi* subditis Episcopi, si dicunt se exemptos ab ipso Episcopo, & ob id in sua quasi possessione libertatis & exemptionis, non esse perturbandos, debent illius suæ quasi possessionis titulum ostendere, cum eis repugnet juris præsumptio, quæ est quòd exemptio non præsumitur nisi probetur.

His aliquando respondi pro jurisdictione Regiæ ditionis Mediolanensis adversus Ecclesiam Metropolitanam prætendentem se turbari, imò spoliatam fuisse quasi possessione jurisdictionis, quæ alioqui Secundum jus commune ad Judicem Seculare pertinet. Respondi sanè restitui non debuisse ante omnia, nec de turbatione potuisse conqueri, cum juris præsumptio ipsi Metropolitanæ repugnet, nisi prius ipsam

quasi possessionem aliquò titulo, saltem præsumptò, & colorato ostendisset, ut dicemus infra.

Declaratur primò prædicta communis sententia, ut locum habeat, quando præsumptio juris repugnans spoliato, impediens, eum restitui, ante omnia fundat, & justificat possessionem spoliatoris, secus si non fundat, nec justificat. Ità constitutione illam Bonifacii 8. *cap. ad decimas de restit. spolia. in 6. intelligunt, & declarant gloss. Jo: Andr. Joan. Monachus, & Gemin. ibidem, Jason, in l. naturaliter §. nihil commune n. 47. ff. de acquiren. possess. & ibidem Ripa, n. 78. Navarrus, in cap. accepta in decima oppo. n. 21. de restit. spolia. & Didacus Covarr. in lib. 1. var. resolut. cap. 17. n. 6.*

Declaratur secundò, quando Judex Secularis diu passus fuit Judicem Ecclesiasticam exercere jurisdictionem ipsam profanam ad Regem pertinentem, nam longa, & diutina tolerantia, & patientia tollit illam juris præsumptionem, quæ alioqui ipsi Judici Ecc. resistebat, sicuti egregiè declarant Buticus, & Imola, *in cap. cum Ecc. sutrina. de caus. possess. & propt. ille n. 39. in fine. ilte, col. penult. vers. Et per hoc etiam potest inferri.* Ità etiam intelligitur, & declaratur dictum *cap. cum persona §. quod si tales de privileg. in 6.* ut in specie explicat Barba. *in additiv. ad Abbatem. in cap. 1. n. 8. ut lite penden. nihil innovetur.*

Declaratur tertio regulam dicti cap. *ad decimas.* non habere locum, quando contrariis conjecturis, & præsumptionibus constat ipsum spoliatum non usurpasse illius rei possessionem, vel quasi. Ità declarant Abbas, *in cap. cum Ecc. sutrina. n. 52. de caus. possess. & proprie. & Ripa, in dicto §. nihil commune vers. secundo intellige.* Sic etiam declaratur constitutio illa *cap. cum persona §. quod si tales. de privileg.* non enim illa locum habet, quando pro ipso spoliato stat aliqua præsumptio, & conjectura, ut titulus præsumptus. Ità sanè declarant Francus, *in eodem cap. cum persona. §. ult. col. 1. Buticus, in cap. cum venissent n. 8. de institut. & ibid. Abbas, col. 2. n. 8. & Imola, n. 11. Zabarella, & Barbat. in cap. 1. de restit. spolia.*

Declaratur quartò, ut locum non habeat, quando Judex Ecclesiasticus spoliatus hac quasi possessione, vel in ea perturbatus, colorare potest illam suam quasi possessionem, nam coloratio hæc tollit contrariam illam conjecturam, & præsumptionem, quæ spoliato obstare dicitur. Ità sanè Affl. & *in cap. 1. §. illud in fine. de prohib. feudi aliena per. Feder.* dum manifestè docuit Vassallum feudo spoliatum à Domino, si suam ipsam quasi possessionem coloravit, debere restitui, quamvis non constet de jure proprietatis, & Domini ipsius Vassalli, cum sufficiat suam ipsam possessionem colorare. Idem sensit ipse Affl. & *in commentar. ad consuet. Neapolis. rub. 24. incipit, violentias. n. 2. vers. In contrarium insurgit.* Idem decidit Capycius, *in decis. 77. n. 12. iuncto n. 7.* ubi loquitur de spoliato quasi possessione jurisdictionis, & n. 12. subjungit spoliatum officio, siq. facultate exercendi jurisdictionem, non habere necesse probare titulum, quòd intelligo plenè, sed sufficere ipsam possessionem colorare, ut ibi *in fine* affirmat, & inquit Capycius *ibidem n. 12.* quòd non ità prohibentur possideri feuda ut officia, & ideo si spoliato quasi possessione officii, satis est colorare ipsam possessionem, multò magis sufficere debet spoliato quasi possessione feudi. Ità quoque declarat idem Capycius *in decis. 189. n. 5. & n. 10. & ità etiam intelligo eundem Capycium, in decis. 209. n. 8. vers. & contra prædicta.* Sic etiam decidit Cassiodorus, *in decis. 1. n. 10. tit. de restit. spolia.* dum equiparat quasi possessionem jurisdictionis, & illam beneficii. Ità pariter Contardus, *in l. unica limit. 2. §. 8. n. 12. C. si de momentan. possess. fuerit appell.* qui dicit sic sensit Baldum *ibi.*

n. 6. & in *conf. 161. in fine lib. 3.* & sic iudicasse Rotam Romanam. Idem sentit Marmus Frezia, in *tract. de subforid. lib. 2. in tit. differentia inter regalia feuda. differentia 46.* & apertius Jo. Baptista Pontanus, in *tract. de spolio: lib. 2. cap. 16. col. 3. vers. ejusdemque natura.* qui loquitur in claris terminis, quando spoliatus hac quasi possessione jurisdictionis agit contra dominum spoliatorem. Idem manifestè docuit Boss. in *tract. caus. criminal. in tit. de Principe 254.* ubi arguit à beneficiis ad jurisdictionalia. Et horum sententiam sum & ego sequutus, in *commentar. de recuperat. possess. remedio primo. n. 99.* & manifestius in *remed. 13. n. 469. juncto n. 463. in eo enim n. 463.* dixi sufficere, quòd spoliatus quasi possessione beneficii, eam justificet titulo colorato, & ob id non requiri exactam illam tituli probationem, quæ in profanis requiritur: deinde, sub illo n. 469. scripsi idem esse dicendum in quasi possessione jurisdictionis. Idem ego ipse scripsi de iudicio possessionis retinendæ, in *tract. de retinenda possess. remedio tertio. n. 590.* ubi dixi turbatum in sua quasi possessione jurisdictionis, probare debere ipse suæ quasi possessionis titulum. Postmodum n. 593. subiunxi hunc perturbatum debere colorare, sicque justificare suam quasi possessionem. Ità etiam declaratur text. *dicti cap. cum personæ. §. quod si tales. de privil. lib. 6.* & scribunt ibidem Ancharanus, in *undecimo notab. & Otalora, in dicto cap. 5. n. 8. & 9.* Franciscus de Ponte, in *conf. 97. n. 21. 24. & 28.* & manifestius in specie idem scribit Didacus, in *dicto lib. pract. quæst. cap. 17. n. 6. vers. secundò oportet &c.* qui cum Paulus supra dixisset Regem non litigare sine possessione in his, quæ sibi, ut Regi summo iure conceduntur, nisi ab adversario probetur titulus aliquis qui elidere valeat præsumptionem, quæ stat pro Principe, subiunxit Didacus sufficere titulum præsumptum. Quibus autem modis coloretur possessio, vel quasi, explicavi post alios, in *commentar. de retinenda possess. remedio tertio n. 594.* & ibidem scriptis accedit possessionem, vel quasi, colorari etiam decreto Principis, vel Iudicis, qui spoliatum iam miserat in possessionem, sicuti in specie decedit Rota, in *decis. 16. in fine de restit. spolia. in novis* & idem affirmant Boss. in *tract. caus. criminal. in tit. de Principe. n. 254.* & Ioannes Baptista Pontanus, in *tract. de spolio. lib. 2. num. 139.*

Cæterum maior est dubitatio, an Iudex Ecclesiasticus quasi possessione iurisdictionis ad Iudicem Seculare alioqui spectantis spoliatus, lite pendente restitui debeat officio Iudicis prius, & ante omnia? Et quidem dicendum est non debere restitui; nam recepta est Doctorum sententia quòd ille, qui præterit habere iurisdictionem in territorio, & ditione alterius, non debet tanquam spoliatus, etiam lite pendente, restitui, cum ei repugnet notorius defectus tituli. Ità scribunt Innoc. & Abbas, in *cap. constitimus de filiis presbyterorum.* Franciscus Martius, in *q. 542. num. 4. vers. nec potest pretendi. in secunda parte,* & egregiè Ioan. Lupus, in *dicto cap. per vestras. in secundo notab. §. sed est pulchra dubitatio. num. 43. in fine. de donatio. inter vir. & uxor.* qui refert Anchar. in *dicto cap. cum persona. in undecimo notab. de privil. in 6. dicentem,* quòd lite pendente potest ipse possidens contra ius commune spoliari, & turbari.

Nec repugnat quòd scribunt Abbas, in *cap. 1. n. 8. ut lite pendente.* Decius, in *conf. 97. num. 1. extra conf. 103. num. 1. vers. & facit,* & Lancelottus, in *tract. de attentatis in secunda parte, & ultima declaratione n. 1. vers. regula. n. 3. & n. 17.* lite pendente neminem esse suam possessionem privandum, etiamsi possessio sit contra ius. Nam respondetur Abbatem loqui de eo qui

possidet ex privilegio, quòd etsi dicatur contra ius commune, non tamen interim, quo non constat privilegium esse nullum, spoliari debet, sic etiam declarantur Decius, & Lancelottus, *præcitatis in locis.* Non etiam urget, quòd dicit Lancelottus, in *d. declaratione ultima n. 17.* Spoliatum lite pendente ità esse restituendum, ut nec etiam obiici possit notorius defectus domini & iuris possessionis. Nam respondetur notorium defectum Domini, & iuris possessionis, obiici posse adversus eum qui contendit se lite pendente spoliatum, quando is spoliatus possidere non potest sine titulo, ne detur vitiosus ingressus, sicuti dicimus in beneficiis, ut tradunt Imola, in *cap. bona col. 3. vers. facietur tamen. de appellatio. post Innoc. ibi Rota in decis. vers. sed si constaret clarè. de restit. spolia. in novis.* Buticus, & Geminianus, quos refert, & probat Franc. in *cap. bona. n. 15. in fine. vers. in beneficiis tamen. de appella. sic & Alex. in conf. 99. n. 9. in fine. lib. 5.* Cassiodorus, in *decis. 3. n. 5. de restit. spolia. Papazonus, in additionibus ad rotam. decis. 2. de restit. spolia. in antiquis G. briel Sarayna, in additionibus ad Maties. notab. 29. & Didac. in lib. pract. quæst. cap. 23. n. 4. vers. quamobrem.*

Et hæc quidem opinio magis recepta est adversus Rotam in *decis. 13. tit. de restit. spolia. in antiqu. Belle-mora, in conclus. 49. in fine, & conclus. 101. Rubenum, in l. naturaliter §. nihil commune n. 301. ff. de acquiren. possess.* qui hujus opinionis malè refert Buticum supra pro magis recepta approbatum. Aufser. in *additionibus ad Capellam Tolos. q. 15. & Navarr. in cap. accepta. in secunda oppositione n. 5. de restit. spolia.* Imò idem esse in aliis rebus profanis, ut scilicet locus non sit restitutioni, possessionis, quando notoriè constat hunc spoliatum lite pendente nullum jus habere in ipsa re. Ità sanè scribunt Imola, Joannes Monachus, Ancharanus, & Francus, quos refert, & sequitur Afflicus, in *decis. 98. in fine.* Idem tradunt Guido Papæ, in *conf. 8. n. 3. conf. 69. col. pen. & conf. 124. col. 3. & in qua 213. & Didacus, in lib. pract. quæst. cap. 23. n. 4. vers. Imò etiam &c. & si post aliquos dissentit Alex. in dicto conf. 99. in fine. lib. 5.*

CAPUT XIV.

Iudex Ecclesiasticus vel Secularis, an & quando de causis pecuniariis, civilibusque, & de capitalibus adversus Iudeos, & infideles cognoscat, iudicet, & pœnas indicat.

Controversi juris est an Iudex Ecc. vel potius Secularis iurisdictionem, & imperium exerceat in Iudeos, aliosque infideles, cognoscendo, iudicando, & pœnas indicendo, & in eorum causis civilibus, pecuniariisque ac etiam capitalibus. Hanc disputationem copiosè admodum pertractarunt Franciscus Aretinus, in *conf. 157.* Hieronymus Belluga, Vallentinus Hispanus, in *eius responso inpresso inter consilia Socini Sen. in conf. 119. lib. 4.* sicuti Socinus ipse testatur, in *illius responsi subscriptione,* & Marquardus de Sulanis, in *tract. de Iudæis. in secunda parte. cap. ult.* Duo distinguenda, atque constituenda sunt hujus disputationis capita, sicuti duæ sunt potestates, secularis scilicet, & Ecclesiastica. De Iudice itaque Seculari dicemus primùm, deinde de Ecclesiastico.

Primum itaque caput de Iudice Seculari, quo quidem in capite distinguo, atque constituo tres casus.

Primus est, quando agitur de causa civili, & pecuniaria; Hoc sanè casu dubitandum non est, quin ad ipsum Iudicem Seculare pertineat de eis inter eos, ac etiam Christianos cum ipsis contententes cognos-

cers,

tere, & judicare. Nam certum est Judæos, & alios infideles habitantes in ditione, & Territorio Principis Secularis non differre à Christianis hic habitantibus, quoad subiectionem, & obedientiam in rebus temporalibus, & profanis; cum censeantur immediate subiecti foro Seculari prædicti Principis, sicuti tradunt Oldradus, in *conf. 333. Abbas, in cap. postulasti. In primo notab. de Judæis. & in cap. consulari. il. 3. de appella: Anchar. in cap. & qua, quas. 6. de reg. iuris in 6. & conf. 15. col. 2. Belluga, in dicto conf. 119. n. 18. Decius, in cap. 1. n. 17. de consue. & in dicto cap. consulari. de appella. & Didacus Covar. in lib. 3. variar. resolut. cap. 3. n. 9. vers. septimo circa eandem, qui ejusdem sententiæ refert Corneum, in *conf. 114. lib. 1.**

Et accedit quòd ii infideles dicuntur esse de populo illius Civitatis vel oppidi, in quibus habitant, ut scribunt glo. in *cap. in quintum. dist. 4. Baldus, in cap. 1. de forma fidelitatis. & in pace constantia. in verbo, Nos Romanorum, Belluga, in dicto conf. 119. n. 16. In fine, & Marquardus de Sufania, in *tract. de Judæis. in secunda parte. cap. 2. n. 1. & accedunt Socinus Sen. in conf. 71. n. 3. lib. 1. & alii relati à Lancelotto Gallia in Commentar. ad Statutum Alexandria. q. 7. n. 10. & 11.**

Præterea ii infideles quoad res profanas, & temporales ligantur legibus, & statutis illius Principis, & Civitatis, ubi degunt, sicuti affirmant Baldus, in *L. spadonem. §. iam autem ff. de excusat. tuto. Felinus, in cap. Judæis. de Judæis. Belluga, in dicto conf. 119. n. 16. & aliis multis comprobat Marquardus in d. cap. 2. n. 1. & n. 4. & accedunt Alexander, in conf. 75. n. 1. lib. 5. Socinus Sen. in conf. 71. n. 1. lib. 1. Brunus, in *tract. quòd stantibus masculis femine non succedant. art. 6. princ. col. 3. & Parisius, in conf. 2. n. 9. lib. 4.**

Non est ergo dubium, quin, Judex Sec. sit de rebus his profanis, & temporalibus competens cognitor, & decisor inter Judæos, & Christianos, & in specie sic tradunt gloss. & Doctores, in *clem. 1. de Judæis. Ancharanus in conf. 271. Francus, in rub. de testamentis in 6. Alex. in conf. 6. num. 5. lib. 2. Cæpolla in conf. 75. in criminalibus, & Decius, in cap. 1. n. 20. de probat.*

Secundus est casus, quando agitur de causa criminali, & delictum est merè profanum, & temporale, ut furtum, homicidium, & simile; hoc etiam casu Judex Sec. cognoscit de hoc crimine contra Judæum delinquentem, & eum punit, illis tamen pœnis, quæ legibus Principium Secularium indictæ sunt; Ità scribunt Felinus, in *cap. postulasti in fine. de Judæis. & Bellug. in dicto conf. 119. n. 18. vers. septimo adduco.*

Tertius est casus, quando agitur de causa criminali, & delictum est mixti fori, ut blasphemia, Sacrilegium, & alia, quæ enumeravimus supra *cap. 5.* Hoc quoque casu, Judex Secularis cognoscit, & pœnam indicit contra Judæum sic delinquentem, illis tamen pœnis, quæ legibus Principium Secularium indictæ sunt. Ità Anchar. in *conf. 15. n. 41. qui respondit de Blaphemo, & eo, qui aliquid fecit in opprobrium fidei, & Religionis Christianæ. Joan. de Anna, in rubr. extr. 2. de Judæis col. pen. vers. Voluit ergo. & in cap. in nonnullis. col. 2. vers. nota quòd in blasphemantes. eo. tit. de Judæis, & ibidem, Felinus, in fine. Alex. in conf. 233. lib. 6. Socinus Sen. in conf. 102. lib. 1. Belluga, in dicto conf. 119. n. 17. & Marquardus, in *tract. de Judæis. in Secunda parte. cap. ult. n. 3. vers. circa dilectum, & n. 4. & Decianus, in tract. crim. lib. 4. cap. 26. n. 19. Ità sanè affirmant Judæum ob delictum Blasphemie, quod esse mixti fori diximus supra *cap. 5.* puniri etiam à Judice Seculari; Idem de crimine usurarum, quando Judæus excessit modum, quod crimen esse mixti fori demonstravimus pariter. in dicto *cap. 5.* Hoc sanè casu Judæus compelli potest etiam à Judice**

Seculari, ad ipsarum usurarum restitutionem, *cap. post miserabilem. de usuris, & tradunt Socinus Sen. in conf. 71. n. 11. lib. 1. cap. 9. n. 3. vers. circa delictum Judæi. Belluga, in dicto conf. 119. n. 18. & alios congesti, in lib. 2. de arbitrar. Judicium. casu 449. n. 18. Idem de Judæo, qui aliquid fecit in opprobrium fidei, & Religionis Christianæ, sicuti de Judæo, qui in vilipendum gloriose Virginis Mariæ coram ejus imagine, emisit crepitum vestris, decidit Guido Papæ, in *q. 63. quem sequitur est Marquardus, in d. cap. 9. n. 3. vers. circa delictum Judæi.**

Secundum hujus nostræ disputationis caput est de Judice Eccl. Hoc in capite constituo quinque casus.

Primus est, quando agitur de causis Judæorum civilibus, pecuniariisque. Hoc sanè casu, Judex Eccl. non cognoscit, nec judicat, cum non ad ejus forum, sed Secularem pertineat, sicuti supra in primo casu præcedentis capituli demonstravimus.

Secundus est casus, quando agitur de causis criminalibus fori merè Ecc. Hoc casu, sine controversia, Judex Eccl. tantum cognoscit, & pœnam indicit contra Judæos, & infideles, hæc crimina, & delicta committentes, sicuti tradunt permulci, quos statim referam. Exemplum afferri solet primum, quando Judæus committit crimen hæresis. Hunc sic delinquentem puniri à solo Judice Eccl. affirmant Baldus, in *conf. 315. Tutela data, in fine lib. 1. cui, in conf. 316. subsequens, subscripserunt Ioan. Lignanus, Laurentius de Pinu, Egidius de presbyteriis, Gaspar Calderinus, & Ioannes de Francus, Ioannes, in cap. quod super his. n. 5. de voto, Eymericus, in *directorio inquisitionum. in secunda parte. cap. ult. n. 4. Buratus, in conf. 90. 2. lib. 1. qui ejusdem opinionis alios recenlet.**

Cæterum, quando Judæi dicantur committere crimen hæresis variant Doctores. Aliqui sunt, qui afferunt eos in nullam incidere posse hæresim, propterea quòd, jam sunt extra Ecclesiam, & de his, qui foris sunt, nihil ad nos. *cap. gaudemus. de divoritiis. Ità sanè scribunt Oldradus, in conf. 36. Gemma, & Francus, in cap. contra Christianos. de heret. in 6. Bellug. in dicto conf. 119. n. 34. qui dicit, quòd si Judæi possent puniri de hæresi, eorum bona publicarentur, juxta *cap. cum secundum. de heret. in 6. quod tamen jure cautum non est, & manifestius Conradus Brunus, in tract. de hereticis lib. 4. cap. 2. n. 17. & multis sequentibus, & Iacobus Simancas, in Catholice institutionibus. tit. 35. n. 11. qui alios refert. Non negant tamen præd. quin Judæi ii tanquam heretici puniri possint à Judice Eccl. sicuti quando negant Deum unum esse, & illum non esse creatorem Cæli, & Terræ, ut egregie tradit Eymericus, in dicto *q. 46. 4. 5. & n. 15. qui, in fine refert Gregorium X. Pontificem Maximum, in publico confessorio, mandasse quendam Arturchum Judæum tanquam hereticum abiurari, & puniri debere, in quam incederat, ob id quod Dæmones invocaverat, & responsa expectaverat, & Ioannes Royas, in tract. de heret. n. 557.***

Habentur Judæi tanquam heretici, si Christianis hereticis favent, & opem ferunt, sicuti explicavit Simancas, in dicto *tit. 35. n. 11. vers. casorum si Judæus. ex sententia Borsati, in dicto conf. 90. n. 2. & 3. qui alios commemorat, atque ità concludendum est Judæos propriè non committere crimen hæresis, puniri tamen posse certis in casibus, tanquam, sicque improprie heretici, & eadem quoque pœnâ, quâ Christiani in hæresim lapsi. Sic dissidentes Doctorum opiniones conciliari possunt. Tertius est casus, quando agitur de causis criminalibus mixti fori, & Pontifex Maximus indixit certam pœnam temporalem, etiam Judæis, aliisque infidelibus committentibus aliquod ex his delictis. Hoc sanè casu dubium non*

non est, quin Judæus, & infidelis perpetrans crimen hoc mixti fori, poni possit à Judice Ecc. pœnâ, vel pecuniaria, vel corporis affl. civâ, fustigationis scilicet, treremium, & simili. Itâ sanè sensit Anchar, in *conf. 15. in fine*, ead. suo illo in casu dixit non esse locum pœnitentiæ Spirituali, quâ in Judæum non cadit. Et manifestus Aretinus, in *conf. 157. col. 1. Belluga, in dicto conf. 119. n. 26. vers. unde ponderandum. Felinus, in cap. postulasti in fine, de Iudæis, Marfil. in l. ex Senat. us consulto. n. 5. ff. ad leg. Cornel. de sicariis. Turrecremata, in cap. consuetus. in fine. 17. q. 4. Marquardus, in tract. de Iudæis. in secunda parte. cap. ult. n. 4. & clarus, n. 5. ubi sequutus est Aretinum, præcitato in loco.*

Et hæc quidem casus satis manifestè probatur canone illò concilii Toletani relatò in *cap. consuetus 17. q. 4.* quò sancitum est Judæos, qui à Christianis officia usurperint publicis cædibus deputari, hoc est, fustigari debere, sic & in *cap. sepo. 28. q. 1.* indicta est pœna fustigationis contra Judæos conversantes cum noviter ad fidem conversis, & cum eis communicantibus. Et accedit ratio, quòd sicuti à Salvatore nostro commissa est, & tradita Pontifici Maximo ejus Vicario, cura & custodia fidelium principaliter, sic & infidelium secundariò, ut egregiè explicat Innocentius, in *cap. quod super his. n. 4. & 5. de voto. & ibidem Joan. Andreas, col. 3. vers. credimus tamen. Baldus, in conf. 418. inquisitio col. pen. lib. 5. Alvarus Pelagius, in lib. 1. de planctu Ecclesie. cap. 58. col. 2.* cum dicit Papam habere potestatem in potentia, etsi non in actu, contra omnes infideles, quia licet sint extra Ecclesiam actu, non tamen potentia, cum fieri possit quòd efficiantur fideles, sicuti experientia quotidiana docet. Idem scriptum reliquit Joannes Capistranus, de auctoritate Papa. in secunda parte secunda partis principalis. n. 1. 2. & 3. qui dixit verba illa Salvatoris nostri ad Petrum Apostolorum Principem, *pacce oves meas, Ioan. cap. ult.* principaliter, & strictè accipi pro fidelibus, largè verò, & secundariò intelligi etiam pro infidelibus, quorum animæ, & à Deo ipso create sunt.

Quartus est casus, quando agitur de causis criminalibus mixti fori, & Pontifex Maximus tulit legem generalem indidentem pœnam contra committentes simile delictum, & pœna est conveniens etiam Judæis, ut est pœna temporalis, pecuniaria, vel corporis afflictiva, atque sumas in dubio, an lex hæc generalis comprehendat etiam Judæos, aliosque infideles, ut scilicet committant aliquod ex his delictis, puniri possint à Judice Ecc. pœnâ à prædicta lege Pontificia indictâ. Hunc casum sic proposuit omnium primus Franciscus Aretinus, in *dicto conf. 157. col. 2. vers. venio igitur ad secundum*, qui respondit non contineri, sed Iudicem Secularem ipsos infideles delictum vel merè Ecclesiasticum, vel mixtum committentes punire. Et Aretinum sequuti sunt Belluga, in *dicto conf. 119. n. 17. usque ad finem, & ibidem n. 29. vers. sed in dubio.* propriè loquitur in specie hujus nostri casus, & Marquardus, in *dicto cap. ult. n. 5.* Hanc opinionem probat Aretinus auctoritate Ioan. Andr. in *cap. contra Christianos. n. 2. vers. de potestate tamen de hæret. in 6. in clem. 1. de testibus, & in etom. unica vers. Principibus. de Iudæis. & in cap. gaudemus. n. 3. de Iudæis.* probat etiam multis iuribus.

Verùm quòd atinet ad Doctorum auctoritates ab Aretino adductas, observandum est, quòd etsi Io. Andreas, in *dicto cap. contra Christianos. n. 2. vers. de potestate tamen &c.* dicit regulariter recurri ad Iudicem Secularem pro iusticia contra infideles, attamen postmodum se remittit ad ea, quæ ipsemet dixit in *cap. quod super his. de voto. col. 3. vers. credimus tamen*, ubi pœnâ ad verbum sequutus est Innocentium n. 3. 4. & 5. affirmantem Papam habere potestatem de ju-

sure, etsi non de facto, super omnes infideles, & quòd potest eos punire, si contra legem naturæ delinquant, ut si Sodomiam, vel idololatriam committant, imò, & eosdem pœnis efficere potest, si contra legem Evangelii in moralibus faciunt. Idem si adversus eorum leges conveniant, & introducant hæreses, idem sensit & docuit ipsemet Ioannes Andreas, in *cap. gaudemus. col. pen. vers. in gloss. 3. de divortis*, cum dixit Iudæos inferentes conumeliam fidei, & divino cultui, puniri à Papa, ac etiam à Iudice Seculari, cum subiaceant etiam legibus Imperatorum, sub quorum Imperio degunt. Deinde subiungit ipse Ioannes Andreas, *vers. rationem verò &c.* infideles subjacere legi Imperiali directè, quia lex Imperialis respicit corpora, quæ, etsi si infidelium sunt, pœnam tamen temporalem pati possunt, legi Canonice non subjacere directè quia lex illa respicit animas, quas non afficit Censura Ecc. quæ in infideles cadere non potest, ex quo jam sunt extra Ecclesiam. Sensit ergo Ioannes Andreas infideles subjacere etiam directè legi canonice, quando pœna ab ea lege indicta convenire eis potest, ut si est vel pecuniaria, vel corporis afflictiva. Idem cum Innocentio, & Jo. Andrea sensit Abbas, in *dicto cap. gaudemus. n. 3. de divortis*, dum se remittit ad ipsum Innocentium, in *dicto cap. quod super his*. Nec jura, quæ ad suam firmandam opinionem adducit, & perpendunt Aretinus, & Belluga urgere mihi videntur.

Primo adducunt Aretinus, in *dicto conf. 157. col. 2. vers. venio igitur ad secundum*. Hieronymus Belluga, inter consilia Socini sen. in *conf. 119. n. 24. vers. tertio decimo. tex. in cap. postulasti. de Iudæis*, ubi pro crimine Sacrilegii perpetrato à Iudæo, qui Clericum percusserrat, Pontifex Maximus mandat prius adiri Iudicem Secularem, & in ejus negligentiam Iudicem Ecclesiasticum, ut Iudæus Sacrilegus puniatur. Nec repugnat (inquit Aretinus) consideratio Abbatis ibidem dicentis id factum profaciliori executione. Nam hoc verum non est, ait Aretinus, cum & Iudex Ecclesiasticus faciliè exequi possit sententiam, imponendo pœnam, quam exigit mediò brachii Secularis.

Responderi rectè potest, id ibi factum fuisse à Iudice Seculari, ad instantiam Iudicis Ecclesiastici, sicuti in specie declarat, & respondet Calderin. in *conf. 2. col. 1. vers. & sic dixit. Hostiens. in tit. de Iudæis*, post Hostiens. in *summa. in tit. de Iudæis §. 1. n. 6.* Idem scriptum reliquit Nicolaus Eymericus, in *directorio Inquisitorum. in secunda parte. q. 46. n. 9.*

Secundò perpendunt Aretinus, & Belluga, præcitatis in locis, *tex. cap. in Archiepiscopatu. de raptor.* ubi Archiepiscopus propriâ auctoritate tanquam ordinarius non punit Iudæum pro admisso crimine contra naturam quòd esse crimen mixtum dixi *suprà cap. 5.* sed tanquam delegatus Regis pœnam indicit.

Verùm responderet, ut declarat Nicolaus Eymericus, in *dicta q. 46. n. 12.* Pontificem Maximum, illo in loco, narrasse non autem approbasse commissionem Episcopis à Rege factam, contra Saracenos, sed voluisse, ut ipsi Episcopi procederent auctoritate ordinariâ, sicuti significant verba illa, *quòd tales in sua iurisdictione existentes, Pœnâ pecuniariâ poteris multare.* Præterea respondet idem Eymericus, Episcopus processisse potestate sibi datâ à Rege, ut tanquam ejus delegati Saracenos illos punirent eâ pœnâ, quam ipse Rex potuisset imponere tanquam Iudex Secularis qui etiam punit delictum mixti fori, & ideo Episcopi eo in casu dici possunt sustinuisse personam duorum, nempe propriam, tanquam ordinarii, & delegati à Rege.

Tertio moti sunt Aretinus, in *dicto conf. 157. col. 2. in fine vers. pro ista conclusione*, & Belluga, in *dicto conf. 119. n. 17.* constitutione illâ *cap. gaudemus. de divortis*, ubi habetur Apostoli Pauli ad Corinth. 1. cap. 5. sententia

tià de his, qui foris sunt, hoc est, infidelibus, Ecclesiam non iudicare. Divi Pauli verba hæc sunt; *fratres, qui frater nominatur inter vos, est fornicator, aut avarus, aut idolis serviens, aut maledicus, aut ebriosus, aut rapax, cum huiusmodi nec cibum sumere &c.* quasi dicat. Apollolus, secus autem si non sit frater, illum enim non debetis punire, & subdit rationem. *Quid enim mihi de his, qui foris sunt, iudicare? Non ne de his, qui intus sunt, vos iudicatis?* Hæc Paulus, ad cuius interpretationem scribit illo in loco Divus Hieronymus, de his, qui foris sunt iudicabit Deus, & Divus Thomas adiungit, Prælatos Ecclesiæ accepisse potestatem super eos tantum, qui affecti sunt fideles. Est ergo dicendum, Iudicem Ecclesiasticum pœnis afficere non posse Iudæum pro crimine mixti fori à se commisso.

Respondetur Divum Paulum, & Innocentium tertium, in dicto cap. *gaudemus*, loqui de censura Ecclesiastica quæ directè cadere non potest in infidelem. Sed quidem indirectè Iudex Ecclesiasticus punire potest ipsos infideles, ut attingi supra, delictum contra Ecclesiæ præcepta committentes. Nam licet infideles sint extrà Ecclesiam, quoad correctionem morum, non autem quoad defensionem Ecclesiæ, ne ab ipsis infidelibus lædatur: si enim aliquid ii faciunt in contemptum fidei Christianæ, vel in Christianum perniciem, tunc Ecclesia de ipsis infidelibus iudicat, cap. *accusatus*. §. *sanè*, & cap. *officium* §. *denique*, de *Hæres.* in 6. si quidem ratione delicti efficiuntur de foro Ecclesiæ, cap. *et si Iudæos de Iudæis*. Et nunc cum non possit Ecclesia indicare eis pœnas spirituales dicto cap. *gaudemus*, imponit temporales, hoc est, ne Christiani cum eis conversentur, cap. *ita quorundam de Iudæis*. Imponere etiam potest pœnam pecuniariam, vel corporis afflictivam. Ità declarant verba Apostoli Pauli, & dictum cap. *gaudemus* scribit Capistranus, in tract. *de auctoritate Papa. in secunda parte secunda partis principalis. n. 3.* & alia ad hanc rem scripsi supra. Et his declarat illud quod perpendit Belluga, in dicto cap. 119. num. 31. cum dixit Iudicem Ecclesiasticum non punire Iudæos, & Infideles, delicta etiam mixti fori committentes, cum pœna indicta ab Ecclesia non conveniat Iudæis, atque ità præsuppositum in eis non verificatur juxta traditionem illam gloss. in l. *mancipia*, in verbo, *Avocandum C. de servis fug.* quam multis exornavi in lib. 2. de *arbitrar. iudic. casu* 449. n. 14.

Hoc sanè intelligitur, & declaratur, quando indicitur censura Ecclesiastica sicque excommunicatio, quæ infidelibus non convenit, cum jam, ut sæpius dictum fuit, sint extra Ecclesiam, secus verò, quoad alias pœnas, quæ infligi eis possunt, sicuti delaravi in lib. 2. de *arbitrar. Iudicium. in dicto casu* 449. n. 14. 17. & 18.

Quartò idem Aretinus, in eodem conf. 157. n. 4. post Ioan. Andr. adducit cap. *Iudæis*, dum in princ. statuit Alex. 3. Pont. Max. excommunicari debere Christianos habitantes cum Iudæis causâ alendorum puerorum ipsorum infidelium, atque ità Papa nullam infligit pœnam Iudæis.

Respondetur ex dictis supra, Pontificem Alex. loqui de pœna, quæ non convenit directò ipsis infidelibus, & ob id indirectè eos punit, excommunicando fideles, qui cum ipsis infidelibus, habitant, & conversantur.

Quintò adducit Aretinus, post eundem Ioannem Andream, cap. in *nonnullis*, in fine. de *Iudæis*, cuius verba hæc sunt. *Et quoniam illius dissimulare non debemus opprobrium, qui probra nostra delevit, præcipimus præsumptos huiusmodi per Principes Seculares condigna animadversio is adjectione compefci ne cruci-*

fixum pro nobis aliquatenus blasphemare præsumant. His verbis satis de re constare videtur Iudicem Ecc. non punire Iudæum ob crimen blasphemiz, quod alioqui esse mixti fori diximus supra cap. 5. sed hoc pertinere ad Iudicem Secularem.

Respondetur secundum Calderinum in dicto conf. 2. Iudicem Secularem illo in casu ad instantiam, & requisitionem Iudicis Ecclesiastici id facere, nec repugnat, quod hæc sit divination quædam secundum Bellugam, in dicto conf. 119. n. 17. vers. *tertio pro ista*, nam respondetur licere divinare, quando ratio ita hæc suadet, vel causa evitandæ contrarietatis, sicuti tradunt Bart. in l. *ita stipulatus in pr. ff. de verbo. oblig. laion*, in l. 2. §. *prims n. 23 ff. de vulg. & pup. substi. Ripa*, in l. 1. n. 22. co. tit. & in dicta l. *ita stipulatus. n. 61. vers. contra*. Porro in casu nostro rationes, & jura, quæ infra pro contraria opinione referam, suadent, ut dicamus rectè sensisse Calderinum.

Respondetur secundo, quòd licet Pontifex mandaverit Principibus secularibus, ut punirent blasphemiam illam, attamen non le excludit Papa, qui potuisset, si voluisset, pœnis afficere blasphemos illos. Ità respondit Nicolaus Eymericus, in *directorio Inquisitorum. in secunda parte. q. 46. 10. vers. secundo respondetur*.

Sextò perpendunt iidem Aretinus, in d. conf. 157. n. 4. & Belluga, in d. conf. 119. n. 26. constitutionem Clementis Quinti Pontificis Max. in clem. *unica de Iudæis*, quâ lancitum est Principes Seculares pœnis afficere debere infideles sibi subiectos, ne Mahometi nomen invocent, ac ne peregrinentur ad ejus sepulcrum, cum hoc sit in opprobrium fidei Christianæ. Ergo ad Iudicem Ecclesiasticum non pertinet punire infideles sic delinquentes.

Respondet Eymericus, in dicta q. 46. n. 14. post Hostiens. quem refert, Papam remisisse infideles illos puniendos Principibus secularibus, quia ibi agebatur de indicenda pœna sanguinis, quam Ecclesia imponere non potest.

Contrariam opinionem, quòd scilicet in lege generali Pontificia lata contra committentes delictum mixti fori, contineantur etiam infideles, ità quod sic delinquentes puniantur à Iudicibus Ecc. probarunt decem ii præstantissimi Doctores, nempe.

1. Innocentius, in cap. quod super his. n. 3. & 4. de voto sicuti cum supra retuli.
2. Ioan. Andreas, eodem in loco, col. 3. vers. credimus tamen; & in cap. contra Christianos. nu. 2. vers. de potestate tamen. de hæres. in 6.
3. Abbas, in cap. *gaudemus. n. 3.* de divortiiis dum seremittit ad Innocentium, & Ioan. Andr.
4. Calderinus, in conf. 2. in tit. de Iudæis.
5. Hostiens. in d. cap. quod super his.
6. Baldus, in conf. 315. Iudæis tutela data in fine lib. 1.
7. Ioan. Legnanus, inter consilia ejusdem Baldi, in conf. 316. in fine. col. lib. 1. cui subscripserunt quatuor ii Doctores Laurentius de Pinii, Ægidius de Presbyteris, Gaspar Calderinus, & Ioan. de Frantuciis.
8. Zabarella, in clem. 1. de Iudæis.
9. Paulus de Eleariis, in d. cap. quod super his.
10. Nicolaus Eymericus, in directorio inquisitorum. in secunda parte. q. 46. n. 5. ubi n. 6. vers. Beatus Thomas, refert ejusdem opinionis fuisse Divum Thomam in secunda secundæ. q. 10. art. 8. n. 9.

Et horum quidem auctoritas comprobari potest ex his quæ tradit R. pa. in cap. 2. n. 18. de iudiciis, dum scribit legem generaliter loquentem, comprehendere etiam Iudæos.

Primò urget non parum, quod jam supra, in tertio casu huius capituli, probavimus, Pontificem Maximum, posse, si vult, indicare certam pœnam tem-

por lem contrà infideles committentes delictum mixti fori, ut blasphemiam, adalterium, sodomiam, & simile, sicuti sancivit in cap. consuetudinis. 17. q. 4. & in cap. sane 28. q. 1. & diximus esse rationem, quia ipse summus Pontifex custodiam habere debet infidelium, ut & fidelium, & maximè, ne Ecclesiam lædant. De potestate itaque non dubitatur, de voluntate etiam nostro in casu, non est pariter dubitandum, cum verba hæc generalia convenient, & ipsis infidelibus, & consequenter convenire debet dispositio, juxta l. 4. §. totiusff. de damno infecto, quam multis exornat Tirraquellus, in l. si inquam. in verbo, libertis. n. 2. C. de revocan. donatio. convenit etiam poena, quæ significat Pontificem sensit etiam de ipsis infidelibus, sicuti è contrà dicimus eos in lege generali comprehendere voluisse, quando poena indicta eis non conveniat, ut dicemus in subsequenti casu.

Secundò suffragatur, quòd infideles non debent esse melioris conditionis, quàm fideles, ex quo Iudæi, & infideles dicuntur personæ infames, & odiosæ. l. ult. C. de Iudæis. cap. nulla. distinct. 53. & cap. cum sit nimis. de Iudæis, & tradunt Socinus, Sen. in conf. 71. num. 5. lib. 1. atqui Papa poenas temporales indicit contra fideles committentes delicta mixti fori. cap. in legibus. 22. q. 1. cap. 51. quis. 17. q. 4. cap. statim. 16. q. 1. & cap. quoniam distinct. 22. ergo lex generalis conveniens, tam infidelibus, quàm fidelibus, æqualiter comprehendere dicitur, & multo magis ipsos infideles.

Tertio accedit, quòd jam constat Pontifices Maximos consuevisse indicare poenas etiam spirituales indirectè afficientes infideles, crimina mixti fori perpetrantes, sicuti demonstravimus in præcedenti casu, ex cap. ita quorundam. cap. postulasti. de Iudæis, & dicemus in subsequenti casu. Ergo arguendò à solitis dicendum est Papam lege suâ generali punientem poenâ temporali committentes delicta mixti fori, comprehendere etiam voluisse infideles, sic delinquentes.

Quartò, & ultimò confert, quòd egregiè tradit Hostien. in cap. post miserabilem. de usuris, & post eum Ripa, in cap. 2. n. 18. in fine. de iudiciis, cum dixit Iudæos effici de foro Ecclesie illis omnibus in cassibus, in quibus Christiani. Porro certum Christianos effici de foro Ecclesie in omnibus causis criminis mixti fori, ut diximus suprâ cap. 5. idem ergo dicendum est de Iudæis.

Quintus est casus, quando pro crimine mixti fori lata est à Papa lex generalis indicens poenas non convenientes Iudæis, & infidelibus. Hoc sane casu dicendum est ipsos infideles noncomprehendi sub hac lege. Exemplum afferri potest in casu cap. 2. de maledicis, quo sancitum est blasphemum (hoc crimen esse mixti fori diximus in præcedenti capite in tertio casu) puniri debere his poenis, quòd in septem diebus Dominicis, præforibus Ecclesia in manifesto (verba cavonis hæc sunt) dum aguntur missarum solemnium, blasphemus existens, ulinno illorum dierum Dominico, pallium, & calceamenta non habeat, ligatus corrigià circa collum. septemque præcedentibus sex feriis, in pane, aqua ieiunet, Ecclesiam nullatenus ingressurus. Quolibet quoque prædictorum dierum, tres, si poterit, alioquin duos reficiat pauperes sive unum. Et, si nec ad hoc eius suppetant facultates, id in poenam aliam commutetur, cui etiam, si renuerit accipere ac peragere poenitentiam suprâdictâ. Ecc. interdicitur ingressus, & in obitu Ecclesiasticâ careat sepulturâ &c. Hæc poenæ verè non conveniunt Iudæis, & infidelibus, & propterea constitutio hæc verbis illis, si quis, generalibus non comprehendit ipsos infideles, quemadmodum adnotarunt in d. cap. 2. Joan. de Anna, col. 2. vers.

circa prædicta, & Belluga, in d. conf. 119. n. 30.

Non negaverim tamen, quin Iudex Ecc. possit poenis temporalibus punire Iudæum blasphemum, cum, & ipse Dei Ecclesiam offendat, sicuti & Christianus, nec differentia esse debet inter unum, & alterum, quin uterque sic delinquens debeat puniri à Iudice Ecclesiastico & à Sec. ex quo delictum est mixti fori.

Est etiam exemplum in casu Clem. unica. §. ceterum de usuris cuius verba hæc sunt; Ceterum, quia feneratorum, sic, ut plurimum, contractus usurarios occulte ineunt, & dolose, quòd vix convinci possunt de usuraria pravitate, ad exhibendum, cum de usuris agitur, suarum codices rationum, censurâ ipsos decernimus Ecclesiasticâ compellendos. Hactenus Clemens Pontifex Maximus, qui etsi generaliter de feneratoribus loquitur, attamen non comprehendit Iudæos feneratorum, cum poena illa censuræ Ecclesiasticæ eis non conveniat, sicuti in specie, illo in loco, adnotaverunt glo. in verbo censura, Zabarella, num. 30. nos ab. & Anchar. num. 7. qui dixerunt hoc casu Iudæos feneratorum puniri posse censurâ Ecclesiasticâ indirectè, nempe excommunicando Christianos cum ipsis Iudæis sic delinquentibus conversantes, & idem ego ipse scripsi, in lib. 2. de arbitrar. Iudic. casu 449. num. 17. & accedunt Aretinus, in conf. 157. num. 6. & alii congesti à Marquardo, in tract. de Iudæis in 2. parte. cap. 5. num. 1. qui scriptum reliquit legem simpliciter loquentem, non comprehendere Iudæos, quando materia non est æquè proportionabilis Iudæis, ut est Christianis, & confert egregia illa traditio glo. in l. mancipia. C. de servis fugit. de qua diximus suprâ, & ad rem nostram adnotavit Belluga, in dicto conf. 119. n. 31.

Est etiam tertium exemplum in casu cap. quantum de usuris, in 6. quò sancitum est manifestos usurarios carere debere Ecc. sepulturâ, donec usuræ ab eis extortæ fuerint restitutæ. Constitutio hæc, etsi generalibus verbis concepta est, attamen non comprehendit Iudæos feneratorum, cum poena illa Ecclesiastica sepulturæ eis non conveniat. Ità in specie de eodem facto interrogati responderunt Alex. in conf. 6. lib. 6. Aretinus, in conf. 159. col. ult. & Socinus Sen. in conf. 71. lib. 1. cui, in conf. sequenti, subscripsit ut existimo, Hieronymus Belluga Hispanus, sicuti conicio ex ejus sæpius supra alleg. to responso, inserto inter consilia ejusdem Socini in conf. 119. n. 31. lib. 4. ubi, n. 23. idem affirmat, & sequitur Marquardus in dicto cap. 5. num. 2. & accedunt Jason, in conf. 213. col. 3. lib. 2. & Alciatus, in lib. 1. de verb. signif. n. 36.

Et hæc quidem est magis recepta, & verior sententia, etsi ab ea dissentiant Decius, in cap. 1. num. 8. de const. in 2. lectura, Morden. Parisien. in additio ad Alex. in conf. 6. lib. 6. & Didacus Covarr. in lib. 3. variar. resolut. cap. 3. num. 9. vers. septimò circa eandem.

CAPUT XV.

Iudex Eccl. vel Secularis, cognoscere quis debeat, quando dubitatur ad quem eorum pertineat iurisdictione.

Quando causa aliquid in se spiritualitatis habere potest, & dubitatur ad quem pertineat, an scilicet ad Iudicem Ecclesiasticum, vel ad Secularem, quis hujus dubitationis Iudex esse debeat; Disputatio hæc illustranda est exemplis, quorum primum est, Iudex Secul. prehendi, & carcerari fecit aliquim qui

deinde se Clericum esse contendit, & ob id ad Iudicem suum Ecclesiasticum remitti petit. Dubitatur apud quem fieri debeat probatio Clericatus, qui ut scripsi in commentar. de prescriptionibus lib. 6. praesump. 76. n. 30. non praesumitur. Hac in re ego aliquando in cons. 912. lib. 9. distinguebam quatuor casus, quos non gravabor, & hoc in loco, repetere, ut facilius tota haec disputatio explicetur.

Primus casus est, quando quis existens in quasi possessione Clericatus, ex productione instrumentorum & testium clarè constat esse Clericum. Hoc sanè casu, Iudex Secularis illum remittere statim debet, cum de ipso Clericatus evidenter constet. Et hoc in casu, tanquam notorio, adhibetur causae cognitio nullaque fit declaratio quòd is sit Clericus, sed simpliciter remittitur. Ità statuit summus Pontifex Bonifacius viii. in cap. si Iudex laicus. de senten. excom. in 6. quem etiam sic intelligunt Alex. de Nævo, in cons. 59. n. 22. Petrus Belluga, in speculo Principum. rub. 11. §. videamus. n. 4. & Antonius de Nigris, in extravaganti unica. n. 572. de vita, & honest. Cleri. & hoc in casu, rectè procedit praxis Senatus nostri Mediolanensis commemorata à Iulio Claro, in pract. crim. §. finali. q. 36. vers. regulariter autem. Nam clariùs (inquit Cauram) exhibet coram Iudice Seculari iura sua, & instrumenta, quibus informationibus sumptis, & visis, Iudex ipse Secularis remittit eum ad Iudicem suum Ecclesiasticum, ubi sit in casu remissionis, & ita (subiungit Clarus) servari debere rescriptis Senatus Prætorii Laudæ, in causa cuiusdam Bartholomæi Basilicæ Petri, qui faciebat le Clericum beneficiatum, die 5. Novembris, 1556.

Secundus est casus è converso, quando scilicet manifestè constat carceratum non esse Clericum. Hoc sane casu, non fit remissio, nec hic fieri dicitur aliqua causae cognitio, cum pariter res sit evidens, & clara. Ità scripsit Gemin. in cap. 1. in fine. de Clericis coniuga. cum dixit quòd quando notoriè constat habitum non esse clericalem, vel aliquem non habere tonsuram, locus non esset remissioni, & Geminianum sequuti sunt Franc. in eodem cap. 1. §. 1. n. 3. Alex. de Nævo, in dicto cons. 59. n. 22. Socinus Sen. in cons. 121. n. 3. lib. 1. Decius, in cap. 2. n. 24. vers. & ad hoc facit, de iudiciis, & manifestius Farinacius, in questionibus Criminalibus. q. 8. n. 34. in fine, & accedit Guido Papæ, in q. 138. col. 2. vers. & licet reveren. qui decidit, quòd quando certum est habitum non esse clericalem, Iudex Ecclesiasticus non habet, quod de eo cognoscat. Et idem decidit consilium Neapolitanum, ut refert Vincentius Francus, in decis. 189. n. 11. in parte prima. Sic etiam Antonius Nigter, in dicta extravaganti unica. n. 571. vers. si verò Clericus est captus, qui subiungit, quòd si allegat Clericus, se Clericum, & habitum aliàs detulisse, Iudex Secularis interim supersedere debet à processu, donèc cognoscatur de hoc incidenti, retinendo tamen apud se hunc carceratum.

Tertius est casus, quando sumus in dubio, ut si ratione habitus dubii, non constat carceratum, esse, Clericum, & agitur solum de instruendo Iudice Seculari, quòd carceratus ille est Clericus. Hoc sane casu probationes fieri debent coram ipso Iudice Seculari, qui summam, & ut dici solet, perfunctoriè cognoscit illum esse Clericum, & ob id ad suum Iudicem remittendum. Ità manifestè docuit Baldus in l. si qua per calumniam. n. 2. vers. sed pone quòd iste. C. de Episc. & Cler. quem sequuti sunt Geminianus, in cons. 66. num. 4. Alex. in cons. 149. num. 5. lib. 6. Cæpolla, in cons. 11. num. 3. in criminalibus. Felinus, in cap. ult. num. 10. de except. Petrus Belluga, in speculo Principum. rub. 11. §. videamus. num. 4. & 5. Iul. Clarus, in pract. crim. §. finali. q. 36. num.

21. Petrus Barbosa Lusitanus, in l. Tuvia. num. 29. ff. solutio matr. & num. 31. Concilium Neapolitanum, ut refert Vincentius Francus, in dicta decis. 189. num. 1. in prima parte, & in decis. 329. in secunda parte. Et hujus sententiæ ea est ratio, quia hic agitur solum de his, quæ nudi facti sunt, & nihil habent spiritualis, cum cognoscat hic Iudex Secularis, an is Clericus privari debeat Clericatus privilegio, vel non.

Quartus est casus, quando sumus in dubio, ut supra, & agitur de vera, & plena probatione, ac cognitione clericatus. Hæc sane probatio fieri debet coram Iudice Ecc. qui cognoscere, & declarare debet, an is sit Clericus, vel non. Ità manifestè scripserunt Baldus, in dicta l. si qua per calumniam. num. 2. vers. sed pone quòd iste. Guido Papæ, in dicta q. 138. col. 2. vers. & licet Reverendiss. Ità quoque loquuntur Fulgosius, in cons. 124. propositus statutis. col. 1. vers. circa primum, & Albanus Card. in cons. 13. num. 7. sic etiam sunt intelligendi Gemin. in d. cap. si Iudex laicus. §. ult. num. 5. de senten. excom. in 6. Alex. in cons. 8. num. 4. lib. 1. repetitio. in cons. 149. lib. 6. Cæpolla, in cons. 11. num. 3. in criminalibus. Boss. in tract. caus. criminal. in tit. de foro compet. num. 151. Didacus, in lib. pract. quest. cap. 33. col. 1. vers. primum illum. Valquius, in tract. de successuorum progressu. §. 22. num. 69. q. 8. num. 34. dum ii omnes sequuti sunt Baldum, præcitato in loco, sic, & Barbosa, in dicta l. Tuvia. num. 28. ff. solutio matr. Et hujus quidem traditionis ea est ratio, quia de re spirituali agitur, nempe de iudicando, an is captus, & carceratus, sit clericus, vel non, aut ipse clericatus privilegio privari debeat.

Secundum est exemplum in causa matrimoniali, in qua aliquando versatur dubitatio facti, aliquando juris. Facti questio est, an contractum fuerit matrimonium inter Caium, & Caiam. Hæc etiam à Iudice Seculari cognosci potest, cum nihil in se habeat spiritualitatis. Juris verò questio est, an inter Caium illum, & Caiam, iure, & legitime contractum fuerit matrimonium. Hæc ad Iudicem Ecclesiasticum pertinet, cum spiritualitatis causa sit, qua de re differemus infra, cap. 28.

Tertium est exemplum, quando agitur de contractu, qui allegatur fœneratitius. Hic solet esse duplex disputatio, & questio; una facti, nihil in se habens spiritualitatis, nempe an contractus iste, vel ille, fuit initus inter Caium, & Sempronium. Hæc de questione cognoscit, & iudicat etiam Iudex Secularis. Altera est questio juris, an contractus sit legitimus, vel fœneratitius. De hac disputatione cognoscit solus Iudex Ecclesiasticus, cum sit questio spiritualis; Ità scribunt Bartolus & reliqui, in l. quoties C. de iudiciis, & dicemus, in dicto cap. 26.

Quartum est exemplum in ea disputatione, quæ de immunitate Ecclesiæ haberi solet, nempe quando ambigitur, an delinquens, qui ad Ecclesiam confugit, educi ex ea possit. Qua de re differimus in tract. de immuni. Ecc. cap. 18.

Quintum est exemplum, quando delictum fuit à laico commissum, vel in Ecclesia, vel in re ipsius Ecclesiæ, & dubitatur, ad quem pertineat de eo cognoscere, & pœnam indicere; an scilicet ad Iudicem Secularem, vel ad Ecclesiasticum. Hic distinguo duos casus. Primus est quando delictum transit in sacrilegium, ut quia res aliqua ipsius Ecclesiæ fuit furto substracta. Hoc sanè casu, ratione, & causâ ipsius sacrilegii cognoscit etiam ipse Iudex Ecc.

cum de spiritualitate agitur. Ita scribunt Bartolus, in *litem nulla Communias. C. de Episco. & Cler. Abbas, in cap. ult. de restit. spolia.* & manifestius Marianus Socinus Sen. in *cap. postulasti. n. 10. de foro compet.*

Secundus est casus, quando delictum à Seculari commissum in re Ecclesie, non transit in Sacrilegium; de eo enim cognoscit Iudex Secularis. Ita Bartolus, in *l. si cui. §. ult. n. 3. ff. de accus. Abbas, in cap. cum sit generale. de foro compet. & ibidem Barba. n. 235. & Marianus Socinus Sen. n. 25. quos sequutus est Decianus, in tract. crim. lib. 4. cap. 27. n. 12. & alios refert, & probat Roland. in cons. 24. n. 5. lib. 2. Quocirca respondi aliquando, in cons. 1000. n. 56. lib. 10. ad Iudicem Secularem pertinere cognoscere, an Ecclesiasticorum prædiorum Coloni, sive partiarum, sive nummis colentes malè severint oryzam in prædiis edicto Principis feri prohibitis, ob id, quod in eis seminari posset frumentum, vel siliago, cum hoc non sit delictum Ecclesiasticum, etsi in re, & prædiis Ecclesie ab eorum colonis commissum. Nec gravari Ecclesiam modò aliquò dicebam, etsi prædiorum inspectio, & visitatio à Iudice Seculari fieret. Quandoquidem visitatio, & inspectio est probationis species, & quidem efficax. *l. si irruptione. in fine. ff. fin. regundor.* & scribunt Baldus, in *l. contra negantem. in fine C. ad leg. Aquil. & alii relati à Mascardo, q. 8. n. 4. 5. vol. 1.* Probatio autem fieri debet coram Iudice causæ. *l. quingenta. in fine. ff. de probat. ubi glos. & Baldus.* Iudex ergo Secularis quem diximus cognoscere, & judicare posse, & debere de hoc colonorum, & conductorum delicto, visitare, vel visitari facere debet prædictos agros, & prædia. Præterea accedit, quod ille cui data est iurisdicção, censetur habere ea omnia, sine quibus iurisdicção explicari non potest. *l. 2. ff. de iurisd. om. ind.* Porro certum est inspectionem, & visitationem agrorum esse omninò necessariam ad dignoscendum ejus sterilitatem, vel fertilitatem. Est ergo dicendum quòd sicuti ad Iudicem Secularem pertinet afficere colonos, & conductores etiam prædiorum Ecclesiasticorum, qui in prædiis fertilibus oryzam seminarunt, sic ad eundem spectat prædiorum inspectio, & visitatio, ut ad condemnationem, vel absolutionem devenire possit.*

Nec repugnat, quòd hæc sint prædia Ecclesiasticorum, cum nullum subsit impedimentum quominus possit Iudex Secularis ea visitare, vel visitari facere cum sint merè profana. Etsi enim, quoad Dominium, & possessionem sint prædia Ecclesiastica, attamen Iudex Secularis de eis incidenter cognoscere potest, ut scribunt Archidiaconus, in *cap. quòd Clericus. n. 6. 11. q. 1.* Joan Andr. in *cap. tuam. n. 10.* ubi Abbas, n. 9. Henric. Boic. n. 3. & Buticus, n. 9. de ordine cognisio. incidens autem est hic de prædiis Ecclesiasticorum quæstio, cum de sola prædiorum qualitate agatur ad effectum scilicet puniendi vel absolvendi colonos ipsorum prædiorum. Nec dicatur sufficere, si visitatio fiat mandatò Iudicis Ecclesiastici; quia responderetur imò non sufficere, cum regulariter probatio facta coram Iudice Ecc. fidem non faciat coram Iudice Seculari, ut de eodem crimine puniri possit delinquens ab ipso Iudice Seculari, sicuti post alios scribunt Felinus, in *cap. at si Clerici. n. 4. de Iudiciis, & ibidem Decius, n. 89. & 99.* Et his intelligimus nihil ad rem facere quod per Ecclesiast. dicitur, in quinta conclus. secundi responsi, nempe ad Iudicem Ecclesiasticum spectare inspicere, & visitare prædia, & cognoscere, ac diffinire, an sere re oryzam liceat in prædiis uberibus, præsertim vicinis civitatibus, & Oppidis. Hanc assertionem conatur probare Surdus, *tex. cap. non minus, & cap. adversus. de immunit. Eccles.* Nil sanè ad rem nostram per-

inent ii Canones. Cum loquantur de imponendis oneribus ipsismet personis Ecclesiasticis; qua de re suò locò dicemus.

Sextum exemplum est in apostata notorio, de quo cognoscere potest Iudex Secularis, cum sit quæstio facti. Ita Afflic. in *cons. Neapol. lib. 11. rub. 3. n. 12.* sed aliter declarat Petrus Barbosa Lusitanus, in *l. Titia n. 54. ff. solutio marr.* ubi latè.

CAPUT XVI.

Princeps, Iudexque Secularis, an, & quando in Terris, & ditione Ecclesie pro Clericis, & adversus Clericos, & è contra Princeps, & Prælatum Eccl. in Seculares, & profanos ac in Terris, & ditione Principis Secularis exercere possint ea, quæ sunt iurisdictionis voluntaria.

Disputatio hæc egregia satis, & in foro valde frequens explicari facile potest, declarando prius, quæ dicatur iurisdicção voluntaria, & quæ contentiosa. Et quidem unus omnium melius Albericus, in *l. 2. n. 1. 2. & 3. ff. de offi. procons. & legati.* scriptum reliquit iurisdictionem aliquam esse contentiosam naturam, & actu, sicuti est alia, quæ in re ipsa exercetur à Iudice inter duos contententes, cuius meminit Accursius, in *eadem l. 2. & in l. seq. & de qua loquuntur l. ult. ff. de iurisd. om. ind. l. 1. ff. si quis iudicem. non obtemp. & alia sexcentæ his similes.*

Quædam verò est iurisdicção contentiosa, naturam, & non actu, sicuti est inquit Albericus, quando partes suam sponte veniunt ad iudicium, ad quod possent cogi. De hac contentiosa, nostra non est disputatio, sed abundè eam suis locis supra explicavimus.

Iurisdicção voluntaria dicitur aliquando, quoad partes, & quoad iudicem. De hac, inquit Albericus, loquuntur dicta *l. 2. ff. de offi. Procons. & legati, & ibidem Accursius*, sicuti videmus in emancipatione, quæ non nisi inter volentes, & Iudice volente exercetur. Non enim invitus emancipat, nec invitatus emancipatur. *§. generaliter. in auth. quibus modis natural. efficiantur sui.* sic quoque nec Iudex extra suum territorium cogitur interponere auctoritatem suam in ipsa emancipatione. Aliquando etiam iurisdicção dicitur voluntaria (adiungit Albericus) quoad partes, sed necessaria quoad Iudicem, ut si pater vult emancipare filium volentem coram Iudice existente in suo territorio. Hæc iurisdicção, etsi quoad patrem & filium, dicitur voluntaria, attamen dicitur necessaria quoad Iudicem, qui cogitur suam interponere aucto. & si non facit, dicitur inferre iniuriam, *iuxta l. 1. §. permittitur. ff. de aqua quotidiana, & aestiva.* Nam Iudex recusans administrare iustitiam relegatur, *§. & hoc pervenit in auth. ut nulli ind. & potest ab eo appellari, tanquam à negante iustitiam facere, l. 2. C. ut lite pend. & §. iubemus. in auth. de defen. Civit. & §. permittas. in auth. de mandatis Princip.* Aliquando etiam voluntaria (scribit idem Albericus) assumit naturam contentiosam, ut in manumissione fienda per minorem, in qua requiritur causæ cognitio, ut tradit idem Albericus, in *l. 1. ff. de offi. cons.* Iurisdicção hæc voluntaria differt in multis à contentiosa, & inter ea differre constat, quòd contentiosa nunquam extra Territoriū ipsius Principis, & Iudicis exercetur

exercetur. *l. ult. ff. de iurisd. om. Iud. & ibi Doctores omnes, voluntaria vero, etiam extra territorium exerceri potest. l. 2. ff. de offic. procons. & legati, & l. emancipari ff. de adoptio.*

His præmissis agendum, & differendum est nunc, an, & quando iurisdicção hæc voluntaria exerceri possit à Principe, & Iudice Seculari in ditione, & Territorio alteri Principis, ut Papæ, & similis, & in personas alteri Principi subditas, ut in clericos, personasque Ecclesiasticas. Hæc tractatio sparsim, variisque in locis explicata legitur, colligam ego ordine quodam observatō cautias permultas, quæ iurisdicçãois sunt voluntariæ, easque explicabo.

I. Manumissio servi voluntariæ iurisdicçãois est, ob id quovis in loco Prætor, & Iudex suam interponere possunt auctoritatem. Ità Baldus, in *l. emancipari. ff. de adoptio.* & Martianus, in *l. 2. ff. de off. Procons. & legati*, & illis in locis Accursius, Bartol. & reliqui.

II. Adoptio, & arrogatio filii, sunt pariter iurisdicçãois voluntariæ, & consequenter ubique locorum fieri possunt. *dicta l. emancipari, & dicta l. 2. & ibidem quoque Doctores.*

III. Emancipatio filii iurisdicçãois est voluntariæ, & propterea etiam extra territorium, & iurisdicçãoem Principis, Prætoris, & Iudicis fieri potest, *dicta l. emancipari ff. de adoptio. l. 2. ff. de off. Procons. & legati.*

Exerceri etiam potest iurisdicção hæc voluntaria in personas subditas alteri Principi, ut in personas Ecclesiasticas, & in clericos, qui emancipari possunt à patre coram Iudice Seculari, sicuti scribunt multi, quos statim referam. Ego tamen hac in re soleo distinguere, atque constituere tres casus.

Primus est quando pater Secularis vult emancipare filium clericum emancipari consentientem, & volentem. Hoc casu, emancipatio fieri debet apud Iudicem Secularem. Ità Anchar. in *cap. ea qua. q. 17. de reg. iuris. in 6. Rota Rom. in decis. 7. tit. de iudiciis in novis.* Joan. de Milis, in suo repertorio, in verbo, *Iudex Secularis*; qui refert Rom. in *conf. 178.* qui meo in codice hoc non scribit. Rotam sequuti sunt Gem. in *cap. si annum. §. si verè. n. 8. vers. sed possit dubitari de iudiciis in 6. Decian. in conf. 150. n. 1. & n. 5. vers. non obstant allegata.* Socinus Sen. in *conf. 47. n. 20. lib. 4. Curtius jun. in conf. 84. n. 8. Aufr. in tract. de potestate Seculari super Ecc. reg. 2. n. 8. qui refert Rotæ decisionem 180. quæ est. 7. supra relata, sic & Ripa, in *cap. 2. n. 9. vers. in contrarium in principali. extra de iudiciis.**

Ea est hujus sententiæ ratio, quia emancipatio est actus Patris, & non filii, & ob id Iudex Patris est adendus. *l. 1. C. de emancipa lib.* Nam magis consideratur persona patris Secularis, quam filii, sicuti explicat Ripa, *præcitato in loco.* Et accedit quod patria potestas est juris civilis, ut instituit. *de patria potestate in princ.* Illa ergo dissolvenda est ab eo qui est juris civilis minister, nempe à Iudice seu Præatore Seculari. Simile est, quod dicimus Ecclesiæ unionem fieri auctoritate ipsius Episcopi. sub cuius iurisdicçãoe, & potestate est Ecclesia alteri unienda; sic & de alienatione rei ipsius Ecc. sicuti legitur in *cap. dudum. de rebus Ecclesiast. non aliena. in 6. & in clem. si una. eo. tit.*

Secundus est casus, quando pater clericus vult emancipare filium Secularem emancipari volentem, & consentientem. Hoc casu, emancipatio fieri debet coram Iudice Ecc. Ità sensit Rota in *decis. 7.* à sensu contrario, sicuti eam visus est interpretari Socinus Sen. in *dicto conf. 47. n. 20. lib. 4.* & manifestius Ripa, in *d. cap. 2. n. 9. in fine de iudic.* si enim Iudex patris emancipare volentis adendus est, ut diximus præcedenti in casu, dicendum est hic, quod ob id quod

pater est clericus, adiri debeat Iudex Ecc. Cæterum traditio hæc, vel ex eo videtur reddi dubia, quod aut pater iste Clericus procreavit filium post susceptos ordines clericatus, & tunc necessaria non est emancipatio, cum nulla extet patria potestas, patris in filium illegitimè natum, sicuti manifestum est. & probat *lex. §. ult. instit. de nuptiis*, ubi Angelus Arctinus, in *secundo notab. latè Tiraq. in l. si unquam. in verbo, susceperit liberor. n. 58. C. de revocan. donat.* & alii quos refert, & probat Ascanius Clemens, in *tract. de patria potest. cap. 5. n. 2. 23. 24. & 25.* Aut pater Clericus procreavit filium ex legitimo matrimonio contracto ante susceptos clericales ordines, quos mortuâ uxore deinde suscepit, & tunc quia emancipatio fit à patre tanquam Seculari retinente patriam potestatem, quæ, ut diximus, juris civilis est, fieri fortè debet coram Iudice Seculari.

Tertius est casus, quando pater Secularis recusat emancipare filium Clericum, qui iustis de causis vult compellere patrem ad se emancipandum. Hoc casu, adiri potest tam Iudex Eccl. quam Secularis. Ità decidit Rota, in *dicta decis. 7. n. 3. vers. sed ubi filius.* Idem sensit Joan. de Milis, in *dicto repertorio, in verbo Iudex Secularis & inquit Rota, ad rem optimè facere, quod tradunt Cynus, & Baldus, in l. si prædium n. 1. C. de prædiis minorum.* cum dixerunt in alienatione bonorum minoris iudicem, ubi res sita est, vel iudicem Dominicali sui interponere auctoritatem *l. magis puto. §. illud. ff. de rebus eorum,* & cum Cyno, & Baldo est magis recepta Doctorum opinio, sicuti testatur Simon Cellus, in *tract. de decreto. lib. 1. tit. 1. n. 69. vers. quarta sententia est.*

IV. Tutelæ, & curæ datio est pariter voluntariæ iurisdicçãois, sicuti scripsi *suprà lib. 1. cap. 4.* Hæc sanè voluntaria iurisdicção in datione hac tutelæ & curæ exercetur à Iudice Seculari, qui Clerico pupillo dat tutorem, & minori curatorem. Ità egregiè Castr. in *conf. 353. Curator. n. 1. & 2. lib. 1.* Angelus Arctinus, in *§. sed hoc iure. in Instit. de Tutel. tuto. & Aufr. in tract. de potestate Seculari supra Ecclesiasticos reg. 2. n. 28. vers. 28. fallit,* qui Baldum, & alios commemorat, & declarat intelligi de Clericis minorum Ordinum. Et subiungit Aufr. *num. 29. extendentia Oldradi, Baldi, & aliorum, etiam Iudicem Secularem assignare curatorem Clerico ætate minori, coram se litigante, ut liti assistat.* Cæterum si agi contingat de beneficio Ecclesiastico Iudex Ecclesiasticus curatorem dat clerico minori litiganti *cap. si annorum. de iudiciis. in 6. ubi Doctores, & decidit Rota, in decis. 7. col. 2. vers. nec obstat cap. si annorum. de iudiciis.* Sic è contra Iudex Seculari dat curatorem ad litem, Clerico coram se litiganti, sicuti post Rotam tradit Gem. in *cap. ult. in fine de iudiciis in 6.* quocirca dicendum est tutorem, vel curatorem respectu bonorum, & rerum temporalium, & profanarum, dari à Iudice Seculari; respectu verò Ecclesiasticorum, & spiritualium à Iudice Eccl. secundum Baldum, in *l. generaliter in fine. C. de Episcop. & cler. & Decium, in conf. 150. n. 4. propè medium;* & explicat Ripa, in *cap. 2. n. 10. vers. Tertio in contrarium. extra de iudiciis, & egregiè Castren. in dicto conf. 353. n. 2.*

V. Etatis veniam concedere esse potestatis simplicis, sicque voluntariæ esse, & ibidem Prætozem, Iudicemque etiam existentem in ditione & territorio alieno posse adhibere affirmant Bart. in *l. legitimos. num. 5. vers. quare an istud decretum. ff. de legit. tuto. Bald. in l. 1. q. 1. & 2. C. de contrahen. empr. & in l. si prædictum. C. de prædiis mino. Rom. in conf. 39. n. 5. Decius, conf. 207. n. 3. Craveta, in conf. 325. in fine lib. 2. & Roland. in conf. 88. n. 6.*

V I. Nobilitate ignobilem simplicis esse potestatis, jurisdictionisque voluntariæ esse, & propterea Principem existentem in ditione, & Territorio alterius Principis conferre eam posse sibi subdito scribunt Joan. à Platea, in l. 1. col. pen. vers. nunquid auserit aliquis Rex. C. de dignit. lib. 10. Joan. Raynaud, in tract. de nobilitate. in tertia questione, tertia questione principalis, & Tiraq. in simili tract. de nobilitate. cap. 6. n. 26. qui, post Bart. & alios, idem dixit de dignitate, & militia, ut creare Doctorem, Equitem, Notarium, Comitem Palatinum, & similes, sic & Rolandus, in conf. 88. n. 4. & 5. qui Socinum, & alios commemorat.

V II. Beneficii Ecclesiastici collationem esse potestatis, atque ita jurisdictionis voluntariæ, & consequenter conferri posse à summo Pontifice, vel Episcopo etiam existente in territorio, & Diocesi alterius Principis, vel Episcopi tradunt Albericus, in l. 2. n. 4. ff. de off. procons. & legato. Rota, in decis. 5. tit. de officio Vicarii, in antiquioribus. Jason, in l. ult. n. 17. ff. de iurisd. om. iud. Joannes de Selva, in tract. de Beneficiis. in secunda parte. q. 14. n. 12. & Boërius, n. 12. in q. 30. qui, post alios, copiose satis differit, an Vicarius Episcopi existens extra Diocesim, collationem hanc facere possit, & accedunt Ludovicus Gomezius, in cap. 2. §. statuto. n. 61. vers. & per ista etiam. de consil. in 6. & Ripa, in tract. de Pesse. in ult. part. n. 50. qui ad rem multa scribunt.

V III. Dispensatio ad beneficia Ecclesiastica, ut puta; Quod Clericus possit obtinere duo beneficia, vel quod filius Presbyteri possit habere beneficium in Ecclesia, in qua ejus Pater administravit, est jurisdictionis voluntariæ. cap. veniens. de filiis Presbyter. & Tradunt Gemin, in cap. cum ex eo. n. 3. vers. nota istam glos. de electio. in 6. Decius, in conf. 207. n. 2. Hæc disputatio facta extra Territorium, & jurisdictionem dispensantis, ut legati Apostolici, vel Episcopi, valet, & comprehendit etiam beneficium existens extra ipsum Territorium, & jurisdictionem, quod dispensatus consequi potest. Ità in specie respondit Decius, in dicto conf. 207. col. 1. vers. quibus non obstantibus, quem sequuti sunt Ludovicus Gomezius, in cap. 2. §. statuto. n. 60. & 61. de consil. in 6. & Didacus, in epitoma dispensabilibus. in secunda parte. cap. 18. §. 8. n. 17. cum enim dispensatio respiciat principaliter personam Clerici dispensati, & habitati, & in consequentiam beneficium, benè extenditur ipsa dispensatio ad beneficium extra jurisdictionem dispensantis. Sic dicimus (inquit Decius, in dicto conf. 207. n. 3. & n. 4.) decretum interpositum à Prætoribus in alienatione bonorum minoris, extendi etiam ad bona sita extra Territorium ipsius Prætoris, sicuti docuit Bartolus, in l. legitimus. §. 5. ff. de legit. tucto. & scripti supra, ubi de hoc decreto egi. Conferunt (subiungit Decius, in dicto conf. 207. n. 5.) quod respondit Rom. in conf. 39. col. pen. vers. est enim considerandum, cum dixit, quod quando dispositio respicit principaliter habilitationem persone, in consequentiam extenditur ad bona sita extra Territorium, & Romanum sequuti sunt Gomezius, in dicto §. statuto. n. 61. Chaffan. in conf. 31. n. 7. & n. 33. & in conf. 64. n. 7. & Craveta, in conf. 264. n. 9.

Huc etiam facit (addit Decius, in dicto conf. 207. n. 5. vers. & ad hoc specialiter &c.) quod docuit Innocentius, in cap. per Venerab. qui filii sint legit. cum dixit dispensatum in loco originis ab Episcopo, ut ad ordines promoveri possit juxta cap. 1. de filiis presby. in 6. promoveri posse in loco Domicilii. Non refero alia his similia, quibus usus est Decius ad suam hanc traditionem comprobendam.

IX. Instituire ad beneficium à Patronis presentatum, est voluntariæ jurisdictionis Episcopi, qui ob

id constitutionem ipsam facere potest etiam extra suam Diocesim. Ità Baldus, in l. 2. n. 1. ff. de off. procons. & legato, & aliis multis comprobatur Casar Lambertinus, in tract. de jure patronatus. lib. 2. in secunda parte. tit. sexto Secunda questionis principalis, quem solum ad rem hanc allegasse sufficit.

X. Confessionem sacramentalem audiri à Sacerdote Parocho esse voluntariæ jurisd. & potestatis, fori tamen interioris, sicque conscientiæ, & ob id ipsum Parochum eam audire posse etiam extra suam Parochiam, cum claves concomitentur ipsam Parochi personam, cap. quem panisot. de penit. distinct. 1. Ità scribunt Hostien. in summa. in tit. de panit. & remiss. §. cui confitendum vers. nunquid extra Territorium. Angelus Clavus. in summa, in verbo confessio. §. 3. Crotus, in cap. 2. §. statuto n. 21. de consil. in 6. & ibidem Ludovicus Gomezius, n. 60. & Marecot. n. 26. Jason, in l. ult. n. 6. ff. de jurisd. om. iud. & Ripa, in tract. de Pesse. in ult. part. n. 49. qui n. 50. dubitat an alter Sacerdos deputatus ab ipso Parocho idem facere possit? & non posse sensit, cum & Episcopi Vicarius existens extra territorium, non possit conferre beneficia, sicuti potest Episcopus, qua de re diximus supra.

XI. Instrumenti receptio, & confessio in contrahentes, voluntariæ est jurisdictionis, & ideo à Notario Seculari recipi, & rogari potest in terris Ecclesiæ. Late Abbas, in cap. sicut. n. 12. ne clerici, vel mona.

Et notarius Apostolicus conficere an possit instrumenta in Terris Principis Secularis, tradit Rebuffus, in consil. Gallia. tomò primò. pag. 89. n. 42. Jo. Lupus, cap. per vestras. pag. 4. n. 19.

XII. Legitimare filium illegitimè natum, esse jurisdictionis voluntariæ, affirmant Bald. in l. 1. n. 5. C. de jure aur. annul. Butic. & Abbas, in cap. per Venerab. qui filii sint legit. ille, n. 12. iste, n. 27. Signorolus, in conf. 131. Comens. in conf. 168. Corneus, in conf. 1. n. 9. in fine lib. 3. Crotus, in l. Gallus §. & qui sit tantum 178. ff. de liberis, & posthumis. Decius, in conf. 150. n. 5. & in conf. 207. in princ. & alios refert, & probat Roland. in conf. 88. n. 3. lib. 1.

Hæc itaque jurisdictionem exerceri posse inter personas sibi non subditas, & in territorio alieno, multis in casibus scribunt multi ex nostris. Verùm quia dissentiant alii, & perplexa est tractatio, constitutum ego permultas conclusiones, quibus explicatis clarior tota hæc reddetur disputatio.

Prima conclusio est, filius Secularis illegitimè natus ex patre Ecclesiastico legitimari potest à Principe Seculari, ut sit aptus, & idoneus, quoad munera civilia, & res profanas. Hanc conclusionem affirmant sexdecim ii gravissimi utriusque juris interpretes, hoc est,

1. Baldus, in l. & si contra. in fine C. de nuptiis. in prima lectura, & in conf. 38. incipit Imperator. lib. 4. & in conf. 363. quaeritur utrum filius. lib. 5. & de filio nato ex moniali, ut possit, quoad bonorum successionem legitimari à Principe Seculari respondit idem Bald. in conf. 306. casus questionis col. 1. lib. 2.
2. Joan. Andr. in cap. per venerab. n. 7. qui filii sint legit.
3. Calderinus, in conf. 3. in fine tit. qui filii sint legit.
4. Signorolus, in conf. 127. n. 2.
5. Castrenf. in l. si quis posthumos. in princ. n. 3. ff. de liberis & posthumis.
6. Præpositus, in cap. per venerab. §. quod autem. n. 81. qui filii sint legit.
7. Socinus Sen. il. gallus §. forfiran. in fine. ff. de liberis, & posth.
8. Ruinus, in conf. 67. n. 14. lib. 3.

9. Decius, in *conf.* 258. n. 9. in fine.
10. Caesar Lamberticus, in *tract. de jure patronatus.* lib. 1. in secunda parte. q. 2. art. 25. num. 17. & 18.
11. Curtius jun. in *conf.* 84. n. 7. & 8.
12. Ripa, in *cap.* 2. n. 9. extra de judiciis.
13. Alciatus, in *resp.* 213. n. 2. & in *resp.* 330. n. 12. secundum impress. antiqu. Lugdunen.
14. Ofascus, in *decis.* 119. n. 16.
15. Didacus Covarr. in epitome de sponsalibus in secunda parte. *cap.* 8. §. 8. n. 19. *vers.* ego tamen, ut liberè &c. qui testatur communem esse opinionem
16. Joannes Petrus Surdus, in *conf.* 303. n. 32. lib. 3.

Ea est præcipue hujus sententiæ, & traditionis ratio, quia legitimare illegitimè natos, est potestatis, & jurisdictionis voluntariæ, ut dixi supra. Porro sicuti jurisdictio, voluntaria potest prorogari, sicuti infra dicemus. Præterea, si Pontifex Maximus legitimare potest Secularem sibi non subditum quoad bona temporalia, *cap. per venerab. qui filii legit.* Ità è contra Imperator, aliuvè Princeps habens potestatem legitimandi, legitimare potest filium illegitimè natum, ex clerico & sacerdote quoad bona temporalia, & profana.

Contrariam itaque opinionem, quòd scilicet Princeps Secularis legitimare non possit illegitimè natum ex patre Sacerdote, & Clerico, malè probant Barba. in *conf.* 58. col. 6. *vers. præterea etiam lib.* 2. Socinus Sen. sibi parum constans, in *conf.* 65. n. 4. *vers. sed præmissis non obstantibus.* lib. 3. & in *conf.* 47. n. 20. lib. 4. Socin. Jun. in *conf.* 100. n. 19. lib. 2. & Paris. in *conf.* 2. n. 24. lib. 2. qui refert Decium idem scripsisse in *conf.* 338. n. 3. qui dixit non posse legitimari natum ex moniali, & idem prius Capra, in *conf.* 1. n. 8. & 9. qui tamen respondit posse dispensari.

Nec quidem urgent rationes, & argumenta, quibus moti sunt Barbaria, Decius, & sequaces.

Primò enim eà ratione, & argumentò usi sunt, quòd Pater, & filius consentire debent legitimatiõni. §. generaliter. in *auth. quibus modis natur. officiantur sui,* & tradunt Jason, in *l. qua. dotis.* n. 98. ff. *soluto matr.* & in *conf.* 184. n. 2. lib. 2. Ruin. in *conf.* 70. n. 5. & 6. & *conf.* 71. n. 3. lib. 3. Decius, in *conf.* 579. n. 6. Socinus Jun. in *conf.* 30. lib. 2. atqui clericus pater hujus filii illegitimi consentite non potest in Judicem Secularem, nec sponte coram eo causam aliquam pertrahere. *cap. si diligenti. de foro compet.* ergo legitimatio hæc peti, fierique non potest coram Principe Seculari.

Respondetur regulam dicti *cap. si diligenti,* non habere locum in jurisdictione voluntaria, quæ prorogari potest partibus volentibus, ut scribunt Cynus, in *l. si quis ex consensu.* C. de Episc. audien. Baldus, in *l. 2. n. 3. ff. de off. Procons. & legati,* & in *l. generaliter.* in fine. C. de Episc. & Cler. Angelus, in *conf.* 350. pro *decisione.* n. 4. qui dixit posse prorogari quoad personas, & loca. Calderin. in *conf.* 3. col. 2. *vers. quarto probatur. tit. qui filii sint legit. & Præposit. in cap. per venerab. §. quod autem.* n. 82. *qui filii sint legit.* Nicolaus de Ubaldis, in *tract. de successibus ab intestato.* in *tit. de legitimat. per rescriptum.* n. 15. Crotus, in *l. Gallus. §. & quid si tantum.* n. 89. ff. *de liberis, & posthum.* Paris. in *conf.* 1. n. 9. lib. 2. Hieronymus Gabriel, in *conf.* 29. n. 7. lib. 1. qui refert sic judicasse Rotam Romanam, & Joan. Petrus Surdus, in *conf.* 1. n. 77. Est quidem imò majoratio in jurisdictione voluntaria proroganda, quàm in contentiosa, ex quo per voluntariam, vel nihil, vel minùs saltem læditur potestas, & jurisdictio alterius Principis, & Judicis, quàm per contentiosam. Nec repugnat aliqua, quibus contrariam opinionem, juris-

ditionem scilicet voluntariam prorogari non posse probarunt Decius, in *cap. 2. n. 24. vers. immittitur primo. de judic. & in conf.* 150. n. 4. & n. 5. in fine. Berous, in *conf.* 22. n. 46. lib. 2. & Octavius Simonellus in *tract. de decreto.* lib. 1. tit. 1. n. 73. & ejusdem opinionis allegat Decius Buticum, in *cap. per venerab. n. 38. qui filii sint legit. Abbatem, ibidem, n. 23. & Præpos. in §. quo autem n. 70. ejusdem cap.* nam respondetur rationes, & Argumenta Abbatis in dicto *cap. per venerab. n. 23.* qui clariùs quam alii rationem hanc probavit, evitari facis facile posse. Est enim motus Abbas, ex constitutione dicti *cap. per venerab. vers. insuper &c.* ubi pater quidam petebat, quòd Papa legitimaret filios suos, sicuti legitimos fecerat filios Regis Franciæ. Respondit Pontifex, patris hujus personam longè differre ab illa Regis, nam Rex neminem in temporalibus recognoscit, ut id potuit sine læsione juris alterius se ipsum Pontifici Maximo subiicere. Pater verò ille erat alteri subiectus, ob id subiicere se non potuit ipsi Papæ, sine læsione juris ejus cujus erat subditus. Constat ergo, quòd alteri subiectus non potest prorogare alterius Principis jurisdictionem hanc voluntariam. Cujus quidem traditionis duplex est (inquit Abbas) ratio, prima, quia legitimare est quid reservatum Principi, in signum specialis privilegii, & quia est quid arduum, cum videatur monstruosum, ut non legitimus efficiatur legitimus. Cum ergo sit quid reservatum Principi, non videtur quòd possit subditus iste transferre hanc potestatem in alium. Secunda est ratio, (subiungit Abbas) quia licet legitimare sit jurisdictionis voluntariæ, respectu quòd exercetur in consentientes; nam pater non potest per legitimatiõnem suæ potestati subiicere filium illegitimè natum, nisi ipse filius consentiat, cum filius cogi minimè possit transire in patris potestatem. §. generaliter. in *auth. quibus modis natura. officia. sui,* attamen aliò respectu, jurisdictionis & potestas hæc legitimandi non est purè voluntaria, quatenus excludit agnatos vivos, qui alioqui ab intestato succedunt. Hæc sanè Abbatis rationes, & argumenta evitari facile possunt quoad casum nostrum nam illa constitutio *cap. per venerab.* loquitur: quando Princeps vult legitimare subditum alterius Principis, ut succedat quoad bona sicut in territorio ejusdem Principis. Hoc colligitur ex verbis dicti *cap. vers. insuper,* ubi consideratur læsio illius Principis, cujus subditus legitimatur, & de quo dicemus infra. Est sanè læsio, quia in suos exercetur potestas hæc, & datur eis facultas succedendi in bonis, in quibus alii ejusdem Principis subditi, vel tanquam agnati, vel tanquam cognati proximiores, erant secundum leges ipsius Principis successuri. Et dictum *cap. per venerab. vers. insuper* sic intelligunt Didac. in *epitome de sponsalibus.* in *secunda parte. cap. 8. §. 8. n. 14.* & alii quos referam infra, in *quarto casu secundi capitis hujus disputationis.* Diversum est in casu nostro, in quo agitur de bonis sitis in Territorio Principis legitimantis, & Pater filii legitimandi, & ipse filius sunt ejusdem Principis subditi. De filiis, ob id quòd Secularis est, non potest dubitari patrem quoque etfi clericum, censeri, quoad temporalia, subditum ejusdem Principis, dicendum, cum in favorabilibus, & in actibus indifferentibus Clerici dicantur esse cives & Populi, & Reipublicam constituere, sicuti abundè declaravimus superiore libro, *cap. 25.* ubi discernimus, an, & quando Clerici originarii Civitatis, vel in ea habitantes dicantur cives, & subditi &c.

Secundò adducti sunt prædicti, quòd hic agitur de legitimatiõne, ut Clerici filius legitimandus succedat in bonis Patris. Atqui bona Clericorum sunt exempta à jurisdictione, & potestate Seculari, ut

scribunt Abbas, *in cap. Ecclesia Sancta Maria in prima lectura. col. antepenult. de consl.* ergo legitimatio hæc fieri non potest à Principe Seculari.

Cæterum respondetur nostro in casu agi de bonis profanis Clerici, in quibus ipsius Clerici filius succedere potest: sunt enim Clericorum bona duplicis speciei, & qualitatis, aliqua sunt propria Ecclesiz, & ad Ecclesiam spectantia, hæc verè, & propriè dici non possunt Clericorum, & ob id filius Clerici legitimatus in his succedere non potest. Ità loquuntur Baldus, *in consl. 38. Imperator. in fine lib. 4.* Socinus, *in dicto consl. 65. n. 6. & 7. lib. 3.* & Curt. jun. *in consl. 84. n. 9.* De his nostra non est disputatio. Aliqua verò sunt bona patrimonialia Clericorum propria, quæ etsi fruuntur privilegio fori sicuti de nonstrabimus infra attamen quoad eorum alienationem, & dispositionem dicuntur libera. *cap. 1. de successibus. ab intestato,* & egregiè respondit Castren. *in consl. 353. Curator. n. 2. lib. 1.* Et propterea Clericus pater consentiens legitimatiõni filii, dicitur dedisse ei facultatem, & licentiam succedendi in suis his bonis, id quod in specie affirmant Jo: Andr. *in dicto cap. per venerab. qui filii sint legitimi,* Signorolus, *in dicto consl. 127. n. 2. vers. item tractatur. de heret. & Calderinus, in dicto consl. 3. in fine. tit. qui filii sint legitimi.*

Tertiò urgere magis videtur *cap. per venerab. qui filii sint legitimi,* ubi Pontifex Maximus legitimando Seculare illegitimè natum, non reddit eum habilem ut succedat in bonis temporalibus, subiectis Principi Seculari ut *ibid.* adnotaverunt Joan. Andr. & Abbas, *n. 22.* & dicemus infra. Ergo pari ratione Princeps Secularis legitimando filium Clerici non dicitur reddere eum habilem, ut possit succedere in bonis Clerici patris Pontifici Maximo subiecti. Ità argumentari voluit Socinus Sen. *in dicto consl. 65. n. 7. lib. 3.*

Verùm respondetur negando, ut diximus supra, bona patrimonialia Clerici esse Ecclesiz, & consequenter subiecta Summo Pontifici.

Quartò, & adducitur, quòd Princeps Secularis non potest tollere jura Ecclesiz *cap. Ecclesia Sancta Maria. de consl.* Atqui Princeps Secularis legitimando filium Clerici, & Sacerdotis, dicitur auferre ab Ecclesia facultatem succedendi in bonis ipsius Clerici, & Sacerdotis. *cap. 1. de successio. ab intesta.* Ità arguit Barba. *in dicto consl. 38. col. 6. vers. præterea. lib. 2.*

Respondetur, retorquendo argumentum Clericus viuens ad libitum de bonis suis patrimonialibus disponere potest, ut sancitum est *in dicto cap. 1.* Porro Clericus consentiendo legitimatiõni, quæ fit, ut filius legitimandus succedat, dicitur disponere, & in ipsum filium alienare, ut diximus supra, ergo &c.

Cæterum magna est inter Doctores contentio, an filius iste Clerici dicatur propriè legitimatus, vel dispensatus? Et quidem dici propriè legitimatum censuit Olfacus, *in decis. 119. n. 16.* qui sic intellexit, & declaravit Ruinus, *in consl. 67. n. 4. lib. 3.* & idem sensit Alciatus, *in resp. 213. n. 7. vers. sed ista opinio, & in resp. 530. n. 12.* qui statim iunxit hoc non habere dubium, quando pater istius legitimati non erat in Sacris, sed habebat quatuor ordines minores tantum.

Dissentiunt tamen, & tæ quidem, alii multi affirmantes hanc esse propriè dispensationem. Ità sanè de filio Sacerdotis, ut dicatur dispensari, non legitimari, responderunt Parisius, *in consl. 2. n. 22. & 23. lib. 2.* Syl. *in consl. 45. n. 43.* Bormondus Covar. *in trakt. de co. exbinariis. tit. de incestu. n. 10.* & Nevizanus, *in cof. 99. n. 12.* Idem de filio nato ex moniali respondit à Capra, *in consl. 1. n. 9. & 10.* & à Decio, *in consl. 338. n. 3.* non enim legitimantur, sed dispensantur filii nati ex his, inter quos matrimonium con-

trahi non potuisset, impediente lege Divinà, vel Pontificià, sicuti scripsi *in commentar. de presumpt. lib. 4. presumpt. 79. n. 42. & in consl. 842. in primo dubio lib. 9.* ubi huius opinionis retuli sex & triginta Doctores, quibus accedit responsum Collegii Bononiæ impressum inter consilia Floriani, *in Consl. ult. n. 43. & 44.*

Secunda est conclusio, Clericum illegitimè natum ex patre Seculari legitimari posse à Principe Seculari, quoad res profanas, & munera civilia? Ità Didacus Covar. *in episome de sponsalibus. in secunda parte. cap. 8. §. 8. n. 19. propè finem, vers. imò eadem ratione.* & idem sensit Moderna. *in additionibus ad Decium. in consl. 150. in prima additione.* dum dixit Decium, illò in casu, malè respondisse, sicuti statim, & nos demonstrabimus.

Hujus traditionis ratio est quam, & superiore casu retulimus, quia legitimare illegitimè natos est potestatis seu jurisdictionis voluntariæ, quam Princeps exercere potest inter quoscumque volentes, qui eam prorogare possunt.

Nec huic opinioni obstant rationes, & argumenta, quibus contrarium probarunt Decius *in consl. 150. n. 3. vers. sed tamen prædictis non obstantibus.* Parisius *in consl. 2. n. 24. lib. 2.* & Ripa, *in cap. 2. n. 9. extra de iudiciis.* Quorum argumentum primum illud est, quòd legitimare illegitimè natum, est, ut diximus, voluntariæ jurisdictionis, atqui Clericus non subicitur jurisdictioni etiam voluntariæ Iudicis, & Principis Secularis, ut dictum fuit supra, ergo &c.

Respondetur verius esse, ut jam supra demonstravimus, jurisdictionem hanc voluntariam, prorogari posse, & Clericum, respectu rerum profanarum, & temporalium censerì civem, & subditum Principis, in cujus Civitate, vel Oppido est natus vel habitat.

Secundò motus est Decius, *in dicto consl. 150. n. 9. vers. confirmatur hac &c.* Post Baldum, *in l. 1. quòd legitimatio arrogationi æquiparatur. l. iubemus. C. de natura liber. & tradunt Baldus, in l. 1. vers. item quaro. n. 5. C. de iure aureo annulo. Rom. in consl. 194. in quarto dubio n. & Præpositus, in cap. per venerab. §. quòd auctor n. 93. vers. quintò legitimatio. qui filii sint legitimi.* Atqui Imperator, sicque Princeps Secularis, interponere non potest decretum in arrogatione, quæ fit inter sibi non Subditos. Ergo Princeps Secularis legitimare non potest Clericum sibi non subditum.

Respondetur Baldum, & Decium non probare minorem illam sui argumenti propositionem, nempe Principem Secularem non posse interponere decretum in arrogatione facta inter non subditos, & quidem verius esse existimo posse interponere, sicuti posse diximus in emancipatione. Præterea, licet Clericus in emancipatione personæ non subdit jurisdictioni, & potestati Principis Secularis, etsi in ejus ditione, & territorio natus est, vel habitat, attamen respectu bonorum patrimonialium, ei subesse dicitur, ut demonstravimus supra. Cum ergo legitimatio eà ratione fiat, ut legitimatus in rebus profanis possit succedere, dicendum est Clericum legitimari posse à Principe ipso Seculari.

Tertiò arguit Decius, *in dicto consl. 150. n. 4. vers. & ad hoc benefacit &c.* quòd beneficentia, quæ præstari debet Clerico, vel in bonis Ecclesiasticis, præstanda est à Iudice Ecclesiastico, & non à Iudice Seculari, sicuti in datione tutelæ. Nam tutor datus à Iudice Seculari, non potest administrare bona Ecclesiastica, & Spiritualia, nec ipsius Clerici pupilli personam reintegrare. Ità Ancharanus, & Gem. *in cap. ult. in princ. de Iudic. in 6. ille, in 6. notab. iste, n. 5.* & idem affirmat *ibidem* Francus.

Respondetur nos non loqui de legitimatiõne Clerici, ut possit succedere in bonis Ecclesiasticis, sed in tempo-

temporalibus & profanis. Et propterea diximus supra in exemplo dationis tutelæ, illam dari Clerico à Judice seu Prætorè Seculari, respectu rerum secularium, & profanarum, respectu verò rerum Ecclesiasticarum dari à Judice Ecclesiastico.

Quartò arguit Decius, in dicto conf. 150. n. 4. in fine, & n. 5. auctoritate eorum, qui dixerunt Principem legitimare non posse sibi non subditum. Ità sanè Bartolus, Baldus, Buticus, Abbas, & alii nonnulli à Decio allegari. Atqui Clericus non dicitur subditus Principi Seculari. Ergo Clericus legitimari non potest à Principe Seculari.

Respondetur primò ex dictis supra, Imò Clericum, respectu bonorum temporalium dici subditum Principis Secularis. Præterea non est satis vera opinio Bartoli, Baldi, & aliorum à Decio commemoratorum, quòd Princeps Secularis non possit legitimare sibi non subditum respectu bonorum, & rerum existentium in ditione ipsius Principis legitimantis nam alii permulti dissentiunt à Bartolo, & aliis, sicuti dicemus inf. à.

Tertia est conclusio, Principem, secularem existentem in terris alterius Principis, ut puta Ecclesiæ, posse legitimare sibi subditum, ut succedat in bonis sitis in ditione, & territorio ipsius Principis legitimantis.

Hæc conclusio probatur auctoritate quamplurium.

- Ità sanè.
1. Baldus, in l. 1. n. 5. vers. tu dic. C. de jure aureo. anul.
 2. Castren. in conf. 226. super primo n. 2. lib. 2.
 3. Ancharanus, in conf. 230. Primum dubium non est novum. n. 2. vers. tertio hæc probatur.
 4. Capra, conf. 2. n. 15.
 5. Corneus, in conf. 1. n. 18. lib. 3.
 6. Crotus, in l. gallus. §. & quid sitantum. n. 179. vers. tertius casus. ff. de liber. & posth.
 1. Socinus Sen. in conf. 47. n. 31 & 35. lib. 4.
 8. Jason, in conf. 70. col. 1. lib. 3. qui de eadem facti specie cum præd. Socino respondit.
 9. Ruinus, in conf. 66. col. 1. lib. 3.
 10. Decius, in conf. 150. n. 6. & in conf. 557. col. pen. n. 2.
 11. Socinus Jun. in conf. 100. n. 16. lib. 2.
 12. Alciatus, in respons. 215. n. 5. Secundum impress. antiqu. lugdun.
 13. Silvester Aldobrandinus, inter conf. Croti. in conf. 412. n. 18. & 19. lib. 3.
 14. Rolandus, in conf. 88. in fine lib. 1.
 15. Cravetta, in conf. 918. n. 2. lib. 5.
 16. Ego ipse commentar. de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 79. n. 58. & in conf. 629. n. 14. lib. 7.

Quarta est conclusio, Principem existentem in sua ditione, & Territorio legitimare posse eum, qui propriè est subditus alterius Principis, respectu bonorum, quæ possidet sub territorio legitimantis. Ità scripsi, & respondi in commentar. de præsumptionibus. lib. 4. præsumptione 79. n. 59. in conf. 629. n. 15. lib. 7. Eà usus sum ratione, quia respectu illorum bonorum existentium in territorio, & ditione Principis legitimantis, hic legitimatus dicitur ejus subditus, sicuti responderunt Castren. in conf. 89. posset quis dicere. in fine lib. 2. Decius, in conf. 661. n. 6. & Socinus Jun. in conf. 36. n. 8. lib. 3.

Quinta est conclusio, Principem existentem in ditione, & Territorio alterius Principis, ut puta Pontificis Max. legitimare posse sibi subditum, respectu tamen successionis bonorum existentium in ditione, & Territorio alterius Principis. Ità respondit Romanus, in conf. 39. n. 4. Decius, in conf. 107. n. 7. qui refert Bartol. idem affirmantem, Alciat. in responsione 550. n. 14. vers. item non procedit, quando persona &c. qui hujus opinionis refert Corneum in conf.

1. n. 19. lib. 3. Gomez. in cap. 2. §. statuto. n. 61. de com. sit. in 6. & Didacus, in opinione de sponsalibus. in secunda parte. cap. 8. §. 8. n. 17. & hos sequutus sum, in dicta præsumpt. 79. n. 60. & in dicto conf. 629. n. 16.

Sexta est conclusio Principem Secularem, etsi supremum, qualis est Imperator, non posse legitimare etiam sibi subditum, quoad spiritualia, & Ecc. Conclusionem hanc probant gloss. in cap. lege. distinct. 10. & in cap. officia. distinct. 89. Speculator, in tit. de dispensatione. §. ult. n. 10. Baldus, in proamio Codicis, Bartolus, in l. qui in Provincia. §. Divus ff. de ritu nuptia. Abbas, in cap. per venerab. n. 27. qui filii sint legitimi. Ruinus, in conf. 75. n. 2. & in conf. 86. n. 7. lib. 3. Ripa, in cap. 2. n. 9. extrà de judiciis, Cæsar Lambertinus, in tract. de iure patro. lib. 1. in secunda parte princ. act. 29. n. 2. & in lib. 3. in nova quest. principali. n. 16. & Didacus Covarr. in epitome de sponsalibus. in secunda parte. cap. 8. §. 8. n. 18. Quocirca rectè scribunt Baldus, & Salicetus in l. generaliter §. cum autem C. de instit. & subst. & alii relati, & probati à Ruino, & Ripa, præcitat in locis, legitimatum ab Imperatore non succedere in Emphyteusi, vel feudo Ecc. & idem respondit Baldus in conf. 129. ad evidentiam præmittendum. lib. 3. & alios refert Hieronymus Gabriel, in conf. 83. n. 4. lib. 2. ubi, n. 11. scribit hodie cessare omnem dubitationem propter constitutionem Pii V. Pontificis Max. prohibentis hos legitimos succedere in bonis feudaliibus, emphyteuticis Ecclesiasticis.

Declaratur hæc conclusio, ut locum non habeat, quoad ea, quæ etsi annexa, habent aliquid spirituale, & Ecclesiasticum; At tamen dicitur quid Seculare & profanum, sicuti dicimus de jure patronatus, ad quod legitimari quis potest à Principe Seculari, ut illud obrineat unà cum hæreditate in qua succedere potest. Ità Præpos. in d. cap. lege. dist. 10. Roc. Curtius, in tract. de iure patronatus. in verbo, competens q. 2. Lambertinus, in dicto cap. 29. & Decius, in d. §. 8. n. 18. in fine. Dissentit tamen Baldus, in conf. 573. Præmittendum est. col. 2. vers. tamen ius patronatus. lib. 1.

Septima est conclusio, Principem Secularem, etsi supremum, sicuti est Imperator, non posse legitimare subditum in ditione, & Territorio alterius Principis, ut puta Papæ, ut succedat in bonis profanis sitis in ditione, & Territorio ipsius summi Pontificis, sicutè alterius Principis. Ità scribunt quinque & viginti sapientissimi, gravissimique Doctores nempe.

1. Bartol. in l. quæ in Provincia. §. Divus. ff. de ritu nuptiarum, & in auth. ex complexu. C. de incestis nuptiis.
2. Baldus, in l. 1. n. 5. C. de jure aureo. anul. & in l. 1. eam quam. n. 28. C. de fideicom.
3. Signorolus, in conf. 218. n. 12.
4. Buticus, in cap. per venerab. n. 12. extrà qui filii sint legit.
5. Anchar. in d. conf. 320. primum dubium. n. 3.
6. Castren. in conf. 226. super primo, quo queritur n. 2. & in conf. 487. Sans epic viso puunto occurrunt. n. 7. vers. sed ad success. lib. 2.
7. Fulgosius, in conf. 23. col. 2. vers. amplius qui testatur communem esse opinionem.
8. Alex in conf. 67. col. ult. lib. 1 & in conf. 11. col. 2.
9. Corneus, in conf. 1. n. 18. lib. 3.
10. Curtius Sen. in conf. 73. in quinto dubio.
11. Crotus, in l. Gallus. §. & quid si tantum, col. ult. vers. secundus casus. ff. de liber. & posth.
12. Jason, in conf. 70. col. 2. lib. 3.
13. Ruinus, in conf. 66. & col. 1. 2. & in conf. 67. col. 1. & in conf. 77. n. 3. lib. 3. qui affirmat hanc esse receptam sententiam.

14. Decius, in conf. 150. n. 6. in conf. 557. col. penult. n. 12. & in l. ult. r. 6. ff. de iurisd. om. Jud.
15. Afflatus, in cap. 1. §. naturales. in secundo notab. si de feudo fuerit contrav. inter. dom. & agna. & in decis. 128. n. 4. qui testatur haec servari in Regno Neapolitano.
16. Curtius Junior. in l. ult. n. 5. ff. de iurisd. om. Jud.
17. Ludovicus Surdus, in tract. de naturalibus liberis. tit. de legitimatione per rescriptum. n. 12. c. 18
18. Parisius, in conf. 103. n. 35. lib. 1. in conf. 2. n. 2. & in conf. 3. col. pen. lib. 3.
19. Socinus Jun. in conf. 100. n. 13. lib. 2.
20. Silvester Aldobrandinus, inter conf. Crotti, in conf. 422. n. 18. & 19. lib. 3.
21. Rolandus, in conf. 88. n. 25. lib. 1.
22. Cefalus. in conf. 23. n. 76. lib. 1.
23. Marchabrunus, in conf. 1. n. 88. & n. 94
24. Cravet. in conf. 98. n. 2. lib. 5.
25. Decianus, in conf. 90. n. 21. lib. 2.
26. Didacus Covarr. in epitome de sponsalibus, in secunda parte cap. 8. §. 8. n. 14.

Primo probatur opinio hanc constitutione illa Innocentii tertii cap. per venerab. qui filii sint legit.

Secundo quia est hanc legitimitio, ex reservatis Principi; ergo ei non debet inferri injuria, & praedictum.

Contrariam opinionem, quod imò valeat hanc legitimitio, probantur,

1. Bartolus, sibi contrarius, in conf. 75. viso instrumento. in fine lib. 1.
2. Baldus, sibi parum constans, in conf. 388. respondendo ad dubia. col. 1. lib. 5. & idem sensit in proemio Codicis. n. 9.
3. Angelus, in conf. 350. n. 7.
4. Castrens. pariter sibi contrarius, in conf. 355. curator datur. n. 2. lib. 1.
5. Nicolaus de Vbaldis, de Successionibus ab intestato. pag. 15. col. 2.
6. Barba. in conf. 40. col. 2. lib. 3.
7. Laudensis, in tract. de legitimatione. n. 104.
8. Socinus Sen. in conf. 97. n. 31. lib. 4. qui.
9. Antonius Drosellus, in tract. de legitimatione. lib. 2. cap. 2.
10. Decius, sibi contrarius, in conf. 52. n. 2. in conf. 55. n. 7. vers. tertio non obstat. in conf. 207. n. 7. & in conf. 307. n. 7.
11. Parisius, in conf. 1. n. 9. & in conf. 10. n. 118. lib. 2.
12. Cagnolus, in l. ult. n. 25. de iurid. om. jud.
13. Joan. Baptista Terret. in conf. 105. & in conf. 106.
14. Alciatus, in resp. 215. n. 4. & in resp. 130. n. 14.
15. Portius Imolensis, in conf. 105. n. 9. & 10.
16. Marzarius, in conf. 10. n. 14.
17. Decianus, sibi contrarius, in conf. 3. n. 117. lib. 1.

Horum praecipua ratio est, quia extra proprium territorium Jurisdictione voluntaria exerceri potest. l. 2. ff. de officio Proconf. & lega. verum facile, & uno verbo responderetur, id intelligi inter proprios Subditos, vel eos qui proprio consensu prorogare possunt jurisdictionem hanc voluntariam, quoad bona existentia in territorio legitimantis. Ita post Baldum in l. 1. col. ult. C. de jure aur. annull. responderet, & declarat Didacus, in dicto §. 8. n. 15.

Extenditur hic casus, seu praedicta magis recepta opinio, ut locum habeat etiam in Principe legitimante Subditum sui Vassalli, & feudatarii, sicuti, si Imperator legitimaret Subditum Ducis Mediolani cujus feudum est Imperii; nam adhuc legitimitio non valeret respectu bonorum existentium in ipsa ditione Mediolani. Ita.

1. Angelus, in conf. 402. Titius ab Ecclesia. n. 2. dum dicit Principem Dominum directum non posse le-

timare illegitimum in feudo, non consentiente vassallo, hoc est Dominò utili.

2. Salicetus, in auth. item si quis. C. de natura liber.
3. Alex. in conf. 60. n. 2. & in conf. 11. n. 11. lib. 7. idem sensit.
4. Curtius Sen. in conf. 74. super memorata. col. 28. vers. quinto principaliter, qui in specie Ducis Mediolani, respondit Comitem Palatinum creatum ab Imperatore, non posse legitimare illegitimè natum in Ducatu Mediolani, etsi ipse Dux Mediolani Ducatum jure feudi recognoscit ab ipso Imperatore.
5. Jason, in conf. 70. col. pen. vers. confirmo etiam lib. 3. qui Curtium retulit, & probavit.
6. Silvester Aldobrandinus, inter conf. Crotti, in conf. 422. n. 12. lib. 3. & inter consilia Riminaldi Sen. in conf. 717. lib. 4. respondit Comitem Palatinum à Summo Pontifice creatum non posse legitimare spurium in Civitate Ferrariae in feudum concessa Ducibus Aetensibus ab eodem Pontifice.
7. Parisius, in conf. 2. n. 187. lib. 2.
8. Socinus, Jun. in conf. 100. n. 21. lib. 2. in conf. 95. n. 96. & in conf. 126. n. 22. lib. 3. qui sequutus est Curt. Sen. in dicto. conf. 74.
9. Castellanus Crotta, in memoriali. in verbo legitimitio facta per Imperatorem, qui pariter probavit Curtii responsum.
10. Aegidius Bossius, in tractatu causarum criminalium. in tit. de Principe. n. 185; qui Curtium pariter commendavit.
11. Alciatus, in resp. 201. n. 22. & in resp. 206. n. 5. qui secundum impressionem antiquam Lugdunensem.
12. Vbertinus Zucardus, in rub. C. qui admitti & c. n. 19.
13. Marchabrunus. in conf. 13. n. 123. ubi ejusdem opinionis refert Riminald. Sen.
14. Rolandus, in conf. 88. n. 26. lib. 1.
15. Cefalus, in conf. 23. n. 78. lib. 1.
16. Ofascus, in conf. 61. n. 17. vers. quinto non habet.
17. Ego ipse, in commentar. de praesumptionibus. lib. 4. praesumpt. 79. n. 62. & in conf. 629. col. ult. vers. & praedicta quidem.

Neque praedictis repugnat, quod contrariam opinionem probaverint alii permulti affirmantes, imò Principem posse legitimare subditum sui vassalli, & feudatarii, atque ita Imperatorem legitimare illegitimè natum in hoc Dominio Mediolani infeudato Regi Catholico, tanquam Duci Mediolani. Ita sane.

1. Alex. in conf. 2. n. 18. in fine lib. 1.
2. Socinus Sen. inter consil. Bruni, in conf. 10. n. 30.
3. Curtius Jun. in conf. 1. n. 30. & in conf. 117. n. 4.
4. Alciatus, in responso 11. n. 8. lib. 3. tomò primo secundum novam impressionem Venetam, quod sen. Ponsum est 171. Secundum impress. antiquam Lugdunensem.
5. Cravetta, in conf. 993. n. 36. lib. 6.
6. Rolandus, in conf. 22. n. 36. lib. 3. sibi contrarius.
7. Riminald. Jun. in conf. 156. n. 26. & conf. 215. n. 147 lib. 2.
8. Mantica, in tract. de conjecturis ultimarum voluntatum. lib. 11. tit. 10. n. 43. & 44.
9. Bertarolus, in conf. 111. n. 50. in civilibus.
10. Joan. Petrus Surdus, in conf. 1. n. 73. lib. 1. & in conf. 157. n. 30. lib. 2. Ceterum recepta opinio locum non habet, quando Vassallus, cujus subditus fuit legitimatus à Principe, & Domino feudi, ignoravit legitimationem sic factam. Ita Alciatus, in dicto cap. 171. Roland. in dicto conf. 22. n. 23. & Surdus, in dicto conf. 7. n. 74. & n. 84.

Octava est conclusio, Principem Ecclesiasticum, hoc est

est Pontificem Max. legitimare non posse sibi subditum, ut succedat in bonis profanis, & temporalibus suis in ditione, & Territorio Principis secularis.

1. Ita sane scribunt Juris Pontificii, & Cæsarei interpretes, nempe glos. in cap. per venerabilem, in verbo qui filii sint legit.
2. Joan. Andreas, ibidem.
3. Buticus, in eodem cap. per venerab. n. 11.
4. Abbas, ibidem n. 22. qui dixit in foro sic servari.
5. Angelus, in cons. 29. Titius. n. 6.
6. Nicolaus de Ubaldis, in tract. de successione ab intestato. pag. 11.
7. Corneus, in cons. 1. n. 18. lib. 3.
8. Crotus, in l. Gallus. §. & quid si tantum. n. 176, ff. de liber. & posthum.
9. Socinus Sen. in cons. 65. n. 7. lib. 3. qui communem testatur.
10. Guilielmus Benedictus, in cap. Raynuccius. in verbo, & uxorem. n. 197. de testam.
11. Thomas Ferrarius, in cautela prima. n. 1.
12. Purpuratus in cons. 92. n. 20.
13. Didacus, in epitome de sponsalibus. in secunda parte. cap. 8. §. 8. n. 18.
14. Joan. Petrus Surdus, in cons. 1. n. 76. lib. 1.

Contrariam opinionem, quod imò Papa possit legitimare sibi non subditos in terris Imperii affirmarunt novem ii Interpretes.

1. Ioan. Andr. in cap. per venerab. qui filii sint legit.
2. Hostien. ibidem.
3. Baldus, in proæmio digestorum. col. pe. vers. iuxta hoc quæro.
4. Calderinus, in cons. 3. propè finem. tit. qui filii sint legit.
5. Castren. in cons. 16. visâ quodam dispensatione. lib. 3.
6. Præpositus, in d. cap. per venerabilem. n. 70.
7. & n. 72. qui copiose differit.
7. Decius, in cons. 52. n. 2.
8. Afflicus, in cap. 1. §. naturales. in secundo notab. si de feudo fuerit contro. inter dom. & agna. val.
9. Socinus Jun. in cons. 100. n. 27. lib. 2.

Utraque opinio multas habet rationes, multaque satis solida argumenta, quas explicare, & enucleare præsentis non est instituti. Postrema tamen hæc opinio, ob summam summi Pontificis auctoritatem, & potestatem, tum maximè in re dubia, retinenda est.

Cæterum admissâ opinione, quæ magis recepta videtur, declarari, altero de duobus modis potest.

Declaratur sanè primò, non habere locum, quando extat causa aliqua ardua, & quæ fidei, religioni Christianæ, & Republicæ valdè utilis est; nam tunc Pontifex Max. legitimare poterit eum qui Principi Seculari subditus est, etiam quoad bona profana, & munera civilia. Ita sanè declarat Didacus Covarr. in epitome de sponsalibus. in secunda parte cap. 8. §. 8. n. 16. adductus eâ constitutione cap. per venerab. qui filii sint legit.

Declaratur secundò, ut non procedat, quando Papa legitimat Secularem sibi non subditum, legitimatone, quæ oritur ex dispensatione in radice matrimonii. Ita Buticus, in dicto cap. per venerabilem. n. 11. & 12. & ibidem multis comprobat, & declarat Ancharanus, in cons. 409. visò, & diligenter inspectò col. 2. vers. sed est etiam. Præpos. n. 65. n. 68. & n. 74. & 75. & Purpur. in cons. 92. n. 19. 20. & 21. & accedit Castren. in cons. 102. videndum est primò. n. 3. lib. 2. cum dicit Papam posse legitimare filium Sacerdotis, ex quo potest ipse Papa dispensare contra jus Canonicum impediens sacerdotem habere uxorem. Ita & Oñiscus, in decis. 119. n. 16. supresso Castren-

sis nomine, qui fortius dixit idem esse quando extat impedimentum de iure Divino.

CAPUT XVII.

Secularis, quæ, & quando negotia Spiritualia, & Ecclesiastica suo quidem iure, & nomine tractare, cognoscere, & expedire possit, & valeat.

Disputatio hæc, quæ egregia, ut utilis admodum est, distinguendo duo capita, sicuti duæ sunt species negotiorum spiritualium, & Ecclesiasticorum, facile satis explicari potest. Sunt equidem spiritualia aliqua ordinis, aliqua jurisdictionis, quemadmodum ex sententia Divi Thomæ, Alfonsi de Castro, Præpositi, & aliorum demonstravimus superiore libro, cap. 4. in fine.

Primum itaque caput est, de spiritualibus, quæ ordinis à sacris Theologis, & juris Pontificii interpretibus appellantur. Quæ quidem scripsi in dicto cap. 4. esse conferre ordines sacros, eligere, seu creare Episcopos, instituere ministros Ecclesiæ, conferre Ecclesiastica beneficia, dignitates Ecclesiasticas, dispensare Sacramenta, facere ea quæ necessaria sunt ad Ecclesiæ regimen, baptizare, audire confessionem sacramentalem, consecrare, & demum Dei verbû prædicare. Hæc tractare, & expedire non posse Secularem, clarum, & certum est, cum non nisi ad Ecclesiæ Prælatos, nempe Pontificem Max. Episcopum, & alios quibus à lege concessa sunt, pertineant, quemadmodum de singulis extant jura, rationes, & Doctorum traditiones.

1. Conferre sacros ordines non posse Secularem, sed Ecclesiæ Prælatos, scribunt Hostien. in cap. cum contingat de atar. & qualis. Abbas, in cap. quanto. n. de consuet. Sylvester Prierius, in summa. in verbo ordo. ill. 3. n. 2.

2. Pontificem eligere, & creare Seculari permisum non est; sed solis Cardinalibus. probat cap. Massana. de electio. ubi Abbas, n. 2. scribit Canonicos non posse communicare laicis facultatem, & jus hunc eligendi in rebus spiritualibus, imò nec hoc posse Episcopum, & n. 3. subiungit electionem Prælati Ecclesiæ factam à laicis unâ cum clericis, esse nullam ipso jure. Imò nec Secularis patronatum habens in Ecclesia, eligere potest Ecclesiæ Prælatum, cap. Sacrosancta. ex iii. de elect. ubi Abbas n. 2. late differit.

3. Instituere, eî destituere ministros Ecclesiæ non potest Secularis, cum hoc sit permisum soli Ecclesiæ Prælato, cap. cum Ecclesiæ vulturana. de electio. ut tradunt Abbas, in cap. si quis contra. n. 53. de electio.

4. Beneficia Ecclesiastica conferre non posse Seculares statuit Gregorius Pont. Max. in cap. si quis deinceps. 16. q. 7. cujus verba hæc sunt si quis deinceps Episcopatum, vel Abbatiam de manu alicujus laicæ, persona susceperit, nullatenus inter Episcopos, vel Abbates habeatur. Nec ulla ei, ut Episcopo, seu Abbati, audientia concedatur. Insuper ei gratiam Beati Petri, introitum Ecclesiæ interdiximus, quousque locum, quem sub crimine, tam inobedientia quam ambitionis (quod est scelus idolatriæ) respicendo non deseruerit. Similiter de inferioribus Ecclesiasticis dignitatibus constitimus. Item si quis Imperatorum, Regum, Ducum, Marchionum, Comitum, vel quilibet Secularium potestatum, aut personarum, investituram Episcopatum, vel alicujus Ecclesiastica dignitatis dare presumpserit, eiusdem sententia vinculo se obstrictum esse sentiat,

sentiat. Hactenus Gregorius, & illo, in loco, adnotaverunt Archidiaconus, Gemin. & Turrecremata; sic & Joannes de Selva, in *tract. de beneficio: in secunda parte. q. 23.* Restaurus, in *tract. de Imperatore. q. 100.* & Petrus Rebuffus, in *commentar. ad concordat. Regni Francie, in tit. de collationib. q. 21. n. 18.* Ii sane, de quovis secularium statu, & dignitate differentes scribunt eis non licere habere, vel alteri conferre beneficia Ecclesiastica.

Imperatorem nec habere, nec alteri conferre beneficium aliquod Ecc. jam diximus statuisse Gregorium Papam, in *ditto cap. si quis deinceps.* Sic, & alii permulti summi Pontifices constituerunt, ut legitur in *cap. si Imperator. in fine. distict. 96.* & in *cap. convenior. in princ. 13. q. ult.* & alias similes constitutiones recenset Selva, in *ditto q. 23.* & Restaurus, in *ditto q. 100. n. 1. & 2.* Imò idemmet de se ipso statuit Iustinianus, in *auth. de Ecclesiasticis titulis, in princ.* Quòd si Imperatori, qui in temporalibus supremam obtinet dignitatem, permittum non est suo jure habere, vel alteri conferre beneficia Ecclesiastica, multò minùs concessum est aliis, ut Regibus, Ducibus, & aliis; sicuti manifestè constituit Gregorius, in *ditto cap. si quis deinceps.* Nec repugnat, quod scribunt aliqui Imperatorem obtinere ordines Sacros, nempe subdiaconatum, sicuti horum opin. refert glos. ult. *cap. Valentinus. distict. 63.* & scribunt Imola, & Vincentius Herculanus, relati à Restauo, in *ditto tract. de Imperatore q. 29. n. 4.* Imperatorem in habitu subdiaconi inservire Pontifici Maximo missam celebranti, præsertim in missa nativitatis Salvatoris nostri, & Imperatorem esse Sacerdotem scripsit Accursius, in *l. Sacra. ff. de rerum divis.* Nam respondetur verius esse Imperatorem non habere aliquem ordinem sacrum, sicuti abundè probant Restaurus, in *ditto q. 29.* & præter eum Afflicus, in *commentar. ad Constitutiones Neapolitanas. in prat. q. 18.*

Cæterum hæc locum non habent, quando Papa suò diplomate & privilegiò concessisset Seculari facultatem hanc conferendi beneficia Ecc. *cap. dilecti de testib. cap. ad supplicationem. de renuntia. & cap. dilectus. il. 3. de praben.* & tradunt gloss. in *cap. Imperium. distict. 16.* & Gemin. in *cap. 2. de praben. in 6.* Imperatori concessum fuisse privilegium conferendi beneficia hæc in tota Germania, scribit Speculator, in *tit. de praben. col. ult.* & alios idem affirmantes refert Restaurus, in *tract. de Imperatore. q. 100. n. 15.*

Reges quoque Franciæ, ex privilegio Pontificis, conferre posse beneficia Ecc. in Ecclesia Luduguenti testatur Gemin. in *d. cap. 2.* Idem de Ecclesia Carnutensi affirmant Joannes de Selva, in *tract. de beneficio. in secunda parte. q. 23.* Ripa, in *cap. 2. n. 79. vers. similiter. de iudiciis.* Duarcus, in *tract. iuris regal. in quinta parte. præfationis.* Degraffalius, in *tract. de Privileg. Regis Francie. iure 24.* Joan. Herald. de *privileg. Regni Francorum. in iure 8.* & Restaurus, in *tract. de Imperatore q. 100. n. 19. & 21.* Idem de Andegavensi Decanatu scribit Petrus Rebuffus, in *praxi beneficiorum. in tit. de collationibus n. 9.*

Regibus quoque Cranaæ à summo Pontifice tributam fuisse facultatem conferendi omnia illius Regni beneficia Ecclesiastica, tam majora, quàm minora, ac etiam dignitates, scribunt novissimè Camillus Gregorius Lopez, in *commentar. ad leg. partitarum. Hispania. in l. 18. tit. 5. partita prima. in gloss. in verbo antiqua. in fine,* & Castellus Bovadilla, Jurisconsultus pariter Hispanicus, in *lib. 2. politicorum. cap. 18. n. 221. vers. centesimo decimo,* qui testatur se vidisse bullas Pontificias, quibus concessio, & facultas hæc confirmata fuit. Et Regem Hispaniarum privilegio Papæ, posse in tota Hispania conferre beneficia Ecc.

testantur Ioan. de Selva, in *tract. de beneficio. in secunda parte. q. 23.* & Restaurus, in *ditto q. 100. n. 16. qui, n. 19.* post eundem Selvam, subiungit eidem Hispaniarum Regi concessum esse à Pontifice M. privilegium ne quis exterius obtinere possit beneficium aliquod Ecclesiasticum, sine ipsius Regis dispensatione, quas literas naturalitatis appellat.

Regibus etiam Angliæ tributum esse hoc privilegium conferendi beneficia Ecclesiastica affirmant Alvarotus, in *cap. 1. col. 5. in tit. de Episco. vel Abba. Aneas de Falconibus, in tract. de reservat. beneficiorum. in q. 3. principali. n. 13.* & Restaurus, in *ditto q. 100. n. 21.*

Reginæ Navarræ concessam fuisse à Papa eandem facultatem, tradit Restaurus, in *ditto q. 100. n. 21. prope finem.*

Reges pariter Hungariæ habere à Papa idem privilegium affirmat. Restau. in *ditto q. 100. n. 25.* & eò prius Aneas de Falconibus, in *d. q. 3. n. 13.* post Baidum, in *l. rescripta. C. de precibus Imperatori offerend.*

Duces hujus Domini Mediolanensis consequutos fuisse à Papa eandem facultatem, & privilegium conferendi beneficia Ecc. quæ hoc in Dominio existunt, scribunt Aneas de Falconibus, in *tract. de reservationibus. in tertia quæst. principali. n. 13.* & Restaurus, in *ditto q. 100. n. 25.*

Reges Siciliæ à summo Pontifice obtinuisse idem privilegium conferendi beneficia Ecc. sui Regni scriptum reliquerunt Doctiss. Thomas Fazellus ficulus ord. Prædic. in *posteriori Decade. lib. 7. cap. 1. ad finem Historiarum Sicilia,* & Joan. Mariana Hispanus societatis Jesu, in *lib. 10. de rebus Hispania. cap. 5.* Fazelli verba sic leguntur.

Recepta Capuâ, Rogerius Comes Salernum se contulit, ubi ei Adelasio uxor, ex qua jam antea Simonem filium susceperat. Rogerium natu minorem peperit, quo cum & Urbanus Romanus Pontifex congratulatum venisset, & Robertum Episcopum Troynensem legatum in Sicilia, inconsulto Rogerio instituisset, Commisit id agrè ferente, eundem abrogavit, Rogeriumque ac Simonem filium, & alios ejus heredes legatos in Sicilia hoc privilegio, quo siculi Reges Monarchicæ potestate vivunt instituit. Urbanus Episcopus servus servorum Dei Christianissimo filio Rogerio Comiti Calabria, & Sicilia salutem, & Apostolicam benedictionem. Quia propter prudentiam tuam superna Majestatis dignatio, te multis triumphis, & honoribus exaltavit, & probitas tua in Saracenorum finibus Ecclesiam Dei plurimum dilatavit, & sanctæ fidei Apostolica devotam se multis modis semper exhibuit, Nos, in specialem, atque carissimum filium ejusdem universalis Matris Ecclesie, te assumpsimus; idcirco de tua probitatis sinceritate plurimum confidentes, sicut verbis promissimus, ita litterarum auctoritate firmamus, quòd omni vita tua tempore, vel filii tui Simonis, aut alterius qui legitimus tui hæres extiterit, nullum in terra potestatis vestra, præter voluntatem, aut consilium vestrum legatum Romana Eccl. statuemus. Quinimò, qua per legatum acturi sumus, per vestram industriam, legati vice, exhiberi volumus, quando ad vos è latere nostro mitteremus ad salutem sanctarum Ecclesiarum, quæ sub vestra potestate consistunt, & ad honorem Beati Petri, sanctæque Sedis Apostolica, cui devotè hactenus obedisti, quamque in necessitatibus suis strenuè, & fideliter adiuristi: Si vero celebrabitur Concilium, & tibi mandavero, quatenus Episcopos, & Abbates tua terra mihi mittas, quos, & quos volueris mihi mittas, alios vero ad servitium Ecclesiarum tuarum retineas. Omnipotens Deus actus tuos in beneplacito suo dirigat & te a peccatis absolutam in vitam æternam perducat.

perducatur. Dat. Salerni per manus Ioan. Sancti. Rv. Ecc. Diaconi Cardinalis, tertio nonas Iulii, indictionis septisimo anno. Pontificatus nostri undecimo. Post multum tandem bella Rogerius pacem emeruit, usque ad senectutem sanctiss. vixit, Religioni, ac pietati semper intentus, ut merito ad reliquos titulos episcoporum hoc ei accesserit, Rogerius Comes Calabria, & Sicilia, Christianorum adiutor.

Ioannes vero Mariana scriptum reliquit, quod anno 1098. Urbanus Pontifex (Mariana haec verba sunt) à Gilberto Pseudo Pontifice, variis curarum fluctibus exagitatus, & undique subsidia conquirens, Salernum adiit, Rogerii Siciliae Comitis inuicendi causa, cuius praecipua eam tempestate pietas adversus Romanos Pontifices commendatur, & rebus gestis nobilissimus erat. Pro his meritis ipsi & heredibus datum est, ut in Sicilia legati Pontificis partes impleret, & auctoritatem obtineret. Diplomatis, quoniam publice cognosci interest, & Regibus Hispanis magna controversia de eo iure nata sunt, exemplum subieciimus. Urbanus Episcopus servus servorum Dei, carissimo filio Rogerio Comiti Calabria, & Sicilia, salutem & Apostolicam benedictionem; Quia prudentiam tuam superna Majestatis dignatio multis triumphis, & honoribus exaltavit, & probitas tua in Saracenorum finibus Ecclesiam Dei plurimum dilatavit, sanctaeque sedi Apostolicae devotam se multis modis semper exhibuit, Nos te in specialem, atque carissimum filium eiusdem universalis Ecclesiae assumpsimus. Idcirco de tua probitatis sinceritate plurimum confidentes, sicut verbis promissimus, ita etiam literarum auctoritate firmamus, quod omni vita tua tempore vel filii tui Simonis, aut alterius, qui legitimus tui haeres extiterit nullum in terra potestatis Vestrae, praeter voluntatem aut consilium vestrum, legatum Romanae Ecclesiae statuamus. Quinimo, qua per legatum acturi sumus, per vestram industriam, legati vice, exhiberi volumus, quando ad vos ex latere nostro miserimus ad salutem videlicet Ecclesiarum qua sub vestra potestate existunt, ad honorem Beati Petri Sanctaeque sedis Apostolicae, cui devotè haecenus obedisti, quamque in opportunitatibus suis strenuè, ac fideliter adiuvisi. Si verò celebrabitur concilium, tibi mandamus, quatenus Episcopos, & Abbates tuae Terrae mihi mittas, quot, & quos volueris, mittas, alios ad servitium Ecclesiarum, & tutelam retineas. Omnipotens Deus actus tuos in beneplacitum suo dirigat, & te à peccatis absolutum ad vitam aeternam perducatur. Datum Salerni per manus Ioannis Sanctae Ecclesiae Diaconi, tertio nonas Iulii, indictionis septima, Pontificatus D. Urbani secundi Undecimo.

Ceterum horum prius haec scripserat antiquior auctor, quia, & fide dignior habetur, nempe Gaufridus Monachus Benedictinus, in lib. 4. in fine de rebus Sicilia, cuius verba ita se habent. Papa (de Urbano secundo loquitur) urbem redditam, & pacem inter ipsos factam audiens, & gaudens de fraude compressa, & de pace confecta, sed quia Ducem, & Comitem Salernum recessisse audivit, nolens Comitem, donec sibi loquatur, versus Siciliam remeare cursum accelerat, veniensque cum Archiepiscopis apud Sanctum Mattheum ut cum debito honore eum acciperet, cum processione praestatur; & tamen, propter amabilem venerationem, quam versus Comitem habebat, primum, ad eius hospitium amabiliter visum vadit, diuque eius colloquio usus, ad processionem, quae praestolabatur, suscipiendus accessit, in crastinumque convenientes, alter alterius colloquio cum maxima dilatione fruuntur; sed quia ipse Apostolicus iam dudum Robertum Episcopum Trahinensem, Comite inconsulto,

legatum in Sicilia ad exequendum ius Sanctae Romanae Ecclesiae, posuerat, perpendens hoc Comitem grave ferre, & nullo modo ut stabile permaneat assensuri, cognoscens etiam ipsum Comitem in omnibus negotiis Ecclesiasticis exequendis zelo divini ardoris exfervecere, castato quod de Episcopo Tarynensi fecerat legationem Beati Petri super Comitem per totam Siciliam, vel habendam hereditaliter, ponit, eam discretionem ut dum ipse Comes advoixerit, vel aliquis heredum suorum zelipateri Ecclesiastici superstes fuerit, legatus alius à Romana sede, ipsis in vestris, nullus superpanatur, sed si qua Romana Ecclesia iuris exequenda fuerint, chartulis à Romana sede in Siciliam, vel Calabriam directis, per ipsos, consilio Episcoporum earundem Provinciarum, autentice definitur. Quod si Episcopi ad Concilium invitati fuerint, quot & quos ipsi Comiti, vel suis futuris heredibus visum fuerit illuc dirigant, nisi forte de aliquo ipsorum in concilio agendum sit quod in Sicilia, vel Calabria in praesentia sua autentice definiti nequiverit, & ad commissum perpetualiter permanendum privilegio sua auctoritate firmavit.

Urbanus Episcopus, servus servorum Dei, Carissimo filio R. Comiti Calabria, & Sicilia Salutem, & Apostolicam benedictionem. Quia prudentiam tuam superna Majestatis dignatio multis triumphis, & honoribus exaltavit, & probitas tua in Saracenorum finibus Ecclesiam Dei plurimum dilatavit, Sanctaeque sedi Apostolicae devotam se multis modis semper exhibuit, Nos in specialem, atque carissimum filium eiusdem universalis Ecclesiae te assumpsimus, idcirco de tua probitatis sinceritate, plurimum confidentes, sicut verbis promissimus, ita etiam literarum auctoritate firmamus, quod omni vita tua tempore, vel filii tui Simonis, aut alterius, qui legitimus tui haeres extiterit, nullum in terra potestatis vestrae, praeter voluntatem, aut consilium vestrum, Legatum Romanae Ecclesiae statuamus, quinimo, qua per legatum acturi sumus, per vestram industriam, legati vice, exhiberi volumus; Quando ad vos ex latere nostro miserimus, ad salutem videlicet Ecclesiarum, qua sub vestra potestate existunt, ad honorem beati Petri, sanctaeque sedis Apostolicae, cui devotè haecenus obedisti, quamque in opportunitatibus suis, strenuè, ac fideliter adiuvisi. Si verò celebrabitur concilium, & tibi mandavero, quatenus Episcopos, & Abbates tuae Terrae mihi mittas, quot, & quos, volueris, mittas, alios ad servitium Ecclesiarum, & tutelam retineas. Omnipotens Dominus actus tuos in beneplacitum suo dirigat, & te à peccatis absolutum, ad vitam aeternam perducatur. Datum Salerni, per manum Ioannis Sanctae Romanae Ecclesiae Diaconi, tertio nonas Iulii, indictione septima, Pontificatus D. Urbani secundi xi. Haecenus Gaufridus, cuius historias, & scripta, ut magna fide digna, commendavit, & venerandum opus esse censuit Illustrissimus atque Rever. Cardinalis Baronius eruditione, & singulari doctrinâ praestantissimus, in tomo undecimo annalium Ecclesiasticorum. Duo fecit Gaufridus; Vno commemorat, quid Urbanus ipse secundus Papa concesserit Rogerio tunc Comiti, postmodum Regi Siciliae, altero refert verba ipsius concessionis.

De narratione, & verbis Gaufridi, quibus ut integris, & non corruptis, adhibendam esse fidem vult, eruditissimus ipse Cardinalis Baronius, dicemus primum, deinde de diplomate, quod corruptum, & muti atque esse idem Illustrissimus Cardinalis opinatur. Narrat, & affirmat Gaufridus, Urbanum Castatà Roberti Episcopi Tarynensis legatione, ei

in ipsa Sicilia collata, legationem ipsam Beati Petri, super Comitum (Gaufredi verba hæc sunt) per totam Siciliam, vel habendam hereditasiter, possidisse, eâ discretionem, ut dum ipse comes advixerit, vel aliquis hæredum suorum zeli paterni Ecclesiastici executor super hoc fuerit, legatus alius à Romana sede, ipsis invidis, nullus superponatur. &c. Creantur itaque Rogerius & ejus hæredes legati Pontificii, qui ob id dicti sunt legati nati, ut dicemus infra, & cum hæredum nomine contineantur hæredes omnes usque in infinitum à hæredis appellatione. ff. de verb. signif. & scribunt illo in loco Bartolus, Aiciatus, Petrus Rebuffus, & reliqui, sequitur dicendum, Philippum Regem Hispaniarum, & ipsius Siciliæ, potentissimum hæredem illius Rogerii, mediantibus suis antecessoribus, fungi hoc munere, & dignitate legati Pontificii, & ob id eum posse, eique licere, ea facere, & præstare in illo regno Siciliæ, quæ potest alius legatus Pontificius à latere. Quæ autem sit auctoritas, & potestas legati à latere summi Pontificis, dicemus infra in quinta dubitatione.

De Urbani diplomate, de quo diximus agendum esse hoc secundo loco, permultæ explicandæ sunt dubitationes.

Prima quarum est, an verè, vel non, concessum fuerit hoc diploma? Secunda est, an sit corruptum, vel potius integrum, & nullo vicio fædatur hoc diploma?

Tertia est, an prædictus Comes Rogerius creatus fuerit Legatus, vel Vicelegatus Pontificius à Papa Urbano?

Quarta est legationis dignitas, munus, officium, ab Urbano Pontifice Maximo, suo diplomate, concessum Comiti Rogerio, an ipsis solis, Rogerio, filiisque suis vel potius, etiam Rogerii hæredibus, censetur concessum.

Quinta est. Quid concessum fuerit Rogerio, suisque hæredibus per legationem illam, de qua in dicto diplomate, & privilegio?

Sexta est, admissio, citrà veri præjudicium, prædictumque Comitum Rogerium, ejusque filios, & hæredes fuisse creatos Vicelegatos tantum, ambigitur, quæ potestas, & facultas fuerit collata ex illo diplomate, & privilegio?

Septima est, an Urbani Pont. Max. diploma, & privilegium Rogerio suisque hæredibus concessum, revocari potuerit ab aliquo ipsius Papæ successore?

Octava est, an prædictum diploma, & privilegium, fuerit postea re ipsa revocatum ab aliquo summo Pontifice?

Nona est, an dicto diplomati, & privilegio fuerit renunciatum ab aliquo ex successoribus dicti Rogerii in Regno ipso Siciliæ?

Decima, & ultima est dubitatio, an prædictum diploma, & privilegium expiraverit, extinctumque vel ob id sit, quòd, cum concessum fuerit pro se, & ejus hæredibus masculis, quibus solis convenit tale munus, in ipso Regno Siciliæ successerint feminae?

Quod attinet ad primam dubitationem, dicimus negari minimè posse; quin concessum fuerit hoc diploma ab ipso Urbano, posteaquam idem Goffredus illud, (ut ejus verbo utar) *subtitulavit*, hoc est suæ historię annecti voluit? & Hieronymus ille Surita, tantopere ab eruditissimo Cardinali Baronio commendatus, curavit ipsum diploma ex eudi post ipsius Gaufredi narrationem. Quòd si ità sentiendum est hoc de diplomate à Gaufredo commemorato, idem omninò asserendum est de illis

recensis, & à Jazello Mariana, cum hæc eademmet habeant verba, ac illud Gaufredi; quâ ratione etiam sit, ut damari minimè meruerit Joannes Lucas ille, qui Barberius est dictus, quòd annò millesimò, quingentesimò, decimo tertio curaverit Ferdinandum Regem, cognomento Catholicum, colligi, & inter alia Regni Siciliæ jura in capite quod Brevium appellatur, scribi, & referri, hoc ipsum diploma, cui etiam concedimus eundem Ferdinandum statuisse Barberinæ collectioni fidem aliquam (sic idem D. Cardinalis testatur) adhiberi non debere, nisi de singulis doceretur autographum, non tamen inde fit, quin tunc præstanda sit fides huic diplomati, posteaquam Gaufredus auctor ab ipsomet doctissimo Cardinale probatus, ejus verba commemorat. Nec diplomatis hujus fides vel ex eo dici potest imminuta; quòd si, ità ut Fazellus, Mariana, ac prædictus Barberius scribunt, fuisset ab Urbano concessum, eo itaque usi fuissent Rogerius, Rogerii filius, adversus Innocentium & Eugenium cum ageretur de rebus romanæ Ecclesiæ in regno Siciliæ, ac Guilielmus adversus Adrianum quartum, & alii demum reges successores usque ad Carolum V.; non inquam hac ratione, & causâ imminuta fuit fides hujus diplomatis; nam non satis constat inter summos Pontifices, & reges illos, qui pro tempore regnarunt, actum & disputatum fuisse in specie de his quæ hoc diplomate fuerant concessa, aursus bona vel necessaria fortè dici non potest consequentia, Rogerius, & Guilielmus usi non sunt hoc diplomate, nullum ergo exitit diploma. Non enim fortè opus fuit ipsis Regibus uti diplomate, utpotè, quòd Pontifices illi conscii ipsius diplomatis, à vexatione adversus Reges se abstinerint; siquidem non constat, vel unum vel alterum ex illis Pontificibus egisse aliquid pugnans ipsi diplomati, æquò animò facientibus regibus illis hoc uti diplomate. Præterea reges illos, qui successerunt illis primis, ut Rogerio, & ejus filiis, facillimè dici potest ignorasse hujus diplomatis concessionem.

Non demum repugnat, quòd idem sapientissimus Cardinalis scribit, non esse verisimile quòd Urbanus ille concesserit hoc diploma in tam grave Ecclesiæ detrimentum, cum Urbani egregiè gesta in toto illo Pontificatu, ostendant illum nemini fuisse secundum in vindicandis Ecclesiæ juribus ab usurpatione Clericorum. Quique hanc ob causam frequentia sacra indicia Concilia, peregrinationes obivit, & ad diversos epistolas frequenter scripsit. Nil sanè hoc repugnat, cum sit coniectura à verisimili ducta, quæ cedit ipsi veritati juxta *l. ult. in princ. ff. quod metus causa*, & scripsi in *commentariis de præsumptionibus. lib. 7. q. 31. num. 7.* Porro veritas est, & negari illa quidem non potest, quin Urbanus concesserit Rogerio hoc diploma, sicuti jam fuit demonstratum, & proferò, non in detrimentum, sed summum commodum, & utilitatem Sanctæ romanæ Ecclesiæ, sicuti ipsum diploma testatur, & ante gesta ipsius Rogerii, de ipsa Ecclesiæ benemeriti, significant. Cognoverat jam ipse Urbanus, *Comitem* (inquit Gaufredus) *in omnibus negotiis Ecclesiasticis exequendis, zelo divini ordinis exfervescere.* Quocirca jure existimavit, recteque judicavit Urbanus, pro suæ Ecclesiæ bono, Rogerium, & ejus hæredes creare legatos, sic ejus legati Pontificii munus esse, non solum tueri, sed etiam augere ipsam Ecclesiam.

Nec libertatem amisisse suam dici potest Ecclesia, cum

cum ea, quæ Apostolicus legatus, ipso Papa facere dicatur, cum ejus locum, & personam sustineat, *cap. quod translationem. de offi. legati. cap. penul. de officio Vica. & scribunt Speculator, in tit. de legato. §. nunc ostendendum num. 53. & omnes, in cap. nuper. de senten. excom. & apertius probant verba hujusmet p. privilegii, & diplomatis ibi quæ per legatum acturi sumus &c. & idem ostendunt formulæ legationum de quibus apud eundem Speculatorem in d. tit. de legato. §. qualiter. n. 2. & 3.*

Secunda est dubitatio, an sit corruptum vel potius integrum, & nullò vitio fœdatum hoc diploma. & quidem dicendum est, corruptum non esse. Non enim scripturæ, & privilegii (ut hoc primum dicam) corruptio, & falsitas præsumitur, quemodmodum scribunt quamplurimi, quos congesi, *in commentar. de præsumptionibus. lib. 5. præsumptione 20. & accedit quòd implet Gaufridus (cujus fidem probat D. Cardinalis) eisdem verbis, quibus Fazellus, & Mariana, recenset hoc diploma, ac eodem loco & tempore fuisse ab Urbano concessum affirmat. Nec negotium facebat, quod idem Illustrissimus Cardinalis asserit malis artibus fuisse mutilatum ipsum diploma, & ab eodempta verba hæc. Sed si qua Romana Ecclesia juris exequenda fuerint, chartulis à Romana sede in Siciliam, vel Calabriam directis per ipsos, consilio Episcoporum eorundem Provinciaiarum, authenticè diffiniantur &c. Non equidem hoc obest; nam constat verba hæc esse etiam hodie scripta, etsi non eadem formulâ, in ipso diplomate commemorato à Fazello, & Mariana. Itâ sanè scriptum legitur. Quin imò, quæ per legatum acturi sumus, per vestram industriam, legati vice, exhiberi volumus, quando ad vos ex latere nostro miserimus, ad salutem videlicet Ecclesiarum, quæ sub vestra potestate existant &c. Hæc sanè verba, re eadem sunt, eundemque sensum habent, quæ prædicta Gaufridi. Voluit, statuitque Urbanus quòd ea quæ ipse Papa medio alicujus legati acturus fuisset, pro utilitate Ecclesiarum existentium sub potestate ipsius Rogerii, ipse Rogerius exequeretur. Hoc idem scripsit Gaufridus, cum dixit, *sed si qua Romana Ecclesia juris exequenda fuerint, chartulis à Romana sede in Siciliam vel Calabriam directis, per ipsos, (intelligo hic per ipsos, hoc est Rogerium, & ejus hæredes) consilio Episcoporum &c. Rogerio itaque & hæredibus tributa fuit duplex facultas, altera, ut pro suæ legationis officio, & munere, cognoscerentur, pertractarentur, & exequerentur ea quæ in ipsa Sicilia cognosci, peractari, & exequi contigissent. Altera, ut, tanquam speciales sedis Apostolicæ delegati, per chartulas ad eos datas exequerentur cognita, & diffinita Romæ per ipsum summum Pontificem. Non autem verba illa per ipsos accipienda sunt, ut doctiss. Cardinalis intelligit per illos, hoc est per Ministros Papa in Siciliam missos. Non enim Gaufridi verba sunt de mittendis à Roma in Siciliam ministris Pontificiis, sed de chartulis scribendis, & cum jam pollicitus fuisset Papa ipsi Rogerio, ut scribit idem Gaufridus se missurum in Siciliam aliquem legatum, donec Rogerius, vel aliquis ex suis hæredibus fuisset superstes, necesse est fateri illi verbis, per ipsos, intelligi non posse de Ministris transmittendis, sed de literis dandis ad ipsum Rogerium, vel aliquem ex suis hæredibus. Nec ad rem satis mihi pertinere videtur exemplum, quod ab eodem Illustrissimo Cardinali adfertur de Paschali Papa, qui legitur misisse Apocrisarios in Siciliam ad exigenda Apostolicæ sedis jura, dum ab Archiepiscopo Panormitano præstari juberetur juramentum fidelitatis Sanctæ Apostolicæ sedi, sicuti extant de his ejusdem Paschalis literæ, quas Gregorius nonus intexuit in-**

ter Decretales à se collectas Epistolas (sic verò habetur in *cap. significasti Reges. extra. de electio.*) non equidem ad rem satis pertinet, quidquamvè favet doctissimo Cardinali Baronio Decretalis illa, quæ est de misso Apocrisario, hoc est, certè infimi propè ordinis, dignitatis, & auctoritatis nuntio, sic Justinianus, in novella hoc est, in *auth. de sanctiss. Episcopis. §. Reverendiss. & in novella, quomodo oporteat Episcopos. §. metropol. & Papa in cap. convenientibus. in princ. ubi glo. 1. q. 7. ad exequendum actum tenuem, & nullius cognitionis sed solius, nudi, ut ita dicam, ministerii, nempe ad recipiendum fidelitatis juramentum præstandum ab Archiepiscopo Panormitano, quod sanè munus & officium non convenit illi concessio, & tributo ab Urbano Papa, Rogerio Comiti, ut scilicet, & legatus esset à latere, & si qua se obtulisset occasio, Pontificius delegatus ad causas, quas ob cognitionem, & definitionem quam exoptulant, graves appellare solemus. Præterea demum atque concedamus Paschalem misisse Legatum, quid officere potuit missio illa Rogerio vel hæredibus ad tollendam, revocandam, vel elidendam eorum legationis perpetuam facultatem, & auctoritatem? Cum enim nulla extiterit justa causa revocationis, revocari minimè potuit, sicuti differimus infra in quinta dubitatione. Rursus admittamus quoque Paschalem potuisse, etiam sine justa causa, revocare legationem illam perpetuam, quis Illustrissimi Cardinali revelavit Apocrisarium illum in Siciliam ivisse, receptumque, & admissum fuisse à Rogerio, vel ejus hærede, ut Pontificis mandatum exqueretur. Nullibi certè constat quapropter dicere solemus, legem Principis, vel ejus justum mandatumque quod legis vim obtinet, non ligare, aliquidve operari, quando non fuit receptum, & exequutum. Sic sanè censuit Papa, in *cap. 1. de irregulari, & pace; & ex aliorum sententia scripsi in commentar. de præsumptionibus. lib. 2. n. 1.**

Demum concedamus non solum Paschalem, sed etiam alios summos Pontifices misisse in Siciliam Legatos, Nuntios, Visitatores, Reformatores, & Collectores, & similes, sicuti quamplures fuisse missos affirmat idem doctissimus Cardinalis, non tamen minuitur fides diplomatis, nec fit inverisimile, quod in eo scriptum legitur quandoquidem Urbanus promisit Rogerio his verbis à Gaufrido scriptis, *ut dum ipse Comes advixerit, vel aliquis hæredum suorum zelò paterni Ecclesiastici exequitur superstes fuerit, legatus alius à Romana sede, ipsis in viis, nullus superponatur &c. & manifestius in diplomate Urbani itâ habetur, quod omni vita tua tempore, vel filii tui Simonis, aut alterius, qui legitimus tui hæres extiterit, nullum in Terra potestatis vestra, præter voluntatem aut consilium vestrum, legatum Romana Ecclesia statuamus &c. Promisit itaque Urbanus, se non missurum in Siciliam aliquem Legatum invitit Rogerio, & hæredibus, vel præter eorum voluntatem: Eis ergo volentibus, & permittentibus licuit Pontificibus mittere Legatos, Nuntios, & similes, nec ob id præjudicium aliquod latum fuit ipsis juribus Siciliæ Regum. Qua de re fusius differemus infra in quinta dubitatione.*

Non etiam quidquam urget, quod idem D. Cardinalis commemorat, nempe diploma Urbani fuisse mutilatum, & corruptum in eo, quod, etsi hodiè etiam integra, & incorrupta in ipso diplomate leguntur verba hæc. *Quòd si Episcopi ad Concilium invitati fuerint, quot & quos ipsi Comiti vel suis futuris hæredibus visum fuerit illuc dirigant &c.* Dempra tamen hæc à Gaufrido commemorata verba. *Nisi forte de aliquo ipsorum in Concilio*

agendum sit, quod in Sicilia, vel Calabria in presentia sua authenticè, diffiniri nequiverit. Verba hæc [inquit eruditissimus Cardinalis] sublata sunt à diplomate Urbani, qui vilus est indulgisse Rogerio, ut vocatos, ad concilium Episcopos, quos vellet, retineret, vel mitteret, cum superaddidit, *Nisi forte de aliquo ipsorum in concilio agendum sit.* Planè (subiungit idem D. Cardinalis) significavit quod ipsi esset liberum, cum vellet, Siculos, & Calabros Episcopos ad dicendum causam vocare ad Apostolicam sedem, cum videlicet, ut subdit, *ipsorum causa in Sicilia, vel Calabria, authenticè in presentia sua diffiniri nequiverit.* Nam quid est (adiungit idem doctiss. Cardinalis) quod ait *Authenticè diffiniri non posse*, nisi canonicè secundum leges Ecclesiasticas terminari, quæ prohibent Principes cognoscere, & iudicare causas Episcoporum? Quibus quidem casibus causæ Episcoporum quæ agitari authenticè, ut ait coram Principe Seculari non possunt, ad sedem Apostolicam sint deferendæ. Hactenus sapientissimus Cardinalis cujus consideratio (dictum sit bonâ veniâ) non satis convenire, & adaptari casui nostro mihi videtur. (Nam ut hæc primùm dicam) verba à Gaufrido relata, quæ à diplomate Urbani dempta censet ipse Ill. cohære non possunt aliquibus verbis ipsius diplomatis. Verba diplomatis hæc sunt. *Si verò celebrabitur concilium, & tibi mandavero, quatenus Episcopos, vel Abbates tua Terra mihi mittas, quot, & quos volueris mittas, alios ad servitium Ecclesiarum, & tutelam retinens.* His verbis diplomatis, quæ sunt de Concilio celebrando à Papa, & coram eo, vel à se delegatis, adaptari non posse video Gaufridi verba, quæ sunt de Concilio celebrando in Sicilia, vel Calabria, coram ipso Rogerio, vel aliquo ex ejus hæredibus. Nec verborum continuatio, nec sensus, si simul jungantur, esse, & stare potest; Et præterea, Gaufridi verba non significant, quod (ut inquit idem doctiss. Cardinalis) Rogerius posset Episcopos vocare, hoc est citare (voluit, ni fallor, sic dicere D. Cardinalis) ad Apostolicam sedem, ad dicendum causam, sed solum dixit Gaufridus, quod Rogerius non dirigat, seu transmittat ad Concilium Episcopum illum, cujus causa in presentia sua, hoc est ipsius Episcopi definiri non possit authenticè, cum juri non conveniat definire, & iudicare in presentia Rei conventi, & iudicandi. Non autem censet Gaufridus, quod Episcopi causa, vel persona iudicari non possit à Concilio; atque ita Gaufridus nullum facit verbum de Episcoporum causis iudicandis à Rogerio, sed ab ipso Concilio.

Tertia est dubitatio, an prædictus Comes Rogerius creatus fuerit legatus Pontificius, vel Vicelegatus. Doctissimus Cardinalis Baronius, in loco jam sæpè commemorato, scribit Rogerium creatum fuisse Vicelegatum tantum, cum Urbanus Pontifex Max. usus fuerit his verbis. *Quinimò, qua per legatum alicui sumus, per vestram industriam, legati vice exhiberi volumus &c.* Verius crediderim Rogerium creatum fuisse legatum, sicuti Gaufridus ipse auctor, ab eodem D. Cardinali probatus, & summâ fide probatus, testatur his verbis. *Cognoscens ipsum Comitem in omnibus negotiis Ecclesiasticis exequendis zelò divini ardoris exfervescere, cassatò quod de Episcopo Troynensi fecerat legationem Beati Petri super Comitem, per totam Siciliam vel habendam, hæreditaliter ponit. &c.* Dixit Gaufridus legationem non autem Vicelegationem. Nec repugnant prædicta verba, *legati vice*, quæ facillè, & rectè exponi sic possunt, legatum te constituimus, ut locò legati, quem isthuc essemus missuri, tu exequaris. Legatus itaque creatur Rogerius locò illius Legati, quem ipse Papa misisset, si ipsam Rogerium non

creasset legatum. Sic Gaufridi verba, cum verbis diplomatis Urbani Conciliari oportet: Ne alioqui probatus ille aucto, de re hac (ut doctiss. D. Cardinalis scribit) optimè edoctus, ex quo eâ vixit ætate, falsus sit. Et quidem virisimile est, Rogerium, tam bene meritum de sede Apostolica, & utriusque Siciliæ, ultra & citrà Pharam, fuisse creatum legatum, non autem Vicelegatum, cum Vicelegati munus deferri soleat inferioris dignitatis, & potestatis hominibus.

Quarta est dubitatio, Legationis dignitas, munus, & officium, ab Urbano Pontifice Maximo suò diplomate concessa Rogerio, an soli ipso Rogerio, filiisque suis, vel potius etiam Rogerii hæredibus censentur concessa? Respondendum est, Rogerii hæredes fuisse, esseque hoc in diplomate vocatos. Ità sanè manifestè testatur Gaufridus, cujus fidem, & auctoritatem maximè probavit doctissimus ipse Cardinalis Baronius, suâ in historia, & disputatione. Gaufridi verba hæc sunt, *Cognoscens etiam (de Papa Urbano loquitur) ipsum Comitem (Rogerium intelligit) in omnibus negotiis, Ecclesiasticis exequendis, zelò divini ardoris exfervescere, cassatò quod de Episcopo Trajedeni fecerat Legationem Beati Petri supra Comitem per totam Siciliam, vel habendam hæreditaliter ponit &c.* Hæreditaliter, id est, jure hæreditario dixit Gaufridus, qui statim sic subiungit. *Eâ discretionem, si dum ipse Comes advixerit, vel aliquis hæredum suorum &c. & deum adiungit verba hæc. Quod si Episcopi ad Concilium invitati fuerint, quot & quos, ipsi Comiti, vel suis futuris hæredibus &c.* Nec repugnat, quod in diplomate ipso, (ut perpendit idem Illustrissimus Baronius) scriptum sic legatur. *Quod omni vita tua tempore, vel filii tui Simonis, vel alterius, qui legitimus tui hæres existerit, nullum in Terra potestatis vestra &c.* Cautissimè (inquit D. Cardinalis) Papa voluit expressisse personas, quibus illud concederet privilegium, expressit enim Rogerium Patrem Simonem filium, & alterum filium, si extiterit ipse hæres. Duo namque [subiungit idem auctor] Rogerio Comiti erant filii, Simon major natus, atque Rogerius; quem voluit expressisse voce illâ *alterius*, quod quidem nomen, non de pluribus, sed de uno duntaxat dicitur; Non inquam hoc repugnat, quandoquidem non convenit, quod eruditissimus D. Cardinalis innitatur verbis diplomatis sibi suspecti mutilationis, & depravationis; sed sicuti in reliquis fidem haberi vult verbis Gaufridi, sic, & in his, de quibus agimus, ut diximus supra. Rursus negari non potest, quin prædicta verba, *Vel alterius, cui tibi legitimus hæres existerit &c.* sint dubia, cum videantur significare pro altero Rogerii filio, nempe Simone factam concessionem, aut significare quemcumque hæredem futurum, ut verius ostendunt illa verba *Hæredum & hæreditaliter* à Gaufrido scripta. Non, inquam, in dubio lumen da est interpretatio, quod intelligatur de omnibus hæredibus futuris, ita quod concessio dici debeat realis, ex quo facta fuit pro singularibus benemeritis ipsius Rogerii erga sedem Apostolicam. Ità scripti in lib. 3. præsumptio. 103. num. 13. & in conf. 136. num. 18. lib. 2. ubi multorum auctoritatibus comprobavi, & si est realis, ergo & perpetua, sicuti dixi in d. præsumptione 103. num. 45. cum dixit transire ad hæredes, & successores, quorum nomine veniunt usque in infinitum, ut dixi supra. Et hoc quidem convenit dignitati, & officio legationis à Papa concessæ Principi Seculari, quia dicuntur creari legati, vel alio nomine Vicarii perpetui Regni, & Provinciæ, ut illam defendant, & tueantur, sicuti in specie scriptum reliquit

reliquit Bartolus, in *tract. de Tyrannide*. q. 10. n. 34. quem sequuti sunt Comens. in *conf.* 162. Decius, in *conf.* 341. n. 10. in *fine*, & n. 11. & Franciscus Pavinus, in *tract. de officio, & potestate capituli, sede vacante*. n. 44.

Præterea constat multos post annos Innocentium tertium Pontificem Max. iustituisse Siciliæ Reges, Constantiam Imper. & Federicum filium his verbis. *Quoniam Regnum Sicilia in Apostolica sedis fide permansit, & Rogerius quondam pater tuus, & Willelmus frater Reges, Apostolicam sedem, & Prædecessores nostros summâ constantiâ coluerunt, simul etiam quia eâ opinione imbuti sumus, serenitatem vestram eorum vestigia firmiter sequituram, ob has res, vobis, atque hæredibus vestris, qui prout Willelmus frater vester Hadriano prædecessori nostro, nobis, & successoribus nostris, & Ecclesia fidelitatem, & omnium voluerint exhibere, & qua subscribuntur observare, concedimus Regnum Sicilia, Ducatum Apulia, Principatum Neapolis, Salernum, Anaphim, Marciam, cum his qua ad eorum singula pertinent, & alia, qua tenentis à prædecessoribus vestris &c.* Hujus institutionis, & concessionis Innocentii meminit Carolus Sigonius, in *lib. 15. Historiarum de Regno Italia*, & admittit præcitatus Ill. Cardinalis Baronius, in *loco supra allegato*, qui clariora verba hæc refert. *Concedimus Regnum Sicilia, Ducatum Apulia, Principatum Capua, cum omnibus pertinentiis suis.* Et subiungit alia hæc ejusdem Innocentii verba, *Electiones autem, secundum Deum, per totum Regnum canonicè fiant de talibus personis, quibus vos, ac heredes vestri requisitum à nobis præbere debeatis assensum.* Concessit itaque Innocentius Regnum cum pertinentiis, quorum aliquæ dicuntur proximæ, aliquæ remotæ, sicuti ex aliorum sententia scripsi, in *commentar. de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 99. n. 8.* cum dixi Castri pertinentias aliquas esse proximæ, aliquas remotas. Illas esse proximæ scripsi, sine quibus castrum ipsum vix stare potest, ut arma, bellica tormenta, annonæ, & similia; remotas verò dixi esse, quæ pro pertinentiis Castri habentur, etsi sine eis castrum stare potest, ut sunt molendina, Valles, pascua, & similia. Inter remotas pertinentias connumeravit Innocentius, assensum, electionem personarum ad beneficia Ecclesiastica, sicuti significant verba illa *Electiones autem, secundum Deum, per totum Regnum canonicè fiant, de talibus personis, quibus, & res, & heredes vestri requisitum à nobis præbere debeatis assensum.* Electiones canonicas, hoc est secundum leges Ecclesiasticas, ut ipsemet D. Cardinalis interpretatur, fieri debere statuit Innocentius ab illis, quibus competit eligendi facultas, ut patet à Capitulo Ecclesiastico, vel à Prælato Ecclesiæ, juxta *cap. cum inter. de electio.* quod est de Capitulo Panormitano; assensum verò & approbationem electorum, quæ alioqui pertinent ad ipsum Papam juxta *idem cap. cum inter*, voluit Innocentius sui, & successorum locò præstari debere ab ipsis Regibus Siciliæ, & formam in his electionibus in Regno ipso Siciliæ fiendis observandam præstituit idem Innocentius, sicuti idem doctiss. D. Cardinalis refert, qui denuo repetit præstandum esse assensum ab ipsis Regibus, quibus alioqui permissum hoc non esset, nisi legationis jam Rogerio concessæ officio, & dignitate fungerentur. Non enim secularis, etsi Princeps, jure conceditur assentiri electioni ad beneficia Ecclesiastica, sicuti legitur sancitum in *cap. bene quidem. dist. 96.* & declarat Abbas, in *cap. cum Terra. n. 2. de electione.*

Quinta est dubitatio, quid concessum fuerit di-

cto Comiti Rogerio suisque hæredibus per legationem illam, de qua in diplomate, & privilegio Urbani 2. Priusquam dubitationem hanc explicemus, observandum est, quòd cum summa auctoritas, & Potestas Pontificis Maximi versetur circa duo illa à nobis relata supra *lib. 1. cap. 4. n. 33.* nempe ea, quæ sunt ordinis, & quæ jurisdictionis, dicendum est nostro in casu Urbanum non concessisse Comiti Rogerio, quæ ordinis sunt, ut conferre sacros ordines, creare Episcopos, dispensare Sacramenta, deponere Clericos, conficere factum chrisma, baptizare, & similia illo in *cap. 4. n. 34.* enumerata. Illa ergo, quæ jurisdictionis tantum sunt, de quibus statim, concessit Papa. Nam vera, & recepta est juris, & Doctorum sententia concessionem, & privilegium intelligi datum secundum qualitatem, & conditionem personæ cui fuit concessum. *l. plenum. §. Equi. ff. de usu, & habitas.* ut scripsi in *commentar. de præsumptionibus. lib. 4. præsumpt. 76. num. 45. & num. 47.* & innumeris propè similibus exornavit Afflicus, in *cap. 1. num. 18. ex quibus causis feudum amittatur.* Porro cum Rogerius esset Secularis, & ob id omnino inhabilis tractare ea, quæ ordinis sacri sunt, dici non potest illa fuisse concessa, sed tantummodò, quæ sunt jurisdictionis, circa quæ tantam haberet potestatem, quantum habet legatus à latere ipsius Papæ, sicuti probavimus supra. Qui sane Legatus representando ipsius summi Pontificis personam, ea potest, quæ ipse Pontifex, exceptis specificè ipsi Pontifici reservatis, *cap. cum venerabilis, de consuetudinibus, & cap. 1. de off. legati, ubi Abbas, in ult. notab. & tradunt Nicolaus Boërius, in tract. de potest. legati à latere num. 65. Lælius Jordanus, in tract. de Romana sedis origine. cap. 13. num. 13. tom. 13. part. 1. pag. 144.* & prius Speculator, in *tit. de legato. §. superest. num. 6.* & confert cum legatus à latere geret vices Papæ, *cap. mandata. de præsumptionibus, & cap. si Abbatem. de electione in 6. ubi Archidiaconus, & Geminianus; ob id ei parendum, obediendumque est, ut ipsi Papæ, cap. cum parati. de appella. & cap. si Abbatem. de electio. in 6.* & scribunt ibidem Doctores, & Boërius, in *dicto tract. de potestate legati à latere. num. 3.* Quæ autem facere, & non facere possit legatus ipse longum nimis esset recensere. Commemorabo itaque aliqua tantum usu frequentiora; aut solum hæc, vel plura usus fuerit Rogerius ille, ejusque filii, & hæredes, & quæ hodie illo in Regno in usu, & observantia posita sint, planè hæcenus me latet.

Beneficia itaque Ecclesiastica (ut ab hoc incipiam) conferre potest legatus hic à latere, *cap. 1. de officio legati. in 6. ubi Gemin. & alii, & accedunt Decius, in conf. 129. in conf. 149. num. 6. & in conf. 573. num. 3. & in cap. 1. in tertio notab. de appellat. Franciscus Martius, in q. 317. num. 8. in prima parte. Villadiego, in tract. de legato q. 9. num. 1. Joannes de Selva, in tract. de beneficio. in secunda parte q. 3. num. 37. & q. 9. num. 34. qui Petrus Andreas Gambarus, in tract. de auctoritate legati à latere. lib. 3. num. 1. & Franciscus Duarenus, in tract. de beneficiis lib. 3. cap. 3.*

Beneficia quoque Ecclesiastica permutare posse legatum à latere affirmant omnes ex illo tex. in *cap. quæsum de rerum permutat. & cap. 1. eo. tit. in 6. Gambarus, in dicto tract. de auctoritate legati. lib. 2. in tit. de permutacione, qui abundè declarat.*

Hospitalia conferre posse legatum à latere fuscè affirmat, præcitato in loco Gambarus, *tit. de potestate legati circa Hospitalia.*

Beneficia legatum à latere posse reservare scribunt Doctores, in cap. *presens*. §. 1. de officio legati. in 6. Non potest tamen reservare Cathedralis, sicque Episcopatus, cap. *deliberatione*. de officio legati in 6. Abbas, in cap. 1. in primo notab. Jo. de Selva, in tract. de beneficio. in 2. parte. q. 1. n. 21. Aneas de Falconibus, in tract. de reservatione beneficiorum. in 2. parte. q. 2. & 3. qui declarat,

Ecclesiam gravare posse pensionibus pro bono pacis, cap. *vacante de presb.* ubi Docto & Gambar. in dicto tract. de auctoritate legati à latere. lib. 5. tit. de pensionibus. n. 404.

De causis inter Clericum, & Secularem cognoscere legatum de latere. cap. *cum Bershold.* de re jud. ubi scribentes. Joan. de Selva, in tract. de beneficio. in secunda parte. q. 3. n. 42.

Cognoscere etiam potest de appellationibus ad sedem ipsam Apostolicam devolutis, cum legatus iste eandem habeat potestatem, & auctoritatem quam ipse Pontifex. Max. cujus personam sustinet, & vices gerit, sicuti diximus supra. Quà ratione fit, ut dici minimè possit hodie in Regno illo Sicilia à ministris Regis impediri appellationes ad Papam, cum verè non impediuntur, ex quo cognoscuntur à Præfato Iudice creato à Regis Majestate, tanquam sedis Apollonice legato à latere.

Legem perpetuam concedere, & promulgare potest legatum de latere. cap. *pen. de off. legati*, ubi Abbas, & reliqui, Cynus, in conf. 159. n. 1. & in conf. 248. n. 4. lib. 3. non prosequor reliqua.

Sexta est dubitatio, admissio, citra veri præjudicium, prædictum Comitem Rogerium, ejusque filios, & hæredes fuisse creatos Vicelegatos tantum, ambigitur, quæ facultas, & potestas his collata fuerit ex illo diplomate, & privilegio Urbani? Et quidem dicendum est eandem potestatem, & auctoritate tributam illis fuisse, quam habuissent tanquam legati, sicuti verba ipsius privilegii significant, & cum Vicelegatus creetur, atque eligatur ab ipso Papa, sicuti notum est, & scribit Nicolaus Moronus, in tract. de irregula & pace. q. 44. n. 5. dicendum habere eandem potestatem, quam ipse legatus, nisi in expressè exceptis, & ob id conferre potest beneficia Ecclesiastica, sicuti à fortiori id potest Vicarius constitutus, & electus à solo legato de latere ut tradunt Abbas, & reliqui, in cap. *novis. de off. legati*, & Fran. Marius, in q. 317. n. 8. in prima parte. Et ad rem magis dicimus, quod Nuncius Papæ cum facultate, & privilegio legati de latere, ut in casu nostro, habet collationem beneficiorum, & alia privilegia concessa ipsi legato de latere. Ità Decius, in conf. 128. n. 1. & in conf. 149. in fine. Parisius, in conf. 17. n. 3. lib. 4. & Gigas, in tract. de pensionibus. q. 6. n. 29. Ità dicimus Vicarium generalem etiam Episcopi posse conferre beneficia illa, quæ potest ipse Episcopus, ut scribunt Joan. Andr. & alii, in cap. *deliberatione*. §. *prohibemus. de off. legati*. in 6. Fran. Martius, in q. 317. n. 9. in prima parte. Ea est hujus sententiæ ratio, quia Vica. seu Vicegerens habet idem privilegium quod ipse principalis, & ob id potest facere, & exercere quæ potest ipse constituens. l. *suggerente C. de off. ejus, qui vicem alic. &c.* Hæc scribunt Bartol. in l. 1. §. à Præfeto. de leg. 3. Alex. in rub. ff. de off. eius, & ibidem alii, & Martius, in dicta q. 317. n. 24.

Confert quod dici solet Vicarium Imperii idem posse quod Imperator ipse potest, ut responderunt Baldus, in conf. 248. *queritur utrum.* & in conf. 262. *recolo.* col. 1. lib. 1. Rom. in conf. 59. col. 1. Comens. in conf. 153. *ad primum.* Marfil. in l. si quis obrepserit. n. 7. ff. de falsi. Bellonus, in conf. 59. n. 11. & Craveta, in conf. 859. n. 1. lib. 5.

Septima est dubitatio, an Urbani Pontificis Max.

diploma, & privilegium; seu beneficium, Rogerio, sui que hæredibus concessum, revocari poterit ab aliquo ipsius Papæ successore? Et quidem dicendum est revocari minimè potuisse. Nam receptissima est doctorum sententia, summum Pontificem, alterumve Principem, etsi supremum, jure non posse, sine aliqua justa causa, revocare concessionem alicui factam. Ità sanè glos. in cap. *ad Apostolica.* in verbo *Illi autem*, de re iud. in 6. censuit Papam cujus omnium supremam cognoscimus potestatem, non posse officium, & facultatem eligendi Imperatorem Germaniæ Electoribus revocare, eosque quibus jam diu, auctoritate Pontificiâ, concessa fuit, privare, & traditionem hanc glossatoris probarunt, illo in loco, interpretes, & præter eos Romanus, in conf. 345. n. 9. *vers. certum autem est.* in conf. 357. n. 23. & in conf. 467. n. 3. sic dicimus. Hæc est sententia Baldi, in pace *Constantiæ.* in verbo *coronari.* & Jason. in conf. 145. col. 1. *vers. simpliciter Papa.* lib. 2. Papam non posse sine justa causa revocare Imperatoris electionem à se confirmatam. Ità pariter permissum non esse summo Pontifici, sine justa causa, revocare, & deponere electum Cardinalem, scribunt Abbas, & reliqui, in cap. *per venerab. S. rationibus. qui filii sine legit. & sequuti sunt Jason.* in d. conf. 145. n. 3. lib. 2. & Decianus, in conf. 8. n. 94. lib. 1. sic quoque dicimus Papam non posse electum, & creatum Episcopum sine justa causa revocare, & deponere, tradunt Abbas, in cap. *ult. col. pen. de confirma. utili, vel inuili.* & in cap. *constitutus.* col. 3. de religio. dom. Zabarella, in conf. 141. *incipit. Sanctiss. D. nostro,* Jason, in dicta conf. 145. n. 3. *vers. imò fortius.* Et accedit quod nec posse Pontificem Maximum sine justa causa transferre Episcopum invitum à suo ad alterum Episcopatum, sancitum est in cap. *sicut alterius.* 7. q. 1. & responderunt Romanus, in conf. 385. n. 7. & 8. & in conf. 467. n. 5. & Jason, in dicto conf. 145. n. 3. lib. 2. Imò, quod magis, & fortius est, Papam suâ potestate ordinariâ non posse, sine justa causa, revocare beneficium amovibile ad ipsius Papæ nutum Clerico jam collatum censet Romanus, in dicto conf. 345. n. 15. Barbatia, in cap. *quod translationem.* n. 121. de officio legati, & in conf. 13. col. 5. lib. 3. Jason, in l. ult. col. 2. *vers. bene, facit. C. si contra ius, vel util. pub.* & in dicto conf. 145. col. 1. & 2. & in conf. 213. col. 5. lib. 2. & in conf. 46. col. 4. lib. 3. Ripa, in lib. 1. *responsio. cap. 14. col. penul.* Joan. de Selva, in tract. de benef. parte 3. q. 60. Cosmus Gumier. in pragmat. sanct. tit. de elect. cap. *licet dudum in glos. rescripta.* Jo: Jacobi de Leonardis, inter conf. Bruui, in conf. 114. n. 275. Rebuff. in tract. *nominat. q. 21. n. 55.* & Craveta, in tract. de antiqu. temp. in prima parte princ. in secunda particula, que incipit, non omitto. n. 33. & v. 37. qui conciliando contrarias Doctorum opiniones manifestè distinguit inter potestatem absolutam, & ordinariam summi Pontificis; quod scilicet secundum absolutam possit, secundum verò ordinariam, non possit, & n. 39. subiungit Craveta, quod evidenter constare debet Papam uti voluisse illa absolutâ, & plenâ potestate, quâ alioqui in dubio uti non præsumitur.

Idem dicimus de Principibus Secularibus, qui sine justa causa revocare non possunt concessionem à se factas. Sic sayè Baldus, in cap. 1. in princ. de natura feudi, docuit, quod Federicus primus Imperator qui creaverat Communitatem Papæ Comitem aliquorum Castorum, & Terrarum, non poterat sine causa justa revocare concessionem.

Et hæc quidem vera sententia locum habet multò magis, quando concessio facta fuit propter benemerita ejus cui facta est, cum tunc in vim indissolubilis, irrevocabilique contractus transeat, sicuti scribunt Baldus, in l. qui se patriis. n. 10. *vers. & sciens C. unde li-*

beret

berii Castrensis, in conf. 288. *primum dubium n. 2. in fine lib. 1. Romanus, in conf. 436. n. 15. Alex. in conf. 208 lib. 2. Calca. in conf. 52. n. 17. Ruitius, in conf. 230. n. 4. & 9. lib. 1. Afflictus, in decis. 128. n. 10. Brunus, in conf. 97. n. 1. & 2. Titaquellus, in l. si unquam. in verbo, donatione largitus. n. 14. & 15. C. de revoc. donat. Petrus Belluga, in speculo Principum. rub. 26 de privatione officiorum. §. Princeps. n. 3. & Joan. Gutzier, in lib. 2. pract. quest. cap. 11. n. 16. & ego ipse, in lib. 1. de arbitrar. l. d. q. 55. n. 2. ubi, post predictos, scripti Principem supremum, qui officium concessit ad sui beneplacitum, ex contractu, pecuniâ acceptâ, vel quâ aliud, non posse ipsum officium revocare, nisi iusta de causa. Nec repugnat, quod docuit Aretinus, in cap. novis. n. 23. & 24. de Iudiciis, cum dixit Principem, qui ex contractu concessit alicui jurisdictionem, posse pro sui libito, etiam sine causa revocare.*

Non, inquam, hoc repugnat cum Aretinus usus sit auctoritate Baldi in dicta l. qui se patris. n. 10. vers. si concessit, cujus verba, si cum præcedentibus jungantur, clarè intelligemus, sicuti, & præcitati Doctores intelligunt Baldum loqui, quando adesset iusta revocandi causa. Et non solum Principem qui concessit, sed etiam ejus in dignitate, & principatu successorem, non revocare, sed observare debere concessionem, nisi iusta revocandi causa existat, affirmant permulti, quos congesti in conf. 1. n. 228. lib. 1. & admittit in specie Baldus, in dicta l. qui se patris. n. 10. Et prædicta quidem sententia quod Princeps revocare non possit sine causa concessionem à se, vel suis antecessoribus factam, eâ ratione fulcitur, quod (inquit Divus Gregorius, in cap. satis. distinct. 56.) satis perversum est, & contra Ecclesiasticam censuram, ut frustra pro quorundam voluntatibus, suis officiis quis privetur quem sua culpa, vel facinus à gradu quo fungitur non deicit. sic & in cap. conquirente. de restit. spoliat. habetur, non decere honestatem superiorum, suæ jurisdictionis subiectos, sine rationabili causa, propriis spoliare beneficiis Et accedit ratio ab ipsa natura adducta; Quod semel placet amplius displicere non debet, cap. quod semel. de Reg. iuris. in 6. maxime Principi, qui omni jure tenetur servare fidem. cap. 1. de probatio. & ob id gravius peccat non servando fidem quam quilibet privatus, sicuti respondit Baldus, in conf. 343. col. 2. vers. ex ista lib. 1. quem refert & aliis comprobatur Rolandus, in conf. 1. n. 153. lib. 1.

Octava est dubitatio, an prædictum diploma, & privilegium ab Urbano Papa concessum dicto Comiti Rogerio, fuerit ab aliquo summo Pontifice postea revocatum, cum de ipsâ revocatione non constat, quæ probari debet ab eam allegantibus cum sit quid facti, juxta l. in bello. §. facta. ff. de capivivis, & post. revers. & scripti, in commentar. de præsumpt. 14. & accedit, quod revocatio privilegii, & concessionis factæ à Principe ob id non præsumitur, cum non præsumatur mutatio voluntatis ipsius concedentis, ut adnotavi in eodem lib. 6. præsumpt. 73.

Cæterum duo huic firmatæ sententiæ repugnare videntur, quæ ab Ill. atque Doctissimo Cardinali Baronio considerantur, quorum est, quod plura extant Pontificum Romanorum diplomata, quibus collatæ sunt investituræ de Regno Siciliae diversis Principibus, atque in eis disertis verbis revocantur cuncta sigillatim (sunt hæc eruditissimi D. Cardinalis verba) quæ adversus Ecclesiasticam immunitatem quoquomodo sunt præsumpta. Et ideò D. Cardinalis post multa scribit summam omnes Romanos Pontifices usque ad tempora Caroli V. investituræ consuevisse conferre Siciliae Regni, positam ultra, quam citra Phatum, sæpe coniunctè, ali-

quando verò distinctè ad invicem, & in omnibus suis voluisse esse factam tectam, inviolatamque Ecclesiasticam libertatem, & immunitatem. Huic etsi doctæ considerationi, faciliè satis respondetur (etiam si admittimus harum investiturarum, de quibus verè hætenus non constat) in illis investituris non legi, quod in individuo, vel in specie saltem revocatum fuerit prædictum diploma, & privilegium Rogerio concessum, sicuti opus erat speciali saltem derogatione, & revocatione, ut certum est, & tradunt multi, quos infra commemorabimus.

Nec dicendum est summos Pontifices illos, qui prædictas investituræ concesserant voluisse revocare dictum diploma ob id, quod factam, tectam, inviolatamque esse voluerunt Ecclesiasticam libertatem, & immunitatem, cum dici minimè possit sublata Ecc. ipsa immunitas, & libertas, cum ea, quæ illo in Regno Siciliae aguntur, circa rerum Ecclesiasticarum administrationem, agantur non nomine Regis sed tanquam legati Pontificii, quem summi ipsius Pontificis personam refert, & sustinere diximus supra in sexta dubitatione. Ità dicimus Reges habentes jus, & facultatem nominandi ad Ecc. bene facta esse Pontificis Maximi ministros, ut tradunt Jean. Andr. in cap. 2. de praben. in 6. Buticus, in cap. cum Apostolica. de his. quæ fiunt à Pralato, & hos sequutus est, Joannes Staphileus, in tract. de gratiis, & expectativis. in tit. de mandato, de providendo. in tertia forma mandati. n. 12.

Alterâ atque ita secunda est consideratio Ill. D. Cardinalis quod Paschalis Papa transmissit Apocrisiatum, idest, Nuncium de quo habetur in cap. 4. de electio. & quod Innocentius 3. litteris datis ad Archiepiscopos, Episcopos, & alios Prælatos Siciliae scripsit, quod quoties necessitas postulaverit, Apostolicæ sedis legatos ad eos destinasset, qui quæ plantanda essent plantarent, & evellerent quæ essent evellenda, quorum monitis, & præceptis illos obedire statuit, nullò profus in omnibus capitulis obstante privilegio, quod à sede Apostolica fuerit impetratum. Et rursus, adiungit idem Dominus Cardinalis, eundem Innocentium 3. misisse in Siciliam Cardinalem Hostiensem Visitatorem, cum plenissima facultate ea quæ opus essent faciendi. Insuper misisse rursus legatum Cardinalem sancti Laurentii in Lucina de quo, in cap. 3. & 4. extra de off. legati. misisse etiam alios legatos à latere. Præterea eundem Innocentium delegasse diversis Episcopis illius Insulæ Siciliae causas deferri solitas ad sedem Apostolicam: Et tandem, adiungit idem eruditiss. D. Cardinalis, similia fecisse, & præstitisse Innocentii 3. successores, nempe Honorium tertium, Gregorium, Celestinum, Innocentium quartum, & alios nonnullos, qui quidem æquè tanquam repugnantes illi diplomati Comiti Rogerio concessio significant illud sublatum, & revocatum. Nam vulgatum est, novissima derogare prioribus. l. pacta novissima C. de pactis. Quod maxime procedit, quando in secundo actu, ut puta privilegio inserta est clausula derogatoria. Non obstantibus quibuscumque privilegiis &c. ut scribunt post alios Ripa, in cap. 1. n. 55. de rescriptis, & Craveta, in conf. 126. n. 6. & fusius in conf. 241 n. 10. vers. secundo possit responderi.

Verum huic considerationi responderetur primum, ut attigi supra in secunda dubitatione, illius Apocrisiatii transmissionem in Siciliam non inferre derogatum, & sublatum fuisse diploma, dicto Rogerio concessum, sicuti nec aliorum legationes repugnare ipsi diplomati jam demonstravimus.

Respondetur secundo privilegium concessum personæ singulari, quale hoc Comiti Rogerio ob singularia ejus benemerita erga sedem Apostolicam tributum,

tum, non censei præsumentique revocatum, & sublatum per aliud privilegium, vel actum, & concessionem quamvis, nisi expressim, & singulariter illius personæ fiat mentio, quemadmodum egregiè docuit Bartolus, in l. 3. C. de silentia. lib. 10. cum dixit privilegio concesso Decurionibus, & silentiariis, non censei derogatum per statutum, vel rescriptum generale, vel speciale. Requiritur ergo singulis revocatio, & idem quod Bartolus scriptum reliquerunt Angelus, & Jacobus. Ruffus, in eodem lib. 3. sic & Baldus, in l. non plures. in fine C. de Sacros. Eccles. & in cap. 1. n. 16. de rescript. Romanus, in l. si verò §. de viro. in decima fallenti. ff. soluto matr. in l. hac consulti. n. 6. vers. & pro hoc facit, C. qui testam. facere poss. in cons. 436. n. 11. & cons. 498. n. 15. Castren. in cons. 187. notandum est. col. pen. vers. sed tamen his non obstantibus. lib. 2. Alex. in l. si mihi & tibi. §. de legatis. ff. de lega. 1. Barbatia, inter cons. Alex. in cons. 132. n. 16. lib. 4. Felinus, in cap. 1. n. 10. de rescriptis. Decius, in cons. 374. n. 5. & Jacobinus, in l. 1. §. omnes. n. 5. de iudiciis.

Nona est dubitatio, an dicto diplomati, & privilegio fuerit renuntiatum ab aliquo ex successoribus dicti Rogerii in Regno ipso Siciliæ? Respondendum est, non constare de alicujus renuntiatione & remissione, nec de ea præsumentur, cum sit quid facti. iuxta l. in bello. §. facti. ff. de captivis, & postlim. revers. & diximus in initio præcedentis dubitationis. Et accedit, quod renuntiatio dicitur quædam donatio, quæ non præsumentur: sicuti post alios scripsi, in lib. 2. de arbitrar. judic. casu 88. col. 1. & in commentar. de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 45. n. 11. & in specie renuntiationem privilegii, non præsumentur scribunt Buticus, Felinus, & Decius, quos commemoravi, & probavi in præcisiss. commentar. de præsumpt. lib. 6. præsumpt. 41. num. 1.

Verum vel ea ratione, & argumento dicendum videtur fuisse dicto privilegio pluries renuntiatum à successoribus dicti Rogerii, quod is dicitur renuntiare suo privilegio, quando fecit actum contrarium, & repugnans ipsi privilegio. cap. si terra. de privil. ubi glol. & Decius, n. 21. & idem Decius in cap. cum accessissent n. 17. de constitutionibus, & ibidem Felinus, n. 28. & Marfil. in rubr. §. de fideiussoribus. n. 335. quos sequutus sum in dicta præsumptione. 41. n. 3. atqui successores Rogerii permultos actus repugnantes, & contrarios dicto privilegio fecisse videntur: ergo illi renuntiasse dicuntur, atque consentunt. Illa minor argumenti propositio probatur, primum, quod (sic scribit sæpius allegatus Illustrissimus D. Cardinalis Baroni) Federicus 2. Imperator, ac Siciliæ Rex anno 1213. præmissa, & jura à prius obedientiâ Innocentio quarto Pontifici Maximo, abolevit decretum de Prælatorum electionibus, ut liberè, & canonicè fiant: quod bona decedentium Prælatorum, Ecclesiarum vacantium, sint ipsius sedis Apostolicæ, & Prælatorum, ac tandem, quod possessiones, quas Romana Ecclesia recuperavit ab antecessoribus ipsius Friderici dimittantur ipsi summo Pontifici. Et hæc aliâ aurâ bullâ confirmasse ipsummet Federicum anno 1219. testatur idem doctiss. D. Cardinalis, qui, post multa, affirmat de eisdem Prælatorum Electionibus liberè dimittendis sedi Apostolicæ statuisse eademmodû filium Henrici Regis Anglorum in Regno ipso Siciliæ investitum ab Innocenti quarto, & rursus ab Alexandro 4. Pontificibus Maximis. Et idem de appellationibus liberè ad Romanum Pontificem remittendis statuisse Carolum Andegavensem de eodem Regno Siciliæ testatur idem eruditissimus D. Cardinalis Baroni, qui & alia plura ad rem hanc scripsit.

Cæterum respondetur multis modis, & primò

ex his quæ diximus suprâ in secunda, & sexta dubitatione, ubi demonstravimus appellationes, & electiones non inferre, & non ledere libertatem, & immunitatem Ecclesiæ.

Respondetur secundò prædictos Federicum secundum, & alios successores in dicto Regno Siciliæ præsumentur ignorasse concessionem dicti privilegii factam dicto Rogerio juxta l. qui in alterius ff. de reg. juris. ubi Decius, & reliqui, & scribunt a me congesti, in commentar. de præsumpt. lib. 6. præsumpt. 23. n. 51. & n. 55. Quod maximè procedit hoc in casu, in quo constat prædictum Federicum post centum ferè annos successisse d. Rogerio successores ignorasse hoc diploma, & privilegium concedit, & manifestè factis facetur ipsemet Dominus Cardinalis Baroni, cum non semel scripserit diploma hoc vitium non fuisse nisi tempore Caroli V. Imperatoris.

Porrò is, qui ignorat privilegium, & jus suum, non censei ei renuntiasse. l. qui cum tutoribus, & l. non est ferendus ff. de trans. l. legitima ff. de petisio. hered. & l. mater decedens. ff. de inoff. testam. & illis in locis, Doctores.

Ità quoque dicimus individentes bona fideicommissi non censei renuntiasse ipsi fideicommissio, si illud scire ignorarunt, sic sanè Decius, in cons. 495. n. 5. manifestè Socinus junior, in cons. 116. n. 50. & in cons. 128. n. 116. lib. 1. Parisius, in cons. 95. n. 10. & n. 17. lib. 3. Antonius Gabriel, in lib. 4. conclus. iii. de fideicommiss. conclus. 1. n. 46. Joseph. Ludovicus, in decisionibus Perusinis, decisione 19. n. 20. Peregrinus, in tract. de fideicom. act. 52. n. 20. sic etiam dicimus Dominum directum feudi, vel emphyteusis non censei remississe caducitatem incurram à Vassallo, vel Emphyteota, recipiendo eos ad solita servitia, si ignoravit causatam esse caducitatem, ut scribunt quamplurimi quos longâ serie congesti in commentar. de præsumptionibus. lib. 3. præsumpt. 112. n. 15. vers. declaratur tertio. Et illis accedunt alii nonnulli relati à Roientallo, in tract. de feudis. cap. 6. conclus. 61. n. 5. in gloss. D. Confert, quod post alios scribit Ripa, in l. si aliquam rem. n. 12. & multis sequent. ff. de acquirenda possess. quod is, qui proprium prædium ignorans esse iuum ab alio conduit, non perdit possessionem, nec Dominium ipsius prædii.

Decima, & ultima est dubitatio, an prædictum diploma, & privilegium concessum dicto Comiti Rogerio expiraverit, extinctumque, vel ob id sit quod cum concessum fuerit, ei & ejus hæredibus masculis, quibus solis, non autem fœminis Legationis Apostolicæ munus officium, & dignitas convenit, in ipsa Insula, & Regno hoc Siciliæ, successerit fœmina, nempe Constantia neptis dicti Comitis Rogerii nupta Federico 2. Imperatori, & post eam pervenerit Regnum ad Constantiam 2. filiam Manfredi filii spurii dicti Imperatoris Federici, & tandem ad Joannam Caroli V. Imperatoris Matrem. Dicimus diploma, & privilegium non expirasse, extinctumque non fuisse. Nam cum Constantia prima nupsit dicto Federico Imperatori, & Constantia 2. matrimonio tradita fuerit Petro Regi Arragoniæ, legationis munus, & officium continuare potuisse in personas dictorum Federici, & Petri, præsertim cum etiam illi fuerint investiti de ipso Regno Siciliæ. Ità dicimus, quod etsi fœmina non potest succedere in feudo hæreditario, extinctibus masculis, attamen tunc admittitur, quando fœmina habet maritum, qui potest deservire Domino. Ità Fulgos. in cons. 4. in fine. Decius, cons. 498. n. 24. Paris. cons. 4. n. 26. cons. 12. n. 39. & in cons. 23. n. 34. lib. 1. Goradius, in cons. 8. n. 51. & Decianus, in cons. 58. n. 40. lib. 2. Comprobatur ex eo, quod licet argumentari à feudo ad fideicommissum, & è contrâ. ut scripsi in cons. 89. n. 65. Porrò in fideicommissis

commiffis dicimus, quod licet fœmina, etfi agnata, non admittitur ad fideicommissum relictum pro conſervatione familiæ, ut ſcripſi, *in conf. 197. lib. 2.* attamen ſuccedit, quando habet maritum, ex ipſa familia & agnatione teſtatoris, qui eam conſervare poteſt, ut reſpondit Craveta, *in conf. 831. col. 3. verſ. ſi dixeris lib. 5.* Itã dicimus fœminam ſuccedere poſſe in feudo, præſtando juramentum fidelitatis per alium, Purpur. *in conf. 574. n. 14. ubi, n. 13.* loquitur de Regno Siciliae, & idem ego ipſe *in conf. 65. n. 58. & 59. lib. 1.* Præterea potuerunt dictæ fœminæ per ſubſtitutos ſuſtinere hoc munus, & onus legationis, ſicuti fœmina ſuccedens in feudo hæreditario, etfi præſtat juramentum fidelitatis, quo tenetur inſervire Domino in bello, & aliis muneribus, quæ viris magis quàm mulieribus conveniunt, attamen poteſt ipſa mulier conſequi feudum, & per ſubſtitutum inſervire Domino, ſicuti tradunt Doctores congeſti à Parisio, *in conf. 4. n. 24. in conf. 12. n. 32. in conf. 22. n. 33. lib. 1.* I tem ergo dicendum eſt in hac legatione, quæ & feudum dicitur ſecundùm Bart. *in tract. de Tyrannide q. 10. n. 34.* quem ſequuti ſunt alii, quos retuli ſupra indubitatione. Comprobantur prædicta ex eò quòd Papa conceſſit hanc legationem etiam Rogerii filiis, qui ſi impuberes ad huc patri ſucceſſiſſent, non ipſi, ſed à ſe ſubſtituti munus ſuſtinuiſſent, ſicuti dicimus de minore, & alio inhabili ad ſervendum Domino feudi, ut ſervitium præſtari poſſit per ſubſtitutum. Paris, *in dicto conf. 4. n. 23. & conf. 22. n. 33. lib. 1.*

His conſtat quò jure quæve ratione, & Carolus V. Imperator Inviſtiſſ. & Reges Philippus 2. & 3. acerrimi Eccleſiæ Romanæ defenſores, hætenus prædictò diplomate, & privilegiò Pontificio uſi ſint.

Nec accuſandi ſunt iidem Catholici Reges, quòd patiantur dici ſe illius Regni Siciliae Monarchas, quandoquidem nullum in rebus temporalibus illius Inſulæ recognoſcant ſuperiorem, & quoad ea quæ alioqui pertinent ad Eccleſiam Romanam, ut beneficiorum Eccl. collationes, Prælatorum electiones, cognitiones aliquarum cauſarum, legationis privilegiò jam commemoratò, tanquam ſedis Apoſtolicæ Miniſtri pertractant, & peragunt, jure ſe hoc appellant nomine Monarchas, ſicuti, & à juris doctiſſimis, & de legali ſcientia optimè meritis nominati fuerunt antiqui illi Reges, ut ſcriptum inter alios reliquerunt Iſernia, *in cap. 1. in verbo Valuaffores. n. 5. de iis. qui feudum dare poſſunt, & in cap. 1. n. 7. de Vaſſallo deſcripta etatis, & in cap. 1. §. quoniam inter Dominum n. 5. de prohib. feudis alien. per Lothar. Socin. Sen. in conf. 165. n. 2. lib. 2.* Petrus Gregorius Sicul. *in tract. de conceſſ. feudis. parte prima, q. 2. n. 4.* Conradus Brunus, *in tract. de ſeditioſis cap. 7. n. 20.* Et accedit, quòd tradit Iſernia, *in rub. quæ ſunt regalia n. 2.* cum dicit, quòd quilibet Rex eſt Monarcha in Regno ſuo, ſic & Regem noſtrum Hiſpaniarum eſſe ſuis in Regnis ſummum Monarcham ſcribit Joan. Redin. *in tract. de majeſtate Principis, in verbo, Imperatoriam Majeſtatem. n. 3.*

Itã & olim apud antiquiſſimos Ethnicos quatuor extiſſe Provincia quæ hoc Monarchiæ nomen obtinuerunt, nempe Babilonicam, Macedonicam, Africanam, & Romanam, ſicuti ex noſtris ſcribunt Bartolus, *in l. ex hoc jure. & ibidem Caſtrenſ. & Jaſon & Antonius Corſert. in tract. de poteſtate, & excellentia Principis. q. 1. n. 3.* cum enim hæc aliquem non recognoſcant ſuperiorem Principem, quàm proprium, congruò hoc nomine appellatæ Monarchiæ ſunt, quòd nil aliud ſignificare ſcimus, quàm ſolus Princeps, quemadmodum, & ſolus eſt Princeps, & Dominus Rex Catholicus prædicti Regni Siciliae. Non enim in temporalibus ſe recognoſcere in Regno illo

ſuperiorem aliquem aſſerit, cum ejus pater, & avus nullò unquam tempore recognoverint ſedem Apoſtolicam, ut directi domin. m. nullà ab ea acceptà inveſtiturã, ſicuti nec unquam Regina Joanna Caroli V. inviſtiſſimi Imperatoris Mater, etfi quinque, & viginti regnavit annos. Imò ex annalium, & hiftoriarum ſcriptoribus, præſertim ex Nicolao Mazolio in deſcriptione Regni Neopolitani colligitur ab anno 1265. quò cæpit regnare Rex Carolus primus Angolenſis, hætenus nullum Siciliae regem ſulcepſiſſe inveſtituram aliquam. Quã ratione ſit, ut nullò modò dici poſſit Regem Catholicum malã fide poſſidere Regnum illud, nullã recognitione factã erga Romanam Eccleſiam, cum tam diuturna poſſeſſio oſtendat bonam fidem, ſicuti ſcripſi *in commentariis de præſumptionib. lib. 3. præſump. 130. n. 7. ubi n. 11.* ex aliorum ſententia dixi ſolum curſum triginta annorum tribuere bonam fidem. Et hinc requiritur dicendum non eſſe Regias has Majeſtates in aliquam Eccleſiaſticam cenſuram incidiſſe, ob id, quòd inveſtituram non acceperint, & regnum illud à ſuis antiquiſſimis antecelloribus tyrannicè occupatum, uſurpatumque, tanquam hæredes vitiolorum, poſſideant. Quandoquidem non dicitur quis incurriſſe excommunicationem, qui rem Eccl. bonã fide poſſidet, cum inter illa quinque, quæ ſecundùm Caictanum, *in ſumma. in verbo excommunicatio. cap. 27. & Navarum, in Manuali confeſſorum cap. 27. n. 70. verſ. ſexta quod &c.* requiruntur, ut uſurpans res, & bona Eccleſiæ dicatur excommunicatus, unum hoc addeſſe debet, quòd is ſciat ſe rem Eccleſiæ occupare, & uſurpare.

Non eſt quòd hic agam, & diſſeram, an ſacra Catholica Majeſtas teneatur hoc de regno Siciliae ſulcipere inveſtituram à ſancta ſede Apoſtolica, eamque in Dominam Domini directi recognoſcere, vel non. Non enim huic loco convenit diſputatio hæc, etfi Illuſtriſſimo Cardinali Baronio placuit hanc, unã cum à nobis hætenus explicata, miſcere. Quã ratione, & cauſã hoc à Doctiſſimo viro dici poſſit factum, aliorum ſit judicium.

Hæc ſcripſi, non ut me graviſſimæ hujus controverſiæ Judicem vel arbitrum conſtituerem, ſed ut qualem qualem viris doctiſſimis, pietate chriſtianiã ac bonitate inſignibus, præberem, cogitandi, & diligenti ſtudio, pervigilique curã elaborandi, ut, quantum fieri poteſt, præviã potentis Dei gratiã, veritas ipſa tot tenebris obſcurata, & involuta, in lucem tandem, ad ipſius divini Maj. ſtatis gloriam, ac ad perpetuam, & tranquillam pacem, & quietem totius Chriſtiani Orbis, prodeat. Et quidem dubitandum non eſt, quin proditura, & emerſura ſi, ſi, ut ſperamus, Pontifex Maximus Omnipotentis Dei hoc in ſeculo vices gerens, perſonamque ſuſtinens, ac rex ipſe Catholicus Chriſtianiæ religionis obſervator, acerrimusque defenſor, duo pro ſingulari eorum bonitate, & pietate præſtabunt, quorum alterum eſt, ſi mandabunt, & præcipient juris de legali ſcientia peritiaque benè meritis, operam ſtudiis præſtare ſedulam, ac quòd de graviſſima hac, maximèque ponderis cauſa, & controverſia ſentiant, ſincerè, libereque ſcriptis proferant. Alterum, ſi ſapientiſſimos, ac fide & integritate conſpicuos, controverſiæ & cauſæ Judices, arbitroſque delegent. Sic factum obſervatumque aliquando fuiſſe à rerum in orbe geſtarum ſcriptoribus memoriz proditum eſt, cum de graviſſimis hiis rebus inter maximos Principes extirè e contentiones. Itã ſanctum hujus regni Siciliae ſucceſſione, ob Martini regis Arragoniæ obitum, diſputatio, & controverſia eſſet exorta inter Ludovicum Ducem Aadium, ipſius Martini ex Jolante fratris filia Nepotem, & Jacobum

cobuan Comitem Urgentem ex Joanne fratre ejusdem Martini Nepote, posteaquam res, vi, armis, ac dubio Marte tractata est, tandem iudicio, & legibus transecta fuit, sententiam novem arbitratorum ab ipsis contenditibus delectorum. Auctores sunt Valla, in lib. 2. *Historiarum Ferdinandi Regis*, & Paulus Aemilius, in *Carolo VI*.

5. Baptizare Secularem non posse sancitum est in *cap. si quis, de Baptizato*, & ibidem Abbas, & reliqui & accedit Sylvester, in *summa, in verbo Baptizatus*. 3. n. 1. qui subiungit, quod nec Cardinalis Diaconus tantum baptizare potest, nec sacerdos, si Parochianus non est. Verum necessitate urgente baptizare quilibet potest, etiam mulier, hermaphroditus, & Judæus, sicuti affirmant divus Thomas, & Paludanus, quos refert, & sequitur Sylvester, in *loco supra commemorato*. Quibus accedunt Stephanus Auzer, in *tract. de potestate Seculari super personis Ecclesiasticis, in quarta reg. n. 33, in fine*. Ripa, in *cap. 2. n. 70, de Iudicio*, & Marquardus de Susanis, in *tract. de Iudicio, in 3. parte, cap. 3. n. 5*.

6. Confessionem Sacramentalem audire non posse Secularem scribunt gloss. in *cap. pastoralis §. praterea de officio Iud. Ordinarii*, & alios refert Auzer, in *ditta reg. 4. c. 33*. Sylvester, in *summa, in verbo confessor, n. 2*, qui declarat non habere locum urgente necessitate, quæ sicuti permittit Seculari Sacrum baptisma conferre, ut diximus supra, sic & audire confessionem sacramentalem, & idem tradunt Abbas, in *cap. Pastoralis §. praterea n. 2, de officio Iudicis ordinarii*, & ibidem Felianus, n. 9, & n. 12.

7. Consecrare non potest Secularis, etiam si ei delegaretur potestas ipsa consecrandi, ita Abbas, & reliqui, in *cap. quanto de consuetud.*, & Ripa, in *cap. 2. n. 4, de iudicio*, imò nec exhibere potest Sacramentum Eucharistie alicui existenti in mortis articulo ut post Innocentium, & Collectarium tradit Sylvester, in *summa, in verbo solutio, il. 1. n. 9*.

8. Prædicare Sacrosancti Salvatoris nostri Evangelium legemque Divinam non posse Secularem statuerunt summi Pontifices, in *cap. adiciamus, 11. q. 1. in cap. cum ex iniuncto*, & in *cap. sicut in uno, de heret.* & illis in locis scribunt Doctores Ripa, in *d. cap. 2. n. 62, de iudicio*, Auzer, in *tract. de potestate Seculari super Ecclesiis, in quarta reg. n. 40*, qui declarat non procedere, quando data est licentia à summo Pontifice, vel ab Episcopo, vel quando privatim Secularis docet.

Secundum est hujus disputationis caput de spiritualibus, quæ jurisdictionis sunt sicuti excommunicare, absolvere ab excommunicatione, & iudicare causas forenses Ecclesiasticas, ut tradunt Divus Thomas, Alphonsus de Castro, & reliqui, supra in initio relati.

1. Excommunicare jure permittitur non esse Seculari, sancitum legitur, in *cap. bene quidem vers. maximus distinct. 96*, & tradunt gloss. in *cap. verum, distinct. 32*. Abbas, in *cap. Massana, n. 2, de electio.* & Didacus Covarr. in *cap. alia mater, parte prima, §. 11, n. 3, de senten. excom. in 6*.

11. Absolvere ab excommunicatione concessum non esse Seculari certum est, & probat *cap. Pastoralis §. praterea de off. Iud. ordin.* ubi Abbas n. 2, & Felianus, n. 9, & n. 12. dum scribunt laicum non posse absolvere excommunicatum, nisi in mortis articulo. Et idem tradunt Sylvester, in *summa, in verbo solutio, il. 1. n. 1, & n. 9*. Ripa, in *cap. qui condemnare, n. 6, ff. de re iudicata*, & Didacus, in *dito §. 11, n. 9*.

111. Iudicare causas Ecclesiasticas fori judicialis, non potest Secularis, cum hæc pertineant ad summum Pontificem, Episcopum, & alios Iudices Ecclesiasticos. Hæc verò traditio, & sententia probatur

lege Divinâ, auctoritate Sanctorum Patrum, legibus Pontificiis, ac Cæsareis. Et quidem lege divinâ antiquâ, quæ habetur Deuter. cap. 17. sancitum est his verbis. *Si difficile, & ambiguum apud te iudicium esse perspexeris inter sanguinem & sanguinem, causam & causam, lepram & lepram; & iudicium intra portas tuas videris verba variari, surge, & ascende ad locum, quem elegerit Dominus Deus tuus, veniesque ad Sacerdotes Leviti à generis, & ad Iudicem, qui fuerit illo tempore, quaresque ab eis, qui indicabunt tibi iudicii veritatem &c.* & lib. 2. paralipo. cap. 19. ita legitur. *In Hierusalem quoque constituit Iosaphat levitas, & Sacerdotes, & Principes familiarum ex Israel, ut iudicium, & causam Domini iudicarent habitatoribus eius, praecepitque eis, dicens, sic ageris in timore Domini fideliter, & corde perfecto. Omnem causam, qua venerit ad vos fratrum vestrorum, qui habitant in urbibus suis inter cognationem, & cognationem, ubicumque questio est de lege, de mandato, de ceremoniis, de iustificationibus, ostendite eis, ut non peccent in Dominum, & ne veniat ira super vos, & super fratres vestros: sic ergo agentes, non peccabitis.* Amazias autem sacerdos, & Pontifex vester, in his, quæ ad Deum pertinent, presidebit. Porro Zabadias filius Isnael, qui est Dux in domo Iuda, super ea opera erit, quæ ad Regis officium pertinent: habetisque magistros Levitas, coram vobis, confortamini, & agite diligenter, & erit Dominus vobiscum in bonis. Hactenus lex Divina. Sanctorum quoque Patrum auctoritate satis manifestè probatur hæc sententia. Divus Athanasius, in ea epistola, quam ad solitarium scripsit, admonet nullum unquam principem Secularem de rebus Ecc. iudicasse; sic, & Divus Ambrosius, in *Epistola 33, ad sororem*, memoriz prodidit quod si de fide suscipienda est disputatio, ad sacerdotes ea spectat, ac etiam diffinitio; Et cum de Imperatore verba faceret, scripsit verba hæc. *Nolite gravari Imperator, ut putes te in ea quæ divina sunt, Imperiale jus aliquod habere.*

Ita quoque Divus Gregorius, in libro primo *Epistolarum, in Epistola 125, ad Maximum Solonæ Episcopum*. Hic, cum de simonia accusatus fuisset, iustus fuerat à Gregorio, ut iret Romam, ubi de causa cognosceretur, & cum se ob id excusaret, quod mandatum erat ab Imper. ut causa ea in urbe Solonæ tractaretur, Gregorius respondit his verbis. *Quod verò iudicasse ferens. Dominos, ut illic debeat esse cognitio, praecepisse. Hos quidem nullas eorum alias, de hac re, nisi, ut ad nos venire debeas, iussiones accepimus, sed et si forsitan pro Reipub. tua utilitate qua Divinâ sibi largitate concessa est, multa cogitantibus, & in diversis sollicitudinibus occupatis, suggestum est eorum iussio per obreptionem elicitâ posteaquam & nobis omnibus novum est piissi, Dominos in disciplina diligere, & ordines servare, Can. venerari & in causis sacerdotibus non misereri, instanter exquiremur, quod, & illorum inuat animam, atque Rempublicam, & ad quod nos terribilis tremendique Iudicis respectus impellit.* Hæc Divus Gregorius.

Severus Sulpitius, in lib. 2. *sacra historia, in fine*, refert D. vum Martinum dixisse Maximo Imperatori novum esse, & auditum nunquam ac abhorrendum, quod Princeps Secularis de rebus Ecclesiasticis se Iudicem faciat. Commemoratur etiam Suidas, in *historiis in verbo Leontius, in fine, ubi de Leontio Triopolis Lydiæ Episcopo scriptum reliquit verba hæc. Aliquando item constituto inter Episcopos presidente, & Ecclesiis præscribere volente plerique quicquid ille dixisset cum plausu, & admiratione accipiebant, relictisimè id esse dictum asserentes: Hic (Leontium intelligit Suidas) verò tacebat, quem, cum rogaret Imperator. Quid tu solus omnium taces? miror, inquit, quis fiat, ut aliis curandis destinatus alia tractes, qui cum rei militari, & Reipub. præfis Episcopis ea præscribas, quæ ad*

solus

Solos pertinent Episcopos. Imperator itaque veracundatus eiusmodi edictis in posterum abstinnisse feritur. Talis fuit Leonis libertas.

Hac Suidas. Legibus, & constitutionibus Imperatorum idem sancitum non uno in loco legimus. Alex. Severus, teste Lampridio in eius vita, conlucit quindecim viros, & Augures, qui Sacrorum causas diffinirent, & quod sic ab eis diffinitis, iterari amplius à quovis non possent. Constantinus literas dedit ad Miltiadem Romanum Pontificem, quibus significavit se ipsi Pontifici, & aliis ejus collegis remittere causam, & Judicium Cæciliani Carthagenensium Episcopi de Schismate suspecti. Auctor est Eusebius, in lib. 10. *Historiæ Ecclesiastica. cap. 5.* Ità pariter Gratianus, & Valentinianus Imperatores in *omni novatione. C. de Sacrosanctis Eccles.* mandarunt Conventui Sacerdotali, nempe Synodo Episcoporum & Clericorum, reservari interpretationem canonum, sicque legum de rebus Ecclesiæ editarum. Quod equidem, ut conjecturâ affequir, factum existimo suavis opibus Divi Ambrosii, qui, in *Epistola 32. lib. 5.* Valentinianum ipsum alloquens ità scripsit, *Augusta memoria pater tuus, non solum sermonem respondit, sed etiam legibus suis sanxit, in causa fidei, vel Ecclesiastici alicujus eum judicare debere, qui nec munere impar sit, nec jure dissimilis.* Et de eodem Valentiniano memorie proditum est à Niceforo Calisto, lib. 11. cap. 30 Sozomeno, lib. 6. cap. 7. & Ruffino, lib. 1. cap. 2. quod, cum importunè ab aliquibus exoptularetur, ut permetteret cogi, & convocari concilium, respondit, sibi, qui unus à laicorum numero erat, non licere se ejusmodi negotiis interponere, & ideo *Sacerdotes, (verba Sozomeni hæc sunt) & Episcopi,* inquit, *quibus hæc cura sunt, seorsum per se, ubicumque ipsis liberum fuerit, in unum conveniant.*

Ità quoque Theodoricus Gotorum Rex, ut habetur in *cap. concilia §. ad hæc. distict. 17.* statuit Seculares non debere se rebus Ecclesiasticis intromittere. Sacri concilii verba hæc sunt. *Ad hæc sereniss. Rex, Deo inspirante, respondit, Synodalis esse arbitris, in tanto negotio sequenda prescribere, nec aliquid ad se præter reverentiam de Ecclesiasticis negotiis pertinere, committens etiam potestati Pontificum, ut sive propositum vellet, audire negotium, sive nollent, quod magis putarent utile deliberarent, dummodo venerandi provisione concilii pax in Civitate Romana daretur.* Hactenus Concilium.

Jure Pontificiò manifestis, non uno in loco, idem sancitum est, Eugenius, ex Synodo, ut habetur in *cap. 2. de judiciis,* his statuit verbis. *Decernimus, ut laici Ecclesiastica tractare negotia non presumant, sed Episcopi, Abbates, Archiepiscopi, & alii Ecclesiarum Prælati de negotiis Ecclesiasticis, (maximè de illis qua spiritualia esse noscuntur,) laicorum judicio non disponent, nec propter eorum prohibitionem Ecclesiasticam dimittant justitiam exercere.* Hactenus Eugenius, sic & in Synodo habita Romæ, quæ legitur in *cap. bene quidem. Distict. 96.* habentur verba hæc. *Quia non licuit laicis statuerendi in Ecclesia, præter Romanum Pontificem, habere aliquam potestatem, quos obsequendi manet necessitas, non autem autoritas imperandi, Hæc Sancta Synodus, & Nicolaus Pontifex Maximus in cap. Cum ad verum ventum est, ultra sibi, nec Imperator, iura Pontificatus arripuit, nec Pontifex nomen Imperatorium usurpavit, quoniam idem mediator Dei & hominum, homo Christus Iesus, sic actibus propriis, & dignitatibus distinctis officia potestatis utriusque discrevit, propria volens medicinali humilitate sursum offerri, non humanâ superbiâ rursus in infernum demergi, ut Christiani Imperatores pro æterna vita Pontificibus indigerent, & Pontifices pro cursu temporalium tantummodo rerum imperialibus legibus creerentur, quatenus*

spiritualis actio à Carnalibus distaret in eisdem, & ideo Deo militans minimè sese negotiis secularibus implicaret, ac vicissim non ille rebus Divinis præsidere videretur, qui esset secularibus negotiis implicatus. Hactenus Nicolaus, qui subsequenti in capite, quod incipit *factis,* commemorat Theodosii minoris literas ad Synodum Ephesiam, quibus significavit illicitum esse ei, qui non sit in ordine sanctissimorum Episcoporum, Ecclesiasticis intermisceri tractatibus. Intelligit Nicolaus, inter cæteros tractatus, ut interesse Synodo, & concilio Episcoporum, in quo nec Imperatorena quidem, ut suffragium de rebus fidei ferat, stare posse scribunt idem G. min. & Præpositus, & Turrecremata, in *cap. generalia distict. 17. & in lib. 3. de Ecclesiastica. cap. 2. & Jacobatus, in tract. de concil. lib. 2. art. 2. n. 28.* Ità intelligi, & declarari debent Abbas, in *cap. cum M. de constitut. & Ripa, in cap. 2. n. 8. in fine. de Judiciis,* dum simpliciter dixerunt Imperatores non posse interesse concilio generali clericorum. Hoc sanè intelligitur, ut ferant suffragium, alias possunt. Huc etiam pertinet, quod Princeps Secularis, etsi supremus, ut Imperator, non potest interpretari, & declarare jus divinum, quando agitur de rebus spiritualibus, sicuti tradunt Abbas, Imola, & reliqui, in *cap. qua in Ecclesiarum. de constit. Baldus, in l. & si contra C. de secundis nuptiis, & alii quos ad rem tenet Aufserius, in tract. de potest. Seculari super Ecclesiasticis. reg. 4. n. 49. vers. quadagesimo septimo,* qui ex multorum sententia admittit Principem Secularem declarare, & interpretari posse certis in casibus jus divinum, quando agitur de rebus profanis & temporalibus.

Extenditur primò hæc juris sententia, & Doctorum traditio, ut locum habeat, etiam quoad jurisdictionem voluntariam, quam secularis exercere non potest in rebus spiritualibus, sicuti legitime illegitimè natum, ut sit capax spiritualium. Ità scribunt multi relati à Ripa, in *dicto cap. 2. n. 9. de iudiciis. & fufius differemus in lib. subsequenti cap. 14. in sexta conclusione,* quam de legitimatione explicabimus.

Extenditur secundò, ut procedat etiam in Seculari ab Episcopo delegato, non enim cognoscere, & judicare hic potest de causis spiritualibus, cum Episcopo permissum non sit, delegare causas spirituales, Secularibus, etsi potest civiles, sicuti scribunt glot. in *cap. pervenit. dist. 95. Abbas, in cap. 2. n. 5. de iudiciis. & ibidem Felinus, n. 1. Decius, n. 5. & Ripa, n. 34.* qui satisfaciunt quibusdam argumentis eorum, qui contrariam probant opinionem. Et his accedunt Aufserius, in *tract. de potestate Seculari super Ecclesiasticis in secunda regula. n. 21. & in regula quarta n. 2.* Pontifex verò Maximus potest etiam causas spirituales committere, & delegare Secularibus, ut tradunt prædicti Abbas, Felinus, & Decius, sic & Ripa, in *dicto cap. 2. n. 40. & n. 73. & Decianus, in tract. crim. lib. 4. cap. 9. n. 66.* qui idem esse affirmant de causis criminalibus contra Clericos, & idem tradit Jul. Clarus, in *pract. crim. §. finali q. 41. ad finem.* Et hæc quidem extensio procedit etiam in clerico conjugato, cui Episcopus delegare non potest causas criminales contra clericos. Ità post Abbatem, & alios tradit Ripa, in *dicto cap. 2. n. 64. & Clarus in dicta q. 41. ad finem. vers. sed an poterit Episcopus & c.* qui paulò supra, ex sententia Decii, in *dicto cap. 2. col. 3. & Rola. in conf. 4. n. 14. lib. 1.* dixerat, nec quidem posse Episcopum delegare Seculari unà cum Clerico causam criminalem contra Clericum.

Extenditur tertio, ut locum habeat etiam in Seculari arbitro electo, qui nec ipse potest de rebus spiritualibus cognoscere, & judicare, sicuti statuit Innocentius, tertius Pontifex Max. in Concilio generali, ut legitur in *cap. contingit. de arbitris, cuius verba hæc*

sunt. Contingit interdum quod cum auctori, & infra. Ad hoc generaliter prohibemus, ne super rebus spiritualibus compromittatur in laicum, quia non decet, ut laicus in talibus arbitretur. Hæc Innocentius & illo in loco adnotarunt Abbas, n. 4. Bartolus, in l. quoribus n. 5. C. de iudiciis, Rom. in l. Tisia n. 11. ff. soluto matr. & in conf. 299. Lafrancus de Oriano, in tract. de compromissis. §. 5. compromissum, Ripa, in cap. 2. n. 12. de iudiciis. Aufreter, in tract. de potestate Seculari super Eccles. reg. 4. n. 4. M. Antonius Blancus, in tract. de compromissis. Art. Quæstio iuris. n. 7. Borellus, de compromissis. §. 2. gloss. i. n. 88. & ibidem n. 96. in fine. testatur esse communem opinionem.

Cæterum aliter, est in Seculari arbitro electo, unâ cum Clerico; nam tunc Secularis cognoscere, & iudicare potest de re & causa spirituali, sicuti statuit Innoc. 3. in cap. per tuas. de arbitris. in fine, cuius verba hæc sunt. Quod autem à duobus laicis, & uno clerico dicitur, esse prolatum, (arbitrum intelligit Innoc.) nequaquam obviare videtur, cum auctoritate dicitur Archiepiscopi factum sit, cui causa, de qua dicitur compromissum, fuerit delegata. Et illo in loco adnotavit Abbas, quem sequuti sunt Ripa, in dicto cap. 2. n. 12. vers. sed hic queris. & Aufreter. in dicta regula 4. n. 41. De causa autem proprii patrimonii compromittere potest Clericus in Secularem, etiam sine consensu Episcopi. auth. licet. presbyter. C. de Sacrosanct. Eccles. & tradunt Gloss. in cap. si diligenti, de foro compet. Ripa, in dicto cap. 2. n. 12. vers. iterum dubitatur, qui subiungit posse etiam clericum compromittere in Secularem de rebus profanis, & temporalibus suæ Ecclesie, etiam sine consensu Episcopi. cap. exposita. de arbitris. lib. 4. cap. 15. id quod locum habet, etiam quando compromissum fuit factum in Secularem de re temporalis, unâ cum spirituali. Nam etsi, quoad spiritualia compromissum est nullum ipso iure, attamen valet quoad temporalia. Ità Ripa, in dicto cap. 2. n. 12. ad finem, qui dederat responsum. Gemina. in conf. 32. col. ult.

Dubium est majus de arbitratore Seculari, an in eum de causa spirituali fieri possit compromissum? recepta magis opinio est, quod iure permissum hoc sit. Ità sanè Angelus, in conf. 34. in hac causa dum loquitur de causa decimarum juris, quæ dicitur spiritualis, ut dicimus in subsequenti capite, inde Angelus, in conf. 98. respondit de causa usuraria juris, quæ pariter dicitur spiritualis, in dicto capite. Anchar. in conf. 34. & in conf. 98. Rom. in conf. 173. col. 1. vers. sed premissis. Alexander, in l. quoribus. n. 5. C. de iudiciis & in conf. 91. col. 1. lib. 2. Jason, eodem in loco col. pen. vers. quid autem de alia. Felinus, in cap. cum sit generale. n. 3. de foro compet. Joan. Baptista de Sancto Blasio, in tract. de arbitris q. 17. vers. sed quid de arbitratore. Ruinus, in conf. 66. n. 11. lib. 4. Decius, in cap. 2. in 2. notab. de iudiciis. Grassus, in conf. 87. n. 10. lib. 41. Quintilianus Mandosius, in comment. ad regulas Cancellaria. in Reg. de non iudicando iuxta formam supplicationis. q. 5. in fine.

Et quidem hæc est magis recepta sententia aduersus Abbatem, in cap. contingit de arbitris, Romanum, sibi parum constantem, in l. Tisia n. 11. ff. soluto matr. & in conf. 299. Barba. in cap. 2. n. 40. de iudiciis, & Camillum Borellum, in tract. de compromissis. §. 2. gloss. 1. n. 90. & horum rationibus, & argumentis satisfacit Ripa, in dicto cap. 2. n. 14. de iudiciis, qui distinctione quadam conatur conciliare opiniones.

Extenditur quartò, ut locum habeat traditio hæc, etiam in Seculari electo Episcopi Vicario. Non enim Secularis esse potest Episcopi Vicarius, in spiritualibus. Ità Abbas, in cap. 2. n. 9. de iudiciis, & ibidem Barba. n. 20. Felinus, n. 6. Decius, n. 15. & 16. & Ripa, n. 16. qui ejusdem opinionis refert Bertachi-

num, in tract. de Episcopo. lib. 4. parte septima q. 17. & inquit Ripa hoc esse communem opinionem. & dubitatione carere, & accedit Aufreter. in tract. d. p. testate Seculari super Ecclesiasticis. Reg. 4. n. 36. Cagnolus, in l. diem functo. n. 12. ff. de off. & Rebuff. in praxi beneficiorum. tit. de Vicariis Episcoporum. n. 35. & Didac. Covar. in cap. alma mater. parte prima. §. 11. n. 3. de senten. excom. in 6.

Cæterum traditio hæc non procedit quando Episcopus habet aliquo in loco iurisdictionem temporalem, nam tunc potest Episcopus eo in loco constituere Vicarium, qui sui nomine jus dicat. Ità probat. cap. ult. ne Clerici, vel Monachi, & tradunt Abbas, & reliqui supra citati.

Extenditur quintò, ut locum habeat etiam quoad aliquem actum iudiciale, qui super re spirituali & Ecclesiastica esset, ut purâ interrogare partem super spiritualibus, ut ex ejus confessione posset deinde procedere. Ripa, in dicto cap. 2. n. 12. de iudiciis. Aufreter. in d. Reg. 4. n. 12. vers. nemo fallit. Ità quoque Secularis compellere non potest Clericum ad perhibendum testimonium coram se. Ripa, in dicto cap. 2. n. 37. sic etiam Secularis torquere non potest Clericum, etiam de mandato Papæ, Ripa, ubi supra. n. 39. Aufreter. ubi supra. n. 42. & Decius, lib. 4. cap. 9. num. 74.

Delegatum Secularis Judicis, vel Principis ad causam, vel causas civiles, an esse possit Clericus, disputant Doctores, in rub. ff. de off. eius cui mandata est iurisdictione, & in cap. 2. de iudiciis. Distinguere soleo hac in disputatione tres casus.

Primum quorum est, quando causa est de crimine pro quo infligenda est pœna sanguinis. Hoc sanè casu nullò modò Clericus esse potest delegatus, vel Judicis vel Principis Secularis, sicuti scribunt Aretinus, in conf. 59. n. 9. Ripa, in cap. 2. n. 46. vers. contrarium. de iudiciis. Didac. in Clem. si furiosus. in secunda parte. §. 5. in fine, de homicidiis, & Jul. Clar. in pract. crim. §. finali. q. 41. in fine, & horum quidem sententia probatur constitutione illâ Sacri Concilii Toletani, in cap. sape. 23. q. 8. cuius verba a d. scripti.

Sapè Principes contra quoslibet Maiestatis obnoxios sacerdotibus negotia sua committunt. Quia verò Sacerdotes à Christo ad ministerium salutis electi sunt, ibi consentiant fieri Regibus Iudices, ubi iureiurando supplicii indulgentia promittitur, non ubi discriminis sententia preparatur. Si quis ergo Sacerdotum contra hoc commune consultum discussor in alienis periculis existere, si reus effusi sanguinis apud Christum, apud Ecclesiam perdat proprium gradum. Hactenus consilii Constitutio, quæ illis verbis, Consentiant fieri Regibus Iudices, ubi iureiurando supplicii indulgentia promittitur non ubi discriminis sententia preparatur &c. Statuit Clericos esse non posse delegatos à Principe in causa criminali, in qua est infligenda pœna ultimi supplicii, vel sanguinis. Ità quoque Alexander tertius Pontifex Max. in cap. in Archiepiscopatu. de raptor. rescriptis Archiepiscopo Panormitano. Rescripti verba sic leguntur. In Archiepiscopatu tuo, quandoque Saraceni mulieres Christianas, & pueros rapiunt, & eis abusi presumunt, & quosdam interdum occidere non verentur; cum autem excessus huiusmodi Rex Sicilia, tibi & aliis Episcopis commiserit puniendos, consultationi tuæ taliter respondemus. Quod tales in iurisdictione tua existentes pecuniaria potius pœnâ multare, & etiam flagellis afficere, eâ moderatione adhibita. quod flagella in vindictam sanguinis transire minime videantur. Si vero ita fuerit gravis excessus, quod mortem, vel detractionem membrorum debeant sustinere. vindictam reserves Regiæ Potestati. Hæc summus Pontifex Alexander, qui apertius loqui non potuisset.

Colligitur etiam ex prædictis, quod quando cau-

sa est de crimine pro quo non indicitur poena sanguinis, Clericum esse posse delegatum eodem modo quo potest esse in causa merè civili, de qua dicemus infra.

Secundus est casus, quando agitur de universitate aliquarum causarum civilium. Hoc etiam casu Clericus esse non potest delegatus Principis, & iudicis Secularis. Ità tradunt Abbas, in *cap. sed nec. n. 5. & in cap. Clericis. n. 5. extrà ne Clerici, vel Mona. & Ripa, in dicto cap. 2. n. 47. vers. secundo declara. de iudiciis.* Ità etiam Cagnolus, in *hac rub. n. 65.* Qui quidem casus manifestè probatur *tex. dicti cap. sed nec. cujus verba hæc sunt. Sed nec procuraciones Villarrum, aut iurisdictiones etiam Seculares sub aliquibus Principibus, & Secularibus viris, ut Iustitarius eorum fiat, Clericorum quisquam exercere præsumas &c.* Ratio est, ne Clericus ipse iniuriam se immisceat negotiis Secularibus, quæ à Dei obsequio distrahant, & hac ratione dicimus, Clericum esse non posse delegatum Principis, vel iudicis inferioris ad unam causam, ità ut eà finitâ, aliam valeat assumere, & de ea cognoscere, sicuti tradunt Decius, in *d. cap. 2. n. 6. vers. & ad declarationem de iudiciis, & ibidem Ripa, n. 48.* Verùm repugnare videtur quod de Clerico Procuratore, & advocato tradit Felin. in *cap. cum. i. & a col. pen. vers. secundo considera. de sentent. & re iudicata, & dicemus infra suo loco.*

Tertius est casus, quando agitur de una sola causa civili, & pecuniaria. Hic casus est valdè dubius, & apud Doctores controversus, an scilicet Clericus pro ea cognoscenda, & definienda delegari possit, vel à Principe, vel à Iudice (inter hos nulla constituenda est differentia) inferiori. Ego (ut paucis dicam quod sentio) in ea sum opinione, quam adversus magis receptam probarunt Barbatia, in *rub. de off. & potestate Iudicis delegati.* Felinus, in *cap. inter dilectos. n. 6. de fide instr. & Jacobus niger, in rub. ff. de off. eius, cui mandata est iurisdictione. n. 11.* nempe Clericum à Principe vel Iudice Seculari delegari non posse, ut de causa civili cognoscat, & iudicet. Et quidem sententia hæc probatur multis suis rationibus, & argumentis.

Primò movet me Divi Pauli sententia, ad Timotheum *Epist. 2. cap. 2.* Nemo militans Deo, inquit Apostolus, implicare se debet negotiis Secularibus. Quæ circa extat in Decretalibus integer titulus, Ne Clerici, vel Monachi negotiis Secularibus se immisceant. Cum ergo delegatio causæ civilis inter Seculares dicendum est. Clericum, suscipere non posse hanc delegationem.

Secundò manifestius probat *tex. cap. se quidem, n. qm. 1. cujus verba hæc sunt. Te quidem (alloquitur Pontifex Episcopum, qui sub nomine Clerici continetur) oportet irreprehensibiliter vivere & summo studio nitì, ut omnes vicia huius occupationes abicias, ne fideiussor existas, ne advocatus litium fias, neve in ulla alia occupatione prorsus inveniaris mundialis negotiis occasione perplexus; neque enim Iudicem, neque cognitorem Secularium negotiorum &c.* Ecce dixit Clericum esse non posse Iudicem, quod intelligitur etiam de delegato, qui & ipse Iudex est, ut ostendit *rub. extrà. de off. & potestate Iudicis delegati.* Principis, Vicecomes, vel Præpositus, hoc est vicegerens, seu Vicarius, ut ibi explicat Abbas, qui idem clariùs repetit in *cap. sed nec. num. 7. eo. iit.* ergo nec etiam potest Clericus esse delegatus iudicis ordinarii in causa civili, cum eadem militet ratio immiscendi se negotiis Secularibus. Nec repugnat si dicatur illud esse in casu dicti cap. Clerici, quia propter multiplici-

tatem negotiorum, & causarum, Clericus Vicegerens, nimis retraheretur ab officio divino, si uti dicitur in *cap. sed nec. eo. iit. ne Clerici, vel Mona.* Clericum esse non posse delegatum ad universitatem causarum civilium, propterea quod ab obsequio Divino nimis retraheretur, ut diximus in præcedenti casu. Nam responderetur quòd eadem ratio militare potest in sola causa civili, quæ esse posset tam ardua, & de patrimonio tam magno, ut ipse delegatus nil omnino aliud agere valeret.

Quartò, & ultimò, vel ex eo melius comprobatur opinio hæc, quòd turpe, & inhonestum est, Clerico immiscere se rebus, & negotiis Secularibus. *l. repetita C. de Episcopis, & cler. ibi, Absurdum enim Clericis est, imò etiam opprobriosum, si peritos se velint ostendere disceptationum forensium, & l. consult. C. de testam. ubi, in vers. absurdum est namque &c. repetuntur eadem ferè verba, dictæ l. repetita.* Atqui ea, quæ honesta non sunt, fieri à quovis non possunt, cum dicantur impossibilia. *l. filius ff. de conditio. insti. & l. nepos Proculo. ff. de verbo. signif.* quam sic post alios intelligit, & in Principe etiam locum habere dixit Craveta, in *conf. 241. num. 20.* Ergo Clericus esse non potest delegatus iudicis Secularis in causa aliqua civili, & pecuniaria.

His firmatâ hac opinione, superest ut respondeam, & dissoluam argumenta, quæ pro communi opinione adducuntur, quam quidem receptam sententiam probarunt Calderinus, in *conf. 6. iit. de off. delegati.* Barbat. sibi contrarius, in *conf. 39. col. 4. n. m. 8. lib. 1.* Decius, in *cap. 2. num. 7. de iudiciis,* Jason, in *hac rubrica. num. 6. & idem Purpuratus, num. 43. Sapia, num. 18. Pria. in 16. Cagnolus, num. 64. Bolognetus, num. 33. Ripa, in dicto cap. 2. num. 47 de iudiciis.*

Primò adducitur *tex. in auth. si verò C. de iudiciis,* ubi Episcopus, tanquam delegatus, adiungitur Iudici Seculari ordinario, qui suspectus allegatur.

Respondetur de jure civili fuisse constitutum, & non approbatum à jure Pontificio, & propterea, tanquam lex lata ab eo qui potestatem eam sic ferendâ non habebat, invalida est, & consequenter non observanda, sicuti hodiè non servari censuit *ibidem* Baldus.

Secundò urgere videtur *cap. relatum n. q. 1.* ubi olim omnes causæ devolvebantur ad Iudices Eccl.

Respondetur id fuisse in primitiva Ecclesia, sed postea factâ separatione jurisdictionis Ecclesiasticæ ab illa civili, separati etiam fuerunt Iudices, & ideo sicuti Seculares non possunt esse Iudices causarum Ecclesiasticarum. *cap. 2. de iudiciis, & ibidem Doctores omnes, sic nec Clerici possunt iudicare de causis civilibus, & profanis. cap. 1. ne Clerici vel Mona.*

Tertiò suffragari videtur *cap. sape. 23. q. 8.* ubi causa criminalis, in qua non ingeritur poena sanguinis, sed pecuniaria, delegata fuit à Rege sacerdoti. Ergo multò magis Clerico delegari potest causa merè civilis, & pecuniaria.

Respondetur primò in casu dicti *cap. sape,* spirituale illud fuisse ob id, quòd agebatur de salute Regis & Principis adversus quem dicebatur commissum fuisse crimen læsæ Majestatis, nam quando agitur de conservatione, & defensione Regis, dicitur agi de bono publico, & communi totius Regni, ob quòd etiam Episcopus esse potest legatus; ut ipsius Regni negotia gerat, & administret. *cap. si Episcopus. distinet. 18. & cap. cum parati de appell.*

Respondetur secundò, in dicto *cap. sape,* id contigisse, quia Clericus ille delegatus fuit ad concedendum indulgentiam, sicque ad exercendam misericordiam, sicuti colligitur ex illis verbis. *ubi incurran,*

Supplicii indulgentia promittitur, non ubi discriminis sententia preparatur.

Respondetur tertio delegationem, illo in casu, fuisse factam à Rege, propter Concilii Toletani dispensationem. Ergo sine dispensatione delegatio fieri non potuisset, atque ita argumentum retorquetur.

Quarto, solet perpendi *cap. in Archiepiscopatu. de raptor.* ubi Archiepiscopus fuit à Rege Siciliae delegatus ad puniendum Saracenos raptores mulierum, & puerorum Christianorum, ergo &c.

Respondetur, ut dixi supra, delegationem illam fuisse confirmatam dispensatione, ergo sine ea non valet; sicque retorquetur argumentum.

Quinto adducitur etiam *cap. inter dilectos. de fide instr. prope princ. vers. secundo per instrumentum &c.* ibi, *ex d. legatione Ludovici Imperatoris*, ubi dicitur Imperatorem delegasse causam civilem Archiepiscopo Mediolanensi.

Respondetur in illo textu simpliciter dici factam delegationem ab Imperatore Archiepiscopo non tamen dicitur an delegatio fuerit valida, vel non. Si volumus fuisse validam dicendum est illam presumi factam consensu Pontificis Maximi, alioqui fuisset invalida, ex quo repugnant canones supra à me relati praesertim illud *cap. se quidem 11. q. 1.*

Sexto adfertur *l. non distinguimus §. sacerdotio. ff. de arbitris*, ubi sacerdos potest esse arbiter, ergo etiam potest esse delegatus, cum eadem militet ratio.

Respondetur illud esse secundum jus civile, quod non repellitur omnino Sacerdos ab hoc munere iudicandi de causis civilibus, & profanis, secus verò secundum jus canonicum, dicto *cap. se quidem 11. q. 1.* & aliis supra relatis.

CAPUT XVIII.

Secularis pertractare an possit negotia Ecc. administrando ea, tanquam simplex gestor, & Minister Ecclesiae, & Clericorum nomine.

Hoc caput à duobus precedentibus differt, quod in illis actum est de his, quae Secularis suo quodam jure iudicando negotia Ecclesiastica & spiritualia tractare, & expedire nequeat: In hoc verò, agatur de negotiis, quae à Seculari nudò extrajudiciali ministro geruntur. Quia in re dicendum est multa esse negotia Ecclesiastica, quae hac formà, & nomine, Secularis tractare potest, sicuti ordine quodam servatò explicabimus.

1. Assessor Episcopi esse potest Secularis, cum assessor nullum actum exercent judicalem, sed extrajudicium praestat consilium. Ità sanè affirmant Ripa in *cap. 2. n. 57. de iudiciis.* Aufser. in *tract. de potestate Seculari super personis Ecclesiasticis. regula quarta. n. 36.* Sebast. anus Sapia, in *rub. ff. de officio assessor. in fine.* Cagnol. in *l. diem functo n. 12. eo tit. & Decianus, in tract. crim. lib. 4. cap. 9. n. 7.*

11. Syndicus, ac Procurator Ecclesiae, ac Clericorum esse potest Secularis, quando agitur de nudo ministerio omni spiritualitate separato. Ità Ripa, in *dicto cap. 2. n. 50. vers. pro concordia. de iudiciis.* Joannes de Selva, in *tract. de beneficio. in prima parte. q. 7. n. 31.* & Stephanus Aufser. in *d. reg. 4. n. 35.* Hinc dicimus laicum esse posse procuratorem ad simpliciter eligendum certam personam, vel ad conferendum certum beneficium. Sic sanè scribunt Felinus, Decius, & Bassignana, aliò nomine Pomates, quos refert & probat Ripa, in *dicto cap. 2. n. 51.* & accedit Jo. Baptista Fertet. in *conf. 71. num. 1.* Ità pariter

constitui potest Secularis procurator ad exequentium bullas Apostolicas, secundum Felinum, in *cap. ult. §. penult. de presump. & Ripam, in dicto cap. 2. n. 51. vers. secundo inferunt.*

Ità quoque Secularis constitui potest procurator ad praesentandum, cum laicus sit capax juris praesentandi, ut tradunt Geminianus, in *cap. 1. §. ceteri vers. ex his. de Cler. coniug. in 6. & Ripa, in d. cap. 2. n. 51. vers. tertio inferunt, & Ferret. ubi supra.* Idem dicimus, quod laicus esse potest procurator ad resignandum beneficium, ut tradit Ripa, in *dicto cap. 2. num. 49. ad finem, vers. tertio quia laicus &c.* potest Rotam, quam refert in *decis. 104. de procurata. in novis. est forte, decis. 8. in fine. de procura. in antiquis, quae refert Collectarium in cap. 2. de Iudeis.* Sic etiam laicus constitui potest procurator ad acceptandum beneficium, seu collationem beneficii, ut scribunt Abbas, in *cap. accedens. de preben. Calderin. in conf. 1. de preben. Francus, in cap. si sibi absenti. col. 4. de preb. in 6. Felinus, in cap. Apostolica. n. 5. de exceptionibus. Ripa, in d. cap. 2. n. 49. in fine vers. quarto quia laicus, & Ferret. in dicto conf. 71. num. 1.* Ità quoque Secularis esse potest procurator Abbatis ad recipiendum ad professionem eum qui jam ingressus est religionem, sicuti tradunt Joannes de Lignano, in *cap. ad Apostolicam. de regular. Felinus, in cap. ult. de off. delega. Ripa, in d. cap. 2. num. 38. & 49. ad finem, vers. secundo quia laicus. & Aufser. in d. quarta regula. num. 43.* est enim receptio hæc nudum quoddam factum, & ministerium ab omni spiritualitate separatum; Et ipsa professio non dicitur sacramentum Ecclesiae, sed quaedam promissio de obediendo, ut scribunt Baldus, in *cap. 1. ad finem, de eo qui arma bellica deposuit. Felin. in cap. quando. col. 4. & Ripa, in dicto cap. 2. num. 38.* qui subiungit, quod hac ratione laicus etiam sine mandato Abbatis, recipere potest ad professionem, nomine Monasterii, quia favore Monasterii, & religionis cuilibet permittitur pro ea stipulari, secundum *glos. in cap. quous cordi. 1. q. 7. & Baldum, in l. illud. col. 1. C. de Sacros. Eccles. subiungit tamen Ripa, praesertim in loco, laicum non posse benedicere vestes, quae traduntur in professione, juxta *cap. statuimus, & cap. ex parte. de regularibus.* Potest etiam laicus esse procurator ad vendendum bona Ecclesiae. Ità, post alios, Ripa, in *dicto cap. 2. num. 54. de iudiciis,* qui distinguit, & declarat.*

Quando verò agitur de facto quod continet aliquam spiritualitatem, Secularis constitui non potest procurator. Ità dicimus Secularem non posse tanquam procuratorem eligere Praelatum, sicuti scribunt Joan. Andr. in *cap. ei qui. de reg. iuris. Buticus, in cap. 2. de iudic. Gemin. in cap. 1. de procurato. in 6. Rota, in decis. 27. in fine. de procurato. in novis. Ripa, in dicto cap. 2. num. 50. & sentit Aufser. in dicta regula quarta. num. 35. dum refert & probat Gemin. in d. cap. 1. Hæc tamen traditio locum non habet in Seculari converso, qui potest esse procurator ad eligendum, cum sint juris spiritualis capaces, possitque praescribere jus eligendi, & conferendi, ut scribunt *glos. & Gem. in cap. ex eo. §. in Ecclesia. de electio in 6. Abbas, in sua disputatione quae incipit Augurio, & in cap. causam de prescr. & ibidem Felinus Rom. in sing. 659. incipit. fuit à me questum. Joan. de Selva, in tract. de beneficio. in secunda parte. q. 19. Ripa, in cap. 2. num. 51. vers. ult. noviter de iudiciis, & Berous, in cap. illa propositorum. num. 1. de accusat.**

111. Oeconomus bonorum Ecclesiae, tanquam nudus minister, esse potest Secularis, sicuti tradunt Ripa, in *dicto cap. 2. n. 52. vers. aut quaeritur an possit. de iudiciis, & Aufser. in dicta reg. 4. n. 35. & differemus infra lib. 3. cap. 24. in fine.*

III. Fabricensem Ecclesie esse posse Secularem affirmant Calderinus, in *conf. 1. tit. de consuetud. & in conf. 18. tit. de preben. Abbas, in cap. 2. n. 7. & ibidem Ripa, n. 35. de iudiciis. Decius, in conf. 129. col. 4. vers. non obstat quod illis. Auct. in d. regula 4. n. 37. & Rebuffus, in tractatu nominationum. q. 15. n. 21. Et usus, consuetudo que hoc passim admittit, sicuti testantur Calder. & Ripa, & apud nos quotidie observari videmus. Et probatur lege viua antiqua, ut legitur *lib. 4. Regum. cap. 12. & lib. 2. Paralip. cap. 24.**

V. Hospitalis Rector esse potest Secularis, sicuti tradunt gloss. in *clem. quia contingit. in verbo Secularibus. de relig. dom.* ubi Paulus de Eleazaris, Imola, Zabarella, Ancharanus, num. 12. & Vitalinus, num. 94. sic & Bartolus, in *l. quod constitutum. de testa. militis. Rom. in sing. 333. incipit, laicus. Auct. in dicta reg. 4. num. 73. & Ripa, in dicto cap. 2. num. 66. de iudiciis, qui post Romanum extendit duobus modis, altero, quando Hospitalis est fundatum auctoritate Episcopi, altero, quando Secularis iste habet uxorem, & filios. Quae secunda extensio reicitur a Stephano Imola, & Zabarella in dicta *clem. quia contingit, & eodem in loco, idem docuit Vitalinus, num. 95. Ripa vero recte advertit considerandam esse personae qualitatem, & apud eum.**

VI. Custos Ecc. esse potest Secularis, ut post Baldum & Felinum tradit Ripa, in dicto *cap. 2. n. 67. de iudiciis, qui dicit secularem posse intervenire sacerdoti missam celebranti, ac etiam officium sonandi campanas, id quod nos servari haec in Vibe, & alibi videmus.*

VII. Collector oblationum potest esse Secularis, tanquam nudus minister Ecclesiae, cuius nomine, & pro ejus utilitate, colligit. Ita Ripa, in *d. cap. 2. n. 55. vers. aut queritur an possit de iudiciis, qui sic loqui intelligit Abbatem, Aretinum, & Decium, ibidem. Et verè, & manifestè sic loquitur idem Decius, in conf. 148. col. pen. vers. secus ergo videtur. Ita etiam loquitur Joannes de Seiva, in tract. de beneficio in prima parte. q. 7. n. 31. Ita & Didacus Covarr. in *lib. 1. variar. resolut. cap. 17. n. 5. vers. sic & laici. Quando verò Secularis sui nomine, & ad sui utilitatem vellet colligere oblationes, contrarium esset dicendum, nempe collectorem esse non posse harum oblationum, quemadmodum hoc in casu loquuntur Archidiaconus, in *cap. innovamus. de censib. Buticus, Aretinus, & Decius, in dicto cap. 2. de iudiciis, sicuti intelligit, & declarat ibidem Ripa n. 55. vers. conclusuris, qui ad rem alia nonnulla scribit, quae brevitatis gratia praetermitto, & accedit Rebuff. in tract. de decimis. q. 1. n. 27. qui, n. 28. subiungit Decium in dicto *conf. 148. minùs rectè respondisse, valere consuetudinem, quòd laici in suis oratoriis recipiant oblationes.****

VIII. Tutorem testamentarium Clerici, esse posse Secularem admittit Gemin. in *cap. ult. §. 1. de iudiciis in 6. quem sequutus est Ripa, in cap. 2. n. 10. vers. & comprobo. de iudiciis, dum scribunt, quòd laicus datus tutor Clerico à lege, vel à patre in testamento confirmari debet; & idem manifestius respondit Baldus in *conf. 45. in questione ista. lib. 3. Idem de tutela legitima asserunt praecitati Gem. & Ripa, & accedunt Baldus, in dicto *conf. 45. de tutela dativa, an scilicet Secularis dari possit à Judice, seu Praetore tutor Clerico? majus est dubium, & dari non posse sensit Ripa, in dicto *cap. 2. n. 10. vers. & ideo****

Hic locus postulat ut è converso ad praecedentia capita, differamus quae negotia Secularia tractare & gerere possit Clericus, & religioni datus, & quidem pro regula traditum, & sancitum est, Clericos negotiis Secularibus, & temporalibus, sese immiscere non posse, (*cum nemo, inquit D. Paulus, in epistola secunda. cap. 2. ad Timotheum) militans Deo implicare se debeat negotiis Secularibus.* Quocirca extat in decretalibus integer ille titulus, *Ne Clerici, vel Monachi Secularibus negotiis se immisceant*, in quo permulta enumerantur negotia Secularia, & temporalia, quibus Clerici, & Religiosi se commiscere non possunt. De nonnullis eo in tit. scriptis agemus, & alia illis adiungemus.

1. Vice Rex vel Vicecomes, vel Justiciarius Principis Secularis esse non potest Clericus, & Religioni addictus. Ita sarè statuit Alex. 3. Pont. Max. in *cap. Clericis, Ne Clerici, vel Mona.* illis verbis, *Iubemus etiam sub interminatione anathematis, ne quisvis sacerdos officium habeat Vicecomitis, aut Praepositi Sec.* Et ibidem Abbas tradit jure illo prohiberi, ne Clericus sit Vicegerens, & Vicarius Principis Sec. & manifestius idem Abbas, in *cap. sed nec. n. 7. eo tit. sic & Caietanus, in summa. in verbo, excommunicatio. cap. 76. vers. adversant hic &c.* scribit Praelatos Regnorum, Gubernatores, seu Vicereges advertere debere, cum & ipsi sub illo nomine Praepositi contineantur quasi dicat Caietanus eos prohiberi officio, & munere illo fungi posse. Idem scribunt Sylvester Pierius, in *summa. in verbo, excommuni. 9. n. 28. vers. secundò notandum est. Bartolomeus Fummus, in summa armilla. in verbo excommunicatio. n. 86. Navarrus, in Manuali Confessorum. cap. 27. n. 117. Carolus Degraffalius, de Regalibus Francia. num. 2. in iure 15. Cosmus Gumier, in *pragm. sancti. in tit. de collationibus Ecclesiae Gallicanae. §. caprepter. in verbo Concilio. Petrus Placa, in Epistome delictorum. cap. 19. n. 23. Bernardus Diaz, in *pract. canonic. crim. cap. 61. n. 2. Simon Majolus, in tract. de irregularitate lib. 2. cap. 5. n. 15. & Lancelotus Corradus, in templo om. iud. lib. 2. cap. 5.***

Et horum quidem traditio, & sententia non procedit, quando Praelatus licentia & dispensatione summi Pontificis efficitur Vicerex, sicuti existimo, habità hac dispensatione, hoc munere, nostrà hac aetate, fuisse sanctos Illustriss. & Reverendiss. Car. Granvellanum in Regno Neapolitano, & Illustriss. & Reverendiss. Cardivalem Christophorum Madrusium in hoc dominio Mediolanensi.

11. Consiliarium Principis Secularis, esse Clericum, & religiosum affirmant Jo: Andr. in *d. cap. Clericis, & Abbas, ibidem. n. 5. in d. cap. sed nec. n. 7. Baldus, in aush. habita n. 1. C. ne filius pro patre. Cosmus Gumier, in *pragm. sancti. tit. de collationibus Ecclesiae Gallicanae §. praemissis. vers. Concilio. Berous, q. 17. n. 1. Albertus Trosius, in tract. de vero, & perfetto Clerico. cap. 34. n. 2. Bernardus Diaz, in *pract. crim. canon. cap. 61. n. 2. vers. videtur tamen, & ibid. Ignatius Lopez, in additionibus. Ita quoque Clericus esse posse assessorem, hoc est consiliarium Judicis Sec. inferioris, tradunt speculator in *tit. de off. assessorum. §. debet. Jalon, in rub. ff. de off. assess. n. 3. Decius, & Ripa, in cap. 2. de iudiciis, ille, n. 27. iste, n. 59. sic & Cagnolus, in *l. diem sancto n. 15. ff. de off. assess. & Joannes Segura Davalos, in directorio Indicium fori Eccles. in 1. parte. cap. 11. qui observabit tamen hic Clericus Consiliarius ne consilium praebet in causa criminali, in qua locus esset poenae sanguinis, sicuti tradunt Abbas, in *d. cap. Clericis, Diaz, in d. cap. 61. n. 2. Majol. in d. cap. 5. num. 16. qui admittunt posse******

CAPUT XIX.

Clericus, quae negotia Secularia tractare, cognoscere & expedire possit.

contulere in condendis legibus indicentibus poenam sanguinis.

III. Delegatum Principis in causis civilibus, & pecuniariis esse posse Clericum crebrius affirmant Doctores. Ità sanè Speculator, in *tit. de off. delegati §. constituitur*. Calder. in *conf. 6. eo tit. Abbas, in cap. inter dilectos de fide instrum. & ibidem Felinus, & communem esse sententiam testatur Ripa, in cap. 2. num. 46. vers. contrariam tenent. de iudiciis*. Quam quidem satis manifestè probat dictum *cap. inter dilectos ibi. Ex delegatione Regis Ludovici*. Et præterea si in causis criminalibus potest Clericus esse Principis delegatus, ut statim dicemus, multò magis in his civilibus. Alia argumenta à Ripa percepta non multùm urgere mihi videntur. Nec huic receptæ opinioni repugnant considerationes Barbatæ, in *rub. de off. & potestate Iudicis delegati*, à communi opinione dissentientis. Nam illis abundè satisfaciunt Ripa, in *d. cap. n. 47.*

In causis verò criminalibus, in quibus agitur de sola poena pecuniaria, Clericum esse posse Principis Secularis delegatum, non autem quando infligenda est poena sanguinis scribunt Aretinus, in *conf. 59. n. 9.* Ripa, in *dicto cap. 2. n. 46. vers. contrarium. de iudiciis*. Didac. Covarr. in *Clem. si furiosus. in secunda parte. §. 5. in fine. de homicidiis*, & Jul. Clarus, in *pract. Crim. §. finali. q. 41. in fine.* & horum quidem sententia probatur constitutione illà Sacri Concilii Tolertani relati in *cap. sepè. 23. q. 8.* cujus verba adscripti, *sepè Principes contra quoslibet Majestati obnoxios Sacerdotibus negotia sua committunt. Quia verò Sacerdotes à Christo ad ministerium salutis electi sunt, ibi consentiant fieri Regibus iudices, ubi iurejurando supplicii indulgentia promittitur, non ubi discriminis sententia preparatur. Si quis ergo Sacerdotum contra hoc commune consultum discussor in alienis periculis existerit, sic reus effusi sanguinis apud Christum, & apud Ecclesiam perdat proprium gradum.* Hactenus Concilii constitutio, quæ illis verbis, *Ibi consentiant fieri Regibus Iudices, ubi iurejurando supplicii indulgentia promittitur, non ubi discriminis sententia preparatur &c.* statuit Clericos esse posse delegatos Iudices à Principe in causa criminali in qua non est infligenda poena ultimi supplicii, vel sanguinis, aliàs non. Ità quoque Alex. 3. Pontifex Max. in *cap. in Archiepiscopatu. de raptor.* rescripsit Archiepiscopo Panormitano. Rescripti verba sic leguntur. *In Archiepiscopatu tuo quandoque Saraceni mulieres Christianas, & pueros rapiunt, & eis abuti presumunt, & quosdam etiam interdum occidere non verentur. Cum autem excessus huiusmodi Rex Sicilia tibi, & aliis Episcopis commiserit puniendos, consultationi tua taliter respondemus, quod tales in jurisdictione tua existentes pecuniaria poteris poenâ multare, ac etiam flagellis afficere, eà moderacione abhibita, quòd flagella in vindictam sanguinis transire minime videantur. Si verò ità fuerit gravis excessus, quòd mortem, vel de truncationem membrorum debeant sustinere, vindictam reserves Regia potestati.* Hæc summus Pontifex Alex. qui apertius loqui non potuisset.

Declarantur primò prædictæ traditiones locum habere de stricto juris vinculo, non autem de honestate, quæ suadet Clericos abstinere debere ab his Principum, & Iudicum delegationibus; sicuti scribunt Buticus, & Abbas, in *dicto cap. 2. de iudiciis. ille, num. 7. iste, num. 8. & eodem in loco Decius, num. 7. & Ripa, num. 47. versu declara ergo.* Et ii quidem sic intelligunt, & interpretantur, quòd ex epistola prima Clementis ad Divum Jacobum fratrem Domini legitur in *cap.*

te quidem. n. 11. q. 1.

Est enim dedecus, & opprobrium quoddam Clericos his negotiis se immiscere secularibus. *l. consulta C. de testam. ibi, Maxime Clericis, quibus opprobrium.*

Declarantur secundò prædictæ traditiones, ut procedant, quoad unam vel duas causas, non autem quoad univestitatem causarum; non enim is esse potest, vel debet Principis, Secularis delegatus, ne nimium se immisceat negotiis secularibus, quæ à Dei obsequio distrahunt. Ità post Abbatem, in *cap. sed nec. num. 5. & in cap. Clericus. num. 5. Ne Clerici vel mona. tradit Ripa, in dicto cap. 2. num. 47. vers. secundo declara. de iudiciis.* Et iure declarationem hanc clarè probat dictum *cap. sed nec*, cujus verba ità leguntur. *Sed nec procuraciones villarum, aut jurisdictiones etiam Seculares sub aliquibus Principibus, & Secularibus viris, ne Iustitarius eorum fiat, Clericorum quisquam exercere presumat &c.* Et eadem quidem ratione dicimus Clericum esse non posse Principis Secularis delegatum ad unam causam, ità ut eà finitâ, aliam valeat assumere, & de ea cognoscere, sicuti tradunt Decius, in *dicto cap. 2. num. 6. vers. & ad declarationem. de iudiciis, & ibidem Ripa, num. 48.* Verum repugnare videntur. De Clerico procuratore, advocato tradit Felinus, in *cap. cui. 1. & col. pen. vers. secundo considera. de senten. & re iud. ut dicemus infra suo loco,*

III. Tutelæ munus suscipere, & gerere an possit Clericus, dubitari solet. Hac in re existimo prius esse distinguendum jus Cæsareum à Pontificio, cum non omnibus hæc inter se convenient; iure enim Cæsareo duæ extant Justiniani constitutiones, altera, in *l. generaliter C. de Episcop. & Cler.* altera, in *§. Deo autem amabiles. in auth. de sanctiss. Episcop. quæ postrema relata est in auth. Presbyteros, immediate positam post dictam l. generaliter.* Prima illa constitutio habet hæc verba. *Generaliter sancimus omnes Reverendiss. Episcopos, nec non Presbyteros, Diaconos, & subdiaconos, & præcipue Monachos, licet non sint Clerici, immunitatem ipsò iure omnes habere tutelæ, sive testamentaria, sive legitima, sive dativa, & non solum tutelæ eos esse expertes, sed etiam curæ non solum pupillorum, & adultorum, sed & furiosorum, & muti, & surdi, & aliarum personarum quibus tutores vel curatores à veteribus legibus dantur.* Hactenus Justinianus, qui Episcopis, Monachis, & Clericis tribuit immunitatem ab onere tutelæ, & curæ. Quæ sanè immunitas tamquam beneficium (sic appellat illo in loco Justinianus §. 1.) collatum his personis dicitur voluntarium, & propterea non ii prohibentur gerere munus hoc, sed permittitur volentibus, cum quilibet suo favori possit renunciare, sicuti quoad Clericos declaravit in *secunda illa constitut. de qua in dicto §. Deo autem amabiles.* Et si de Episcopis, & monachis aliter statuit. Justiniani verba hæc sunt. *Deo autem amabiles Episcopos, & monachos, ex nulla lege tutores, aut curatores cujuscumque persona fieri permittimus. Presbyteros autem, & Diaconos, & subdiaconos, iure, & lege cognationis, tutelam, aut curam suscipere hereditatis permittimus, proprio, & solò gradu cognationis ad tutelam, & curam vocatis, huiusmodi suscipere administrationem permittimus. Si tamen intra quatuor menses, ex quo vocati sunt, apud competentem Iudicem scripto declarent talem administrationem propria voluntate suscepisse. Et si quis eorum forsan hoc fecerit, nullum ex hoc in alia tutela, aut cura præiudicium patiantur.* Hactenus Justinianus, qui suâ hac postrema

postremâ constitutione manifestè statuit Presbyteros, Diaconos, & subdiaconos posse, si sic eis placuerit gerere tutelam legitimam; Et constitutionem hanc sic intelligunt Speculator, in *tit. de tutore. §. generaliter. n. 10* Bartolus, in *l. legitimus §. ult. ff. de legitima tutor. & in conf. 143.* Paulus filius, n. 1. *lib. 1.* Baldus, in *conf. 45. in quest. ista. lib. 3.* qui & jure Pontificiò de quo intrâ, idem fuisse sancitum respondent & Ancharanus, in *cap. ult. in fine de postula.*

Testamentariam verò, ac dativam tutelam Clericos gerere non posse scribunt Speculator, & Bartolus, in *locis*, sic & Aretinus, in *conf. 26. n. 3.*

Verùm dubia vel ex eo mihi visa est eorum opinio, cum Justinianus tribuendo Clericis immunitatem ab onere tutelæ legitimæ, & dativæ, significat permissum esse Clericis volentibus gerere, & administrare etiam tutelam testamentariam, & dativam. Et accedit quòd nulla solida ratio differentiat inter tutelam legitimam, ac testamentariam, ac dativam considerari potest, & licet Justinianus in *d. §. Deo autem amabiles* de legitima tutela statuerit, non tamen dicitur exclusisse testamentariam, & dativam, cum expressè non correxerit dictam legem generaliter.

De Episcopis verò, & monachis statuit Justinianus in *dicto §. Deo*, legitimam tutelam gerere non posse, & idem scribunt præcitati doctores, nempe Bartolus, in *dicta l. legitimus §. ult. in fine. ff. de legit. tuto.* Aretinus, in *d. conf. 26. n. 3.* qui idem de tutela testamentaria dicit. Idem sensit Angelus Aretinus, in *§. item finiat. inst. quibus modis tutela finitur*, & si Borgninus, in *tract. de tutore, & curatore n. 288.* male intelligat hos posse, si volunt, gerere has tutelas, non enim possunt, etsi volunt, cum nec judicialem alicujus defensionem valeant suscipere, *cap. de presentium 16. q. 1.* Jure Pontificiò Clericos omnes, (quod magis hac in disputat. debet) tutores legitimos esse posse docuit Bart. in *d. l. legitimus. §. ult. ex sententia specula. in d. tit. de tutore §. generaliter. n. 10. in fine*, qui dixit jure Pontificiò correctam fuisse dictam auth. Presbyteros *C. de Episc. & Cler.* & tandem subiunxit Episcopum, & Monachos legitimam tutelam gerere, & administrare posse. Et de legitima tutela sic statuisse concilium Calcedonense, in *cap. pervenit, quod est ult. dist. 86. ibi. Nisi forte, qui legibus ad minorum satum tute las sive curationes inexcusabiles attrahuntur &c.* sic etiam potest intelligi *cap. Irreligiosum. dist. 87. ibi, Ac cum Olympius Diaconus dilectionis tua. felicitis & Olympii suggeratur avunculus eosque parvulos tutela vice suscepit nutriendos.* Et Speculatoris ac Bartoli opinionem sequutus est Antonius Piagijs, in *tract. de tutore, & curatore q. 3. n. 12.* Et cæterum à prædictis dissentiunt Archidiaconus, in *d. cap. pervenit*, & Bald. in *l. generaliter. in fine. C. de Episc. & Cler.* quos visus est lequi Anchar. in *cap. ult. in fine. de postula.* Clericum verò testamentarium tutorem pupilli Secularis esse non posse statuit Concilium, de quo in *cap. Cyprianus 21. q. 3.* secundam quem intelligendum est *cap. ult. dist. 88.* quod est ejusdem Cypriani.

V. Notarii tabellionisque officio & munere fungi an possit Clericus, dubitant Doctores. Hac de re scribunt omnes, in *cap. sicut, ne Cler. vel Mona.* & ex recentioribus Doct. Didacus Covarr. in *lib. pract. q. cap. 19. n. 8.* quatuor vel quinque constituit conclusiones. Plures ego casus alio observato ordine, quam observavit Didacus distinguam, & explicabo.

Primus casus est, quando Clericus in Sacris existens, & beneficium Ecclesiasticum obtinens vult exercere tabellionis officium in foro Seculari. Hic casus ille est, qui ab Innoc. 3. est definitus

in *dicto cap. sicut. cujus verba sic leguntur. Sicut te accepimus referente, & infra. Fraternitati tua mandamus quatenus Clericis in Sacris ordinibus constitutis tabellionatus officium per beneficiorum subtractionem appellatione postpositâ interdicas.* Hæcenus Innoc. quem intelligunt Doctores loqui, ut casum proposuimus, quando Clericus ille vult exercere officium hoc in foro Seculari, sicuti colligitur ex traditionibus ipsorum interpretum quos referam infra, dum aliter scribunt quando vult exercere in foro ecclesiastico. Hujus Canonis, & constitutionis Pontificiæ rationes quatuor consideravit Hostiens. in *dicto cap. sicut. num. 1. & ibidem referunt Zabarella, coll. 1. vers. dixit etiam, & Abbas, num. 5.* Juvat eas referre, ut alii casus facilius explicentur. Et quidem prima adfertur ratio, quia timor est, ne clericus creatus tabellio in sævis & crudelibus hoc utatur officio. Hæc ratio tanquam non concludens, & omnibus Clericis non conveniens, reiicitur ab Abbate, in *dicto cap. sicut. num. 5.* Non enim credendum est Clericos omnes hoc fungentes officio sævis, & crudelibus immiscere se debere, & præterea, si ratio hæc vera esset, prohiberentur, & Clerici minorum ordinum, non habentes beneficia, cum & illi à sævis actionibus abstinere debeant, ex quo sunt, & ipsi in sortem Domini vocati, & tamen verum est quòd si fungi hoc possunt officio. Secunda est ratio quia hoc officium est periculosum, cum enim tabellio jurare teneatur se scripturam veritatem eorum, quæ videbit, & audiet, & quòd sine dilectu personarum officium suum fideliter exercebit, & ideo si Clericus tabellio multum frequentabit suum hoc officium, vix evitabit perjurium, cum multoties propter favorem, vel timorem, aliter quam deberet conficiet forsan, vel non conficiet instrumentum. Hæc quoque ratio quam loco 3. proposuit & probavit Hostiens. in *dicto cap. sicut. col. 1. vers. 3. ratio est.* eodem modo quo & præcedens reiicitur, imò si vera esset, nec quidem creandi essent tabelliones, laici & seculares, cum & lex ipsa civilis prohibeat actus omnes, qui delinquendi causam præstare solent. *l. convenire. ff. de pactis dotalibus ubi.*

Tertia est ratio, quia hoc tabellionis officium est vile, cum tabellio dicatur servus publicus. *l. non aliter. ff. de adoptio l. servus ff. de testam. & cap. 2. de usuris in 6.* Et hac ratione Decuriones hoc officio tanquam vili fungi non posse, nec debere *l. si quis procuracionem, & l. universos C. de Decurionibus. lib. 10.* & tabellionis officium esse vile affirmant id specie multi, quos congerunt Tiraquell. in *tract. de nobilitate. cap. 30. num. 9.* Hæc ratio, quæ ab Abbate in *dicto cap. sicut. num. 5. probatur*, vera non est. Non enim verum est, tabellionis officium esse vile, sicuti admodè & acutè, ostendit Covarr. in *dicto lib. pract. quest. cap. 19. num. 5. vers. & sanè.* Præterea admisso, tabellionis officium esse vile, non tamen debet impedire, quominus Clericus eo posset fungi, quemadmodum videmus Clericum Procuratoris munus, & officium posse multis in casibus exercere, ut dicemus infra suo loco; & tamen officium illud esse vile tradit Tiraquell. in *dicto cap. 30. num. 1.* & in specie tradit Abbas, in *eodem cap. sicut. num. 4.* & demum vel ex eo recipienda non hæc ratio, quòd alioqui Clericus beneficiatus non admitteretur in foro Ecclesiastico recipere instrumentum, cum tamen ex omnium ferè sententia admittatur, ut dicemus infra. Quocirca hanc rationem in specie reiicit Covarr. in *dicto cap. 19. n. 8.*

Quarta ratio est, quia hoc tabellionis officium est quoddam negotiariorum genus, quod geri à Clerico jure prohibetur, cum negotiis Secularibus sese immiscere non debeat, sicuti constat ex integro illo titulo *Ne Clerici, vel Monachi Secularibus negotiis se immisceant*, sub quo sanè titulo collocatus est canon ille d. cap. *sicut*, & rationem hanc recipiunt, & probant Hostiens. *ibidem col. 1. vers. 2. ratio est.* & veram esse dixit Zabarella, *ibidem col. 1. vers. ideo gloss. secundo. solvit Abbas, n. 1. vers. alia solutio &c.* qui idem, etsi diversis verbis, scribunt, eodem in loco, *vers. 2. ratio.* Anchar. *n. 1. dum allegat cap. sed nec, & cap. Clericus, eo titulo, ne Cler. vel Mona. & Bernardus Diaz, in pract. crim. Canonic. cap. 58. n. 1. dum refert, & probat duas illas rationes ab Abbate consideratas, & manifestius Covarr. in d. cap. 19. n. 8. Declaratur hic casus, ut locum non habeat, in foro ecclesiastico Curia Romanæ, in quo permissum est Clericis in sacris constitutis, & beneficiatis, exercere tabellionis officium. Ità in specie tradit Covarr. in d. cap. 19. n. 8. in prima concl. qui hujus opinionis refert Abbat. Panormitanum, in cap. *sicut*. ubi, *n. 6. vers. ego distinguere &c.* scribit huic coram Papa, seu ejus Curia exercere posse hoc officium, & maximè, si ab ipso Papa habuit hoc officium. Nam Pontifex Max. admittendo vel tribuendo huic Clerico beneficium tabellionis munus, & officium (inquit Abbas) dicitur eum habilitare. *arg. l. idem Vlpianus ff. de excusat. tuto. & accedit tex. l. quidem consulebat. ff. de re iudicata, & fultè scripsi in commentar. de presumptionibus lib. 2. presump. 20. n. 7. & 8. & hanc Abbat. declarationem, & rationem probat.**

Secundus est casus, quando Clericus in sacris quidem constitutus est, sed tamen beneficium non habeat Ecclesiasticum. Hoc sanè casu, an hic tabellionis officio fungi possit, dubitant, & controvertunt Doctores, & quidem exercere, & fungi posse affirmant Host. in d. cap. *sicut n. 2. vers. 2. ratio.* dum inquit Clericum habentem tenue beneficium, ità ut vivere non possit, exercere posse hoc tabellionis officium, ergo à fortiori, si nullum habet beneficium. Et manifestius hunc casum probant Joan. Andr. & Abbas, in eodem cap. *sicut n. 8. Zabarella, col. 1. vers. & ex hoc patet.* Franciscus Martius, in *quæst. 94. n. 5. in 2. parte*, Sylvester Pierius, in *summa. in verbo, Tabellion. n. 3. vers. secundum si autem Clericus.* Et ii quidem adducti sunt illò canone *dicti cap. sicut.* à sensu contrario, dum inquit Innoc. interdici debere huic Clerico per beneficiorum subtractionem, ne tabellionis officium exercent. Ergo à contrario, si careat beneficiis, ei non est interdendum.

Verùm respondet Didacus Covarr. in d. cap. 19. n. 8. *ver. 2. conclusio*, constitutionem Innocentii in d. cap. *sicut* uti eà pœnâ subtractionis beneficiorum, quia frequentiss. contingit Sacerdotes habere beneficia Ecclesiastica, quia vult summus Pontifex (inquit Covarr.) beneficium Ecc. privari eum qui sacris donatus ordinibus tabellionis officio operam dederit, si illud habeat: quod si illud non habuerit, alia erit nihilominus pœnâ puniendus. Hæc interpretatio comprobari potest traditione gloss. in *aut. Cassa. C. de Sacrosanct. Eccles. in verbo per Italiam*, dum inquit quòd quando mandatur aliquid fieri aliquo in loco causâ majoris frequentia, non excluduntur alia locò minoris frequentia, si eadem tamen est ratio uno in loco. quæ est & in altero, & Accursium sequenti sunt Bart. *ibi. n. 3. Decius, n. 6. & in l. pen. n. 1. C. de patris. Jason, in l. 1. n. 23. C. de Sacros. Eccles. & Ripa in l. 2. 10. ff. de vulg. & pupill. subst. in cap. sepe. n. 89. de restitu. spolia.*

Responderi etiam potest quòd licet Innocentius in tua illa prohibitionem includeret Clericum, benefi-

ciatum, non tamen dicitur exclusisse beneficium carentem, ex quo eadem est ratio, in uno quæ & in altero, ut statim demonstrabimus. Ità declarando regulam illam *l. cum Prætor. in Prin. ff. de iudicis, & cap. nonne de presump.* respondit, post alios, Parisius, in *conf. 3. n. 39. lib. 1.*

Contrariam ità opinionem, quòd scilicet Clericus in sacris existens, etsi beneficium caret Ecclesiastico, fungi non possit tabellionis officio probavit Covarr. in loco supra allegato, qui refert ejusdem opinionis fuisse Cardinalem in cap. *sicut*, & Albertum Tronsum, in *tract. de vero, & perf. Clerico. lib. 2. cap. 54. n. 9.* qui tamen nullâ lege vel ratione probant. Crediderim ego probari, vel ex eo hoc posse, quòd duæ sunt causæ impediens Clericum exercere tabellionis officium, ordo ipse clericalis, & beneficium ipsum Ecclesiasticum. Causa illa ordinis probatur, illâ generali ratione, quòd nemo militans Deo implicat se negotiis Secularibus *cap. 1. in fine, & cap. sed nec. ne Cler. vel Mona.* Hæc sanè ratio convenit etiam Clerico existenti in sacris, etsi beneficium caret, cum & ipse Deo militet. Illa verò causa beneficii Ecclesiastici vel ex eo probatur, quòd si necesse habet Clericus iste intervenire ipsi beneficio, & ab eo non abstrahi tabellionis officio quòd promulorum commodis, & necessitatibus inventum est. Itaque licet duæ hæc causæ, & rationes non militent in Clerico carente beneficio, attamen locum habet una, nempe quòd militans Deo implicat se negotiis Secularibus, id quòd sufficit, cum prohibitio actus duplici ratione, vel causâ facta, cessante unâ causâ vel ratione, non cesset *l. si non lex Aelia Sentia. ff. de hered. instit. & §. si affinitatis. instit. de nuptiis, & scribunt quamplurimi congesti à Tiraquello in tract. quòd cessante causa cesset effectus. in vigesima 2. limitatione.*

Declaratur primò hic casus, ut non procedat in Curia Romana, publicè, & extra Curiam in negotiis Ecclesiasticis, quæ privatim, & in foro publico expediuntur. Ità declarant Covarr. & accedit Augustinus de Ancora, in *summa de potestate Eccles. q. 110. art. 6. in d. secunda conclus. in fine*, & confert quòd diximus in declaratione præcedentis casus.

Declaratur 2. ut locum non habeat quando Clericus iste in sacris existens non habet nec beneficium, nec patrimonium, ex quibus ali, & vivere possit. Nam tunc urgente hac necessitate exercere potest tabellionis officium, ut victum sibi quærat, & sic sanè declarant Archidiac. in cap. *mulierum. 27. q. 2. Buticus, in dicto cap. sicut n. 5. Ne cler. vel mona, & ibidem Hostiens. n. 1. vers. 2. ratio.* Abbas, *n. 6. in fine* & Franciscus Martius, in *q. 194. n. 5. in 2. parte*, qui, *n. 6. vers. sed ad hoc* subiungit, quòd hodiè Clericus iste non potest prætere necessitatem victus, & alimentorum, quia quando ordinatur ad sacra, ordinari debet ad titulum beneficii, aliàs Episcopus & alius ordinator tenetur ei providere de victu, & aliis necessariis. *cap. non licet. cap. Episcopus, & cap. cum secundum de preben.* Inquit tamen Martius esse cogitandum. Crediderim hodiè verum esse declarationem hanc, cum Sacrosancto Concilio Tridentinò *sessio. 21. cap. 2. de reformatione* sancitum sit, neminem ad ordines sacros promoveri debere, nisi habeat sufficiens beneficium vel patrimonium ad sustentandum.

Tertius est casus, quando Clericus in minoribus constitutus obtinet beneficium Ecclesiasticum, unde potest congrua alimenta sibi exhibere. Hoc etiam casu Clericus, iste exercere minimè poterit tabellionis officium. Ità sanè tradunt Hostiens. in d. cap. *sicut. col. 1. vers. 2. ratio, & ibidem Buticus, n. 5. Abbas, n. 6. Jason, l. 1. §. huius status n. 8. vers. sepe*

no limita ff. de iustitia, & iuro. Divus Antonius, in summa. in 3. parte. tit. 13. cap. 2. §. 2. Bernardus Diaz, in pract. crim. canonica. n. 2. §. 2. Majolus, in tract. de irregularitate. lib. 2. cap. 6. n. 3. & Didacus Covarr. in lib. pract. quest. cap. 19. n. 8. vers. 3. conclusio qui intelligit Clericum hunc nec quidem in Ecclesiasticis publicis Tribunalibus exercere posse hoc tabellionis officium. Et hujus casus ea est ratio, quia, etsi Clericus minorum ordinum non dicitur proprie militare Deo, ex quo sacris alligatus non est, attamen inservire tenetur beneficio Ecclesiastico quod obtinet. Et simile dicemus infra de hoc Clerico, qui advocacionis, & procuracionis officium exercere non potest.

Quartus est casus, quando clericus in minoribus existens, vel nullum omnino obtinet beneficium Ecclesiasticum vel adeo tenue, & modici redditus habet, ut alibi ex hoc vivere nequeat. Hoc casu, licet huic Clerico tabellionis officio & munere fungi, etiam apud Tribunalia Secularia, ut suo opere, & indutria acquirat unde se aliat. Ita quidem scribunt Hostien. in d. cap. sicut. col. 1. vers. secunda ratio, & ibidem Buticus, n. 5. Abbas, n. 7. in fine, Franciscus Martius, in q. 194. n. 5. in secunda parte, Sylvester Pierius, in summa. in verbo tabellio. n. 3. vers. tertio si vero, & Covarr. in d. lib. pract. quest. 19. n. 8. vers. quarta conclusio, & simile dicemus infra de advocacionis & procuracionis officii, quæ Clericus iste minorum ordinum exercere potest etiam coram Judice Seculari. Et hujus quidem casus ea est ratio, quia nec ratione personæ, nec causâ beneficii alligatus ita est Ecclesiæ, quin immiscere se possit negotiis Secularibus, honestis tamen, & propterea dicebat, & rectè, Covarr. d. in loco, jure aliquò sancitum non legi, quod hoc casu Clericus prohibeatur fungi hoc off. & accedit quod si Clerico existenti in sacri, si non habet unde se possit alere, permissum est, ut diximus supra in 2. declaratione 2. casus, multò magis dici debet permissum huic Clerico minorum ordinum non habente beneficium, vel si habet adeo tenue est, ut ex eo vivere non possit. Et accedit, quod dicemus infra de hoc Cler. advocato, & procuratore.

Quintus est casus, quando Clericus est Regularis, sicque Monachus, vel Frater ordinis Minorum, vel alterius Religionis. Hoc sanè casu, Clericus iste nullò modò tabellionis officium exercere potest, & ob id instrumentum ab eo conscriptum, sine sui Abbas, vel Prioris licentia, est ipso jure nullum. Ita specul. in tit. de statu Monac. §. 1. vers. 27. Divus Antonius, in summa. parte 3. cap. 2. §. 2. Decius, in cap. 2. n. 8. de Iudiciis, & in conf. 494. n. 15. Sylvester Pierius, in summa. in verbo Tabellio. n. 3. vers. quartum Religiosus. Franc. Martius, in q. 194. n. 3. in 2. parte, & Didacus Covarr. in d. cap. 19. n. 8. vers. Monachus verò, qui tamen scribit Monachum posse complere, & signare instrumentum, quod ante Monachum fuerat ab eo conscriptum, & in protocollo repositum.

Declaratur primo hic casus, ut locum non habeat in causa Criminis hæresis, in quo clerici isti regulares esse possunt notarii, sicut in specie declarant D. Antonius, Sylvester, & Martius, locis d. & Diaz, in d. cap. 18. n. 3. qui quidem dixit de aliis Clericis Secularibus, qui alioqui post Clericum non possunt exercere tabellionis officium.

Declaratur 2. non procedere in aliis causis Ecc. I. à Augustinus de Anana, in summa. de pote Ecc. quest. 110. art. 5.

VI. Advocatus, & prouator (de utroque simul agemus) cum iura, rationes, & Doctorum auctoritates utrique convenient sicut in specie advertit Cæ-

polla in conf. 20. n. 5. vers. & licet ibi, in civilibus. Clericus, & Monachus, an esse possint, dubitari solet. Hac in re Cæpolla in conf. 20. n. 5. vers. Ignatius Lopez, in additionibus ad pract. crim. canonica. Bernardus Diaz. n. 17. & 63. & Hieronymus Portoles, in scholiis ad Molinam Hispanum. in verbo Advocatus. n. 3. & multis subsequensibus. distinguunt. atque construunt multos casus. Horum distinctiones, in multis sequar, aliis nonnullis, quæ aliquando observavi, additis.

Primus itaque casus, est, quando Clericus, qui est minorum ordinum, beneficiis Ecc. caret. Hoc casu, Clericus iste in causis civilibus, & pecuniariis, procuratoris, & advocati officium, coram Judice Seculari, exercere potest. Ita sanè affirmant omnes, in cap. 1. de post. nempe gloss. 1. Inno. n. 2. Zabarella, n. 4. vers. secundo quaro. Buticus. n. 2. 8. & n. 17. Imola, n. 1. & 5. Anchar. n. 13. & 6. Boic. n. 8. Bellem. n. 1. 2. & 3. Abbas, n. 1. & n. 4. in fine, & idem, in cap. 1. n. 12. in fine, & in cap. sicut n. 8. Ne Clerici vel Monachi, sic & Speculator, in tit. de procuratore. §. 1. vers. Item quod est Episcopus. Cynus, & Fulgos. in l. militem C. de procurato. Goffred. in summa tit. Ne Clerici vel Mona. cap. 1. §. interd. canitur. Cæpolla, in d. conf. 20. n. 5. vers. sed in contrarium, & n. 6. Angelus Clavafius, in summa. in verbo Advocatus. n. 7. Sylvester, in summa. in eodem verbo Advocatus. n. 3. vers. tertio si sit, Bartholomæus Fumus, in summa Armilla. in verbo Advocatus. n. 16. Navar. in manuali confessorum. cap. 25. n. 110. Cabalinus, in commentar. ad constitutiones Marchia. lib. 3. cap. 20. n. 2. & Portoles, in d. verbo Advocatus. n. 3. vers. quorum primus sit. Et simile diximus de clericis minorum ordinum, non beneficiatis, qui tabellionis officium, exercere possunt. Et illo in loco rationem esse consideravimus; quia Clerici in minoribus constituti, ex quo adhuc non sunt Ecclesiæ alligati, sed possunt negotia Secularia tractare, & uxores ducere. cap. 1. 15. q. 2. cap. 10. de cler. coniug. & cap. cum. ex eo de electionibus in 6. jure merito possunt etiam officia Advocati, & Procuratoris exercere. Hac ratione nisi sunt in specie multi ex d. Doctoribus, & inter eos Cæpolla, in d. conf. 21. reb.

In causis verò criminalibus, in quibus infligi posset pœna sanguinis, clericus iste nequit exercere officium advocati vel procuratoris, quia alioqui efficeretur irregularis, atque ita illos ordines Clericales amitteret. Ita in specie tradunt gloss. in cap. aliquantios, distinct. 51. & gloss. 1. & ibidem Imola, in cap. 1. n. 5. de postula. Sylvester Pierius, in summa in verbo Advocatus. col. 4. vers. Verum advocare possint. Et hæc quidem traditio satis probatur tex. cap. bis à quibus. 23. q. 8. ubi, & cap. sententiam sanguinis. ne Cler. vel Mona. utitur illâ universali negativâ, Nullus Clericus, quæ comprehendit, & hunc Clericum minorum ordinum beneficiis Ecc. carentem.

Sec. est casus, quando Clericus iste minorum ord. habet beneficium Ecclesiasticum ex cujus redditibus vivere potest. Hoc sanè casu Clericus iste non potest advocacionis, & procuracionis officium exercere coram Judice Seculari. Ita scribunt omnes ferè, in cap. 1. de postula. nempe gloss. 1. Innocen. n. 1. Boic. n. 9. Anchar. n. 1. & 2. Buticus, n. 1. & 2. Imola, n. 5. Zabarella, n. 1. Bellem. n. 1. & n. 2. vers. & idem est. n. 3. & Abbas, n. 4. Cæpolla, in d. conf. 20. n. 5. & 6. Chaffaneus, in comentar. ad consuetudinem Burgundia. rub. 1. §. 6. in verbo miserias. n. 37. Angelus Clavas, in summa. in verbo Advocatus. n. 7. Sylvester Pierius, in summa. in verbo Advocatus. col. 4. vers. quinto utrum advocare, Bartholomæus Fumus in 2. armilla, in verbo Advocatus. n. 6. Hieronymus Portoles, in scholiis ad Molinam. in verbo Advocatus. num. 5.

n. 5. & horum quidem traditio probatur eo canone cap. 1. de postula. & comprobatur ex his, quæ scripsi de Clerico minorum ordinum habente beneficium Ecclesiasticum ex quo commodè vivere potest, ut non possit esse Notarius, & ibi diximus rationem esse, quia beneficium cui alligatus est inservire debet, & adiunxi ex sententia Didaci Covarr. nec etiam officium illud tabellionatus exercere posse coram Iudice Ecclesiastico & propterea idem dicendum est de his procuratoribus, & advocacionibus.

Tertius est casus, quando Clericus beneficio carens Ecclesiastico est in his sacris constitutus, hoc est, in subdiaconatu, vel diaconatu, etsi adhuc sacerdos non est, habet tamen patrimonium, & bona, ex quibus potest congruè vivere. Hoc etiam casu Clericum hunc exercere non posse officium advocacionis, & procuratoris coram Iudice Seculari scribunt glos. Innoc. Imola, Bellemara, Zabarella, Abbas, & Boicus allegati præcedenti in casu, sic, & Portoles d. in verbo *Advocatus*. n. 7. qui ejusdem sententiæ refert. Speculatorem, in *tit. de advocato* §. obicitur n. 7. Hostiens. in *summa*. in *tit. de postul.* n. 3. *vers. luminibus*, & divum Antoninum, in *summa*. in 3. parte. tit. 6. & cap. 1. §. 1. ad finem. Et accedit quod de Clerico notario scripsi supra, & hujus quidem tradit. ratio ea ab omnibus præd. afferri solet quod opprobrium est Clericis in sacris constitutis, in foro, & iudicium subfelliis versari. l. *repetita*. C. de *Episc. & Cler.*

Quartus casus est, quando Clericus diaconus, vel subdiaconus non habet beneficium, vel ad eò tenue habet, ut ex eo congruè vivere non possit. Hoc casu, Clericus iste exercere potest officium advocacionis, vel procuratoris etiam coram Iudice Sec. Ità Imola, in d. cap. 1. n. 7. de postula. & ibidem Buticus, n. 15. Bellemara, n. 2. *vers. & idem*, & n. 3. Boic. n. 7. & 10. Anchar. n. 6. Zabarella, n. 4. in fine, Clavassius, Pierius, in *eorum summis*, & in verbo *Advocatus*, ille, n. 7. isto, n. 2. *vers. quarto*, & Portoles, in d. verbo *Advocatus*. n. 10. & accedunt quæ scripsi supra de Clerico existente in sacris non habente beneficium Ecclesiasticum vel ad eò tenue quò non possit congruè vivere, ut officium tabellionatus exercere possit etiam coram Iudice Seculari. Et illo in loco scripsi hodiè cessare hanc disputationem, cum ad sacros ord. promoveri possit nemo, cui non provideatur unde congruè valeat vivere.

Quintus est casus, quando Clericus Diaconus vel subdiaconus vult exercere advocacionis, vel procuratoris officium coram Iudice Ecclesiastico. Hoc casu posse affirmant Speculator, in *tit. de advocato* §. obicitur n. 5. Zabarella, in d. cap. 1. n. 1. d. *postulan.* & ibidem, Bellemara, n. 1. Anchar. n. 2. & Abbas, n. 4. Sylvester Pierius, in loco supra allegato. Divus Antonius, in *summa*. in 3. parte. tit. 6. cap. 1. §. 1. in fine, & Portoles, in d. verbo *Advocatus*. n. 11. rejectâ contrariâ opinione Henrici Boiz, in d. cap. 1. n. 10. de postula. dissentientis, & hic casus comprobatur ex his quæ dicemus infra in ultimo casu de Clerico Sacerdote, qui coram Iudice Ecclesiastico Advocati vel Procuratoris officium exercere potest.

Sextus est casus, quando Clericus non solum habet sacros ordines diaconatus vel subdiaconatus, sed etiam est Sacerdos vel Monachus, & agitur de causa criminali, in qua locus esse posset pœnæ sanguinis. Hoc sane casu, sine controversia, non potest Clericus, vel Mona. esse Procurator, vel advocatus accusatoris, vel accusati. Ità intelligo Speculatorem, in *tit. de advocato* §. 1. n. 8. *vers. in causa autem criminali*, dum allegat cap. *sententiam sanguinis. ne Clerici vel Mona.* & manifestè Speculatorem sequutus tradit Zabarella, in cap. 1. q. 3. & q. 4. de postula. quos sim-

placiter probavit Cæpolla, in *conf.* 21. n. 1. in *civilibus*, & his accedunt Hostiens. in d. cap. 1. in *summa. tit. de postulan.* §. ad quem pertinet, *vers. illud autem certum est*, & in *tit. de oblig. ad ratio* §. quod si quis obligatus. *vers. quid in criminalibus*. Marianus Socius Sen. in dicto cap. *sententiam sanguinis. in quarto membro principali*. q. 3. Albertus Trofius, in *tract. de perfecto Clerico*. lib. 2. cap. 23. n. 2. Sylvester Pierius, in *summa*. in verbo *Advocatus*. §. 5. Simon Maiolus, in *tract. de irregularis*. lib. 2. cap. 9. n. 2. & 3. Didacus Covarr. in *Clom. si furiosus*. in 2. parte §. 5. n. 5. Ignatius Lopez, ad *pract. crim. canonis*. Diaz. cap. 98. n. 18.

Septimus est casus quando agitur de pluribus causis civilibus, nempe de universis causarum civilium Secularium. Hoc etiam casu Clericus, Sacerdos, vel Mona. esse non possunt procuratores, vel advocati. Sic sanè tradunt Speculator, in *tit. de advocato* §. obicitur n. 4. Zabarella, in cap. 1. n. 5. *versu* 2. *quero. de postula.* & ibidem Anchar. n. 1. & manifestius Joan. Andr. & Innoc. in cap. *sacerdotibus*, & in cap. *sed nec, ne Clerici vel Monachi*, Archidiaconus, in cap. *pervenit. distinct.* 86. Federicus de Senis, in *conf.* 270. Romanus, in *sing.* 277. Tulcis Abbas, in cap. *cum I. & A. de senten. & rejud.* & in d. cap. *sacerdotibus*, & cap. *sed nec, ne Cler. vel Mona.* & in cap. *cum. esset. de simo.* Cæpolla, in d. *conf.* 21. n. 6. Felinus, in d. cap. *cum I. & A.* n. 12. Augustinus de Ancona, in *summa de potest. Eccl.* q. 111. art. 1. Decius, in cap. *constitutis. il.* 1. n. 1. de *appella.* Cæpolla Tholos. in q. 131. Bernard. Diaz. in *pract. crim. canonis*. cap. 57. n. 2. cap. 60. & cap. 63. & illis in locis Ignatius Lopez, in *additionibus*, & Hieronymus Portoles, in *scholiis ad Molinam Hispanum. in verbo Advocatus* n. 13. *vers. quintus casus est*, quem sic loqui intelligo Et quidem ità sancitum fuit in sacro Concilio Chartaginensi primo in can. 6. ut relatum est in cap. *credo*. 21. *quæst.* 3. cujus verba hæc sunt. *Credo placere suggestionem meam sanctitati vestra, & displicere vobis, ut qui serviunt Deo, & annexi sunt Clero, accedant ad actiones seu administrationes vel procuraciones domorum secularium* Gratianus Episcopus dixit, *Apostolorum statuta sunt, qua dicunt. Nemo militans Deo implicat se negotiis secularibus, proinde aut Clerici sint, sine actionibus domorum, aut actores sine officio Clericorum. Universi dixerunt. Hoc observamus.* Hactenus concilium. Idem statuerunt Eugenius, & Innoc. summi Pontifices, ille, in cap. *sacerdotibus*, iste, in cap. *sed nec, ne Clerici vel Mona.* Et harum constitutionum ea est ratio ne Clerici vel Monachi Secularibus negotiis implicati à ministerio, & servitio Dei distrahantur.

Octavus est casus, quando agitur de una sola causa civili, & pecuniaria facili. Hoc sanè casu, Clericus etiam si Sacerdos sit, & Monachus procurator, & advocatus esse potest Secularis litigantis, sicut ferè omnes præcitati Doctores scribunt. Innoc. in cap. 1. in *fine de oblig. ad ratio*. Rom. *sing.* 277. Tulcis. Cæpolla, in d. *conf.* 21. n. 6. Decius, in dicto cap. *constitutis il.* 1. n. 1. de *appella.* Diaz, in *pract. crim. canonis*. cap. 57. 22. 2. *vers. quod tamen limita.*

Nonus est casus, quando agitur de una sola causa civili, & pecuniaria difficili, & ardua. Hoc casu, Clericus iste, vel Monachus esse non potest procurator, vel advocatus. Ità egregiè tradit Bernardus Diaz, in d. cap. 57. n. 2. *vers. quod tamen limita, & cap. 60. in fine.*

Decimus est casus, quando Clericus etiam si sacerdos sit, vel Mona. fuit procurator, vel advocatus in una causa facili, & eà definitâ, expeditaque vult aliam similem assumere. Hoc non posse tradit Decius, in cap. *constitutis il.* 1. n. 1. de *appella.* rejectâ contra-

riâ opinione Felini, in cap. cum I. & A. col. pen. vers. 2. considera. de sent. & re iud. confer quod scripti supra de delegato Principis. in fine 2. declarationis.

Undecimus est casus, quando causa est propriæ Ecclesiæ, vel Monasterii. Hoc casu Clericus ille, et si Sacerdos vel Mona. esse potest procurator, & advocatus, sicuti scribunt Innoc. in cap. 1. n. 1. & in fine de postula. & in cap. cum I. & A. n. 1. de sent. & re iud. Anchar. in cap. 1. n. 4. vers. 3. nota. de postula. & in conf. 52. quidam Prælati Cæpolla, in d. conf. 2. n. 1. vers. secundo in causa. Felinus, in d. cap. cum I. & A. n. 11. & 12. Angelus Clavarius, in summa. in verbo Advocatus. n. 5. & Sylvester, n. 2. vers. 3. specialiter, & vers. sexto utrum. Alciatus, in resp. 91. n. 4. secundum impressionem antiquam lugdunensem. & Ignatius Lopez, in additionibus ad præd. crim. canonic. Bernardi Diaz. cap. 57. in p. additione. col. 1. vers. secundus casus, & cap. 63. in 1. additione. col. 1. vers. secundum pro Ecclesia, & probatur casus ille cap. qui verè, & cap. Monachi. 16. q. 1. Que sanè non de sola causa, & negotio loquuntur, sed etiam de pluribus, cum nomine utantur plurali.

Duodecimus est casus quando agitur de causa Prælati ipsius Clerici vel mona. Hoc quoque casu possunt esse procuratores, & advocati tradunt Abbas, in cap. sopita. n. 3. in fine. de censibus. post Hostiens. quem refert Ignatius Lopez, in præd. præd. crim. Bernardi Diaz. cap. 57. in primo additione col. 1. vers. tertius in causa, qui nullos hujus traditionis auctores commemorat. Et quidem intelligo ut procedat non solum si una est causa, & negotium, sed etiam si plures.

Decimus tertius est casus, quando agitur de causa, & negotio sui Principis, & Regis; Hoc casu pariter Clerici, & mona. esse possunt procuratores, & advocati quem admodum scribit Innoc. in d. cap. cum I. & A. n. 2. in fine. de sent. & re iud. & Innocentii immemor idem tradit Ignatius Lopez, in loco supra allegato vers. quarto in causa. qui inquit sic cautum esse lege Regiâ Hispaniæ l. 5. tit. 5. præd. 1. Itâ & jure civili, seu Prætoris edicto cautum est, ut refert Ulpianus, in l. 1. §. ult. ff. de post. scilicet ut libertus qui postulare prohibetur, possit tamen pro patrono, ergo multò magis pro ejus rege, & Principe, & intelligo procedere etiam si non unus, sed plures essent causæ.

Decimus quartus casus est quando agitur de causa vel causis personarum miserabilium; nam & tunc Clericus, et si sacerdos, vel Monachus, esse possunt procuratores & advocati harum causarum sicuti sancitum est in cap. 1. & cap. ult. de postula. & affirmant Speculator, in tit. de advocato §. 1. n. 3. 5. & 7. Innoc. in d. cap. 1. n. 1. Zabarella, q. 5. Anchar. n. 2. Cæpolla, in d. conf. 21. n. 2. Angelus Clavarius, in summa. in verbo Advocatus. n. 5. & 6. Sylvester, n. 2. vers. tertio specialiter. Bartholomeus Fumus, in summa armilla. in verbo Advocatus. n. 6. Alciatus, in d. resp. 91. n. 4. Ignatius, in d. p. additione vers. sextus pro miserabilibus. Et quidem prædicti Speculator, Zabarella, & Cæpolla scribunt appellatione personarum miserabilis contineri viduas, pupillos, orphanos, & similes impotentes. Quâ de re scripti in lib. 2. de arbitrar. judic. casu... in fine. & casu. Idque confirmatur præd. responso Ulpiani, in d. l. 1. §. ult. in fine. ff. de postula. qui refert Prætoris Edictum, quo sancitum est, cum, qui alioqui prohibetur postulare, posse pro pupillo, & furioso, in l. 2. ejusdem tituli adiungit Gaius pro fatuo, & Paulus, in l. 4. Ulpianus, in l. 5. addunt pro infirmis, & morbo perpetuo laborantibus. Hos esse personas miserabiles certum est & scripti in d. casu, & hæc Ulpiani, Gaii, & Pauli responso ita ad rem, summam tamen, retulit Innoc. in d. cap. 1. n. 1. & in fine. de postula. cum dixit in causis

personarum enumeratarum in d. l. 1. §. ult. cum quatuor legibus sequentibus. ff. de postul. Clericum, & Monachum postulare sicque advocare posse. Et Innocentium sequuti sunt Zabarella, in cap. ult. n. 5. eo tit. de postul. Anchar. in d. cap. 1. n. 2. Cæpolla, in d. conf. 21. n. 3. vers. quarto fallit, & Ignatius, in d. prima addit. col. 2. vers. octavo pro omnibus.

Decimus quintus est casus quando agitur de causa, & causis coniuncti sanguine. Hoc etiam casu Clericus, & Monachus, procuratores, & advocati esse possunt. cap. ult. de postul. & tradunt ibidem Innoc. Abbas, & Anchar. in secunda notab. sic & Zabarella, in cap. 1. quæst. 16. & q. 17. & tit. de postula. Cæpolla, in d. conf. 21. n. 3. Alciatus, in d. resp. 91. n. 4. Ignatius Lopez, in d. 1. addit. col. 2. vers. septimus pro conjunctis, & confert quod tradit Innoc. in d. cap. 1. n. 1. in fine. de postula. dum inquit Clericum, & Monachum esse posse procuratorem, & advocatum pro personis enumeratis in l. 1. §. ult. & quatuor sequentibus de postul. & Innocentium sequuti sunt Zabarella, & alii quos retuli in præcedenti casu. Porro in d. §. ult. refert Ulpianus Edictum Prætoris, quod sancitum est, quod is, qui alioquin prohibetur postulare, potest eò munere fungi pro parente, liberis, fratre, sorore, socero, socru, genero, nuru, vitrico, noverca, & privigno. Hoc loco Prætor, & cum eo Ulpianus, conjunctorum nomen paulò laus accipit, nempe pro conjunctis etiam aliquâ affinitate.

Decimus sextus est casus quando Clericus vel Monac. vellet esse procurator vel advocatus necessitatis vel caritatis causâ, atque ita præstare patrimonium gratis. Hoc facere posse scribunt Zabarella, in cap. 1. q. 15. de postula. Anchar. in cap. ult. in 2. notab. eo tit. Cæpolla, in d. conf. 21. n. 4. & Ignatius Lopez, in d. p. additione. col. 2. vers. nonus quando. Cæterum Zabarella, & Cæpolla, præcatis in locis, advertunt non præsumi Clericum vel Monac. præstare patrocinium causâ necessitatis vel caritatis, nisi in casibus supra enumeratis, nempe pro sua Ecclesia, & Monasterio, pro Prælato, Rege, & Principe, pro miserabilibus personis, pro conjunctis sanguine, & aliis similibus.

Decimus septimus est casus quando agitur de causa amici Ecclesiæ, & Monasterii, nam & pro eo Clericus, & Monac. esse possunt procuratores & advocati. Itâ Innoc. in d. cap. cum I. & A. n. 2. in fine. de sent. & re iud. Rom. in sing. 278. incipit Monachus, Ancharanus, in cap. ult. in 2. notab. de postula. Rota, in decis. 2. de procurat. in antique. Cæpolla, in d. conf. 11. n. 7. in civilibus. Felinus, in d. cap. cum I. & A. n. 1. de sent. & re iud. qui ejusdem opinionis alios nonnullos commemorat, qui tamen requirit, quod id præster mandatò sui Prælati. Navarr. in cap. non dicatis. n. 99. 11. q. 1. & Ignatius Lopez, in d. additionibus ad Bernardum Diaz. in præd. crim. canonic. 57. in prima addit. col. 2. vers. dicimus pro amico.

Decimus octavus, & ultimus est casus, quando agitur de causa vel causis vertentibus in foro Ecclesiastico & in curia Romana. Hoc etiam casu, Clericus, etiam sacerdos, vel Monachus, esse possunt procuratores, & advocati. Itâ Innoc. in cap. 1. n. 1. de postula. & ibidem Anchar. n. 3. Speculator, in tit. de advocato. n. 5. qui tamen, n. 2. dixerat Monachum non posse, nisi id exposcat utilitas Monasterii, & imperet Abbas. Federicus de Senis, in conf. 270. Zabarella, in cap. ult. q. 2. de postula. Felinus, in cap. cum I. & si cum penult. vers. intelligi generaliter. Cæpolla, in d. conf. 21. n. 1. Ignatius Lopez, in præcatis additionibus ad præd. crim. Diaz. cap. 57. in prima additione. col. 1. vers. quintus in foro Eccl. & cap. 63. in prima addit. col. 3. vers. quinto lincia. Ausret. in additionibus ad Cæpollam Tolos. in q. 131. qui affirmant sic servari,

servari, & Alciatus, in d. resp. 91. in 4. vers. 5. videtur. secundum impress. antiquam Lugdunensem. Et in Curia Romana Clericos, & Monachos procuratoris & advocati officium gerere consuevisse testatur Octavianus Vestrius, in sua praxi canonica lib. 3. cap. 4. in fine. qui affirmat hanc esse tolerantiam quandam summorum Pontificum, sentiens jure communi inspecto Sacerdotem, & Monachum hęc advocacionis, & procuracionis officia exercere minimè posse, etiam coram Judice Ecclesiastico, sicuti sentiunt Speculator, Zabarella, Anchar. & Abbas supra citati, quos sequutus est Hieronymus Portoles, in scholiis ad Molinam Hispanum in verbo *Advocatus*. n. 13.

CAPUT XX.

Secularis habere & possidere, an & quando possit, bona Eccl. & qua aliquid in se habent spiritualitatis.

Differamus nunc, quę bona Ecclesiastica & quę sapiunt spiritualitatem quandam habere, & possidere possit Secularis.

I. Præbendam Ecclesiasticam habere, & possidere an possit Secularis, distinguunt uno ore interpretes ferè omnes, quoddam aut præbenda est annexa canonicè, & tunc Secularis eam habere non potest, ex quo ipsa canonica est quid spirituale; aut præbenda est ab ipsa Canonica diversa, & separata, & tunc laicus capax est, cum hoc casu præbenda sit quid temporale. Ità gloss. 1. cap. cum M. Ferrariensis. de constit. & ibidem Abbas, n. 7. Felinus n. 13. qui latè differit, Ripa, n. 170. vers. quarto modo, & n. 172. ubi testatur communem esse opinionem. Idem Ripa, in cap. 2. n. 69. de iudiciis. Aufreter. in tract. de potestate Seculari super Ecclesiasticis personis in reg. quarta. n. 51. vers. quinquagesimo primo, Joannes de Selva, in tract. de beneficio. Corlett. n. 4. & in 3. parte. q. 6. n. 16. Hieronymus Gigas, in tract. de pensionibus q. 21. n. 3. & Cesar Lambertinus, in tract. de iure patronatus. lib. 2. parte prima. q. 7. princ. art. 7. n. 5.

II. Pensionem ex beneficio Ecclesiastico præstandam habere an possit Secularis, dubitant etiam Doctores, & posse affirmant Achidiaconus, in cap. quamvis de præbendis, in 6. Baldus, in cap. ad audientiam. il. 2. de rescriptis. Zabarella, in clem. 2. 99. de off. ord. & in clem. 1. §. eodem de supplem. neglig. Pralat. Anchar. & Francus, in d. cap. quamvis, Abbas, & Felinus, in d. cap. ad audientiam, Gaccialupus, in tract. de pensionibus. q. 13. Ripa, in cap. 2. n. 68. de iudiciis, & Gigas, in tract. de pensionibus q. 21. qui n. 1. intelligit quando pensio consistit in mera temporalitate, atque ità nihil habet spiritualitatis.

III. Jus patronatus, an habere possit Secularis in Ecclesia? dubitant etiam Doctores, & posse probant cap. cum autem, cap. eam te, & cap. cum propter. de iure patro: & in cap. unic. eo tit. in 6. & illis in locis scribunt Doctores, & post alios Cesar Lambert. in tract. de iure patro. lib. 2. parte prima q. 1. art. 5. n. 1. in toto illo art. & in sequenti, & Aufreter. in tract. de potest. Seculari super Ecclesiasticis personis in reg. 4. n. 25. ceteros sciens prætereo, cum probabili careat dubitatione.

III. Funerandi jus habendique sepulchrum in Ecc. Secularem habere posse tradunt Host. Joan. Andr. & Abbas, in cap. abolenda. de sepulchris, idem Abbas, & Barbaria, in cap. 4. de iudiciis. Aufreter. in d. reg. 4. n. 51. vers. 52. & Cesar Lambertinus, in tract. de iure patro. lib. 3. art. 9. nona questionis principalis, qui declarat, & idem eo. lib. 30. art. 4. quinta questionis prin-

cipalis explicat, an, & quando jus sepulcri transeat ad descendentes, & heredes.

V. Jus habendi sedem, & bancam in Ecc. Secularem habere posse affirmant Hostiens. Joan. Andr. & Abbas, in d. cap. abolenda de sepulchris. Aufreter. in loco sup. allegato, & Lambert. de iure patron. lib. 1. p. p. in ult. art. atque ità in fine. Post Rochum Curtium, in tract. de iure patro. in verbo *In Ecc. q. ult.* qui scribunt jus hoc acquiri voluntate, & consensu Episcopi, & Prælatis Ecclesię permittentis ipsum Secularem habere sedem, & bancam in ipsa Ecclesia & idem dicunt de iure habendi arcam in sacristia.

VI. Decimas Ecclesiasticas percipere, an, & quando possit Secularis dubitant ad, & quidem regulariter habere & percipere, non posse certum est, cum jus percipiendi decimas sit spirituale. Ità sanè scribunt DD. in cap. 2. de iudiciis, in cap. quamvis. de decimis, & in cap. causam. de prescript. Divus Thomas, in 22. q. 87. art. 3. ubi Caietanus, & in quolibeto 2. art. 8. Bert. in conf. 21. n. 4. lib. 1. Refuffus, in tract. de decimis. q. 10. n. 12. 17. & 18. Alciatus, in resp. 14. n. 2. secundum impress. antiquam lugdunensem, & Didac. Covarr. in lib. 1. variar. resolut. cap. 17. n. 5. & ego ipse, in conf. 291. n. 45. lib. 3. & regulam hanc manifestè probat dictum cap. causam. in fine. de prescript. & cap. prohibemus. de decimis. Verum à præd. regula recedi solet multis in casibus quos paucioribus quam per me licebit enumerare statui.

Primus est quando Pontif. Max. magna ex causis, Seculari concedit hoc jus, & facultatem percipiendi aliquas decimas. Ità in specie tradunt Henricus Boic. in cap. à nobis. col. 2. de decimis, Asteaus, in summa lib. 2. paris 2. rub. de decimis, tit. 35. Petrus Belluga, in speculo Principum. rub. 13. de decimis. n. 24. qui testatur Pontificem Maximum donasse Regibus Hispaniarum, & Arragonum decimas percipiendas ex locis, & terris illis quas ipsi Reges evelerunt è manibus Saracenorum, & hos sequutus est Rebuffus, in tract. de decimis. q. 13. n. 110.

Secundus est casus, quando Episcopus justis de causis, ut putà quod Ecclesiam, ejusve patrimonium à Tyranni oppressione exemerit, concedit laico ad certum tempus, ut habeat facultatem percipiendi decimarum fructus. Ità tradunt gloss. in d. cap. quamvis. de decimis, Zabarella, in d. cap. cum apostolica col. 4. de his que sunt à Prælato sine consensu Capituli. Abbas, in cap. ad hac. de decimis, qui inquit hoc esse singulare, & observandum, Baldus, in l. si usus fructus ff. de iure dotium, quos refert, & sequitur Didacus, in d. lib. 1. variarum resolut. cap. 17. n. 5. & his accedunt Bertachinus, in tract. de Episcopo. lib. 4. in 2. parte q. 61. Claudius Seycell. in speculo feudorum. in fine, & Rebuff. in tract. de decimis. q. 10. n. 34. & q. 13. n. 110. in fine, scribit, post præd. Bertachinum, in d. tract. de Episc. lib. 4. parte 2. q. 41. Episcopum posse concedere decimam aliquam Seculari pauperi, in alimoniam, ad certum tempus.

Tertius est casus, quando Secularis tanquam Vassallus Ecc. reperitur in possessione, seu quasi tanti temporis cursu, cujus extet nulla initii memoria, percipiendi decimas aliquo ex loco. Hoc etiam casu Secularis iste possidet, & percipit, cum præsumptio sit, quod concessæ ei fuerint in feudum ante concilium lateranense celebratum anno 1179. sub Alex. 3. Pont. Max. ut post alios scribunt Berous, in conf. 21. n. 1. lib. 1. Didacus Covarr. in lib. 1. variarum resolut. cap. 17. n. 5. vers. & dubio procul. Statuit sanè concilium illud decimas antea ab Episcopis, & Ecclesiarum Prælatis concessas in feudum, Secularibus, perpetuò justè ab eis possideri, in futurum verò concedi minimè debere, sicuti legitur in cap. cum apostolica in fine de his que sunt à Prælato sine consensu Capituli

puniendos.

Quartus est casus, quando agitur de Episcopo vel Archiep. habente etiam iurisd. temporalem. Hoc casu recepta est Doctorum opinio, permiffum his esse habere familiam armatam. Sic sanè Hostiens. *in cap. dilecto, de sent. excom. in 6. Innoc. in cap. olim de rest. spolia in 6. Baldus, in lib. 2. n. 69. C. de seruit. & aqua, Calderin. in conf. 1. col. pen. in ist. de iregua & pace, Abbas, in cap. significasti. in fine. de off. delegati, Afflicius, in commentar. ad constitut. Neapolitanos. rubr. 9. de illicita portatione armorum. n. 13.*

Quintus, & ultimus est casus, quando agitur de Episcopo, vel Archiepiscopo habente solam iurisdictionem spirituales. Hic casus est valdè apud nostros controversus. Ego sentio veriore, & receptam magis eorum sententiam qui dixerant Epif. vel Archiep. hunc habere minimè posse apud se familiam armatam. Hòrum traditionem multis rationibus, & argumentis, ac interpretum auctoritatibus firmabo primùm; deindè satisfaciam his, quæ pro eontraria afferri solent opinione.

Primò armorum usus omnibus interdictus est *l. 1. ff. ad leg. Jul. de vi publ.* Prohibet lex Julia, ne quis domi armam habeat, etiamsi vim nullam infert, quasi lex pro eo id habeat, ac si illà meditatione illic reposita sint, ut noceant; siquidem, cum ad communem hominum usum non pertineant, non alià ratione habere creduntur, quàm ut illis inservientibus vis inferri possit. Idem statuit Theodosius *in l. unica C. ut armo. usus lib. 11.* Idem Justinianus, *in auth. de armis. idem statuiffe alios scripti in lib. 2. de arbit. Jud. casu 394. n. 20.* Solus enim Princeps armorum usum habet, cum Justinianus ipse in primo institutio. scriptum reliquerit Imperatoriam majestatem non solum armis, sed etiam legibus armatam esse oportere. Est ergo satis hoc argumento fundata sententia hæc, non licere Episcopo habere familiam armatam.

Secundò in specie magis accedit, quòd Clericis ferre arma permiffum non est. *cap. Clerici de vita & honest. Cler. cum eorum arma sint orationes, & lacrimæ cap. convenior. 13. q. 8. cap. Porro. ubi glo. 16. q. 4. & scripti in d. casu 394. n. 32.* ubi, post alios, dixi Clericos cum armis repertos eis posse spoliari, & aliis pœnis affici. Et his accedunt Marianus Socin. Sen. *in cap. ad audientiam. n. 36. de homicidiis, & Afflic. in comment. ad constit. Regni. Neapol. rub. de cultu pacis. n. 54.* Porò qui non potest per se aliquid facere, nec per interpositam personam agere id licet. *l. pupillus §. sed si per interpositam ff. de auto. iusto. & multis comprobavi in lib. 2. de arbitrar. Judic. casu 459.* Ergo Episcopus habere non potest familiam armatam.

Tertiò suffragatur, quòd duo sunt armorum genera, spirituale, & temporale. Arma temporalia huius seculi sunt gladii, fustes, hastæ, & similia, quibus bellum geri solet. Hæc principes Seculares exercent; Arma spiritualia, sunt excommunicatio, interdictio, & anathematizatio. Hæc ad Episcopos pertinent. *cap. debent, & cap. nemo 11. q. 3. & cap. cum non ab homine de iudiciis, & ob id excommunicatio dicitur mucro Episcopi cap. presentis. 5. q. 2. & cap. visis. 16. q. 2. glof. in cap. corripiantur. 24. q. 3. & cap. inter hac 33. q. 2. & hac pœnâ nulla est in Ecclesia major d. cap. corripiantur, & scribunt Abbas in cap. cum sit generale n. 9. de foro compet. & in cap. sacro. de senten. excom. & alibi sæpè.*

Et hoc solum armorum genus esse apud Episcopum probat *d. cap. inter hac 33. q. 2.* illis verbis, *Gladium non habet, nisi spirituales.* Illa dicto, *ni*, excludit alios gladios *l. actione C. de transf. ubi Jason. & Decius.*

Quartò confert, quòd Episcopi hoc consecuti sunt nomen, quia erant inspectores, ut scribit Alciatus, *in lib. 7. parergon iuris cap. 22.* & quidem non alia de causa instituti sunt Episcopi, quàm ut inspectores, & custodes sint animarum, quarum cura eis à Deo Op. Max. demandata est. Et ob id ad eos pertinet docere Divina, & exhibere lacra, ut est apud divum Paulum *in prima ad Timotheum. cap. 3.* & tradit Alciatus, *in l. pupillus. §. territorium. de verb. signif. & debent Episcopi, sicut & alii Clerici, se omninò ab his, quæ huius sunt seculi adeò abstinere, ut toti sint, & assiduè orationibus mancipati cap. duo sunt genera. 12. q. 1. cap. nimium, & cap. reprehensibile. 13. q. 8.* Quare Leo Pontifex Max. *in cap. nullus. distinct. 54.* dixit Ecclesiam esse Epif. Castrum, ut scilicet in ea sit assiduus.

Atqui armatos habere domi, & secularia negotia tractare, non est incumbere orationibus, & divinis, & in Eccl. assiduè versari. Ergo Episcopo non licet habere familiam armatam.

Sextò huc facit, quòd statuit Gregorius Pont. Max. *in cap. Episcopus nullam. distinct. 88.* cujus verba, hæc sunt. *Episcopus nullam rei familiaris curam ad se revertet sed lectioni, & orationi, & verbi dei prædicationi tantummodo vacet.* Hæc Gregorius, qui illà taxativà tantummodo, reliquas omnes actiones excludit. *l. ob es C. de prad. mino. ergo, & habere familiam armatam non permittit.*

Septimò huc pertinet, quòd lex, & natura nil frustra operantur. *l. qui bis idem de verb. oblig.* atqui frustra, & supervacaneū omninò est, quòd Episcopus habeat familiam armatam, ergo dicendum est Episcopum eam habere non debere. Illa minor argumenti propositio, vel ex eo probatur, quòd si Episcopus opus habet familiæ armatæ, Princeps Secularis tenetur ei omnino concedere, sicut in disput. sequenti demonstrabimus, ubi probabimus Episcopum non posse à se latam sententiam contra secularem exequi, nec ob perpetratum crimen præhendi, & carcerari facere, sed auxilium Seculare impetrare; Nec repugnat consideratio illa Decii *in d. cap. significasti in fine. de officio deleg.* non esse bonam consequentiam, potest vel debet Episcopus invocare brachium Seculare, ergo non potest habere familiam armatam. Nam respondetur inquisitoribus permiffum fuisse specialiter habere familiam armatam illis de causis, & rationibus quas commemoravi suprà in quarto casu; quæ sanè causæ, & rationes locum non habent in Episcopo, & idè licet argumentari sic possumus. Judex Eccl. habens familiam armatam invocare etiam potest auxilium Judicis Secularis, si ipse solus exequi non potest sententiam, non tamen arguere sic possumus. Eccl. Judex invocare debet Judicis Secularis auxilium, ergo potest etiam habere familiam armatam. Non etiam repugnat alia consideratio Barba. *in cap. cum non ab homine. n. 39. vers. sed pro certo. de iudic.* quem inter alios secutus est Lælius Jordanus, *in d. tract. de maio. Episc. causis ad Papam deferen. cap. 8. n. 43.* scripsit Barbati Episcopum, non debere, sed posse invocare brachium ipsum Seculare, atque ità scribunt præd. loqui Oldradum *in conf. 89. in fine, & alii ab ipso Jordano relati; nam respondetur, imò Iudicem ipsum Eccl. necesse habere auxilium brachii Secularis invocare, si vult exequi sententiam à se latam adversus Secularem, sicuti dicemus in subsequenti capite.*

Octavò licet argumentum ducere ab observantia, & usu, qui leges, & constitutiones, dubias interpretatur, *l. minimè ff. de leg. & consuetudinem hanc quòd Episcopus habere possit, vel non, familiam armatam, esse observandam in specie affirmant Baldus & Felinus in d. cap. significasti de off. delegati ille, n. 4.*

iste

iste, n. 5. & Lælius Jordanus in d. cap. 8. n. 4. & per
 multis similibus comprobatur Ludovicus Joseph, in suis
 conclusionibus. in conclus. 38. qui col. vers. ampliusur
 primo, x aliorum sententia docuit usum hunc inter-
 pretrativum non indigere longo temporis cursu, sed
 sufficere ita aliquando fuisse observatum.

Porrò certum est hoc in Mediolanensi Dominio,
 nec Episcopos, nec Archiepiscopos habere consuevis-
 se familiam, sed ad Principem Secularem semper ac-
 cessisse, ut sui brachii auxilium concederet. Non er-
 go Episcopo licet habere familiam armatam.

Nonò, & ultimò disputatio hæc quamplurimum
 auctoritate diffinitur, quòd enim Episc. habere non
 possit familiam armatam senserunt innumeri propè illi
 doctores, qui, ut d. cemus in sequenti capite, dixerunt
 Episcopum, non posse à se latam sententiam contra
 laicum executioni mittere, sed implorare debere
 auxilium brachii Secularis. Ii sanè frustra id scripsit-
 sent, si jure permillum esset ipsis Episcopis habere fa-
 miliam armatam, quam quidem in specie, & clarè
 non posse habere senserunt duo & viginti Doctores.

1. Joan. Andr. in cap. significasti. nu. 5. de off. de-
 leg. & in cap. dilecto. n. 3. de sent. excom. in 6.
2. Hostiens. in eodem cap. dilecto. n. 8. de senten-
 excom. in 6. & in summ. de tregua & pace, vers.
 quid sit justum bellum. n. 4. sicuti postremum
 hunc locum declarat Baretta in cons. 4. n. 22.
3. Innocentius, in cap. olim. col. ult. vers. item
 quilibet Prælati. de restit. spolia, quem sic intelli-
 gunt, & declarat Calderinus, in cons. 1. tit. de tregua
 & pace, & Baretta in d. cons. 4. n. 22. vers.
 sed apertius.
4. Baldus, in l. 2. n. 69. C. de servit. & aqua.
5. Calderinus, in cons. 1. in tit. de tregua, & pace.
6. Ancharanus, in d. cap. dilecto. in nono notab.
 de senten. excom. in 6.
7. Geminianus, in eodem cap. dilecto. n. 10.
8. Zabarella, in clem. 1. col. 6. vers. decimo quarto.
 de off. delega. & in clem. 2. in fine. de hæret.
9. Francus, in eodem cap. dilecto. n. 7. vers. de
 g'adio vero temporali.
10. Imola, in d. Clem. 2. n. 10. de hæret.
11. Abbas, in cap. significasti. in fine. de off. deleg.
 & in cap. cum non ab homine. n. 8. de judiciis.
12. Capra, in eodem cap. significasti. n. 9.
13. Felinus, in eodem cap. significasti. n. 4.
14. Lucas de Pena, in l. 1. col. 1. vers. è contra vi-
 detur. C. ut arm. us. lib. 11.
15. Guido Papæ, in sing. 770.
16. Afflicus, in comm. ad constitutiones Neapolita-
 nas. rub. nona. de illicita portatione armorum. n. 13.
17. Francus Martius, in q. 72. n. 4. & 7. in p. p. &
 in 2. p. q. 449. n. 2.
18. Curtius jun. in l. 1. n. 8. ff. de judiciis.
19. Boer. in d. cap. significasti. col. ult. de off. deleg.
20. Duarenus, in lib. 1. de Sacris Eccl. ministeriis. cap. 4.
21. Lancellotus Conradus, in templo om. jud. lib.
 2. cap. 5. de Episcopo. §. 3. n. 34. in fine.
22. Baretta, in cons. 4. qui latissimè in individuo
 hujus disput. adversus Archiepiscopum Mediol.
 respondit.

Nunc superest, ut diluamus, & confutemus
 rationes, & argumenta affirmantium Episcopum
 habere posse familiam armatam.

Primò adducitur arg. quòd Episcopus in sua dice-
 cesi habet merum imperium, ut scribunt Baldus. in
 autb. causa qua & Castrensi. in l. Episcopale. C. de Epif-
 co. & Cler. Gemin. in cap. cum Episcopis. de off. ordin.
 in 6. Joannes de Anna, in cap. 2. de adult. Bertachinus,
 in tract. de Episc. in 2. p. lib. 4. vers. videamus, vers.
 2. quare utrum Episcopus possit &c. & Guido Papæ. in
 q. 437. n. 6 & dicitur Præses Provinciæ secundum
 Baldum, in l. suo pars. in fine C. de dilatio. Et ideò, si-
 cuti Præses Provinciæ habet merum Imperium, l. il-

licitas §. qui universas. ff. de off. Præsidis, ubi Alber. &
 tradit Lucas de Penna, in l. unica C. ut arm. us. sic
 & Episcopus; atqui merum imper. propriè est habere
 gladii potestatem. dicto §. qui universas & l. imperium
 ff. de jurisd. om. iud. ergo potest Episcopus habere
 familiam armatam.

Respondetur jure non probari quòd Episcopus ha-
 beat merum imperium; cum gladii potestatem non
 habeat ad animadvertendum in factinosos homi-
 nes. cap. ex litteris de excess. Prælati, & cap. sententiam.
 ne Cler. vel Mona. & dicitur quidem lux Diocesis
 Præses, quoad spiritualia; non autem quoad tempo-
 pralia, sicuti Baldus, in d. l. suo pars. intelligendum
 est, dum de diocesi loquitur, non autem Territorio.

Præterea, admissio, quòd Episcopus habeat me-
 rum imperium, intelligitur ut exercere possit potesta-
 tem gladii spiritualis, hoc est censuras Eccl. excom-
 municando, suspendendo, deponendo, ut tradit
 specul. in tit. de jurisd. om. iud. n. 27. quæ quidem non
 indigent familiam armatam, quæ, si aliquando contin-
 gat ob inobedientiam pertinacem, opus esse, recur-
 rere facile potest Episcopus ad auxilium brachii Sec.
 quòd ei præstare tenetur Princeps, & Judex Sec.

Secundò urgere videtur, quòd Episcopo concessa
 est jurisdictionis exercitium. cap. 1. de off. ordin. & cap.
 novimus. de verb. signif. & certum quidem est quòd
 concessa jurisd. dicitur etiam concessum id sine quo
 jurisd. exerceri non potest. l. 2. ff. de jurisd. om. iud.
 & cap. præterea. de off. deleg. Atqui nisi Episcopo per-
 mittatur habere familiam armatam, inutilis reddet-
 tur ejus potestas, & jurisd.; si enim oporteret Epis-
 copum requirere magistratum Secularem loci ut pro
 executione à se latæ sententiæ concederet familiam
 armatam, facile posset ipse Magistratus vel causam
 præterere, vel ob moram in concedendo occasio-
 nem delinquentibus præbere, ut è carceribus effu-
 giant. Hoc argumento uti voluit Lælius Jordanus,
 in d. cap. 8. n. 39.

Respondetur 1. regulam d. l. 2. & d. cap. præte-
 rea habere locum quando jurisd. exerceri nullò mo-
 dò potest, secus si minus commòdè, sicuti declarant
 Jason, in d. l. 2. n. 11. & Decius, n. 5. cum ergo Epif-
 copus exercere possit jurisdictionem auxilium brachii
 Secularis vocato, etsi fortè non ita comodè ut face-
 ret si haberet familiam armatam, sequitur dicendum,
 satis dici concessa ea, quibus iurisd. exercere potest

Respondetur secundò Episcopum esse incapacem
 potestatis gladii temporalis, ut diximus. Porrò regu-
 la d. l. 2. & d. cap. præterea, locum non habent, quan-
 do is cui facta est concessio capax est eorum sine qui-
 bus illa concessio esset inutilis, ut declarant Jason. in d.
 l. 2. n. 11. vers. tertio limita, & ibidem Decius, n. 10. &
 Curtius jun. n. 9. & in specie sic huic arg. respondit
 Berous, in cap. significasti. col. ult. de off. deleg.

Respondetur secundò negando minorem arg. pro-
 positionem; non enim præsumendum est, quin Magi-
 stratus Secularis debeat promptè, & statim concede-
 re familiam suam pro executione sent. ab ipso Epif-
 copo latæ, quia si aliter faceret, ipse Magistratus pec-
 caret non mediocriter, quòd non præsumitur. l. meris
 ff. pro socio, & copiosè scripti in comment. de præsump-
 lib. 6. præsump. 2.

Tertio adfertur arg. quòd Inquisitoribus hæreseos
 permillum est habere familiam armatam. clem. 2. §. ult.
 de hæret. atqui concessa inquisitoribus dicuntur con-
 cessa etiam Episcopis, cap. per hoc. de hæret. in 6. & ob id
 Episcopi possunt præhendi facere delinquentem
 & carcerare, Clem. 1. §. propter. de hæret. ergo etiam E-
 piscopi possunt habere familiam armatam, & hoc
 quidem arg. usus est Gundislaus de Villadegin, in tract.
 de hæret. q. 11. n. 17. & eius nomine suppresso Lælius
 Jordanus, in d. cap. 8. n. 41.

Respondetur, speciali quodam privi. concess. factis

Inquisitoribus habere familiam armatam, ut scribunt gloss. & reliqui in d. clem. 2. §. ult. & inter alios ibidem Bonifacius Vitalianus, n. 131. scriptum reliquit d. Clem. 2. fuisse editam non propter Episcopos sed ob Inquisitores.

Respondetur 2. admissio citra veri præjudicium, quod illa constitutio Clementis summi Pontificis in d. clem. 2. comprehenderet etiam Episcopos, verum tamen intelligitur respectu illius atrocis criminis læzæ Divinæ Majestatis, cujus causâ concessa sunt multa. cap. in fidei, & cap. Accusatus. §. sanè de heret. in 6. cujus sanè criminis causâ possunt Episcopus, & Inquisitor habere communem familiam armatam utriusque deferentem, & Episcopus ipse ad alium usum convertere non debet ipsam familiam.

Quartò vel ex eo suaderi videtur opinio hæc, quòd Episc. habet territorium. cap. omnes basilica. 16. q. 7. cap. 2. §. ult. de constit. in 6. & cap. si Episc. de off. ordin. in 6. & tradunt Oldradus, in conf. 176. n. 2. & Rebuff. in l. pupillos. §. Territorium col. 3. de verb. signif. atqui habens territorium dicitur habere coërcendi facultatem ut respondit Oldradus, in d. conf. 176. Ergo Episcopus habere potest familiam armatam sine qua coërcere non potest.

Respondetur 1. Episc. non habere territorium ut scripsi in conf. 1000. n. 81. lib. 10. ubi explicavi cap. omnes basilica. 16. q. 2. & alia similia jura. Præterea admissio citra veri præjudicium, quòd Episcopus habeat territorium, attamen solum dicitur habere facultatem coërcendi eos, qui suæ subsunt jurisdictioni, & gladio sibi à lege concessò, nempe censuris Eccles. non autem gladiò temporali.

Quintò sic arguitur, legi divinæ, & humanæ convenit magis tueri, & defendere, Ecclesiam, eiusque auctoritatem, potestatem, reos, & bona, quàm ea quæ hujus sunt seculi. Porrò privatus quilibet Secularis potest adhibere armis, amicis, & familiaribus, se, & sua tueri, & defendere, ut scribunt potest alios Jalon in l. 2. col. 2. ff. de iurisd. om. Iud. Ergo & Episcopus pro jure suæ Eccl. familiam armatam uti potest. Et in specie sic arguit Jordanus, quem mox referam, in cap. 8. n. 55.

Respondetur argum. non concludere, cum loquatur de defensione extrajudiciali, qua etiam Episcopus uti potest cap. olim. il. 1. de rest. spolia. & tradit Abbas, in cap. cum non ab homine. col. 3. n. 9. de iudicis. Et hac defensione utitur Dominicus Soto, in lib. 1. de iust. & iure q. 1. art. 3. n. 22. in fine. aliter, & minus rectè quidem intellexit.

Sextò sic arguitur, Iurisdic. confusio admitti non debet, cum Eccles. sit distincta & separata à Seculari, ut manifestum est; atqui si Episcopus non potest habere familiam armatam, necesse ei foret assumere arma Judicis Secularis exequendo sententiam Episc. cuius nomine exequitur. cap. 1. de off. ord.

Septimò adducitur, quòd si permissum non est Clericis suis manibus tractare arma, attamen possunt alienis manibus. cap. quicumque §. his ita & §. supplisiter. 23. q. 8. & scribunt Gem. Francus, & reliqui in cap. dilecto. de sent. excom. in 6. ergo potest Episcopus tractare arma per suos ministros, sicque habere familiam armatam.

Respondetur præcitata jura loqui de armorum tractatione pro Patriæ, & oppressorum defensione, & adversus christianæ fidei hostes, sicuti declarant Hostiens. in summa. de tregua, & pace. vers. quid sit infestum bellum, & in vers. non obstant illa duo &c. & his tollitur consideratio Lælii Jordani. cap. 8. n. 56.

Octavò urgere videtur, quòd Episc. habet jurisd. fustigandi, & torquendi, cap. in Archiepiscopatu. de rapto cap. 15. & cap. illo qui §. q. 5. ubi Turrecrem. & tradit Diaz. in præd. crim. canonic. cap. 123. n. 6. Ergo Episcopus potest habere familiam armatam, sine qua fustigare & torquere non valet delinquentes. Ità voluit

argumentari Lælius Jordanus, in d. cap. 8. n. 28.

Respondetur fustigationem, vel verius flagellationem, de qua in d. cap. in Archiepiscopatu, non indigere familiam armatam, sicuti nec tortura, sicuti manifestum est.

Nonò sic etiam argumentatur Lælius Jordanus, in d. cap. 8. n. 33. Episcopus major est Magistratu, id est Prætoris, ut scribunt gloss. in l. ex causa. ff. de postula. Baldus, in Margarita. in verbo Episc. & in conf. 276. nulla dubitatio. Rectius allegasset Jordanus conf. Baldi in conf. 91. sed pone. lib. 5. Atqui Prætor habet familiam armatam, sicut manifestum est Ergo & Episcopus habere potest familiam armatam.

Resp. Episcopum ratione dignitatis & potestatis spiritualis esse majorem magistratu, hoc est Prætoris, non autem quoad potestatem temporalem, & idèd falsa est Jordani consequentia.

Decimò idem Jordanus eodem in cap. 8. n. 34. ità voluit argumentari, Iudex, qui suam exequi potest sent. committere potest exequutori, ut etiam vi, si quando opus habebit, exequatur, ut scribunt Innoc. in cap. nostris n. 3. de concess. præben. & Felinus, in cap. de casero n. 8. vers. exequitor. de re iud. quæ sanè violentia non nisi adhibitis armis inferri potest. Atqui Episcopum exequi suam posse sent. jure permissum est Ergo habere potest familiam armatam. Respondetur negando minorem illam argu. proposit. cum verius sit Episcopum non posse adversus Sec. suam exequi sent. ut supra in præcedenti capite demonstravimus.

Undecimò, idem Iord. in d. cap. 8. n. 61. ità duxit argu. Cui licet quod est plus, licere etiam debet, quod est minus, l. non debet cui ff. de reg. iuris. in 6. Atqui Episcopus potest compellere iudices Seculares ut comprehensos quoscumque injustè, & in vinculis indubitè coniectos, liberent, sicuti scribunt Ioan. Andreas, Hostiens. & Innoc. in cap. exposita. de arbitris, & Lucas de Penna, in l. nemo carcerem. col. pen. vers. illud autem nota C. de exacto tributor. lib. 10. id quod plus est quam habere familiam armatam, & delinquentes præhendi facere, & carcerare, cum latius pateat officium Iudicis in absolvendo quam in condemnando. l. qui condemnare ff. de re iudicata l. nemo qui condemnare. de reg. iuris l. quoties. C. ubi sena. vel clariff. & cap. veniens de accusat. & comprobatur aliis similibus Jordanus præcit. locò. Ergo potest Episc. habere familiam armatam.

Respondetur, argumentationem hanc, quam tot verbis, vel verius magis extollit, & magnificat Iordanus, nil penitus ad rem nostram pertinere; nam Hostiens. & multò magis Innoc. in d. cap. exposita. de arbitris allegati à Luca de Penna, in d. l. nemo carcerem. loquuntur extra canonem illum cap. exposita. non de Episcopo Iud. ordinario, sed de delegato speciali summi Pontificis, cui ipse Pontifex mandavit, ut compelleret Ducem Venetianum restituere obsides ei datos, causâ exequutionis à se prolata laudi ad compromissum de rebus Eccl. in eum factum, id quod mandare potuit summus ipse Pontifex rationibus illis, quas consideravit Abbas, in cap. exposita n. 2. nempe quia Dux ille Ecclesiam opprimebat, & injustè retinendo obsides sacrilegium quoddam committebat, cujus sanè sacrilegii crimen tamquam mixti fori, & ad Iud. Eccl. ut diximus pertinet; & quia Dux ille Venetiarum non recognoscit superiorem aliquè, saltem, inquit Abbas, de facto, id quod etiam affirmat Cæpolla, in l. cum qui velligal. ff. de verb. signif. & in trad. de servitut. rustic. prædio. in cap. de mand. Falcon. in l. cunctos Populos. C. de summa Trinit. & fide cathol. & Gomez. in §. instit. de aëlio. Cum ergo nullus adsit superior, ad quem pro justitia recurri possit contra ipsum Ducem, jure meritò potuit Pontifex Max. adversus eum adiri, ut scribunt Innoc. in cap. licet ex suspecto de foro compet. & in cap. cum te. de re iud. & inquit Abbas, adiri eo in casu potuit Pontifex, quia electus ille contra quem Dux sent. protulerat reus erat, ex quo

ex quo contra eum sent. debeat exequi, & Pontifex esset iudex ordinarius contra eum, sicuti Abbas ipse probat tradit. Bart. in l. si societatem. §. arbitrorum ff. pro socio. His manifestè constat, argumentum Jordani nil ad rem nostram pertinere.

Duodecimò adduci solet constitutio Concilii Elibertini quam referunt Jas. in 3. parte. cap. 115. & Baretta, in conf. 4. n. 27. vers. pro qua primum. Concilii verba hæc sunt. *Decrevit S. Synodus, ut Episcopi, & ministri Episcoporum pro criminalibus colonos flagellare cum virgis potestatem habeant propter metum aliorum, ut criminosi corrigantur, vel invidi pœnitentiam agant.* Hactenus Concilium, quod clarè præsupponit Ministros, Episcopos habere, id est exequutores, quibus delinquentes etiam Seculares puniant. Admittit etiam Concilium ministros illos habere virgas, quibus pro delictis levioribus delinquentes castigant, & facile subintelligi potest, quod deferre etiam possint secures, sicuti olim apud Romanos, & virgas, & secures deferebant, lictores præeuntes Consules. Dicendum ergo videtur Episcopum habere posse familiam armatam.

Resp primò allegatum canonem non ex:are non modo inter canones Concilii Elibertini, sed nec inter alia Concilia; nam non invenire potui, etsi concilia ipsa omnia satis diligenter volvi.

Resp. 2. admissio citra veri præjudicium, ità Concilium Elibertinum statuisse, attamen nil canon ille ad rem nostram pertinet, cum loquatur de flagris, & castigatione, quã utitur Eccl. & adversus Clericos, ut delinquentes corrigantur, & flagellentur ab aliis Clericis. cap. 15. à quibus, & cap. universi. ubi Abbas, & Felinus, in 3. notab. de senten. excom. ità declarat Baretta in conf. 4. n. 27. & si necesse.

Resp. 3. Canonem illum loqui de colonis adscriptitiis, & servis Clericorum, quos Episcopus tanquam mancipia corrigere & emendare potest, ut quilibet Dominus Secularis potest similes servos suos conigere, iuxta l. 1. C. de emendat. servo. & scripsi in lib. 2. de arbit. Iud. casu 364. n. 2. quod à canone illo existimo sancitum, ne Episcopus iniiciendo manus in colonum, & servum, in aliquam incideret irregularitatem; & hæc quidem castigatio non est iurisdic. sed simplicis potestatis sic à lege concessa, ut illa Domini in servum, & patris in filium. De hac flagellatione loquitur & cap. in Archiepiscopatu. de raptor. quod in d. arg. retulimus.

Decimo 3. perpendi solet constitutio Sacri Concilii Tridentini sess. 25. cap. 3. quod ad verbum refera infra, in subsequenti capite. Etenim in Concilio sancitum est Episcopos posse per proprios ministros exequi à se latas sent. tam reali quam personali executione. Porro certum est executiones, præsertim personales, per delinquentis præhensionem vix fieri posse sine armis. l. qui restituere ff. de rei vindica. & experientia rerum magistra quotidie docet. Ergo Episcoporum Ministri armis uti possunt,

Resp. clariùs quam Baretta in conf. 5. col. ult. sacrum concilium providere voluisse adversus tres reorum species, nempe Seculares subditos Principi Sec. Clericos, & Secul. subditos Ecc. Duas secularium, species ostendunt verba illa *quoscumque etiam laicos.* 3. vero speciem demonstrat illa dicitio *etiam*, quæ tacitè ipsos Clericos, ac pariter idem significant verba illa *per privationem beneficiorum.* Hoc sanè supposito, dicimus illa verba *per suos proprios, aut alienos exequutores &c.* referri debere singula singulis hoc modo à propriis, quoad Clericos, & quo ad Seculares Eccl. temporaliter suppositos: *per alienos exequutores* quoad Seculares subditos Principi Seculari. Et dum Concilium loquitur de propriis ministris, & exequutoribus Episcoporum, intelligitur secundum qualitatem ipsius Episcopi, & ut scilicet Episcopi

habentes jurisdictionem temporalem armatam familiam habere possunt, in eo loco temporalis suæ iurisdic. si verò habent solam spiritualem, non habeant familiam armatam, sed suos Clericos delinquentes castigant excommunicationibus, & beneficiorum subtractionibus, & ubi hæc non sufficiant, invocant auxilium brachii Secularis, & propterea executio capiendi pignora vel mittendi in possessionem fieri potest sine armis, ni delinquentes resistant. l. si quis missus. ff. ne vis fiat ei. & l. qui restituere ff. de rei vind. quo in casu auxilium brachii Secularis invocari potest, & rursus nomen illud exequutoris convenit & delegato, id est nuntio, cui, etsi commissa est executio, non armis uti potest, quemadmodum tradunt Ancha. & Buticus, in cap. olim. il. 2. de privil. ille iste, Alex. in l. à Divo Pio. in princ. n. 14. §. de rei vind. dum scribunt merum exequutorem non posse vi, & armis uti contra resistantem; Demum observandum est sacrum ipsum Concilium non concedere Episcopis suam posse exequi sent. vi & armis, cum statuat quòd si executio realis, & personalis fieri non poterit, censuris utendum esse, non ergo admittivim adhibitã familiã armatã.

Decimo quartò & ult. hac pro opinione afferri solet auctoritas duorum & viginti doctorum affirmantium Episcopum habere posse familiam armatam, verum ex dinumeratione horum intelligimus multos ad rem hanc perperam allegari.

1. Hostiens. in summa de tregua, & pace. vers. quid sit justum bellum. n. 4. qui verius probat sicuti contrariam opinionem diximus supra.

2. Innoc. in cap. significasti. super verbo Executioni. de off. deleg. verum Abbas ibidem & Baretta in d. conf. 4. n. 23. intelligunt, & rectè contrarium sent. probare, dum scribit Episc. recurrere ad auxilium brachii Secularis, ut suam exequi faciat sentiam.

3. Joannes Andr. in d. cap. significasti. q. 4. & in cap. litteras. in gloss. pen. de rest. spoliar. loquitur de delegato, qui debet requirere ordinarium, qui armis exequatur. Nontamen declarat Zabarella, an illa arma sint propriè ipsius Ordinarii, vel Judicis Secularis.

5. Bellemara, in d. cap. significasti. q. 3. in fine. & q. 5. qui nihil determinat.

6. Baldus, in l. nam salutem. §. ait enim. ff. de off. præfecti vigil. qui dicit Episcopum habere merum imperium in sua diocesi, quod diximus non esse verum, & idem Assl. & ad const. Neapolit. rub. 9. de illicita portatione armorum. n. 13. intelligit Baldum loqui, quando Episcopus habet iurisd. temporalem.

7. Angelus, in l. 2. ff. si quis jus dicenti non obtemp. sed loquitur secundum a se relatum Innocentium in d. cap. olim. de rest. quòd scilicet Prælati uti potest armis pro rei suæ defensione, atque ità loquitur de usu armorum extra judiciali, quod & privatus quilibet facere potest ut sup. demonstravimus.

8. Imola, in cap. cum non ab homine. n. 4. & 5. de iudiciis, verum id solum docet, utendum non esse gladio temporali, nisi præmissis spirituali, hoc est Judicem Ecc. non posse requirere auxilium brachii Secularis, priusquam usus fuerit spirituali.

9. Fulgosius, in l. de off. præfecti Vigil. qui refert, & probat traditionem Baldi in l. nam salutem. §. ait enim. ff. eo tit.

10. Barba. in cap. significasti. n. 18. de off. deleg. in cap. cum non ab homine. n. 39. de iudiciis, & in tract. de præstantia Cardinalium. in 2. parte. q. ult. n. 20.

11. Socinus Sen. in tract. fallent. Reg. 30. in verbo. Arma. in p. fallent. qui est simpliciter sequutus Baldum præcit. in loco.

12. Marfilios, in pract. crim. in §. pro complemento. n. 5. qui uno verbo sequutus est Baldum, in d. l. nam salutem. ait enim.

13. Aufr. in tract. de potest. Ecc. super laicis. casu 24.

- n. 18. qui potius hoc affirmat propter concordata, quam quod iure communi ita cautum sit.
14. Diaz, in praxi criminali canonice, cap. 114. qui nihil de familia armata, sed solum admonet ut Prælati habeant ministrum fidelem cum competenti familia, quæ sine armis esse potest, & præterea nil Diaz pro sua opinione adducit.
15. Nevizanus, in cons. 83. n. 7.
16. Joan. de Gradi. in additionibus ad Decium. in cap. significasti. in fine. de off. deleg. qui solum scribit opinionem Abbatis, ibidem, locum sibi non vindicare in Episcopo Ladunensi, utramque habet iurisd. spiritualem scilicet ac temporalem. Quid iuris sit in Episcopo habente solam iurisdictionem spiritualem non explicat.
17. Gondislaus de Villadiego, in tract. de hæret. q. 11. n. 18. opinionem hanc probat.
18. Repertorium Inquisitorum, in verbo Arma. ut supra dictum est.
19. Lælius Iordanus, in tract. de Maio. Episc. causis ad Papam deferendis. cap. 8.
20. Didacus, in lib. præf. quest. cap. 10. n. 2. vers. quarto non est prætermittendum; verum postquam ipse Didacus affirmavit Episcopum posse sine brachii Sec. auxilio in carcerem conicere Clericum delinquentem, quod & nos subsequenti capite probabimus, subiunxit verba hæc. Etiam si alioqui soleat disputari, an possit habere familiam armatam ad executionem, & ministerium iustitiæ, de quo tractare latius Abbas, Felinus, Decius, & Augustinus Berrous, in d. cap. significasti. de off. deleg. Ex his verbis satis intelligimus Didacum non explicasse quid de hac familia armata senserit.
21. Roland. in cons. 37. lib. 4.
22. Franciscus Pegna, in additionibus ad directorium Inquisitorum in 3. p. com. 101. col. 2. vers. postremo, qui verè probat opinionem Decii, in d. cap. significasti de off. deleg.
23. Ignatius Lopez, in additionibus ad præf. crim. Bernardi Diaz, cap. 154. n. 23. qui rejectâ opinione Abbatis in eo cap. significasti. Decium Villadegum, & Pegnam sequutus est.
24. Thomas Bozius, in tract. de iure nat. & divino Eccles. libertatis lib. 2. cap. 8. in fine.
25. Ego ipse in libro 2. de arbitrar. iudic. casu 394. n. 65. qui tamen rationibus & argumentis non excessis, Decium, & Gundislaum visus sum probare.

CAPUT XXII.

Auxilium brachii Secularis, an, & quando peti, & concedi debeat Iudici Ecc. pro executione sent. à se prolata, & è converso, an, & quando auxilium brachii Ecc. possit, & debeat concedi Iudici Sec.

Disputatio est graviss. quæ interpretum omnium præsertim recentiorum exercuit ingenia, an, & quando auxilium brachii, ut aiunt, Secularis, peti, & concedi possit, & debeat Iudici Eccl. & c. ut prolata à se sentent. valeant exequi. Hac de re copiosè admodum multa scripserunt ex recentioribus eruditiss. J. C. Roland. in cons. 37. lib. 1. Didac. Covart. in lib. præf. quest. lib. 10. Lælius Iordanus, in tract. de maioribus causis Episcoporum ad Papam deferendis. cap. 8. Alfonso de Azevedo, in commentar. ad leg. Hispania. in tom. 2. novæ recopilat. lib. 4. tit. 1. leg. 14. & 15. & Ignatius Lopez, in additionibus ad præf. crim. canonice. Bernardi Diaz. cap. 154. Ego quantum ad rem nostram attinet disput. hanc aliquo

studio, & diligentia absolvam. Et primum quidem distinguo atque constituo tria capita. Quorum primum est, an & quando Iudex ordinarius Ecc. petere, & consequi possit auxilium hoc brachii Secularis. 2. an & quando delegatus summi Pontificis vel Episcopi præd. brachium possit obtinere. 3. quando è c. Iudex Secularis petere, & habere possit auxilium brachii Eccles. ?

Quod attinet ad primum caput, quando scilicet Iudex ordinarius Ecc. invocare & consequi possit auxilium brachii Secularis, ut sent. à se prolata exequi possit, hoc in cap. distinguendi atque constituendi sunt sex casus.

Primus est, quando agitur de exequenda Iudicis Ecc. sententia lata adversus Cleric. qui dubio procul subest iurisd. & potestati ipsius iudicis Ecc. hoc sanè casu ipse Iudex Ecc. etiam si in loco non habeat iurisdictionem temporalem, attamen suo iure suam exequi potest sententiam, velprehendendo, & carcero Clericum condemnatum, vel ipsius Clerici bona capiendo, absque auxilio brachii Secularis. cap. postulasti. in fine. de foro compet. cap. cum Episcopus. de off. ordina. in 6. & verè sic statuit Sacrum Conc. Tridentinum, sess. 25. cap. 3. ut statim declarabimus subsequenti in casu. Et casum hunc sic affirmant Innoc. in cap. 1. de mutuis petitis. Zabarella, in Clem. 1. q. 10. de off. deleg. Franc. Martius, in q. 27. n. 8. & 9. in prima parte, & communem esse opinionem testantur Didac. in d. cap. 10. n. 2. vers. quarto non est prætermittendum & c. Jul. Clarus, in præf. crim. §. finali. q. 37. vers. unum tamen. Anastasius Germonius in lib. 3. de Sacrorum immunit. cap. 12. n. 79. Alfonso de Azevedo, in commentar. ad leg. Hispania tom. 2. lib. 4. tit. 1. l. 14. n. 5. in fine, & Ignatius Lopez, in additionibus ad præf. crim. Bernardi Diaz cap. 123. col. 1. rejectâ opinione Belvisii, in cap. Romana. §. contrabentes. n. 92. de foro compet. & Molin. in consuetud. Parisiens. tit. 1. §. 41. n. 66. qui scripserunt Episcopum tunc demum exequi posse suam sententiam contra Clericum à se latam, quando in loco temporalem habet iurisdictionem, & adversus Communem idem sensit Oldradus, in cons. 17. n. 3. & n. 10.

Secundus est casus, quando Iudex Ecclesiasticus tulit sententiam in causa civili, & pecuniaria ad suam iurisdictionem pertinenti contra Secularem, quem solvere vel aliquid restituere condemnavit. Hoc sanè casu, Iudex ipse Ecclesiasticus exequi non potest ipsam sententiam, velprehendendo, & carcero ipsam laicum condemnatum, vel ejus bona capiendo, sed necesse habet invocare auxilium brachii Secularis. Ità sapè scribunt unus, & triginta gravissimi juris Pontificii, & Cæsarei interpretes, hoc est.

1. Glo. in l. Episcopale. C. de Episc. audientia. quæ verè loquitur de causa civili.
2. Glo. in cap. cum Episcopus. de off. ordina. in 6.
3. Qdofredus, in dicta l. Episcopale. n. 1. in fine.
4. Hostien. in cap. significasti. n. 2. de off. deleg.
5. Ioan. Andr. in additionibus ad speculat. in tit. de off. ordina. & in dicto cap. cum Episcopus.
6. Innocentius, in d. cap. significasti. n. 4.
7. Collectarius, eodem in loco. col. 2. vers. sed non quid.
8. Baldus in d. l. Episcopale, & in dicto cap. significasti.
9. Angelus, in l. ult. n. 4. C. de iudiciis.
10. Salicetus, in d. l. Episcopale. in fine.
11. Castren. in d. l. Episcopale. n. 4. & in auth. si quis litigantium. C. eo. tit. de Episc. aud.
12. Fulgosius, ibidem. n. 2. qui manifestius hoc affirmavit.
13. Zabarella, in Clem. 1. q. 10. de off. deleg.
14. Abbas, in cap. significasti. in fine. de off. deleg.
15. Imola, ibidem. in fine.
16. Barb. in cap. si quis contra Cler. n. 70. de foro comp.
17. Felinus,

17. Felinus, in cap. cum sit generale. n. 22. eo. tit. de foro compet.
18. Io. Lupus, in cap. per vestras. in secundo notab. §. sed est pulchra dubitatio. n. 18. de donatio. inter virum, & uxor.
19. Guilielmus Benedictus, in cap. Reynutius. in verbo, & uxorem in secunda decis. n. 130. in fine. & n. 131. de testa.
20. Petrus Belluga, in speculo Principum. rub. 14. de amortizat. n. 38. & rub. 22. de iurisd. n. 48.
21. Everardus, in centuria legali. in loco à concessione antecedentis. n. 1. vers. ex isto etiam sequitur.
22. Rebuff. in commentar. ad concordata Regis Galliarum. rub. de Regia ad P. zlat. nom. faven. §. 1. in glo. in verbo. In manibus. in fine.
23. Franciscus Aviles, in tract. Prætorum. cap. 20. n. 25. in fine.
24. Franciscus Martius, in q. 1060. n. 4. in prima parte.
25. Bernardus Laurentius, in tract. de casibus in quibus Iudex Secularis habet potestatem in Ecclesiasticis n. 18.
26. Villalobos, in suis communibus opinionibus. in littera l. n. 112.
27. Didacus, in lib. pract. quest. cap. 10. n. 2. vers. tertio illud erit, &c.
28. Ignatius Lopez, in additionibus ad pract. crim. Bernardi Diaz. cap. 154. n. 7.
29. Bareta, in cons. qui communem esse sententiam testatur.
30. Decianus, in pract. crim. lib. 4. cap. 26. n. 15. in fine.
31. Sic etiam loqui intelligo Alphonsum de Azevedo, in commentar. ad leg. Hispaniz. tomò 1. lib. 4. leg. 14. n. 4.

Et horum quidem traditio probatur *cap. ult. de foro compet. in 6. quod perpendunt in specie ibidem Gemin. in sexto notab. & Anchar. in sexto. & Bareta, in cons. 5. n. 8. vers. secundo in eadem.* Et à fortiori probant *cap. de persona. 11. q. 1. & alia, quæ subsequenti casu referemus.* Et his intelligimus hanc esse veram, & receptam opinionem, et si ab ea dissentiant nonnulli, & inter eos Anastasius Germon, in lib. 3. de sacrorum immunit. cap. 12. n. 36. Paz Hispanus, in sua praxi. tomò 2. in secundo praludio. n. 55. & Ioan. Gutierrez, in lib. 1. pract. quest. q. 45. col. ult.

Nec horum opinioni, adversus receptam, & probatam sententiam, suffragatur constitutio Sacri Concilii Tridentini, *sess. 25. cap. 3. de reformat. quod incipit. Quamvis excommunicationis. vers. in causis verè &c.* cuius verba hæc sunt. *In causis verò iudicialibus, mandatur omnibus Iudicibus Ecclesiasticis cuiuscumque dignitatis existant, ut quandocumque exequutio realis, vel personalis in qualibet parte iudicii propriâ auctoritate ab ipsis fieri poterit, abstineant se tam in procedendo, quam in desiniendo à censuris Ecclesiasticis seu interdicto: sed liceat eis, si expedire videbitur, in causis civilibus ad forum Ecclesiasticum quomodolibet pertinentibus contra quoscumque, etiam laicos, per multas pecuniarias, qua locis piis ibidem existentibus, eo ipso quòd exacta fuerint, assignentur; seu per captionem pignorum, personarumque distractionem, per suos proprios, aut alienos exequutores faciendam, si verè etiam per privationem beneficiorum, aliaque iuris remedia, procedere, & causas definire. Quòd si exequutio realis, vel personalis adversus reos hac ratione fieri non poterit, sitque erga Iudicem contumacia, tunc eos etiam anathematis mucrone, arbitrio suo præter alias penas ferire poterit. In causis quoque criminalibus &c.* Hactenus Sacrum Concilium, quod inquit incertus ille auctor, qui inter cons. Barettæ, in

*cons. 3. num. 30. pro postrema hæc opinione respondit, pro absoluta habet Iudices Ecclesiasticos posse exequi à se latas sententias contra Seculares, eos per proprios exequutoresprehendendo, & carcerando. Non inquam constitutio hæc suffragatur postremæ huic opinioni, imò si rectè perpendatur retorqueri facile potest. Nam Sacrum Concilium providere voluisse mihi videtur adversus tres personarum species, nempe Seculares subditos Principi Seculari, Clericos, & Seculares subditos Ecclesiæ. Duas Secularium species ostendunt illa verba *Quoscumque etiam laicos*, tertiam verò speciem demonstrat dictio illa *etiam*, quæ tacitè Clericos includit. Et idem pariter significant illa verba *per privationem beneficiorum.* Hoc sic supposito, dicimus, illa verba *per suos proprios aut alienos exequutores &c.* referri debere singula singulis, hoc modo, *per proprios exequutores* quoad Clericos, & quoad laicos Ecclesiæ temporaliter subditos, *per alienos exequutores*, quoad Seculares subditos Principi Seculari, & laico, atque ità argumentum, (ut diximus) retorquetur. Et hunc sensum visus est uno verbo probare Ioannes Segura Davalos, in *directorio iudicum Ecclesiastici fori cap. 13. n. 30. & n. 38. & vers. vides tamen.* Omitto hic aliam interpretationem, quam Bareta, in *cons. 5. col. ult.* consideravit, cum non satis mihi probetur. De sensu verò alterius partis prædicti *cap. 3. vers. in causis quoque criminalibus &c.* dicemus infra in quinto casu.*

Tertius est casus, quando Iudex Ecclesiasticus tulit sententiam in causa crim. criminis merè Ecclesiastici, & agitur de exequutione quoad bona. Hoc casu, Iudex Ecclesiasticus exequi non potest sententiam à se latam sine auxilio brachii Secularis. Ità sanè à fortiori statuerunt Innoc. 3. in *cap. vergentes. in princ. de heret. & manifestius Bonifacius 8. in cap. cum secundum. in fine. de heret. in 6.* cuius verba hæc sunt. *Confiscationis tamen huiusmodi exequutio, vel bonorum ipsorum occupatio fieri non debet per Principes, aut alios Dominos temporales (iuxta Gregorii Papæ prædecessoris nostri declarationem) antequam per Episcopum loci, vel aliam personam Ecclesiasticam, que super hoc habeat potestatem, sententia super eodem crimine fuerit promulgata.* Hactenus Bonifacius, qui in causa criminis hæresis, quod esse merè Ecclesiasticum demonstravimus supra, *cap. 9.* constituit Principes Seculares, latà sententià contra hæreticum, ejus bona prehendere, & occupare debere, & hodie sic servari affirmavi supra *cap. ubi explicavi* cuius Fisco aplicentur bona hæretici confiscati, & in specie sic adnotarunt Anchar. in *d. cap. cum secundum. in tercio notab. & Abbas, in d. cap. vergentis in secundo notab. de heret. & manifestè ad rem nostram Jo. Lupus, in cap. per vestras. in verbo sed est pulchra n. 25.* Idem dicendum est de crimine apostasiæ, quod esse crimen merè Ecclesiasticum scripsi in *dicto cap. 9.* ubi post Navarr. dixi esse hæresi deteriolem. Porro Iudex ipse Secularis non potest cogere Iudicem Ecclesiasticum exhibere processum, ut videat, & cognoscat etiam summatim, nunquid ritè, & rectè fuerit hæreticus iste condemnatus. Ità Abbas, Imola, & Anchar. in *cap. 1. de off. ordin. Abbas, in cap. 1. de statu regul. & manifestius Alfonso de Azevedo, in commentar. ad leg. Hispania. tomò 2. lib. 4. tit. 1. l. 15. n. 6. & 7. & Octavianus Vulpellus, in tract. de libertate Ecc. in tercia parte. in fine.*

Quartus est casus, quando causa est criminalis fori merè Ecc. & agitur de exequutione sententiæ quoad personam, ut prehendantur & carcerentur. Hoc sanè casu, observandum est aliqua esse crimina merè Ecc. quæ admittunt delinquentis prehensionem à quovis fieri posse, sicuti est crimen hæresis, quo

damnatus prehendi potest à quocumque, ut statuit Innoc. 4. in extravag. ad extirpanda. §. idem quoque de heret. quem refert, & explicat Franciscus Pegna, in directorio inquisitorum in tertia parte. comm. 36. col. 2. vers. sed ad hoc sententia. Et in specie, quod Episcopus sine auxilio brachii Secularis possit prehendi facere Seculare de heresi damnatum, affirmant G. min. in cap. cum Episcopus. n. 9. de off. ord. in 6. & Alfonso de Azevedo, in commentar. ad leg. Hispan. tom. 2. lib. 4. tit. 1. l. 14. n. 6. propè finem, qui dicit, apud Hispanos idem servari in crimine sacrilegii, & stupri, idem n. 13. ubi de atroci blasphemia. Aliqua ve. è sunt crimina merè Ecclesiastica, quæ lex civilis habet pro crimine, cum ea non puniat, sicuti est simplex fornicatio, & concubinatus. Horum criminum reum posse libere prehendi à Iudice Ecc. sine auxilio brachii Secularis, sicuti statim dicemus.

Quintus est casus, quando Sec. condénatus fuit à Iudice Ecc. pro crimine mixti fori, ut de sacrilegio, perjurio, fortiligio & similibus, de quibus diximus supra cap. 10. & agitur de executione sententiæ pro condénati prehensione, & carceratione. Hoc in casu magna est inter Doctores disputatio, an Iudex ipse Ecc. possit ipsam sententiam per personæ prehensionem, & carcerationem exequi, absque auxilio brachii Secularis. Existimo veriore, & receptam magis interpretum sententiam, exequi non posse, sed opus habere auxilium brachii Secularis impetrare. Hac in opinione sunt triginta doctissimi Pontificii, ac Cæsarei juris interpretes.

1. Oldradus, in conf. 17. n. 2. in fine, & n. 10. & manifestus in conf. 88. incipit, Queritur an Ecclesia &c. ibi, & ad hoc invocet brachium Seculare &c. Quare male hic locus ab aliquibus pro contraria opinione allegari solet.

2. Ioann. Andr. in additionibus ad specul. in tit. de off. ord. in rub.
3. Albericus, in cap. statutor. in tertia parte. q. 43. dum ad verbum refert Oldradum.
4. Abbas, in cap. postulasti. n. 5. de Iudæis, dum loquitur de crimine sacrilegii.
5. Roman. in fing. 711. incipit. Tu scis. n. 3. dum sequitur Oldradum, & dum de carcere loquitur.
6. Anchar. in cap. cum Episco. in fine de off. ordina. in 6. qui de crimine sacrilegii loquitur, & Oldradum sequitur idem Anchar. in cap. ea quæ col. 48. q. 2. de reg. juris. in 6.
7. Barbatia, in cap. significasti. n. 29. de off. delegati, qui Oldradum refert, & sequitur.
8. Felinus, in cap. cum sit generale. n. 20. de foro compet.
9. Papo, in Arest. Parisiensibus. lib. 1. tit. 5. Arest. 26. qui restatur ita iudicasse parlamentum Parisiense.
10. Boërius, in q. 227. n. 11. ubi pariter affirmat, sic pluries eo in parlamento fuisse decisum. Idem Boër. in q. 264. n. 3. & in commentar. ad consuetud. Biturig. tit. de iurisd. in glo. 1. propè medium.
11. Ioan. Lupus, in cap. per vestras. in secundo notab. §. sed pulchra est. n. 8. de donat. inter vir. & uxor. qui, & Oldradum commemorat, & probat.
12. Franciscus Martius, in q. 449. n. 1. vers. sed in contrarium. in secunda parte.
13. Curtius Jun. in l. 1. n. 8. ff. de iudiciis, dum allegat cap. 1. de officio ordin. quod loquitur de criminibus mixti fori.
14. Augustinus Ariminensis, in additionibus ad Angelum. de malef. in verbo fama pub. n. 88.
15. Alciatus, in cap. 1. n. 11. de off. ord.
16. Maluerius, in sua praxi. in tit. de iudicibus, & eorum iurisd. n. 18. dum allegat cap. si Episcopus. de off. ord. in 6. de quo infra diximus.

17. Vbertinus Zucardus, in conf. 30.
 18. Petrus Accendinus, in tract. de mandatis Regiis. cap. 1. n. 22.
 19. Franciscus de Aviles, in tract. Prætorum. ca. 20. in verbo usurpan. n. 14.
 20. Petrus Belluga, in speculo Princ. rub. 12. de juramento. in fine, qui omisâ opinione contrariâ Geminiani, dicit hanc esse communem, & servandam, nisi adsit consuetudo contraria.
 21. Franciscus Duarenus, in tract. de Sacris Ecclesiæ ministeriis. lib. 1. cap. 4.
 22. Everardus, in centuria legali. in loco, A concessione antecedentis. n. 2. vers. secundò similitudine.
 23. Michael Crassus, in suis communibus opinionibus. lib. 2. cap. 8. q. 8.
 24. Joan. Villalobos, in singularibus. in litt. J. n. 117.
 25. Jul. Clar. in Pract. crim. q. 37. vers. unum tamen &c. qui testatur hanc esse communem opinionem, & servari in hoc foro Mediolanensi.
 26. Joannes Royes, in singularibus fidei. fing. 108.
 27. Baretta, in conf. 5. n. 2.
 28. Petrus Bensfeldius suffraganeus Trevirensis, in commentar. de iniuriis, & damno dato. cap. 7. conclus. pag. 374.
 29. Carolus Regrassalius, in lib. 2. regal. Franciæ. jure decimo. vers. ex quibus concludentur.
 30. Decianus, in tract. crim. lib. 4. cap. 26. n. 15.
 31. Gallelius, in tract. ad formam Cameralis obligationis. in verbo, Reliqua. n. 53. dum loquitur de prehensione personæ. Et inquit Gallelius, quod ubi Episcopus potest exequi suam sententiam, non invocat brachii Secularis auxilium. His verbis significat Gallelius regulariter exequi non posse, etsi Lælius Jordanus in tract. de majoribus causis Episcoporum ad Papam deferendis. cap. 8. n. 43. aliter, & malè Gallelium intelligit.
- Nec repugnat, quod scripsit Barba. in cap. cum non ab homine. n. 39. vers. sed pro certo. de iudiciis, quem post alios sequutus est Jordanus, præcitato in loco, scripsit sanè Barbatia prædictos Doctores affirmare quidem Episcopum posse invocare auxilium brachii Secularis, non tamen necesse ei esse id facere si non vult, juxta regulam l. non quidquid ff. de iudiciis. Nam responderetur verius esse prædictos Doctores, scripsisse, imò Iudicem Eccl. invocare debere auxilium hoc brachii Secularis, ut exequi faciat sententiam à se latam adversus laicum. Et inter alios ita manifestè loquuntur Abbas, in d. cap. significasti. in fine de off. deleg. & ibidem Imola, in fine, & F. lin. n. 4. & accedit Afflictus, in commentar. ad constitu. Neapolitanas. rub. 9. de illicita portatione armorum. n. 13. qui dixit Episcopum habere non posse familiam armatam, sed invocare debere auxilium brachii Secularis. Et quidem argumenta, quibus præcitati Doctores hanc probarunt sententiam, non facultatem, sed necessitatem Iudicis Ecc. invocandi auxilium brachii Secularis ostendunt. Sunt autem argumenta hæc, quæ subiicimus præcipua. Primò satis superque videri potest tota hæc controversia definita constitutione illâ generali piissimâ, & de sacrosancta Ecc. optimè meriti Imperatoris Constantini, cuius meminit Sozomenus, in lib. 1. Historia Eccl. cap. 9. his verbis. *Quin etiam iussit ut Magistratus res iudicatas re ipsa exequerentur, militesque eorum voluntati inservirent.* Hæc ille, qui hac in re non satis rectè ab alioqui doctissimo Germonio in lib. 2. de Sacror. immunit. cap. 13. n. 46. ob id reprehenditur, quod alibi in nonnullis erraverit, ut ostendit Divuus Gregorius, in lib. 6. Epistolâ 31. non enim sequitur. In aliquibus

bus erravit Sozomenus, ergo, & in hoc, nisi error ipse detegatur, alioqui dicendum esset permultis Historiarum scriptoribus nullam esse fidem adhibendam, quod errasse aliquando compertum sit. Sic legimus in his, quæ hujus sæculi sunt, errasse aliquando, non modò summos ipsos Pontifices, sed etiam concilia generalia, ut post alios scripsi, in lib. 2. de arbitrar. ind. casu. 458. n. 53. & 54. Non tamen dicendum est in reliquis, hos fuisse deceptos. Diximus constitutionem hanc esse generalem, ut intelligamus comprehendere etiam sententias prolatas de crimine mixti fori.

Secundò, accedit alia similis præcedenti constitutio generalis Imperatorum Arcadii, Honorii, & Theodosii in l. Episcopale, C. de Episcop. audient. cujus constitutionis hæc sunt verba. *Episcopale iudicium ratum sit omnibus, qui se audiri à sacerdotibus elegerint, eamque eorum iudicationi adhibendam esse reverentiam iubemus, quam vestris deferri necesse est potestatis, à quibus non licet provocare. Per iudicium quoque officia ne sit cassa Episcopalis cognitio, definitioni executioni tribuatur.* Hactenus Imperatores, qui in prima ipsius constitutionis parte statuerunt sententiam latam ab Episcopo, sicque Iudice Ecc. ratam omnino esse debere; Id quod jam sanciverat Constantinus in l. 1. C. de Episcop. & Cler. in C. Theodosiano. Imò omnem appellationem esse reiiciendam à sententia Episcopi, constituerunt præcitati Imperatores, Arcadius, Honorius, & Theodosius, ut legitur in cap. omnes 11. q. 1. In secunda verò constitutionis prædictæ parte, statuerunt præallegati Imperatores, Iudicem Secularem sententiam ab Episcopo exequi debere, ne alioqui inanis sit ipsa sententia. Nec est quod dicatur, constitutionem illam Imperatorum ligare non potuisse Iudices Ecc. juxta cap. Ecclesia Sancta Maria. de consil. Nam respondetur id procedere quando lex ipsa civilis aufertet jus Ecclesiæ quæsitum, sed in casu dictæ l. Episcopale, agitur de jure, & facultate non concessa ab Imperatoribus ipsis Episcopis, cum enim omnis iurisdictio, & potestas Imperatorum in Seculares, sibi, & non Ecclesiasticis, subditos, esset apud ipsos Imperatores, si concesserunt quidem facultatem cognoscendi, & iudicandi contra ipsos Seculares certis in casibus, non tamen dederunt exequendi potestatem, sed eam esse voluerunt apud proprios Iudices Seculares. Præterea lex civilis observari etiam debet in foro Pontificio, quando non reperitur aliquo canone expresse correctæ, ut egregiè docuit Lucas de Penna in l. 1. col. 3. in princ. 6. de priviil. cohob. lib. 12. Siquidem canones venerari, & observari volunt leges civiles à se non correctas, cap. nemo 16. q. 3. Cum itaque hæc Imperatorum Constitutio non legatur aliquo contrario canone abrogata, sed potius confirmata, dicendum est, eam observari debere etiam in foro Eccl. & hic cessat, quod obiici posset ex Abbate. in d. cap. Ecclesia Sancta Maria. in prima lectione. n. 10. de consil.

Tertio suffragatur constitutio Concilii Turonensis, de quo in cap. incestuosi. 23. q. 5. quæ ita statuit. *Incestuosi, parricidæ, homicidæ multi apud nos reperiuntur; sed aliqui ex illis sacerdotum volunt admonitionibus autem accommodare, volentes in pristinis durare criminibus; quos oportet per Secularis potentia disciplinam à tam prava consuetudine coerceri, qui per salutiferam sacerdotum monita noluerunt revocari.* Hactenus Concilium, quod de crimine incestus mixti fori, ut diximus supra cap. 9. sancivit incestuosos esse coercendos à Iudicibus Secularibus; atque ita sententiam Iudicis Ecclesiastici contra eos latam esse à Iudicibus Secularibus exequendam.

Quarto suffragatur cap. de Benedicto. 32. q. 1. quo

loci Pelagius summus Pontifex mandavit Meleod subdiacono, ut Benedictum illum adulterum (adulterium mixti esse fori diximus, in d. cap. 10.) remitteret ad Lucium defensores, sicque ad Iudicem Secularem in Apulia, adhibita prius pœnâ calvationis quæ solam habet ignominiam notam quandam.

Quintò accedit cap. postulasti. de homicidio. cuius verba adscripsit, *Postulasti, & infra &c. quævisisti præterea irrum contra quosdam, contemptam excommunicationis sententiâ, debitas Ecclesiis decimas subtrahentes, tibi Regiam implorare liceat potestatem curæ ad solutionem ipsarum vix absque sanguinis effusione valeant coarctari; ad quod respondemus, quod si re huiusmodi querimoniam simpliciter deponente, Rex (cui ad bonorum laudem, vindictam vero malorum gladius est commissus) in eosdem rebelles traditam sibi exercuerit potestatem, eorum erit duritia aut malitia impunitandum.* Hactenus Pelagius, qui executionem sententiæ spretæ excommunicationis adversus laicum relinquit legi, sicque Iudici Seculari. Nec dicitur ibi agi de irroganda pœnâ sanguinis, quam Ecclesia infringere non potest, quia respondetur rationem illam generalem esse, quod Regi datus sit gladius ad laudem bonorum, & vindictam malorum, quò sanè gladii nomine significatur non solum potestas effundendi sanguinem, sed etiam facultas indicendi aliam pœnam, ut prendendi, & auferendi catcreendi seu publicandi bona, cum gladii nomen sit generale l. edito. §. 1. ff. de bono. possess. & l. capitalium. ff. de pœnis, & explicat Horthomanus, in commentar. verborum iuris. in verbo, Gladium.

Sextò confertur tex. cap. postulasti. de Iudeis, qui ita scriptus legitur. *Postulasti qualiter contra Iudæum procedere debeas, qui manus iniicit in quendam Clericum violentas? Ad quod breviter respondemus, quod si dictus Iudæus tua iurisdict. existit, ipsum pœnâ pecuniariâ punias, vel aliâ (secundum quod convenit) temporali, faciens læso satisfactionem congruam exhiberi alioquin eius dominum moneas, & inducas, ut passè injuriam, & Ecclesiæ, ab eo satisfieri facias competentem: quod si Dominus ejus neglexerit adimplere, tu Christianis omnibus per censuram Ecclesiasticam interdicas, ne cum ipso Iudæo antequam satisfaciat, præsumant commercia exercere.* Hactenus Innoc. tertius summus Pontifex, qui duo statuit. Primum, quod si Iudæus, qui sacrilegium, sicque crimen mixti fori, commisit, erat sub iurisdict. (intelligo hic cum Abbate ibidem n. 4. & Socin. Sen. in consil. 119. n. 24. lib. 4. de temporali, quum Episcopus Parisiensis, ad quem rescripserat Innoc. utramque obtineat. cap. qued. Clericis, & ibi glo. & Doctores de foro compet.) Episcopus ipse eum puniret pœnâ pecuniariâ, vel aliâ temporali. Secundum statuit Innoc. quod si Iudæus erat sub iurisdictione alterius Domini, induceret Dominum illum, ut curaret satisfieri læso, & Ecclesiæ. Quod si ipse Dominus negligeret, Episcopus interdiceret Christianis, ne cum ipso Iudæo antè satisfactionem exercerent commercia. Cum ergo nostrò in casu præsupponamus sententiam latam esse pro crimine contra laicum subditum Domino, & Principi Seculari, executio condemnationis ad eum debet remitti.

Nec repugnat, quod obiicitur verba illa *Alioquin ejus Dominum moneas*, idem significare, ac si diceretur fieri talem satisfactionem, & pœnam solvere non fecerit Episcopus, juxta traditionem, Tiracell. de retractu consanguineorum. §. 8. glo. 6. sic utrumque ibi ostenditur fuisse in potestate Episcopi, vel per se ipsum imponere pœnam, vel mediante monitione Iudicis Secularis. nam respondetur verba illa, *alioquin ejus dominum referri ad illa, quòd si dictus Iudæus tua iurisdict. existit &c.* quæ alias essent superflua, & inutilia.

feras hic clarus est. Si Iudæus est sub Iurisdictione temporali Episcopi, qui eum condemnavit, ipse Episc. exequitur sententiam à se latam; si verò ipse Iudæus est sub Iurisdictione Principis Secularis, ipse Princeps monitus ab Episcopo executionem per suos Ministros facit: & verus hic sententia comprobatur ex cap. in nonnullis. in fine. eo. tit. de Iudæis, quod subiicimus.

Septimò huc pertinet Innocentii III. Pont. Max. constitutio in cap. in nonnullis. in fine. de Iudæis, cuius verba hæc sunt. *Et quoniam illius dissimulare non debemus opprobrium, qui probra nostra delevis, precipimus presumptores huiusmodi per Principes Sec. condigna animadversionis adiectione compesci, ne crucifixum pro nobis aliquatenus blasphemare presumant.* Hæc tunc Innocentius, qui etsi loquitur de Iudæo blasphemo, quod crimen esse mixti fori diximus supra cap. 10. attamen pœna indicitur, & exequitur à Iudice Seculari.

Octavò huc facit cap. cum Episcopus. de off. ordin. in 6. quod ita legitur. *Cum Episcopus in sua tota Diocesi Iurisdictionem ordinariam noscatur habere, dubium non existit, quin in quolibet loco ipsius Diocesis non exemplo, per se, vel per alium possit pro Tribunali sedere, causas ad Ecclesiasticum forum spectantes audire, personas Ecclesiasticas (Cum eorum excessus exegerint) capere, ac carceri deputare, necnon & cetera, quæ ad ipsius spectans officium, liberè exercere.* Hæc tunc Bonifacius VIII. qui illis verbis generalibus, *Causas ad Ecclesiasticum forum spectantes audire &c.* complexus est etiam causas laicor. pro quibus inrer eos Iudex est. Atque ita duo statuit Bonifacius, alterum expressè, quod ubi agitur de exequenda sententia à Iudice Eccl. lata adversus Clericum, opus non sit auxiliò brachii Secularis, cum Iudex ipse Ecclesiasticus exequi eam possit, ut diximus supra in primo casu. Alterum tacitè decrevit Bonifacius, quod scilicet ubi exequenda est sententia à Iudice ipso Ecclesiastico lata contra laicum, opus sit auxilio brachii Sec. cum Iudex ipse Ecclesiasticus exequi eam non possit. Nec obstat, quod obiicitur, ex hoc capite, ob id sumi non posse argumentum à sensu contrariò, quòd repugnant Canones; nam respondetur hoc verum non esse, ut infra suis locis demonstrabimus.

Nonò fulcitur opinio hæc eò argumento, quòd Sec. prehensio, & carceratio fieri non potest sine armis, & violentia, sicuti, & bonorum condemnati apprehensio. *l. qui restitueret ff. de rei vind. & notissimum ita est, ut necesse minimè sit probare.* Atqui armorum usus interdictus est Clericis. cap. inter hoc. 33. q. 2. & cap. clerici de vita, & honest. Cler. & diximus in precedenti capite. Ergo &c. nec repugnat, quod ad hoc obiici audio armorum usum non esse improbatum pro executione Iustitiæ, & ob id Divum Thomam in sum. secunda q. 65. art. 3. scriptum reliquisse quòd etsi carcerare aliquem, vel in carceribus retinere illicitum sit, attamen pro executione Iustitiæ permissum est. Nam respondetur armorum usum pro executione Iustitiæ esse permissum Clericis, mediante personâ Iudicis Sec. auxiliò præstantis ipsi Ecclesiastico, qui familiam armatam habere non potest, sicuti demonstravimus superiori capite.

Decimò urget non parum, quod prehensio, carceratio, & bonorum apprehensio pertinet ad Iudicem, qui territorium habet, cap. postulasti de foro comp. atqui Iudex Eccl. territorio caret. Ergo prehendere, & carcerare non potest laicum. Illa minor propositio probatur auctorit. Oldradi, in conf. 17. n. 2. Baldi, in cap. significasti. de off. deleg. & aliorum quos congesti in conf. 1000. n. 81. & 82. lib. 10. ubi explicavi cap. omnes Basilica. 16. q. 7. & alia jura, quæ probare vi-

dentur Episc. habere territorium.

Undecimò, & ultimò, huc pertinet regula illa quod quisque Iuris &c. Atqui Iudex laicus non exequitur aliquid contra Clericum, vel ejus bona, sed utitur auxilio brachii Sec. ut dicemus infra. Ergo & Iudex Ecclesiasticus idem de laico à se condemnato facere debet, nempe invocare auxilium brachii Secularis. His intelligimus opinionem hanc esse iuribus, & argumentis solidè satis firmatam. Nunc de altera, sicque contraria opinione differamus.

Alterà itaque est, sicque sec. opinio affirmativa, Iudicem ipsum Ecclesiasticum exequi posse sententiam à se in causa crim. mixti fori, de qua Iudex ipse Eccl. cognoscere, & judicare potuit, latam contra laicum eumprehendendo, vel carcerando, vel ejus bona capiendo, sine auxilio brachii Sec. Hujus sanè opinionis commemorantur sex & viginti Doctores, quorum multi eam non affirmant.

1. Glos. in cap. contra Idolorum. 26. q. 5. quæ ita scribit, Item patet hic quod Episc. potest in carcerem mittere. Verum intelligi potest, quòd Ep. possit id facere auxilio brachii Secularis, cum & is facere dicatur, qui per alium facit. cap. qui per alium. de reg. jurif. in 6.

2. Archidiaconus, in eodem cap. contra Idolorum. sed eodem modo quo supra intelligi, & declarari potest.

3. Baldus, in l. nam salutem. ff. de off. Præf. vigil. qui nihil ad rem nostram scriptum reliquit.

4. Albericus, in l. Episcopale. C. de Episc. audien. & in tract. statutorum. in 3. parte q. 43. dum scribit Episcopum pro executione sententiæ à se contra laicum late invocare posse brachium seculare, atque ita sensit esse in potestate ipsius Iudicis Ecclesiastici invocare, vel non, ipsum brachium seculare. Verum Albericus hoc colligit ex text. d. l. Episcopale, qui verè non tribuit hanc potestatem, sed necessitatem imponit, ut auxilium ipsum brachii Secularis requiratur.

5. Zabarella, in cap. litteras ad finem. de restit. spolia.

6. Abbas antiquus, in cap. 1. n. 1. de empr. & vend. cum dicit Episcopum posse punire aromatarium, qui miscuit farinam fabarum cum cera, & Abbatem hunc refert, & sequitur Felin. in cap. irrefragabili, §. cæterum. n. 5. de off. ord. & alios ego ipse referi in l. 2. de arbitrat. Judic. casu 382. n. 4. verum loquitur Abbas de sola correctione, quæ cum levis quædam pœna sit, pro Iudicis arbitrio, non efficit ut is delinquensprehendatur, & carceretur.

7. Abbas Panormitanus, in cap. gravem. n. 5. & in cap. sicut de privil. verum in d. cap. gravem. loquitur Abbas de multa indicenda, non autem de ejus executione. Et præterea loquitur de eo, qui perduravit in excommunicatione ultra annum, qui ob id dicitur suspectus de hæresi, cujus criminis pœnam exequitur Iudex ipse Eccl. ut dicemus infra. Abbas verò in d. cap. sicut. nullum verbum de condemnationis executione.

8. Ioann. de Anna, in rub. de sortileg. col. pen. in cap. qualiter, & quia. de excess. Præla. & in cap. 2. de adulter. verum in dicta rubr. de sortileg. refert tantum, & probat glo. in cap. contra, quam supra declaravimus. In eo verò cap. qualiter, & in d. cap. 2. de adulter. nihil ad rem nostram adnotavit.

9. Geminianus, in cap. cum Episc. n. 9. de off. ordin. in 6. qui verè opinionem hanc affirmat, loquens de criminibus sacrilegii, periurii, & similibus mixti fori.

10. Francus, in eodem cap. cum Episc. in 4. notab. qui sequutus est Gemin. rejectâ Oldradi, Io: Andr. & Imole opinionione.

11. Marian.

11. Marian. Socin. Sen. in cap. cum sit. in fine. de foro compet.
12. Felinus, in cap. significasti. n. 4. in fine. de off. deleg.
13. Decius, in cap. sicut. de privil. nihil ad rem nostram scribit.
14. Gundislaus, in tract. de heret. q. 11. n. 17.
15. Aufreus, in Clem. 1. q. 5. n. 117. de off. ord. & in tract. de potestate Ecclesiastica super laicis. n. 1. qui asserit se ita vidisse observari aliquo in casu.
16. Falerius, in pract. crim. canonic. in verbo, Aut inquisitione formatâ. n. 51.
17. Cagnolus, in l. 1. n. 26. ff. si quis jus dicent. non obtemp.
18. Vasquius, in tract. de success. creatio. lib. 3. tit. de testam. §. 22. limit. 17. qui meo in libro nihil ad rem scribit.
19. Egidius Bossius, in tract. crim. tit. de foro comp. n. 15. qui nullum verbum de exequut. sententiz criminalis contra laicum.
20. Didacus Covarr. in lib. pract. quæst. cap. 10. n. 1. vers. 2. quoties Iudex.
21. Lælius Jordanus, in tract. de majoribus causis Episcoporum ad Papam referendis. cap. 8.
22. Alfonso de Azevedo, in commentar. ad leg. Hispaniz. tom. 2. lib. 4. tit. 1. l. 14. n. 11. & 12.
23. Ignatius Lopez, in additionibus ad pract. crim. canonic. Bernardi Diaz, cap. 133. col. 5. vers. illud etiam. & cap. 154. n. 6. vers. quæ opinio.
24. Anastasius Germonius, in lib. 2. de sacror. immunit. cap. 13. v. 76. & lib. 3. cap. 12. n. 77.
25. Io: Gutierrez, in lib. 1. pract. quæst. q. 45. n. 2.
26. Io: Segura Davallos, in directorio Iudicum. in 2. parte. cap. 13. n. 28. & 29.

Ex prædictis, si subducimus Glosatorem in cap. contra Idolorum, Archidiaconum, Baldum, Albericum, Abbatem antiq. Abbatem Panor. Ananiam, Decium, Vasquium, & Bossium, constat hujus opinionis fuisse solummodo ex se cum Doctores. Horum argumenta hæc sunt.

Primò tex. in *auth. causa qua. in fine. C. de Episcopi & Cler. cujus verba hæc sunt Exequutoribus, qui admonitionem facere præsumpserint ab ipsis sanctiss. Episcopis in locis de canonicis detrudendis, de casero nullam exactionem facere permittendis.* His sanè verbis significasse videtur Iustinianus Episcopos habere facultatem carcerandi laicos à se condemnatos. Verùm respondetur hos delinquentes non carcerari manu ipsorum, sed Episcopi, quod alioqui esset absurdissimum, sed manu alicujus Ministri, quem esse intelligo Iudicis Secularis, ne alioqui repugnet *l. Episcopale C. de Episc. audien.* de qua diximus supra.

Secundò adducitur *cap. fraternitatis 34. distinct.* cui respondet Io: Lupus, in *cap. per vestras. in sec. nosab. §. sed est pulchra. n. 22. vers. eodem modo.* Respondendum esse casum specialem odio concubinæ Clerici, adò graviter delinquentis in Deum, & Ecclesiam, ut eam Episcopus vendete, si filius caret si verò habet in Monasterium detruditur, ne filii peccent, ut apud eum.

Tertiò perpenduntur *sex. cap. statumus 16. q. 1. & cap. quisquis 17. q. 4.* quibus unò verbò, Episcopum ferre quidem posse sententiam contra laicum, vel pœnam imponere, non tamen habere executionem, de qua nullum illis in locis fit verbum.

Quarto consideratur *sex. cap. attendendum. 17. q. 4.* cui respondet Lupus, in *d. §. sed pulchra est. n. 24.* non explicari illo in capite à quo sacrilegi illi carcerentur, vel deportentur, & propterea intelligi debere quòd si Seculares sunt carcerentur à Iudice Sec. si verò Clerici, ab ipso Episc. seu ejus ministris.

Quintò affertur *cap. 1. vers. nisi perdere. 23. q. 5.*

sed nihil ad rem, cum loquatur de verbetibus virgularum, quas Episcopi per eorum Clericos, vel servos similibus delinquentibus infligere solent. *cap. 15. à quibus, & cap. universitatis.* ubi Abbas, & Felinus, in 3. nosab. de senten. excomm. & in specie sic declarat Baretta, in *conf. 4. n. 27. vers. & si necesse.*

Sextò conferre videntur *cap. Episcopi 26. q. 5. & cap. contra Idolorum. 26. q. 5.* Verùm respondet Lupus, in *d. §. sed pulchra est. n. 24. in fine.* loqui de heret. sicuti etiam loquuntur *cap. excommunicamus. ibi. 2. in fine, & cap. commissi. de heret.* quod in casu speciale est, ut Seculares puniantur à Iudice Ecclesiastico, & ab eodem exequatur, qua de re diximus supra in tertio casu.

Septimò suffragari videtur *cap. 1. de off. ord.* cujus verba hæc sunt, *Perniciosam, & infra. Habeat igitur Episcopi singularium Urbium in suis Diocesis liberam potestatem adulteria, & scelera inquirere, ulcisci, & judicare secundum quod Canones censent absque impedimento alicujus, & cum opus fuerit publicum convocent auxilium, non ad præjudicandum, sed potius ad ea, qua Deo sunt placita prosequendum.* Hactenus Ioannes Pontifex Max. ex Synodo, qui facultatem tribuit liberam Episcopis judicandi, & ulciscendi adulteria, & alia similia delicta, quæ vindicta complectitur ipsam sententiz executionem; alioqui non esset propriè vindicta, & vindictam significare pœnæ impositionem probant *l. cum vir. rub. C. ad leg. Jul. de adulter. & l. 1. in fine C. si servus aut libert. lib. 10.* & pro faciliore executione permisit ipse Pontifex Episcopos posse requirere auxilium publicum, hoc est brachium Seculare, significans suò jure posse Episcopos ipsos exequi, & non cogi juxta *l. non quidquid ff. de iudicis,* sed quòd id facilius præstent, atque ita, cum opus habent, invocent auxilium brachii Secularis, sicuti contingit quando nullam habet vel saltem modicam familiam armatam. Et accedit, quòd libera illa facultas significat id fieri posse sine alicujus requisitione. *cap. de multa,* ubi Abbas, n. 3. de *Presb.* & illud dicitur liberè fieri, quod alterius non indiget ministerio. Ita Jalon, in *l. Centurio. n. 42. ff. de vulg. & pup. subst.* Habet ergo potestatem Episcopus sine requisitione auxilii Secularis crimina illa, nempe adulterii, & similia, inquirere, & ulcisci. Sed clarum est in jure in delictorum inquisitione ante sententiam multoties necesse esseprehendere, & carcerari facere delinquentes, ut declarat Baldus, in *l. 1. n. 3. C. de iis, qui latro.* unde cum libera facultas datur Episcopo inquirendi, & judicandi de his criminibus, idque cum fieri commodè non possit si è captura personæ, censetur etiam concessa hæc facultas apprehendendi, quandoquidem juris est regula & sententia, quòd jurisdictione concessâ censetur etiam permissum omne id, sine quo illa exerceri non potest. *l. 2. ff. de iurisd. om. Iud. & cap. præerea. de off. deleg.* & illis in locis Doctores. Præterea perpendenda sunt verba dicti *cap. 1. de off. ord. ibi, secundum quod canones censent &c.* Censent sanè Pontificum leges laicos pro admisso adulterii crimine posse carcerari, & virgis cædi. Si ergo liberè, id est, sine alicujus requisitione, Episcopus laicos judicare, & punire potest, usque ad detractionem in carceribus. Ergo ei permessa est hæc facultas sine auxilio brachii Secularis.

Verùm respondetur secundum Io: Lupum, in *d. cap. per vestras. in secundo nosab. §. sed pulchra est. n. 19. de donat. inter vir. & uxor.* eò canone dari facultatem Episcopo cognoscendi de adulteriis, & aliis similibus sceleribus contra Sec. & ea ulciscendi, secundum quod canones censent, hoc est, mucrone spiritali, qui est excommunicatio. *cap. intelleximus. de adulter.* & licet iure indicta sit pœna detractionis in mona-

monasterium contra adulteras *cap. fraternitatis. distinct. 34. & cap. gaudemus. de convers. coniug.* At tamen vel illa detulio fieri potest non reluctante adultera, & tunc opus non est manu militari. Aut non potest fieri, nisi vi, & compulsione, & tunc fit auxilio brachii Secularis, cum Episc. careat familiâ armatâ, ut jam diximus; quod quidem auxilium Seculare est positum in necessitate, non autem in voluntate, & (ut dicitur in argumento) in potestate Episcopi, sicuti demonstravimus supra, & satis probat *l. Episcopale C. de Episcop. audien. Baretta, in conf. 4. n. 3. vers. nunc pro defensione. confirmat tex. cap. Princeps, & cap. administratores 23. q. 5. quæ ipse explicat.*

Quædò urgere videtur *tex. cap. 2. de adulter. cui satisfacit Lupus, in d. 5. sed pulchra est. n. 23. adulterum illum fuisse de temporale iurisd. ipsius Episcopi, & propterea illo in loco cum dicitur adulterum fuisse per Ministros Episcopi carceratum, ob id debet intelligi à Ministris Iudicis Secularis.*

Nonò adduci solet, quòd Episcopus est Iudex ordinarius causarum Eccl. & mixti fori etiam contra laicos. *cap. significasti. de off. deleg. & cap. 1. de off. ordin.* Atqui Iudex ordinarius sententias à se latas exequitur. *l. cum quadam ff. de iurisd. omni. Iud. & cap. quoad consultationem. de re iud. & tradunt Bart. & reliqui in l. à Divo Pio. ff. de re iud. & ratio illa esse videtur, quia cui conceditur iurisdictione censetur etiam concessa omnia quæ necessaria sunt ad eius exercitium. l. 2. ff. de iurisd. omni. Iud. & cap. præterea de off. deleg. sicuti est sententia exequutio, & quia cognitio diffinitio, & exequutio est unicus actus Iudicis, ut tradit Innoc. in *cap. significasti. de off. deleg.* ob id, cui mandata est cognitio, & diffinitio censetur etiam commissa exequutio. Ergo Episcopus exequi potest sententiam à se latam in causa criminali adversus Secularem. Ità voluit argumentari incertus quidam consultus inter consilia Barette, in *conf. 3. n. 18.* Cæterum respondetur, ex sententia Anchar. in *cap. ea quæ. n. 17. de reg. iurisd. in 6.* Non autem esse bonam consequentiam. Iudex potest iudicare, ergo, & iudicatum exequi, quando agitur inter non subditos, vel de bonis alterius territorii. Cum ergo Secularis condemnatus ab Episcopo non sit subditus ipsi Episcopo, sed Domino Seculari, sequitur dicendum sententiam ab ipso Episcopo latam, non posse ab eodem exequi. Et hæc quidem consideratio vel ex eo probatur, quòd Iudex Secularis ordinarius exequi non potest sententiam à se latam contra non subditum, & eius bona extra suum Territorium; sed requirendus est illius Territorii Iudex. *cap. Romana. §. contrabentes de foro comp. in 6. & post alios tradit Rebuff. in commentar. ad Reg. Constitut. Gallia. Tomo 2. tit. de litteris requisitoris;* atque ità in specie huic argumentationi respondet Baretta, in *conf. 5. n. 21.* Ità quoque respondetur illi considerationi, quòd Episcopus habet iurisdictionem à lege Pontificia demandaam, *cap. cum sit, & cap. conquestus. de foro compet.* Porro delegatus Principis habet exequutionem suæ sententiæ. *cap. conquerente de off. delegati, & tradit Iason, in l. 1. n. 22. ff. de iurisd. omni. iud.* Ergo Episcopus habet iurisdictionem suæ sententiæ. Respondetur, inquam, delegatum Principis tanquam ordinarium habere suæ sententiæ exequutionem contra sibi subditos, ut sunt laici, qui non dicuntur subditi Episcopi, ut diximus supra, & in specie, quòd delegatus à Papa, qui est lex viva Pontificia, non potest exequi sententiam à se latam contra laicum in ejus bonis manifestè scribunt Zabarella, in *Clem. 1. q. 10. de off. deleg. Franci. Martius, in q. 72. n. 8. in prima parte, & alios retuli, & communem dixi infra in quarto casu secundi capituli huius disputationis.**

Decimò sic arguitur. Episcopus habet Territorium, *cap. omnes Basilica 16. q. 7. & cap. ult. de constit. in 6. & esse communem opinionem testatur Boë. in q. 227.* Atqui Iudex habens Territorium potestatem habetprehendi & carcerandi suos subditos, *d. cap. Romana. §. contrabentes. de foro compet. in 6. & respondit Oldradus, in conf. 176.* Ergo Episcopus exequi potest sententiam à se latam in causa criminali contra Secularem, eumprehendendo, carcerando, & puniendo. Ità arguebat incertus ille consultus inter consilia Barette, in *d. conf. 3. n. 26.*

Verum respondetur, ut diximus supra, quòd imò Episcopus non habet Territorium, sed Diocesim quæ improprie aliquando appellatur Territorium. Et in ipse sic etiam huic argumento satisfacit Baretta, in *conf. 5. n. 26. 27. & 28.*

Undecimò adducitur argumentum, quòd etsi distincta fuerunt Imperia, & iurisdictiones Ecclesiasticæ à Secularibus, attramen adhuc apud Ecc. tanta remansit potestas, & iurisdictione temporalis, quantum opus est pro rerum spiritualium administratione & pacis conservatione, sicuti docuit Turrecrem. in *cap. cum ad verum. col. 2. in fine 96. distinct.* cum ergo prehensio, & carceratio necessaria sit pro puniendis delictis Eccl. dicendum est ipsum Iudicem Eccl. posse prehendere, & carcerare Laicum à se condemnatum.

Cæterum respondetur apud Ecclesiam remansisse potestatem, & iurisdictionem, quoad sibi subditos, non autem quoad suppositos Principi Seculari, & illorum bona.

Et rursus apud Iudicem Eccl. satis iurisd. & potestatis remansisse dicitur, cum petere possit à Iudice Seculari ut suam exequatur sententiam, nec Secularis ille Iudex impunè recusare id potest, sicuti statim dicemus.

Duodecimò, & ultimò perpendunt verba sacrosancti Concilii Tridentini *sess. 25. cap. 3. incipiente Quamvis excommunicationis &c. de reformat. in vers. in causis quoque &c. quæ ità leguntur. In causis quoque criminalibus. ubi exequutio realis, vel personalis, ut supra, fieri poterit, erit à censuris abstinendum. sed si d. exequutioni facile locus esse non possit, licebit Iudici hoc spirituali gladio in delinquentes uti &c.* Hactenus sacrum Concilium, quod pro absoluto habere intelligit incertus ille auctor, qui inter consilia Barette in *conf. 3. & 30.* pro postrema hac opinione respondit Iudices Eccl. exequi posse à se latas sententias contra Seculares, eos per proprios exequutoresprehendendo, & carcerando.

Respondetur factum Concilium idem de causis criminalibus statuisse quod de civilibus, sicuti significant verba illa *ubi exequutio realis, vel personalis, ut sup. fieri poterit.* dictio, ut supra, relativa, & repetitiva est omnium qualitarum præcedentium, quemadmodum tradunt Bartolus, in *l. 1. §. hoc edito. ff. de postula. Ruinus, in conf. 18. n. 12. lib. 2. Decius, in conf. 127. Socinus iun. in conf. 170. n. 33. lib. 2. & Cravetta, in conf. 88. n. 3. & ego ipse, in conf. 124. n. 60. lib. 2.* Porro præcedentes qualitates observandæ in causis civilibus sunt, quòd Iudices Ecclesiastici exquantur sententias à se latas contra Seculares, non quidem per proprios exequutores, sed per alienos, idest, exequutores Iudicem Secularium, sicuti declaravi supra in secundo casu in fine.

Sextus est casus, quando Secularis condemnatus fuit à Iudice Eccl. pro crimine mixti fori, & agitur de exequutione sententiæ in bonis condemnati. Hoc etiam casu non posse Iudicem ipsum Eccl. suam exequi sententiam sine auxilio brachii Secularis scribunt decem ii doctores.

1. Oldradus, in *conf. 17. n. 10. dum de bonorum confiscatione.*

confiscatione loquitur, & manifestius in conf. 88.

2. Jo. Andr. in additionibus ad specul. in rub. de off. jud. ordin.
3. Alber. in tract. statutor. in tertia parte. q. 43.
4. Romanus, in sing. 711. incipit vi scis.
5. Anchar. in cap. cum Episcopus. in fine. de off. ordina. in 6.
6. Felinus, in cap. cum sit. n. 20. de foro compet.
7. B. bat. in cap. significasti. n. 29. de off. deleg.
8. Joan. Lupus, in cap. per vestras. in 2. notab. §. sed est pulchra. n. 26. vers. ad propositum nostrum de donat. inter vir. & uxor.
9. Belluga, in speculo Principum. rub. und. §. tractandum. n. 2. in fine.
10. Decianus, in tract. crim. lib. 4. cap. 26. n. 15. in fine.

Horum vera sententia probatur omnibus penè argumentis, quib. soluta est prima opinio relaxata, & probata supra in precedenti casu. Et accedit à fortiori, quod diximus supra in tertio casu. Judicem Ecc. in crimine merè Ecc. quale est hæresis, in quo majus habet Imperium, quam in crimine mixti fori, suam ipse non exequi sententiam quoad bona hæretici Secularis condemnati, sed illam fieri oportere à Judice Seculari, ergo fortius idem dicendum est in hoc crimine mixti fori.

Non obstant nunc aliqua, quæ adversus prædictam receptam sententiam obijciuntur.

Primò obiicitur, quod quando in criminalibus contingeret Episc. in casibus in quibus est iudex pœnam, seu multam pecuniariam imponere, quam quidem imponere potest, ubi majus timetur. *cap. licet. de penis*, & scribunt Felinus, in *cap. irrefragabile. §. ceterum. n. 3. de off. ord.* & Aufrer. in *additionibus ad Capell. Tolos. in q. 274. vers. an autem Episcopus*: concessum est Episcopo, sine brachii Secularis auxilio, executioni mittere multam in bonis laici condemnati, ut in terminis tradunt Abbas, in *in d. cap. licet. n. 8. de penis*, & Aufrer. in *tract. de potestate Ecc. super laicis. n. 2.* & scripti, *superiori libro. cap. 16. in quarta conclusione*, ubi retuli quatuordecim hujus opinionis doctores, & subiungit Abbas, *præcisio in loco*, quod Episcopus exigit hanc pœnam, seu multam. Ergo pari ratione idem dicendum est licere Episcopo, sicque audiri Ecc. ordinario, exequi sententiam in bonis à se condemnati pro crimine mixti fori.

Respondetur argumentum ad rem non pertinere, quandoquidem, etsi admittimus Episcopum, sicque Judicem Ecc. posse certis in casibus indicare multam laico delinquenti secundum Abbatem, & sequaces; non tamen sequitur quod ipse Episcopus possit exequi ipsam multam in bonis multati sine auxilio brachii Secularis, sunt enim duo diversa multare, & multam exequi in bonis multati, & ob id primo permisso non sequitur secundum; sicuti à fortiori videmus in publicatione bonorum hæretici, quam Inquisitor suam sententiâ declarat, & pronuntiat incursum à laico hæretico, & tamen executionem facit Iudex Secularis, ut diximus supra in tertio casu.

Secundò obiicitur, quod Secularis, ratione, & causâ delicti mixti fori à se commissi efficitur subditus, & de Territorio Iudicis Ecc. ita gloss. in *conf. Item si nullo in verbo Ab Ecclesia*. Sic & Bartolus, in *l. cunctos Populos, n. 45.* & ibidem Aretinus, *n. 13. vers. nam sicut C. de summa Trinit & fide Cathol.* scribunt exterum, & forenses, ratione & causâ delicti, effici de iurisd. & foro loci, ubi deliquit; & idè Secularis delinquens in Eccles. punitur ab Episcopo, ut tradit Afflictus, in *commentar. in constit. Regni Neapol. in rub. §. de crimine sacril. incipit, Multa. n. 12.* & consequenter bona ipsius delinquentis efficiuntur

de eodem Territorio Iudicis Ecc. respectu Imperii, cum bona sequantur personam, ut scribunt Rota, in *decis. 7. in tit. de testa. in antiq. Ilermia, in tit. de statutis, & consuetud. contra liber. Eccles. n. 12.* Ergo potest Episcopus sine auxilio brachii Secularis executionem facere in bonis d. delinquentis subditi sui, etiam quoad bona.

Respondetur primò, quod licet Sec. ratione, & causâ delicti mixti fori, efficiat. de foro Iudicis Ecc. ut loquit. Afflictus in *d. constitut. multa n. 12.* & scripti, in *lib. 2. de arbitrar. Iudic. casu 389. in 8. casu.* Non tamen efficitur subditus, & de territorio Iudicis Ecc. cum Iudex Ecc. careat Territoriò, ut jam sup. demonstravimus.

Nec est absolutè verum, quod Sec. propter delictum mixti fori, vel aliud, de quo potest cognoscere, & pœnam indicare Iudex Ecc. efficiatur ejus subditus. Nam quis verè, & proprie dicitur ratione, & causâ domicilii, quod habet in loco, sicuti scribunt Abbas, in *cap. proposuisti. in primo, & ult. notab. de foro compet. Alex. in l. cum quadam Puella. n. 7. ff. de iurisd. om. Iud. Ruinus, in conf. 120. n. 9. lib. 4. qui communem asserit, Decius, in conf. 357. n. 5. & in conf. 661. n. 6. Alciatus, in resp. 62. n. 12. & in resp. 81. n. 3. Boss. in tract. de caus. crim. in tit. de penis. n. 43. vers. non omitto tamen, & in tit. de crimine lese M. n. 95. Cessalus, in conf. 13. n. 15. lib. 1. & Roland. in tract. de lucro dotis. q. 22. n. 21. Ità quoque dicitur subditus, qui sustinet onera Principis, cui subest, ut tradunt Baldus, in *l. quisquis C. de natur. liber. Socin. Sen. in conf. 74. col. vers. secundo probatur. lib. 1. Boss. in d. tract. caus. crim. in tit. de crimine lese M. n. 97. Decius, in conf. 661. n. 6. & idem ego ipse respondi, in conf. 603. n. 16. lib. 6. Impropiè verò subditus dicitur, qui ratione originis, sicuti tradit gloss. in *elem. 1. in verbo subditos. de foro compet. & respondit Socinus Sen. inter conf. Curtii Sen. in conf. 20. col. 7. quem sequuti sunt Socin. jun. in conf. 36. n. 4. lib. 3. Natta, in conf. 4. n. 1. & Plottus, in conf. 19. n. 41. & manifestè Bossius in *d. tract. caus. crim. in tit. de citationibus n. 31. sic intelligendi sunt Abbas, in d. cap. proposuisti. in primo notab. & Bossius, in d. tit. de penis. n. 43. vers. sed cum.* Ità impropiè subditus dicitur quis, causâ delicti à se in loco perpetrati, ut censuit gloss. in *d. elem. 1. in verbo, subditos. de foro compet. quem sequuti sunt Anchar. & Vitalinus, ibidem n. 10. Decius, in d. cap. ad nostram il. 2. n. 3. de appella. qui testatur communiter recipi, & in d. conf. 661. n. 6. & quidem ratione delicti efficitur quis subditus impropiè, cum solummodo causa pœnæ subiiciatur illi Iudici, cujus potestatem, & auctoritatem offendit, Non autem quoad reliqua dicit. subditus. & propterea videmus, quod licet exterus pœnâ corporali puniatur, vel etiam ejus bona publicent. non tamen publicant. bona existentia in territorio alterius Principis ut dicemus statim. Et admissio quod & illa publicentur, non tamen eorum apprehensio, & executione fit sine consensu, & voluntate Principis, & Domini dicti loci, & Territorii, ubi sita sunt, quemadmodum diximus supra in secundo casu, & in tertio, ubi egimus de executione in bonis lapsi in hæresim.****

Nil etiam urget, quod dicitur in argumento, nempe bona sequi personam, quando agitur de bonis delinquentis; nam Rota in *allegata decis. 7. in tit. de test. in antiq.* loquitur quando agitur de succedendo in bonis, hæc enim sequuntur personam, sicuti etiam loquit. Calcanus, in *conf. 3. n. 10. in fine. & num. 11.*

Idem est quando agitur de privilegio fori concessio Clerico, cujus bona patrimonialia sequuntur personam, sicque eodem fori privilegio fruuntur, ut loquitur Ilermia, in *d. tit. de statutis, & consuetudin. contra liber.*

liber. Eccles. n. 12. in arg. & allegatis, & scripsi supra, lib. 2. cap. 22. in fine quarta extensionis. Verum duo ii casus ad rem nostram non pertinent. Nos enim loquamur, quando agitur de publicatione, & amissione bonorum propter admissum crimen. Qua sane in re distinguendi, atque constituendi sunt quatuor casus, quorum primus est, quando agitur de bonis immobilibus. Hæc nunquam sequuntur personam, sed permanent sub iurisd. illius Principis, cuius est Territorium, ubi sunt sita. Ità Baldus, in l. mercatores C. de commer. & mercat. Alex. in conf. 31. n. 5. lib. 1. & Socinus Sen. in conf. 101. col. 1. lib. 1. Jacobinus, in investitura feudali. in verbo, cummero & mixto Imperio. n. 17. vers. firmo, qui ob id scribunt, quòd publicatis bonis delinquentis, non censentur publicata immobilia ab eo possessa in Territorio alterius Principis. Secundus est casus, quando agitur de bonis mobilibus, quæ permanens sunt in loco ubi sunt reposita. Hoc casu idem dicendum est, quod in casu præcedenti dictum fuit de immobilibus, ut scilicet censentur esse ejus loci, ubi extant, non autem, ut sequantur personam. Ità Salicetus, in l. 2. in fine C. de iurisd. om. Iud. & Alex. in conf. 16. n. 2. lib. 1. Tertius est casus, quando agitur de bonis mobilibus repositis in loco, ut perpetuò ibi non remaneant, sed ad certum tempus, sicuti contingit quando scholaris existens in Civitate, puta Papæ, causâ studiorum, ibi habet aliqua mobilia. Hoc in casu, sunt variz opiniones. Aliqui censent mobilia illa non dici res loci, propterea personam non sequi. Ità Bald. in cap. 2. in princip. n. 6. de pace tenen. in usibus feudo. Alex. in conf. 31. n. 5. lib. 1. aliqui verò, & rectius quidem, dicunt, non esse res loci, sed personæ, & eam sequi. Sic sanè Petrus Cynus, & Angelus, in l. ex facto proponebatur. ff. de hered. insti. & sibi parum constans Alex. in conf. 16. n. 2. lib. 1. ubi modernus Parisiens. æstatur hanc esse veriore.

Quartus est casus, quando agitur de bonis incorporabilibus, nempe actionibus, & nominibus debitorum. Hoc in casu solet distinguì, quòd aut actio est ad quantitatem, & tunc tanquam competens ad rem mobilem, ejusdem est naturæ, cujus est res mobilis, & dicitur sequi personam; aut datur ad rem immobilem, & tunc naturam rei immobilis obtinet. Ità auctoritate Bart. Bal. & aliorum adductus in specie respondit Alex. in d. conf. 31. n. 6. lib. 1. & sequuti sunt Nellus, in tract. de bannitis. in prima parte secundi temporis. q. 17. n. 9. Socinus Sen. in conf. 36. n. 6. & in conf. 101. col. 1. lib. 1. Jacobinus, in investitura feudali, in verbo, Cummero, & mixto Imperio. n. 17. vers. firmo.

Nostro itaque in casu ad summum esset dicendum mobilia reposita in loco, ut ibi non permaneant perpetuò, sed ad certum tempus, vel actiones, & nomina debitorum ad bona illa competentia, sequi personam, & consequenter Iudicem Ecc. qui propter delictum mixti fori condemnavit delinquentem, consequi ea posse, mediante tamen auxilio brachii Secularis exequentis, & non aliter, quia cum delinquentis persona prehendi non possit sine auxilio brachii Secularis, sic nec præd. mobilia, & actiones, quæ ipsam personam sequuntur.

His constat auxilium brachii Sec. invocandum esse à Iudice Ecc. in secundo, tertio, quinto, est sexto casu, quod intelligitur nisi usu, & consuetudine legitime præscriptâ obtentum esset, quòd Iudex ipse Ecc. habens alicujus causæ cognitionem adversus Secul. posset eos prehendi facere, & carcerare, & aliis modis suam exequi sententiam. Ità sanè scribunt septem ii præstantissimi Doctores; hoc est.

1. Baldus, in cap. significati, in fine. de off. deleg.

2. Joannes Lupus, in cap. per vestras. in 2. notab. in verbo, seu. §. sed est pulcra. n. 16. vers. intelligo tamen. de donatione. inter virum, & uxorem.

3. Didacus, in libro practicarum questionum. cap. 10. n. 3.

4. Jul. Clar. in pract. crim. §. finali: q. 73. ad finem.

5. Anastasius Germon. in lib. 3. de sacrar. immunit. cap. 12. n. 77. vers. quidquid sit.

6. Joannes Gutierrez, in lib. 1. practicar. quest. q. 45. col. 3.

7. Alfonso de Azevedo, in commentar. ad leg. Hispaniz tom. 2. lib. 4. tit. 1. leg. 14. n. 7. qui, n. 8. subiungit hac in consuetudine, & præscriptione introducenda requiri Principis Secularis scientiam. Qua de re differuimus supra hoc librò cap. 14. in quinto requisito, & cap. 15.

Cæterum in casibus supra enumeratis, in quibus Iudex Ecc. tenetur implorare auxilium brachii Secularis, observare omninò debet Secularis ipse Iudex, ut benignè, & promptè concedat, & impartiat: alioqui si absque justa, & rationabili causa recusabit, excommunicari poterit, ut scribunt gloss. in cap. ad abolendum. de heret. & in cap. 1. de off. ord. ubi Alciatus, n. 26. & n. 133. Petrus Belluga, in spec. Princip. rub. 11. §. tractandum. n. 2. Didacus, in lib. pract. quest. cap. 1. n. 1. vers. quo iure illud. Andreas Gailius, in lib. 1. observat. 15. n. 1. Petrus Binsfeld. in commentar. de iniuriis, & damno dato. cap. 7. conclus. 5. pag. 375. Alfonso de Azevedo, ad leg. Hispaniz. tom. 2. lib. 4. tit. 1. l. 15. n. 1. & Ignatius Lopez, in additionibus ad pract. crim. Bernardi Diaz. cap. 154. n. 20. qui, n. 9. dixerat, quod, etsi auxilium hoc requiri possit à supremis Regiis senatoribus, vel regalium Cancellariarum Auditoribus, esse tamen piè, & benignè invocandum, & non sub censuris, & jussionibus, & cursus alia pœna Iudici Seculari inferiori recusanti præstari hoc auxilium iudici potest pœna arbitraria, sicuti post Salicetum, in lib. 2. de arbitrar. iudic. caso 452. & sequuti sunt Ignatius Lopez. pract. in loco n. 20. & Ioan Segura Davalos. in directorio Iudicum Ecc. fori cap. 13. n. 32. in fine.

Illud quoque observandum est hac in re, Iudicem ipsum laicum, non priùs Iudici Ecc. teneri suum impertiri auxilium, quam viderit adesse requisita hæc, quæ ex ordine referre volui.

Requiritur sanè primò, quod Iudex ipse Ecc. processerit judicialiter, non autem extrajudicialiter contra Secularem condemnatum, scribunt Innoc. in cap. 1. de off. ord. & ibidem Alciatus, n. 117. & Ignatius Lopez, in d. cap. 154. n. 19.

Requiritur secundò, quòd Iudici Seculari requisito concedere auxilium suum fiat fides de processu agitato adversus ipsum Secularem condemnatum, ex quo summam cognoscere possit, an ipsi Iudici requirenti auxilium brachii Secularis sit obtemperandum, non autem ad hoc, ut cognoscat de eff. & sententiz, vel præcepti Iudicis Ecc. ad effectum revocandi quod ab eo iudicatum est, quòd omnino est prohibitum, sicuti tradunt Ioan. Andr. in cap. 1. de off. ordin. Oldradus, in conf. 89. n. 4. Feder. de Sebis, in conf. 251. & alii, quos refert Roland. in conf. 37. n. 7. lib. 1. & manifestius Imola, in cap. 1. n. 16. de off. ordin. Navar. in cap. cum contingat. in secundo remedio. vers. Ex prædictis, de rescriptis, Jul. Clar. in pract. crim. §. finali. q. 69. vers. quæro etiam, si Iudex. Ioan. Segur. Davalos, in directorio Iudicum Ecc. fori. cap. 15. n. 33. vers. & hoc presertim. Alfonso de Azevedo, in commentar. ad leg. Hispan. tomò 2. lib. 4. tit. 1. l. 15. n. 5. & Ignatius Lopez, in d. cap. 154. n. 11. vers. poterit tamen, qui sic declarat opinionem Alciati, in d. cap. 1. n. 20. de off. ordin. & sequacium asserentium Iudicem

cem Sæcularem teneri auxilium hoc ferre Judici Ecc. non ostensa ei causa iustitiæ. Et quidem iudex ipse Sæcularis recufabit præstare suum auxilium, si clarè apparebit de nullitate sententiæ ipsius Judicis Ecc. Ità Ancharanus, in *conf.* 382. n. 8. Calcaneus, in *conf.* 119. n. 6. Afflictus, in *decis.* 210. n. 9. & in *constitutionibus Neapolitanis. in proœmio rubricarum.* n. 55. Natta, in *conf.* 529. n. 5. Maranta, in *disputat.* 1. n. 6. Roland. in *d. conf.* 37. n. 14. Andreas Gaillius, in *lib.* 1. *observacionum.* cap. 115. n. 4. Ignatius, in *d. cap.* 154. n. 14. Hieronymus Portoles, in *Scholii ad Molinam. in verbo. Iudex.* n. 94. Barretra, in *conf.* 4. n. 7. & idem ego ipse scripsi, in *commentar. de retinenda possess. remedio.* 3. n. 360. Idem est, quando constat de evidenti, & notoria iniquitate. Federic. de Senis, in *conf.* 163. in *fine.* Navarrus, *ubi supra.* cum illa æquiparetur nullitati, sicuti scribunt post alios Curtius Junior. in *conf.* 104. n. 5. & in *conf.* 124. n. 14. Parisius, in *conf.* 89. n. 60. lib. 1. & Cravetta, in *conf.* 265. col. pen. *vers. venio ad secundum,* secus verò, si non constaret de evidenti injustitia, ut scripsi in *d. remedio.* 3. n. 360. *ad finem,* sic intelligo alios relatos à Portoles.

Requiritur 3. quòd nulla pendeat appellatio à sententia lata ab ipso Iudice Ecc. nam eà pendente iustè Iudex Sæcularis recufabit auxilium sui brachii. Ità Oldradus, in *d. conf.* 89. Alber. & Castren. in *l. Episcopale. C. de Episc. audien.* Franciscus Martius, q. 269. n. 2. in *prima parte.* Dec. in *cap. significasti. de off. deleg.* Rolan. in *conf.* 37. n. 9. *vers. 4. quod l. 1.* Navarr. in *cap. cum contingat. in 1. remedio. de rescriptis,* Aufrer. in *tract. de potestate Sec. sup. Ecclesiasticis. in 4. regula.* n. 32. Franc. Aviles, in *tract. de Prætor. cap. 20. in verbo, usurpat.* n. 25. Gaillius, in *observa.* 115. n. 4. Idem ego ipse scripsi, in *d. remedio.* 3. n. 360. in *fine.* & accedunt Portoles, in *d. verbo Iudex.* n. 98. Ignatius Lopez, in *d. cap.* 154. n. 115. qui post Afflictum, & Rolandum, intelligit locum habere etiam quando condemnatus appellavit, & Iudex Eccl. deferre noluit appellationi quæ de Iure erat admittenda, secus si non appellavit, vel appellationem interpositam deseruit. Ità Ignatius, in *d. cap.* 154. v. 13.

Requiritur 4. quòd Iudex ipse Eccl. qui sententiam contrà laicum tulit fuerit quòd pro suo jure facere poterat, ut ipsam sententiam exequeretur, nempe utendo censuris contrà ipsum condemnatum. Ità scribunt Glo. in *cap. 1. de off. ordin.* Oldr. in *conf.* 89. n. 5. Bald. in *l. 1. C. de iis qui latron. occulti.* Ioan. Andr. & Innoc. in *cap. significasti de off. deleg.* Martinus de Fanò, in *tract. de brachio Sec.* n. 2. Abbas, in *d. cap. 1. de off. ordin.* Gemin. & Franc. in *cap. ut officium. in verbo, Compescendi. de heret. in 6.* Calcaneus, in *conf.* 119. n. 7. Felin. in *cap. delicta. de mayo. & obed.* Afflict. in *proœmio constis. Neapolis.* n. 14. Dec. in *d. cap. significasti.* n. 4. *vers. & retenta.* Io. Lupus, in *cap. per vestras. in sec. notab. §. sed pulchra est.* n. 17. *de donat. inter vir. & uxor.* Maranta in *disput.* 1. n. 26. Boërius, in *d. cap. significasti.* n. 24. Roland. in *conf.* 37. n. 5. lib. 1. Franc. de Aviles, in *d. cap. 20. in verbo, usurpant.* n. 14. Antonius Galefius, in *tract. ad formulam cameræ obligationis. in verbo, Reliqua.* n. 51. & 53. 10. Redin. in *tract. de Majestate principis. in principio. in verbo, sed etiam per legitimos.* n. 142. Didac. in *lib. pract. quest. cap. 10. n. 1.* Quintilianus Mendosius, in *formula sec. commiss. refert. in verbo Auxilium brachii.* Barretra, in *conf.* 4. n. 4. Natta, in *conf.* 529. lib. 3. Hieronymus Portoles, in *scholii ad Molinam. in verbo, Iudex.* n. 95. Gaillius, in *d. cap.* 115. n. 2. *vers. procedit auser,* & Alfonso de Azavedo, in *commentar. ad leg. Hispania. tom. 2. lib. 4. tit. 1. l. 14. n. 6. & leg. 15. n. 2. & 9. quorum traditionem probant,* cap. 1. & cap. quoniam in *fine de off. ord. cap. 2. de maled. cap. postulasti. de homicidio, cap. 2. de Cler. excom. & cap. dilecto. de sen. excom.* Nec repugnat consideratio virorum alioqui doctissimorum Ignatii Lopez, in *d. cap.* 154. n. 4. *vers. sed meà quidem sententià,* & n. 5.

& Io. Segura Davalos, in *directorio Iudicum Ecclesiæ fori cap. 13. n. 35. vers. nec minus obstabit,* & n. 38. cum dixerunt hoc auxilium non esse subsidiarium, sicuti scribunt præcitati Doctores, esse præstandum cum opus fuerit *d. cap. 1. & cap. quoniam, & alibi,* & idem sancivit S. Concilium Tridentinum, *sess.* 24. *cap. 8. & sess.* 25. *cap. 3. & 5. de reformatione;* nam uno verbo respondetur opus non esse ipso auxilio brachii Sec. si ipse Iudex Eccl. uti potest remediis sibi à Iure concessis. Dicitur solet potest, per se, alterius non indigens operà. Nec dicendum est (ut inquit Ignatius) quòd si communis opinio esset vera, quam plurima delicta remaneret impunita, nam interim, ait Ignatius, quòd Iudex Eccl. utitur censuris, quæ non statim, sed datis dilationibus proferendæ sunt, reus posset bona occultare, & se fugâ incolumem reddere; & alia deinde immemorabilia mala sequerentur. Non equidem ità dicendum est cum ipse Iudex Eccl. possit, si aliquando periculum imminet, invocare brachium Sæculare, ut bona in tuto reponantur, reus etiamprehendatur, sicuti similibus in casibus multa concessa sunt, quæ regulariter non permittuntur. Sed cum reus habet in bonis, sicuti ut plurimum habent homines, cessant difficultates. Non repugnat demum, quòd obiicitur de Inquisitore hæreticæ pravitatis, qui etsi per se ipsum, suos scilicet Ministros, carcerare potest Sæculares de hæresi damnatos. *Clem. 1. §. 1. de heret. & diximus supra in 4. casu,* attamen invocare etiam potest auxilium brachii Sec. *cap. ut officium §. denique de heret. in 6.* nam responderetur truhutum esse Inquisitori, & Episcopo, ut hæreticos præhendere, & carcerari faciant, sicuti & quibuscumq. aliis concessum est, ut diximus in *d. 4. casu,* id quòd factum est favore specialis fidei Catholicæ. Verum quoad executionem, quæ fieri debet in bonis ipsorum hæreticorum, requiritur auxilium brachii Sec. demonstravimus supra in *3. casu.*

Requiritur 5. quòd Iudex ipse Sec. priusquam suum concedat auxilium, curet citari reum ad videndum concedi brachium hoc sæculare. Ità tradunt Franc. Mar. in *decis.* 269. n. 2. in *prima p.* Calcan. in *conf.* 119. n. 4. & 5. Petrus Belluga, in *Speculo Principum. rub. 11. §. 17. à standum, in fine,* Natta, in *conf.* 526. lib. 3. qui copiose disserit Andreas Gaillius, in *lib. 1. pract. observat. in observat.* 115. n. 6. Hieronymus Portoles, in *scholii ad Molinam in verbo, Iudex.* n. 95. & Ignatius, in *d. cap.* 154. n. 22. *vers. contraria tamen opinio & c.* qui adhibita distinct. ex Abbate, & Imola opiniones conciliat.

Cæterum cessant prædicta requisita, quando Iudex Eccl. invocat, & requirit brachium Sec. ut exequatur sententiam à se latam contra hæreticum, qui ad ipsam Iudicem secul. remittitur, ut pœnâ mortis à lege indictâ eum puniat. Hoc sanè casu, non cognoscit Iudex ipse Sec. non cognoscit etiam summam, an iustè suum imploret auxilium, sed exequi debet Iudicis Eccl. sententiam. Ità sanè scribunt Bald. in *auth. Clericus C. de Episc. & Clericis,* Angelus, in *l. Divus la. 2. ff. de custo. reo. Abbas, & Anchar. in cap. at si Clerici. de Iudiciis,* Salicetus, in *l. ea quidem, C. de iis qui accus. non poss. Iason. Dec. & Purpur. in l. Magistratibus. §. de iurisd. om. Iud. Imola, in cap. 1. de off. ord. Brunus, in tract. de heret. lib. 4. cap. 15. Alberinus, in tract. de agnoscendis assertionibus catholicis, q. 25. n. 44. Cagnolus, in *l. cum quadam. in princ. ff. de iurisd. om. Iud. Berous, in cap. at si Clerici. n. 79. de Iudiciis,* qui testatur esse communem opinionem Boss. in *tract. caus. crim. in tit. de heret. n. 35. Simancas, in tract. Catholicarum institutionum. tit. 36. n. 5. qui, n. 6. & n. 7. ait Iudicem ipsum Sec. esse in casu merum exequutorem, & ob id non posse admittere exceptionem evidentiæ injustitiæ, & iniquitatis & nullitatis & Iul. Clar. in *pract. crim. §. finali. q. 96. vers. quero etiam, si Iudex & c.* affirmat ità servari in hoc dominio Mediolanensi, sicuti etiam in Hispania hoc esse usum receptum testatur Simancas, *præcitato in loco***

Et accedit Jo. Redin. in cap. de Majestate Princ. in verbo, *Non solum armis decoratam in sec. p. n. 149.* Idem dicendum esse existimo, quando Judex Eccl. degradavit Cleric. eumque tradidit Curiz sec. puniendum pro gravi perpetrato delicto. Nō enim Judex ipse Se. debet aliquō modo cognoscere, an ritē. & ritē is degradatus, & traditus fuerit, cum ad eum non pertineat quovis modo cognoscere de ipsius Clerici delicto. Itā scribunt Archidiaconus, & alii, in cap. statumms 11. q. 1. & in cap. administratores. 23. et si ab eo dissentit Lucas de Penna, in l. 1. col. 2. vers. sed penē lata est C. de privil. schol. lib. 12. qui dicit posse examinare causam, & columna 3. vers. sec. quarit. scriptum reliquit posse admittre exceptionem iniquitatis, & injustitiz sententiz & degradariōis, & dixit, et si malē. hanc esse opinionem Canonistarum, qui volunt dominare, & revereri, & Prælatos sæpē plus obedire pecuniz, quā Deo. Redin. ubi supra. n. 151.

Sec. est hujus disputationis caput de Judice scilicet delegato, an, & ipse invocare, debeat, & possit auxilium brachii Sec. ut suam contra laicum latam sententiam exequatur? Hoc in capite distinguendi sunt quatuor casus Pr. est, quando ambigit, an Judex ipse Ecc. delegatus ab inferiore facultatem haberet exequendi sententiam à se latam contrā Laicum, absq. auxilio brachii sec. Hanc dubitationem nemo, quod sciam, explicavit. Existimo exequi non posse. Nam caret familiā, & rursus delegatus inferioris regulariter suam non exequitur sententiam, sed pro executione recurrit ad Judicem ordinarium, ut statim dicemus.

Secundus est casus, quando dubitat, an prædictus inferioris delegatus Eccl. ex sua ipsa delegatione invocare possit auxilium brachii Sec. ut valeat executioni mittere sententiam à se latam contrā Secularem Et quidem distinguendi sunt hic duo casus, quorum primus est, quando ipsi delegato concessum fuit in suo delegationis mandato ut auxilium hoc Sec. Judicis impetrare possit. Hoc sanē casu, admittunt passim Doctores posse impetrari. Itā Hostien. in cap. 1. de off. deleg. Oldrad. in cons. 89. propē finem. Innoc. in cap. significasti. n. 3. de off. deleg. Lupus, in cap. ut officium. §. deniq. vers. an delegatus. de heret. in 6. Guilielmus de Monte Lauduno, in Clem. 1. n. 6. de off. del. Bald. & Salic. in l. in criminali. de Iurisd. om. Iud. Feder. de Senis, in cons. 167. in p. dubio, Alberic. ad Castren. in l. Episcopale. C. de Episcop. aud. Zabar, in Clem. 1. q. 10. de off. deleg. latē, Martinus de Fano, in tract. de brachio Sec. n. 3. & 4. qui aliquibus rationibus probat. Henricus Baye. in cap. significasti. n. 1. de off. deleg. Abbas, Felinus, & Dec. in cap. significasti. n. 4. de off. deleg. & idem Abbas, in cap. si quis contra Clericum. col. pen. de foro comper. Calcan. in cons. 119. n. 2. in fine. Petrus Belluga in spec. Principum. rub. 11. §. & qua d. n. 1. vers. & idem communis. Franciscus Mart. q. 72. & q. 269. p. prima Navarr. in cap. cum contingat. n. 19. in p. remedio. de rescriptis, Roland. in cons. 77. n. 1. lib. 1. Bermond. Cover. in tract. de publicis concubinariis. in verbo, *Carent à suis subditis*, Andreas Guillius, in lib. præl. observat. 115. in fine. Alfonso de Azevedo, in commentar. ad leg. Hispania. tom. 2. lib. 4. tit. 1. lib. 15. n. 3. Franc. Pegna, in comment. ad directior. Inquisitor. in sec. parte. in explanat. cap. officium. §. compefcendi. n. 1. de Heret. in 6. pag. 206. col. 2. & in 3. parte. q. 57. commentar. 106. pag. 585. & Ignatius Lopez. in additionibus ad præl. crim. Bernardi Diaz. cap. 154. n. 8. Sec. est casus, quando delegatus iste in sua delegatione expressum non habet, quōd invocare possit auxilium hoc brachii Sec. Hoc in casu, magna est inter Doctores contentio, an invocare possit. Recepta magis opinio est, quōd valeat impetrare. Itā sanē omnes ferē supra commemorati,

& inter alios Franc. Pegna, in d. commentar. 106. in fine. dixit opinionem hanc sibi placere, quæ & mihimagis probatur. Et hoc in casu loqui intelligo Ioannem Reddin. in tract. de Majest. Princ. in verbo, *Non solum armis declaratum. in sec. parte. n. 159.* Idem manifestē dixit Alfonso de Azevedo supra allegatus. Dissentiunt tamen Abb. s antiquus, in cap. significasti de off. deleg. Archid. in caput officium. de heret. in 6. Cimmerius, in directorio Inquisitor. in d. q. 57. in fine. Quintilian Mendos, in sec. formula commiss. referen. in verbo, *Auxilium brachii Sec.* & Pegna sibi parum constans, in prædicta explanatione ad d. §. compefcendi Ceterum prius quā delegatus iste invocet auxilium brachii Secularis, multa requiruntur.

Requiritur primò quōd prius adire debeat ordinarium Eccl. ut is opem ferat quantum potest, & si is non poterit, Judex Sec. auxilium suum præstabit. Itā in specie Guilielmus de Monte Lauduno, in Clem. Iudices. de off. ordin. Butic. in cap. cum non ab homine. de iudicis. Zabarella, in elem. 1. q. 10. de off. ordin. Decius, in cap. significasti. n. 4. vers. Et retenta. de off. deleg. & Roland. in cons. 37. n. 6. lib. 1. Lælius Iordauus, in tract. de maioribus causis Episcoporum ad Papam deferendis. cap. 8. n. 46. & Io. Redin. præcitate in loca. Et quidem est recepta opinio, et si ab ea dissentit Petrus Belluga, in specul. princip. rub. 11. §. & qua d. n. 2. vers. sed nunquid, & Hieronymus Portoles Hispanus in schol. ad Molinam. in verbo Iudex. n. 98. qui itā in Hispania servari testatur. Et hæc recepta est sententia, et si aliquando, in commentar. de retinenda possess. remedio 3. n. 36. scripsi esse in arbitrio ipsius delegati requirere suum ordinarium, vel immediatē invocare brachium sec.

Requiritur sec. quōd delegatus iste fidem suæ delegationis, & commissionis faciat, ut tradunt Bald. & Salicet. in d. l. in criminali col. 1. C. de iurisd. om. Iud. Feder. de Senis, in cons. 251. col. 2. Calcanus, in cons. 119. n. 2. & Roland. in d. cons. 37. n. 5. lib. 1.

Requiruntur 3. ea quæ supra diximus de Iudice ordinario invocante hoc brachii Sec. auxilium; nempe quōd delegatus iste processerit judicialiter; quōd de processu, & actis fidem faciat, ut summatim cognoscat Iudex Secul. an concedere debet auxilium vel recusare, sicuti recusare potest, quando evidenter constat de nullitate, vel iniquitate sententiz; quōd nulla pendeat appellatio; & demum, quod citatur reus ad videndum concedi hoc brachii Secul. auxilium. Non est, quod jam dicta repetam.

Requiritur quartò quōd non fuerit ab ejus sententia appellatum, sicuti de Iudice ordinario scripsi supra, & in specie delegati tradit Io. Redin. in loco supra commemor.

Tertius est casus principalis hujus capituli, quando quis est delegatus summi Pontificis, & ambigitur an virtute suæ delegationis invocare possit auxilium brachii Sec. pro executione sententiz à se probatæ. Et quidem sine magna controversia dicendum est, posse sicuti à fortiori diximus, in præcedenti casu, delegatum inferiorem posse hoc facere, et si id expressum non habet in sua delegatione, & in specie delegati à Papa affirmant Archid. in cap. administratores 23. q. 5. Feder. de Senis, in cons. 163. super invocatio. ne. Speculator, in tit. de Iudice deleg. §. sequitur. n. 6. Zabarella, in Clem. 1. q. 10. de off. dele. Gemin. in cap. ut officium. §. deniq. de heret. in 6. Butic. in cap. tanta, de excess. Prælat. Calcan. in cons. 119. n. 1. Barba in cap. significasti. n. 15. de off. deleg. qui loquitur etiam in delegato omni Pontificis, & ibidem Felinus, n. 2. Dec. n. 4. & Berous, n. 24. qui communem dicit, & Franc. Martius, in q. 72. n. 4. & 5. in 1. parte. Quando autem est delegatio expressum, quōd delegatus

CAPUT XXIII.

legatus ipse possit invocare auxilium brachii Secularis, res caret dubitatione & hoc in calu loquitur Costrenf. 322. *visis actis, & ageratis in captu- ra. col. ult. vers. primo enim d. littera l. 1.* quod rei- psonum à Felino, *in loco sup. allegato*, citatur, *conf. 39.* pro Archidiaconi, & Federici opinione. Quartus est casus principalis hujus capituli quando est delegatus à Papa, an ipse sine invocatione brachii Sec. exequi possit sententiam à se latam in bonis condemnati. Respondendum est, receptam doctorum opinionem esse, quod in bonis Clerici, jure possit; in bonis verò Sec. subdito Principis, non possit. Ità sanè Innoc. *in cap. significasti in fine. de off. deleg.* qui et si refert duas opiniones, attamen ipse probat primam, quod scilicet pro exequenda sententia in bonis Secularis requirere debeat auxilium Sec. Nam secundam opinionem non probat Innoc. ex quo irà dixit, Alii tamen dicunt juxta traditionem Jasonis post alios, *in l. si idem cum eodem. §. ult. in fine de iurisd. om. Ind. Manifestus distinctionem hanc probarunt. Zabara. in d. clem. 1. q. 10. de off. deleg. & Franciscus Martius, in d. q. 72. n. 8. & 9. in p. p. & verè hæc est recepta sententia, sicuti testatur Barba, & Felinus, in d. cap. significasti. ille, n. 21. iste, n. 4. vers. utrum delegatus Papa, Et si ipsi dissentiant levissimis argumentis, quibus non est quod respondeam, tum maxime quod Berous, *in d. cap. signific. n. 10. vers. delegatus itaque defendendo prædictam opinionem Zabarellæ rectè satis respondet.* Hoc tamen brachii Secularis auxilium invocare debet, & potest delegatus, servatis requisitis sup. enumeratis, quæ et in hoc casu locum habent.*

Tertium est hujus disputationis caput, de auxilio scilicet brachii Ecc. præstando Judici Sec. qui contra Clericum sent. tulit, ut eam exequi possit. Et posse invocare affirmant gloss. *in cap. 1. de off. ordin. & ibid. Abbas, n. 10. Martinus de Fano, in tract. de brachio Sec. n. 19. Marian. Socin. Sen. in cap. cum sit generale. n. 24. de foro compet. Jason, in l. à Divo Pio. §. sent. n. 16. ff. de re iud. Afflicus, in præmio constitutionum scilicet, col. ult. Alfonso de Azevedo, in commentar. ad leg. rom. 2. lib. 4. tit. 1. l. 15. n. 10. & 11. Andr. Gullius, in lib. 1. præct. observ. in observat. n. 2. vers. proinde, & n. 8. Natta, in conf. 129. n. 8. lib. 3. Franc. de Aviles, in tract. de Pratore. cap. 10. in verbo, Vsurpare. n. 17. Alciatus, in d. cap. 1. n. 17. de off. ordin. Did. Covarr. in lib. præct. quæst. cap. 10. n. 2. & Ignatius Lopez, in d. cap. 154. n. 10. & prædicti quidem considerant differentiam in modo invocandi hoc auxiliium inter judicem Ecc. & Sec. Judex enim Eccles. compellere potest Judicem Sec. ad sibi præstandum hoc auxilium censuris, & aliis pœnis spiritualibus, *cap. 2. de maledicis, & diximus supra.* Judex verò Secularis cogere non potest Ecc. sed adire debet Metropolitanum & ab eo petere, ut cogat Judicem ordin. inferiorem ad præstandum hoc auxilium, & rursus Judex ipse Ecc. præstabit auxilium hoc, non obediendo Judici Sec. sed patrocinando. Et hoc casu debet Judex Secularis ostendere processum ipsi Ecc. sicuti scribit præcitati Doctores, præsertim Afflicus & Azevedo.*

Exitimo etiam requiri debere, & in hoc casu requisita illa quæ diximus requiri, quando Judex Ecc. invocatur auxilium brachii Sec. cum par, eademq. sit ratio tam uno, quam alio in casu.

Cæterum, & illud tota hac in disputatione observandum est, quod quando Judex Sec. impetratur auxilium sui brachii Judici Ecc. & è contra, uti non debet aliis remediis pro executione ipsa, quam ipse suis in causis esset usus. Ità Egregiè scribunt Alciatus, *in cap. 1. n. 125. de off. ordin. & Ignatius Lopez, in d. cap. 154. n. 21.*

De immunitate Ecc. & Clericorum ab oneribus, quoad ipsius Eccl. bona, & personas

Disputatio est gravis, & ardua, an, & quæ onera, & munera à Principe Sec. indicta, ferre, & sustinere debeant Clerici, & Eccl. fix. Hac in disputatione distinguere soleo tria capita, quorum primum est de muneribus, & oneribus personalibus; secundum de realibus, seu patrimonialibus; tertium de mixtis, hoc est de personalibus, & realibus simul. Horum trium capitulum distinctionem constituit Juriscons. Ancharanus, *in l. ult. in princ. ff. de muner. & honor. & passim probarunt interpretes nostri, in l. placet. C. de sacrosanct. Eccles. & alibi*

Quod attinet ad primum caput, dicendum est prius onera personalia esse illa, quæ (inquit Anchar. *in d. l. ult. §. personalia*) animi provisione, & corporalis laboris intentione, sine aliquo gerentis detrimento perpetrantur. Definitionem hanc, vel veriùs descriptionem multis enumeratis exemplis explicavit Arcadius. Horum personalium onerum, & munerum tres sunt species, ut scribunt inter alios Abbas, *in cap. non minus n. 12. de immun. Eccles. & Parpalea, in l. placet. n. 77. C. de sacros. Eccles.* Quædam enim annexam habent dignitatem, ob id, & nonores appellantur, ut est Reipub. administratio cum dignitatis gradu, sive cù sumptu sive sine erogatione contingens. *l. honor. in princ. ff. eo. de mun. & hono.* Jure Cæsareo permissum non est Clericis obire posse munus hoc. *l. placet. in princ. C. de Episco. & Cler.* Idem Jure Pontificio sancitum est, *cap. Sacerdotibus, & cap. sed nec procuraciones. extra. ne Cler. vel Mona. & scribunt Innoc. in cap. dilecto. in fine. de excess. pralat. Abbas, in d. cap. non minus. n. 14. & Parpalea, in l. placet n. 12. C. de sacros. Eccles.* qui ob id negant Clericos habere posse vocem in universitate, hoc est in Consilio Oppidi, cùm in eorum Civium & opidanorum numero esse nequeant. Non enim convenit Deo militanti se Secularibus immiscere negotiis. *cap. 1. ne Cler. vel Mona.* Et nihil commune habere Clericum cum publicis actionibus dixit Imperator, *in l. placet C. de Episco. & Cler.* Quædam sunt munera sordida, quæ solo corporis ministerio conficiunt. *l. maximarum. & l. sordidorum C. d. excusat mun. lib. 10.* sicuti sunt coquere panem, conficere polinem, & alia in præcitatæ constitutionibus commemorata, & nonnulla recenset Anchar. *in d. ult. §. personalia, & ex nostris Parpalea, in d. l. placet. n. 10. & Abbas, in d. cap. non minus. n. 14. vers. quedam ratio.*

His muneribus gravari non posse, nec debere Clericos, statuerunt Imper. Honorius, & Theodosius, *in d. l. placet C. de sacros. Eccles.* dum à fortiori de prædictis Ecc. his non onerandis minoribus constituerunt Idem sancivit Constantinus, *in l. 2. C. de Episco. & Cler. & scribunt Parpalea, in d. l. placet. n. 13. & ibidem Jason, in p. lectura. n. 8. & n. 13. sic & Azevedo, in d. l. 11. col. 1.* Non etiam his muneribus gravari posse ipsorum Clericorum familiares. Servos, Colonos, & similes, constituit idem Constantinus, *in d. l. 2. in fine. & tradit Parpalea, in d. l. placet. n. 14.* Quædam demum sunt munera media personalia, quæ neque dignitatem, neque sordiditatem annexam habent, ut scribit Andr. Gaillius, *in lib. 1. præct. observat. 51. n. 8.* qui sic interpretatur *l. ult. §. de mune. & hono.* & fortè minus rectè, cum Ancharan. loquatur de muneribus partim personalibus, & partim patrimonialibus, quæ mixta appellant. Hoc etiam onere gravari non posse Clericos scribunt Abbas, *in d. cap. non minus. n. 15. & Parpalea, in d. l. placet n. 17.* sic sanè statuit Justinianus, *in l. generaliter. in princ. C. de*

Episco. & Cler. Clericos cogi non posse suscipere onus tutelæ, v. l. curæ pupillorum, adulatorum, furiosorum, & similia, cum & fidei onera, quæ non habent dignitate, et si nec fordidatæ, si est tutela, vel cura propter pauperes, & miserabilis, sicut scribunt Abbas in d. ap. non minus. n. 15. & Parpalea, in d. l. placet n. 18.

Secundus est hujus disputationis caput, quod versatur circa onera disputationalia, seu realia. Et sane onus, & munus patrimoniale, seu reale est quod si in partibus Patrimonii, & damnis administrantis exprimitur, sicuti respondet Archad. in d. l. ult. §. patrimoniorum. de mune. & bono.

Hoc in capite distinguo, atque constituo tres casus.

Primus casus est quando onus hoc reale imponitur personæ nullâ factâ rei mentione, quod appellari solet capitatio. l. unica C. de mulier. & in quo loco lib. 10. Abbas, in d. cap. non minus. n. 17. vers. sec. fuit. Parpalea, in d. l. placet. n. 16. C. de sacros. Eccles. & Remig. in tract. de caritativo subsidio q. 60. n. 7. & Bellonus, in conf. 12. n. 8. & 9. qui dicit onus salis esse reale, quod imponitur personæ, nullâ factâ mentione rei, sic & Bursatus in conf. 42. n. 5. & 6. lib. 1. Hoc sane onere gravari non posse Clericos affirmant Abbas, practicato in loco. Parpalea, in d. l. placet. n. 28. vers. fallit. ult. Remigius, in d. tract. de caritativo subsidio. q. 61. & hoc quidem in casu intelligi possunt verba illius Constitutionis Justiniani in auth. item nulla communitas C. de Episc. & Cler. ibi. Ecc. personis imponere. Sic & sacrum Lateranense Concilium, in cap. non minus. de immunit. Eccles. ibi sacerdotes, & possessiones eorum. Idem statuit Bonifacius Octavus, in cap. quamquam de censibus. in 6. cum dixit Ecclesiam, Ecclesiasticasque personas, & res ipsarum, non solum secularium, sed etiam Divinò esse ab exactionibus secularium immunes. Et hinc intelligimus Clericum non teneri solveere gabellam pedagii, sicuti scribunt relati à Bursato, in conf. 42. n. 8. lib. 1. Itaque quoque non tenentur Clerici solvere onus levandi salem, quem salem mortuum appellamus in hac ditione Mediolanensi, cum sit onus personale, ut scribunt Rubeus, in conf. 21. n. 2. Bello. in conf. 12. n. 9. & Boss. in tract. caus. crim. in tit. de Principe. n. 100. et si Alciatus, in resp. 493. n. 1. sec. impress. antiquam Lugdunensem, dixit esse onus personale mixtum, qui idem esse dixit de taxa equorum. Plottus verò, in l. si quando n. 27. C. unde vi, scripsit esse onera realia, sic & Bursatus, in conf. 42. n. 6. lib. 1. & Petra, in tract. de Principe cap. 5. n. 3. propè med.

Et hoc in casu, ac etiam in aliis, quos infra explicabimus, observandum est, spectandam esse causam ob quam impositum est onus, ut sciri possit an sit reale, vel personale, vel mixtum. Itaque Bart. in l. 4. §. actor. n. 7. ff. de re ind. Baldus, in l. etiam. ad finem C. de exequut. rei ind. Boss. in tract. caus. crim. tit. de Principe. n. 101. & Natta, in conf. 158. num. 9. & 10. lib. 1.

Secundus est casus, quando onus est merè reale, ut est illud, quod rei imponit. habitâ ratione, & respectu ad ipsam rem, non autem ad personam, & onus est ordinarium, sicuti est tributum. Hoc nomine ordinarii oneris passim appellant Doctores, ut Abbas, in d. cap. non minus. n. 15. in fine. Calder. in conf. 2. col. penult. vers. quadam sunt munera merè realia, & alios refert Petra, in tract. de Principe: cap. 4. n. 71. Hoc in casu positi pro solvere, post impositionem tributum, compelli possunt solvere, sicuti affirmant triginta & tres doctores, nempe.

1. Speculator, in tit. de Clericis conjugatis, n. 12.
2. Imoc. in cap. non minus. n. 5. vers. item ab his. de immunit. Eccles.
3. Bartolus, in l. placet. n. 35. C. de sacros. Eccles. in l. 1. n. 38. C. de mulier. & in quo loco. lib. 10. & in

conf. 180. lib. 1.

4. Baldus, in l. placet. n. 4. vers. tu dic, quod si tributum C. de sacros. Eccles. & in auth. item nulla communitas. n. 4. C. de Episco. & Cler.
5. Angelus, in conf. 106.
6. Collegium Perusinum, inter conf. Calderini, in conf. 2. col. penult. vers. quædam sunt munera merè realia.
7. Anchar. in conf. 303. n. 3.
8. Abbas, in cap. non minus. n. 15. de immunit. Ecc.
9. Præpositus, in cap. si tributum. 11. q. 1. n. 6.
10. Salicetus, in l. placet. n. 5. C. de sacros. Eccles.
11. Barba. in conf. 1. col. 5. vers. sed si prædium tempore quo. lib. 3.
12. Socinus Sen. in conf. 12. n. 1. & 2. lib. 4.
13. Ruinus, in conf. 117. n. 3. vers. ubi autem. lib. 4.
14. Jason, in l. placet. in prima lect. n. 17. & in secunda. n. 10. C. de sacros. Eccles.
15. Lucas de Penna, in l. si divina. col. 3. vers. & breviter. C. de exacto. trib. lib. 10.
16. Aufr. in tract. de potestate Sec. super Ecc. Reg. 2. n. 27. vers. vigesimo septimo fallit.
17. Agidius Thomatus, in tract. de collectis. §. exact. n. 32. & §. subiiciunt hoc loco. n. 14.
18. Brunus, in conf. 98. n. 3.
19. Beronus, in conf. 31. n. 29. lib. 1.
20. Bellonus, in conf. 40. n. 1.
21. Tiraquell. in tract. de jure primogen. q. 43. n. 9.
22. Festatus, in tract. de ultimo. in 4. p. cap. 2. n. 2. 3. & 4. dum sequit. Calderinum.
23. Socin. Sen. & alii supra relati.
24. Everardus, in conf. 42. n. 31.
25. Jo. Antonius Niger, in extravag. unica. n. 238. de vita, & honest. Clericor.
26. Plottus, in additionibus ad consilia Martini Carrati Laudensis. in conf. 63. n. 13.
27. Natta, in conf. 1. n. 7. & in conf. 511. n. 7.
28. Sylvanus, in conf. 32. n. 11. & in conf. 77. n. 11.
29. Alphonsus Gurreo, in thesauro Christianæ Religionis. cap. 36. n. 9.
30. Andreas Gaillius, in lib. 2. pract. observat. 52. n. 12. qui.
31. Thesaurus, in decis. 238. n. 5.
32. Joan. Guttier ez, in lib. 1. p. act. quæst. q. 3. in fine.
33. Petra in tract. de Principe. cap. 5. n. 14.

Et hæc quidem receptissimâ sententia probatur lex. cap. si tributum, & cap. magnum. 11. q. 1. & cap. tributum 23. q. 8. & accedit l. 1. C. de exacto. tributor. lib. 10.

Hinc inferitur, quod Clerici videntur obligati subire onus taxæ equorum impositum in hoc dominio Mediolanensi; cum sit onus perpetuum, & reale inditum, pro rebus, ut respondit Bellonus, in conf. 12. n. 10. et si Cravetta, in conf. 572. n. 6. in fine. lib. 5. dixit onus mixtum.

Et his intelligimus, vel ipsò jure Pontificiò abrogatam esse legem illam antiquam à præcis illis Romanis editam, cujus meminit Plutarchus, in vita Camilli. (Plutarchum sic refert Germonius, in lib. 1. de sacrorum immunitatibus cap. 13. n. 1. et si meo in codice hoc non habetur) his verbis, Tantis his metus fuit, ut lege quoque sacerdotibus militia immunitas (præterquam, si bellum Gallicum incidisset) data fuerit. Quæ sanè lex, tanta deinceps auctoritatis & roboris fuit, ut ipsi sacerdotes in perpetuum omnibus immunitatibus gauderent, muneribus vacarent, tributa, exactiones, vectigalia, angarias, per angarias, & his similia minime persolverent. Hæc ille.

Declaratur primò, in tributo imposito ab inferiore à Principe, Ruinus, in conf. 117. n. 4. vers. & quæ glo. lib. 4.

Declarat-

Declaratur secundò hic casus, ut locum non habeat in ipsiusmet Ecc. rebus, quas decimas appellamus, non enim hæ tenentur pro onere quovis ordinario, cum omninò exemptæ, & immunes fiat, ut scribunt Innoc. in cap. non minus. n. 5. de immun. Ecc. Bart. in l. ult. n. 5. C. sine censu, & reliquis. Præpositus, in cap. si tributum. 11. q. 1. Jo: Antonius Niger, in d. extravag. unica. n. 241. de vita, & honest. Cler. jure enim Divino decimas fuisse Ecclesie concessas, cap. Parochianos, cap. cum sint, & cap. tua. de Decimis; & post alios scribunt Didacus, in lib. 1. variar. resolut. cap. 17. n. 2. vers. & præter has rationes &c. Marfil. columna, in lib. 1. de redditibus Ecclesiasticis. cap. 1. 2. & Anastasius Germ. in lib. 3. de sacrorum immunitatibus. cap. 19.

Declaratur 3. non habere locum in rebus, & prædiis, quæ constituta, & ordinata sunt pro Divino ipso cultu, sicuti est fundus, in quo ædificata est Eccle. non enim gravari illa possunt etiam pro tributo, & aliis oneribus ordinariis. Ità Innoc. in cap. non minus. n. 5. in fine. de immun. Eccles. & Jo. Antonius Niger, in d. extravag. unica n. 244, & probat cap. secundum 23. q. 8. & ibidem gloss. ibidem de Ecclesie Cœmeterio, cujus fundus ad cultum Divinum destinatus, nullo onere etiam ordinario gravari potest. Everardus, in conf. 30. n. 25. & in conf. 42. n. 33.

Declaratur 4. hic casus, ut locum non habeat, quando onera hæc ordinaria non sufficiunt, ut satisfieri possit causæ pro qua fuerunt imposita, & ob id augeri debent. Hoc sanè casu, Ecclesia non tenetur. Ità glo. in rub. C. de superindictio. 10. Bald. in leg. ult. n. 4. C. sine censu, & reliquis, Jason, in l. placet. in 2. lectura n. 16. C. de sacrosanct. Eccles. hoc enim argumentum appellatur superindictum, quod dicitur onus extraordinarium, etsi alioqui argumentum sequi soleat naturam principalis, quod augetur. l. etiam C. de iure dotium. cum similibus.

Tertius est casus, quando onus hoc reale, seu patrimoniale imponitur personæ habitatione, & respectu ad patrimonium, quod quidem onus à nostris collecta appellari solet, & dicitur onus extraordinarium, cum non sit certum, sed variabile, ob id, quod aliquando plus, aliquando minus imponitur, sicuti declarant omnes, in l. placet. C. de sacrosanct. Eccles. & ibi post alios Jason, & Parpalea, & Remig, in tract. de caritativo subsidio. q. 61. n. 2. Ruinus, in conf. 111. n. 9. lib. 5. Hoc onere Eccle. gravari non potest etiam pro bonis illis à se acquisitis, vel ex contractibus, vel ex ultimis dispositionibus, etsi jam in æstimis, & caraltris Secularium erunt de scripta. Ità Bartolus, in l. rescripto. §. ult. n. 4. ff. de mun. & bono. Abbas, in cap. non minus. n. 17. vers. tertium ius. extra de immun. Eccle. Collegium Perusinum inter consil. Calderini, in conf. 2. col. pen. vers. redeundo. in lit. de censibus. Castrenf. in l. 2. n. 3. C. sine censu, vel reliq. Alex. in conf. 68. n. 2. lib. 2. Socinus Senior, in conf. 243. col. 2. vers. non obstat quod secundo loco. lib. 2. Ruinus, in conf. 111. n. 12. lib. 5. Curt. Jun. in conf. 42. n. 3. & conf. 60. n. 1. Bellonus, in conf. 12. n. 2. Remig. in tract. de caritativo subsidio. q. 62. n. 1. Aufrer. in tract. de potestate Seculari super Ecclesiasticis. Reg. 2. n. 27. latissimè. Jo. Antonius Niger, in extravag. unica n. 20. de vita. & honest. Cler. qui multa affert argumenta.

Et hinc inferitur, Clericos non teneri ad collectam impositam causâ hospitalitatis militum; cum ipsa hospitalitatio sit onus reale impositum personæ ratione rei, hoc est habentium domos, ut scribunt Natta, in conf. 178. n. 7. lib. 1. Plotus, in l. si quando. n. 27. C. unde vi.

Extenditur 1. hic casus, ut locum habeat, etiam si Princeps, vel populus edicto, vel statuto sanciret, quòd prædia omnia suis in territoriis sita censeantur tribu-

caria. Hoc etiam casu, Clericorum, seu Ecclesiarum bona, jam ante edictum vel statutum eis quæ sita hoc onere gravari non possunt. Ità manifestè Bart. in d. l. rescripto §. ult. n. 5. ff. de maner. & honor. quem sequutus est Baldus, in l. 2. n. 6. C. sine censu, vel reliq. Rui. in conf. 117. n. 4. lib. 4. qui multis comprobatur, & Remig. q. 61. n. 56. in fine, & nonnullos alios commemorabo infra in prima declaratione.

Extenditur sec. procedat hic casus etiam quando indirectè imponeretur collecta. ipsis Clericis, sicuti contingit quando universitas statuit, quòd nemo habitans in ipsa Civitate, vel oppido depasci facere possit sua animalia in pascuis ipsius Universit. nisi solvat decem pro singulo cap animalium. Ità Abbas, in conf. 6. lib. 1. Lucas de Penna, in l. 2. C. de excusat mun. lib. 10. Parpalea, in d. l. placet. n. 79. Remig. in d. q. 61, n. 58. qui distinguit & declarat.

Declaratur primò ut locum non habeat, quando edicto, vel statuto sancitum est, quòd prædia omnia sint tributaria, & affecta oneribus tributorum, ità quòd teneantur pro futuris collectis, & Gabellis. Hoc sanè casu, Ecclesiam teneri ad collectam, & gabellas, sicq. ad onera extraordinaria affirmant decem, & octo Doctores. Ità sanè.

1. Collegium Perusinum, inter consil. Calderini, in conf. 2. col. pen. tit. de censibus, à quo fuit responsu, sic à Civitate Perusii suo statuto jure sancitum fuisse.

2. Bartolus, in l. rescripto. §. ult. n. 5. vers. sed pro his. de muner. & honor. qui pariter probat hanc Perusinarum cautelam.

3. Baldus, in cap. quæ in Ecclesiarum col. 2. n. 8. de constit. & in conf. 180. præmissio lib. 2. qui dicit opinionem Bartoli in foro servari.

4. Anchar, in conf. 303. hoc statutum communis Pistori, quæ respondit Pitorienfes, sic jure statuisse, & ob id n. 4. in fine refert, & probat traditionem Bart. in d. §. ult. & in fine subiungit Anchar. verba hæc. Et ista opinio videtur mihi justa, & æqua, maxime in civitatibus in quibus Ecc. & Pia loca in divitiis, & possessionibus semper crescunt.

5. Angelus, in conf. 24. Ecclesia non tenetur.

6. Castrenf. in l. 2. n. 6. sed potest dici C. sine censu vel reliq. qui dicit, se unà cum sociis suis deputatis ad condendum statuta Florentiæ, sic scripsisse statuta illa, idem in l. Imperatores n. 3. ff. de pub. & vectigal.

7. Lucas de Penna, in l. ult. col. 3. vers. nunc autem C. de excusat. tributor. lib. 10.

8. Barba, in conf. 1. col. 5. vers. sed si prædia tēpore. lib. 3.

9. Socinus Sen. in conf. 12. n. 4.

10. Decius, in cap. Eccle. Sanctæ Mariæ n. 52. prope finem. de const.

11. Ægidius Thomat. in tract. de collectis. §. subii. cimus. n. 8. qui latè differit.

12. Purpuratus, in conf. 324. n. 10.

13. Bellonus, in conf. 40. n. 5. dum sequitur Anchar, in d. conf. 303.

14. Tiraquell. de jure primogem. q. 43. n. 9.

15. Otalora Hispanus, in tract. de nobilitate Hispana. in secunda p. cap. 1. n. 10. qui.

16. Remig. in tract. de caritativo subsidio. q. 61. n. 42. & multis sequentibus, & q. 62. n. 12. vers. 6. fallit

17. Berous, in conf. 150. n. 19. vers. & ideo commune Perusii. lib. 3. qui testatur hanc esse magis receptam opinionem.

18. Natta in conf. 515.

Primò vel ex eo satis superq. fundata est horum statuentium intentio, quòd universitatis onera ab omnibus, sunt pro modo bonorum & fortunarum subeunda, quòd publicis obsequiis pareatur. l. Civilia C. de mun. pub. lib. 10. & nullus privilegiatus excusare se potest, si ità consensit universitas. l. vacuatis C. de muner. lib. 10. cum alicujus privilegio gravari

minimè debeat ipsa universitas. *l. nec accus. C. de emancip. libero. & l. ult. C. de censibus, & confert l. ult. C. de obligat.* Ergo nec Ecc. etiam alioqui maximis privilegiis decorata excusare se potest, quin pro prædiis his jam obligatis, pro his collectis conferre debeat, nisi speciale privilegium ostendat.

Secundò accedit quòd statutum est lex civium, & ob id eandem habet vim, quoad ipsam universitatem ut habet ipsum jus commune. *l. omnes populi. ff. de iust. & iure.* Atqui iure communi multis casibus introducta est hypotheca, quâ res ista obligatur, ut ad quemque cum eodem onere transeat. *l. inter debitorem ff. de pælis. l. Imperatores ff. de publican. & velligat. & cap. pastoralis. de decimis.* Ergo idem dicendum est, quando bona sic affecta ad Ecc. transeunt.

Tertiò suffragatur, quòd sicuti quilibet privatus rem suam obligare, & hypothecæ certis adjectis modis subiicere potest, sic, & universitas, cum nulla differentie ratio afferri possit. Atqui quilibet privatus potest pacisci, obligare, & hypothecæ subiicere rem suam, ut transire non possit in Ecc. nisi solvat collectas, & alia onera cum ipsa universitate: Ergo idem statuere potest ipsa universitas. Illa minor propositio clarè probatur *text. cap. verum. de condit. apposit. & testatorem posse in legato à se Eccl. relicto adicere conditionem hanc, quòd teneatur solvere collectas, & onera cum ipsa universitate, ut dicemus infra, in quarta declaratione.*

Contrariam opinionem, quòd scilicet iure non valeat hoc statutum, probarunt decem & octo interpretes, hoc est.

1. Baldus, in l. placet n. 4. C. de sacro. Eccles. in l. 2. n. 7. vers. Alii super hoc puncto C. sine censu, & reliquis. & in cons. 112. de general. col. penult. vers. sed posito quod. lib. 2.
2. Castren. in eadem l. placet. n. 7.
3. Roman. in l. si publicanus. §. ult. n. 7. ff. de public. & velligat.
4. Capra, in Reg. 96. n. 43.
5. Guido Papæ, in q. 381. qui dicit sic fuisse decisum in eo Parlamento Gratianopolitano.
6. Jason, in d. l. placet. in prima lectura. n. 17. & in secunda. n. 21. qui dicit hanc esse receptam opinionem.
7. Felinus, in cap. Eccles. Sanctæ Mariz. n. 76. in fine. de constit.
8. Parpalea, in d. l. placet. n. 25. vers. ult. limitatis, qui dicit pro collectis non esse dare cautelam contra Ecclesiam.
9. Ruinus, in cons. 117. n. 3. vers. & ubi per statuta, qui testatur communem. lib. 4. & in cons. 111. n. 14. in fine. lib. 5. dicit Bart. in d. l. rescripto. §. ult. malè loqui.
10. Everardus, in cons. 42. n. 35.
11. Brunus, in cons. 94. n. 3. in tract. de constitut. decretis, & statutis, in verbo Tributum, qui dicit opinionem Bartoli esse falsam.
12. Sylvanus, in cons. 32. n. 11.
13. Natta, in cons. 2. n. 7. qui dicit Bartoli opinionem communiter reiici.
14. Alvarus Valascus, in tract. de iure emphyteutic. q. 17. n. 7. vers. verum hoc Bart. consil.
15. Remigius, in tract. de caritativo subsidio. q. 61. n. 44.
16. Guizzada Hispanus, in tract. divers. quæst. cap. 4. n. 11.
17. Riminald. jun. in cons. 15. n. 23.
18. Thefaurus, in decis. 234. n. 4. vers. sed adverte, qui asserit adversus Bartolum esse magis receptam opinionem.

Primò vel eâ ratione, & arg. probatur horum opinio, quòd mutatione personæ mutatur privile-

gium. *l. per Procuratorem ff. de acquir. cap. 1. de iurè patr. in 6. & tradunt Alex. & Brunus, quos retuli, & probavi, in cons. 160. n. 15. lib. 2. & illis accedunt Cravetta, in cons. 293. n. 10. Tiraquell. in tract. quòd cessante causa cesset effectus. in princ. n. 117. & Vantius, in tract. de nullitate. tit. de nullitate sententia defectu mandati comp. n. 86. ergo statim quòd res transivit ad ipsam Ecc. censetur mutatum, & sublatum privilegium Universitatis, quòd res sint pro collectis obligatæ, & hypothecatæ. Cæterum respondet Anchar. in cons. 303. n. 3. vers. ad hoc respondeo, quòd hypotheca semel contracta hunc operatur effectum, ut obligatio sequatur rem ipsam hypothecatam apud quemcunque. cap. Pastoralis de decimis.*

Secundò urgere magis videtur, quòd non potest Civis, vel oppidum, vel statum, vel editio efficere quòd prædia quæ sunt libera, efficiantur tributaria, cum hoc sit proprium supremi Principis & summi Pontificis, Imperatoris, vel Regis, sicuti tradunt Bald. in d. l. 2. n. 8. C. sine censu, vel reliquis. Rom. in d. l. §. public. §. ult. n. 7. verum respondetur hæc sententia Castren. in eadem l. 2. n. 6. vers. sed potest dici & c. cuius verba hæc sunt: *Sed potest dici salvando Bart. verum esse, quòd prædia non efficiuntur tributaria propriè loquendo sed quòd illa lex facit, quòd omnia prædia ex tempore legis condita sine obligata pro collectis postea imponendis, quæ obligatio incipiet sumere effectum postea cum collecta imponitur, & trahetur retrò ad tempus legis condita, & per consequens cum illo onere transibit in Ecclesiam, & ita recolo me, cum aliis sociis deputatis Florentia ad condendum statuta, quòd omnia bona civium sint obligata pro impræstantiis postea imponendis, ad hoc ut cum illo onere transirent ad quemcunque.* Hactenus Castrensis.

Tertiò arguit Baldus, in l. ult. n. 8. vers. præterea statutum, C. sine censu, vel reliq. quòd hypothecaria causari nequit ante obligationem personalem, quòd hypothecaria sit ejus accessoria, *l. fideiussor. & l. is qui. de pigno. & l. solvitur ff. quibus mo. pig. vel hypoth. sol.* cum ergo tempore, quo conditum fuit, statutum, vel propositum editum, dici non possit nata obligatio, ex quo adhuc imposta non est collecta, vel saltem denunciata, ut scribunt glo. incola. ff. ad municip. Bald. in l. 1. §. quod si nemo q. 3. ff. quod cuiusque univers. non. Castren. in l. inter debitorem de pælis. sequitur dicendum, quòd nec hypotheca dici potest orta; & consequenter statutum, vel editum nihil operatur.

Respondetur primò distinguendo duos casus, quorum primus est quando antequàm prædia pervenerunt ad Ecclesiam, indicta fuit collecta perpetua, & certa à Principe; hoc sanè casu, jam nata dicitur obligatio, & hypotheca, quæ hoc casu dici non potest accedere ad obligationem personalem incertam. Nec hoc casu tot sunt obligationes, quot sunt anni, sicuti in legatis annuis. Ità declarant Bald. Castren. & reliqui, quos statim referam. Hic casus convenit huic nostro, cum nos præsupponamus Principem ipsum indixisse collectam perpetuam, certam, & invariabilem. Nec hoc casu est disputandum, an hæc hypotheca retrorahatur in præjudicium tertii, nempe Ecclesie, quæ prædia acquisivit, in xia l. bonorum ff. rem ratam haberi ubi Bart. & scribunt Alex. in cons. 78. n. 18. lib. 5. Perusius, in cons. 12. n. 17. lib. 4. & Natta, in cons. 253. n. 9. lib. 2. nam cum hic jam ab initio nata sit hypotheca, non est disputandum, an retrorahatur, vel non. Secus est casus, quando collecta incerta, & variabilis imposta est à non habente jus Principis, & fisci, sicuti quando in d. est ab universitate. Hoc sanè casu, nulla nata est obligatio, nullaque hypotheca, & consequenter dici non potest, quòd prædia ab Ecclesia acquisita, sint affecta eo onere

Onere, & cum ad ipsam transirent. Hanc distinctionem, etsi facis obscurè faciunt Bald. in *tit. de pace constantia*. §. 1. n. 16. Castrenf. in *l. Imperatores*. n. 3. ff. de publican. & vectigal. in *conf.* 117. n. 6. 7. 8. & 9. lib. 4. & *conf.* 111. n. 9. & n. 14. lib. 5. Natta, in *conf.* 1. n. 9. lib. 1. & Cravetta, in *conf.* 871. n. 4. vers. 4. *hypotheca*. n. 5. & n. 6. vers. non aliud lib. 5. & ego ipse sequutus sum, in *conf.* 851. n. 35. lib. 7. & alios statim referam.

Conciliari itaque ex prædictis posse videntur hæc opinioniones, distinguendo, & constituendo duos casus, quorum primus est quando statutum, vel editum est conditum à supremo Principe, vel populo non recognoscente superiorem, & onus est certum, & perpetuum, vel usque ad certum tempus. Hoc sanè casu, procedit prima opinio Bald. & sequacium. Sec. est casus, quando statutum, vel editum est Principis inferioris, vel populi recognoscentis superiorem. Hoc casu, locum habet sec. opinio, supra commemorata. Ità Bald. Angel. Castrenf. & Ruinus & Natta supra allegati, & accedunt manifestius sic distinguentes, & Valascus, in *tract. de iure emphyteutico*. q. 17. n. 7. vers. ex rationibus, & Quixada, in *tract. divers. quest. cap.* 4. n. 11. Ea est hujus distinctionis ratio, quia collectæ indictæ à supremo Principe non tamen tribari obtinent, cum tributum illud esse dicatur, quod à lege, Senatusconsulto, & Principe imponit. *l. 1. C. de vaca. pub. mun. lib.* 10. Onera verò, quæ ab inferiorib. imponuntur, collectarum nomen habeant, quod ab illis non habentibus facultatem condendi legem mutari non potest. Ità Baldus, in *l. 1. §. ult. col. pen. vers. super 4. puncto. ff. quod cuiusque univ. nomin.*

Declaratur sec. ut locum non habeat prædictus 3. casus, quando Cives donassent omnia suæ ipsi Civitati, distinguendo singula corpora, & ea deinde recepissent ab eadem Civitate sub tributo, & onere collectarum, nam tunc, si prædium aliquod ex his perveniat deinde ad Ecclesiam, pervenisse dicitur cum eodem onere. Hanc cautelam rectè observasse Engobinos scribit Bart. in *d. l. rescripto*. §. ult. in fine §. de mun. & honor. & sequuti sunt Anchar. in *d. conf.* 303, n. 3. vers. ex illis, & Bellonus, in *conf.* 40. n. 5.

Verùm existimo cautelam hanc esse difficultis executionis, præsertim in illis Civitatibus, quæ frequentissimos habent Populos, quales sunt Mediolanum, Venetia, Neapolis, & similes.

Declaratur tertio, ut non procedat, quando Cives ipsi promississent pro se, & hæredibus suis solvere omnes collectas de bonis ipsorum præsentibus, & futuris, quocumque tempore imponerentur ab universitate; & hac de causa obligassent ipsa omnia bona. Hoc etiam casu, si contingat aliquod ex dictis prædiis acquiri Ecclesie, dicitur acquisitum cum eodem onere. Cautelam hanc consideravit Tancredus, in *tract. de cautelis*. in decima cautela, quam probavit Franc. Lucasus, in *tract. de Fisco*, in tertia parte principali. n. 31.

Declaratur quarto, ut locum non habeat prædictus casus, quando eo tempore, quo ex contractu res pervenit ad Ecc. & Clericos, actum fuit quod pro prædio eis alienato, & tradito, ipsa Ecclesia, vel Clerici solverent collectas, & onera, quæ solvissent ipsi Sec. alienantes. Ità Innoc. in *cap. verum. de foro compet.* Joan. Andr. in *cap. non minus col. 2. vers. sed tunc de iur. Eccles.* Bald. in *l. neminem. C. de sacrosanct. Eccles.* in *auth. sed. periculum*, & in *l. ult. C. sine censu*, & reliq. Castrenf. in *l. placet. n. 7.* & ibidem Jason. in *prima*, & *secunda lectura. in fine. C. de sacros. Eccles.* Bertachinus, in *tract. de gabelis. in septima parte principali. col. 6.* Remig. in *tract. de caritativis subsid.* q. 61. n. 19. Ducas, in *reg. 100. in 6. fallens.*

Machab. in *conf.* 41. n. 141. & Petra, in *tract. de Principe. cap. 4. in ultima parte. n. 37.* Idem dicimus, quando testator reliquit ipsi Ecclesie, vel Clericis prædium aliquod, adjectâ conditione, vel modo, ut ipsa Ecclesia, vel Clerici subeant eadem onera collectarum, quæ subivisset ipse testator, si in humanis permaneret, Ità sanè respondit Anchar. in *conf.* 217. *dubium facit. n. 1.* Felinus, in *cap. Ecol. Sancta Maria. n. 77. de consuet.* Parpalea, in *l. placet. n. 26.* & n. 78. *C. de sacros. Eccles.* Duenas, in *d. fallens 6.* Remig. in *d. q. 62. n. 31.* Bellonus, in *conf.* 40. n. 4. & Niger, in *d. extravag. unica n. 253.* quod permissum sit, cuicumque leganti, vel donanti, & tradenti res suas Ecc. adicere conditiones, modos, & pacta, ut eis videtur. *cap. verum. de condit. apposi.* & ibidem glo. & doctores. Qua ex re sumi potest cautela, ut bona Ecclesie, & Clericis alienata, traditaque subiacent collectis, & aliis oneribus, quod edito Principis, vel statuto Civitatis statuatur omnes alienantes quovis titulo prædia sua, in quamcunque personam teneri apponere pactum, ut pro prædiis illis subeant ipsi aquitentes ea onera, quæ ipsi alienantes subirent, si illorum prædiorum Domini permanent; alioqui ipsorum alienantium nomina non tollantur ex libris æstimi, ità quod imposterum subeant, & solvant onera, perindè ac si verè alienata prædia possiderent, sicuti etiam jure sancitum est, quod alienantes, & tradentes prædia eis, qui ferre non possunt onera, ipsi ea subire teneantur, ut ex sententia Baldi, in *auth. sed ubi periculum. C. sine censu*, vel reliq. & aliorum quamplurimum respondit Natta, in *conf.* 515. n. 1. & 2. lib. 3.

Existimant aliqui adhiberi posse cautelam, quod scilicet observetur nova hujus Domini constitutio in *tit. de penis. §. collegiis.* & decretum regium, quibus sancitum est, quod nemo possit in nova subditum alienare bona immobilia, sine senatus licentiâ, & beneplacitò sicuti sæpissimè observatum fuit. Ità etiam fortius decretum edidit Carolus Quintus Imperator felicissimæ recordationis, in inferiori Germania, quemadmodum memoriæ proditum est à Ludovico Guiciardino in descriptione Germaniæ inferioris quam ipse Italico idiomate *de i Paesi Bassi* appellat. pag. 43. in eo cap. cujus tit. est, *Conventioni tra il Pontefice, & il Principe di questi Paesi.* Guiciardini verba sunt. *E ci è un statuto di Carlo Quinto Imperatore, fatto molto prudentemente, perche considerando sua Maestà, che i Religiosi, come Vescovi, Abbati, Priori, & altri Prelati di questi Paesi, non possono vendere beni, e che comprando essi sempre qualche cosa, come da loro statuti sono, si può dire perpetuo, poiria il Clero col tempo, e con le sue ricchezze occupare quasi tutti li beni del Paese, ordonò per suo decreto, che i Religiosi di qualivoglia grado, e conditione, senza expressa licenza, e permissione del Principe, non potessero comprare beni stabili.* Hactenus Guiciardinus.

Cæterum, an cautela hæc vera sit vel non, pendet ab his quæ scripti supra *cap. an status generaliter prohibens bona alienari* in exteros, & forenses comprehendat Clericos.

Declaratur 5. non procedere, quando imposita est collecta pro illis oneribus, quæ publicam, communemque utilitatem, tam Clericorum, quam Secularium respiciunt. Hoc etiam casu Clericos teneri affirmant permulti, quos commemoravi in *conf.* 1000. n. 20. lib. 10. & superiore libro *cap. 20.* ubi disserui, an & quando lex, vel editum Principis Secul. editum pro communi utilitate, liget etiam Clericos, & illis in locis, multa hac de re congesti exempla, & summam hic aliqua repetam, inter quæ illud est, quod Clerici collectari possunt pro impensa, quam fecit Princeps causâ belli necessarii, & urgentis. Ità Castrenf.

stent. in conf. 423. ex puncto transmissio. prope finem lib. 2. Abbas, in col. 2. cap. 2. vers. pro concordantia. de immunit. Eccles. Parpalea, in d. l. placet. n. 76. C. de sacros. Eccles. Nicolaus Balb. inter decis. Osaichi. post. Decis. 68. in ibi impresso consilia. n. 5. & ipsemet Osaicus, in d. decis. 68. n. 6. & 7. quod sequutus est Theiaurus, in decis. 234. in fine, qui testatur Senatam Taurinensem sic iud. casse. Petra, in tract. de Principe. cap. 5. n. 17. sic & Jo. Anton. Niger, in extravag. unica. n. 282. de vita & honest. qui Baldum, Comensem, Alexandrum, & Herculanum ejusdem opinionis commemorat, & declarat, nisi Bellum ipsius Principis culpa exortum fuisset, sic & olim Romani consueverant à sacerdotibus ex gere pecuniam, ob stipendia militibus præstanda, Auctor est T. Livius, in lib. 3. Decad. 4. his verbis, sed magnum certamen cum omnibus sacerdotibus eo anno fuit, Quæstoribus Urbanis, Quinto Fabio Labeone, & l. Aurelio. Pecuniâ opus erat, quod ultimam pensionem pecunia, in bellum collata per solvere placuerat privatis. Quæstores ab Auguribus, Pontificibus, quod per bellum stipendium non consulissent pretebant ab sacerdotibus Tribuni, neque quam appellatis, omniumque annorum per quos non dederant, exactum est. Hæc Livius. Ità etiam collectari possunt Clerici, pro reficiendis, apandisque viis publicis, & Regalibus, ac Pontibus, quib. ità ipsi, ut Laici utuntur, iter faciendo, & eundo ad eorum prædia sicuti scribunt Glo. & Salicet. in l. ad instructiones. C. de sacros. Eccles. Cæpolla, in tract. de rustic. prad. cap. 3. de via. q. 25. Jason, in l. placet. in prima lectura. n. 14. vers. similiter C. de sacrosanct. Eccles. Decianus, in conf. 14. n. 10. lib. 1. & Niger, in d. extravag. unica. n. 292. in fine, qui, n. 254. jam dixerat idem esse, quando collecta fuisset imposita pro pascuis publicis, in quibus & Clerici ipsi possunt depasci facere propria eorum animalia. Et horum quidem opinio verior mihi videtur illâ quam post alios probat Ruinus, in conf. 111. n. 16. lib. 5. Idem est, quando collecta, vel gabella, seu datium fuit impositum super venditione victualium, ut certo pretio vendantur, & quod illud plus justii pretii ad certos usus communes Clericis, & Laicis, & publicos, convertatur. Sic respondet Castrensis. in d. conf. 423. ex puncto transmissio col. 3. lib. 2. Diversum est, quando illud plus justii præti convertetur ad commodum, & utilitatem solius Civitatis, quo in casu loqui intelligo Remigium, in tract. de subsidio caritativo. q. 60. n. 3. 4.

Ita etiam collectari possunt Clerici, & Ecclesia pro redemptione Principis Secularis, cum sit causa pia, & communis utilitas. Ità Boërius, in q. 126. n. 9. qui refert exemplum Regis Galliarum. Duenas, reg. 100. Fallent. 13. Remig. in d. tract. de caritativo subsid. q. 72. n. 7. vers. fallit. 14.

Idem quando collecta, vel gabella indicta est causa pestis, nam, & tunc Cler. tenentur sicuti scribunt Abbas, in conf. 3. n. 1. lib. 1. Ripa, lib. 2. responsorum. cap. 20. n. 8. Remig. in d. q. 62. u. 64. & Duenas, in d. reg. 100. fallent. 17. Ratio est, quia concurrat pietas, & communis utilitas.

Declaratur 6. tertius hic casus, ut locum non habeat quando collecta esset imposita pro oneribus spectantibus ad ipsammet Eccl. & Cler. nam tunc collectari non possunt, quemadmodum scribunt Bald. in conf. 246. antiqua querela. lib. 3. Abbas, in cap. non minus. in fine. de immunit. Eccles. Bertachinus, in tract. de Gabellis. in 7. p. col. 5. Sylvelter Pierius, in summa. in verbo, immunit. col. ult. Ripa, in l. 4. in princ. n. 41. ff. de re judic. Boër. in q. 246. n. 4. Seltus, in tract. de collectis. in 4. parte. cap. 1. n. 15. Roland. in conf. 2. n. 1. lib. 4. Sylvarius, in conf. 32. n. 18. Joan. Anton. Niger, in extravag. unica. n. 251. de vita & honest. Cler. & Petra, in tract. de Principe. cap. 5. n. 3. Inter multa exempla afferri illud potest, quando collecta fuit indicta pro

refectione Vitz, quâ & ipsi Clerici utuntur, qua de re diximus supra; & accedunt Remigius, de caritativo subsidio. q. 62. n. 52. & Duenas, in d. reg. 100. fallent. 16. Est etiam exemplum, quando collecta fuit imposita pro mercede præstauda vinearum & fructuum custodib. & de qua respondit Castrensis. in conf. 423. ex puncto transmissio. col. 2. vers. breviter advertendum lib. 2. qui similia refert exempla, ut impenfa fontis, ut animalia bibere possint, pro custodia animalium, ne à Lupis devorentur, pro mercede quæ solvitur medicis, si & Clerici operâ illorum utuntur, idem de datio salis, vini, & carnis tradit Ulpellus, in tract. de libertate Ecc. in sec. p. n. 50. & si post Castrensis. conf. 423. ex puncto. lib. 2. & alios quos refert.

Declaratur septimò; ut locum non habeant quando Ecclesiz, & Clerico relictus fuisset solus usufructus prædii, nam, & tunc Eccl. & Clericus tenentur solvere collectam, & Gabellam. Ità Florianus, in l. pendentes §. si quid Gloacarii, de usufructu, Bertachinus, in tract. de Gabellis. in septima p. princip. vers. item verum. Niger, in d. extravag. unica. n. 265. de vita, & honest. Cler. Ea est hujus sententiæ ratio, quia collectæ solvi debent ex usus. uctu. usufruct. bonorum. ff. ad leg. falcid. & l. ult. C. sine censu, & reliq. & scribunt post alios Gozad. in conf. 83. n. 2. Berous, in conf. 146. n. 7. lib. 1. Natta, in conf. 114. n. 16. lib. 1. Cæffalus, in conf. 636. n. 57. & in conf. 637. n. 7. lib. 4. & Surdus, in conf. 146. n. 6. lib. 1.

Declaratur octavò hic casus, ut non procedat, quando collecta fuisset imposita pro certis annis, quorum aliqui jam essent decursi. Nam tunc pro illis decursis Ecclesiz, & Clerici, in quos prædium fuit alienatum tenentur. Ità scribunt sexdecim gravissimi, & eruditissimi utriusque juris interpretes, hoc est.

1. Baldus, in l. placet. n. 6. vers. quæro juxta hoc. C. de sacros. Eccl.
2. Angelus, in conf. 202. inter ordinaria,
3. Barbatia, in conf. 1. col. 9. & 10. lib. 3.
4. Felinus, in cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ n. 77. de constit.
5. Ruinus, in conf. 117. n. 4. Baldus etiam. lib. 4.
6. Parpalea, in l. placet. n. 78. vers. aliam, & septimam C. de sacros. Eccles.
7. Afflictus, decis. 95. n. 4.
8. Berous, in conf. 110. n. 14. lib. 3.
9. Bellonus, in conf. 4. n. 4.
10. Festacius, in tract. de æstimo. in quarta parte. cap. 2. n. 36.
11. Petrus Duenas, in Reg. 100. fallent. 7.
12. Niger, in d. extravag. unica. n. 266. de vita & honest. Cler.
13. Remigius, in cap. de caritativo subsidio. q. 61. n. 49. & 50. & q. 62. n. 24.
14. Burfatus, in conf. 16. n. 11. lib. 1.
15. Alfonso, de Azevedo in comm. ad leg. Hispan. lib. 1. tit. 3. l. 12. n. 9.
16. Thesaurus, in decis. 234. n. 8.

Et hujus quidem receptissimæ traditionis ea est ratio, quia ad dignoscendum quis teneatur ad solutionem collectæ inspicitur tempus impositionis, non autem exactionis, ut scribunt glo. in l. Incola la. 2. ff. ad municip. ubi Bart. speculat. in tit. de censibus. §. nunc videndum. n. 12. & multis comprobatur. Natta, in conf. 71. n. 1. & 2. lib. 1. & Surdus, in conf. 146. n. 10. & 11. lib. 1. & accedit, quod indicta collecta dicitur orta obligatio, & actio, licet differatur exequutio pro commodo debitorum. Sic de pensione tradunt, ex aliorum sententiâ, Celsus Hugo, in conf. 80. n. 7. & Jo: Bapta Ferrer. in conf. 372. n. 2.

Et accedit, quod cum ipsa collectatur distributio in plures annos, facta fuerit, (ut diximus) ad commodum, & utilitatem debitorum una sola impositio

positio, & non plures, juxta *l. si firmo. §. ult. ff. quando dies lega. cedat*, & scribunt A. ex. in *l. Stichum. §. stipulatio. n. 1. vers. secundo fallit, de verb. oblig.* Boss. in *tract. caus. criminal. in tit. de remiss. mercedis. n. 23. vers. tamen tenendo.*

Nec repugnat consideratio Ruini. in *conf. 117. n. 7. 8. & 9. lib. 4.* & Natta, in *conf. 1. n. 9.* Nam illi satisfactum esse existimo ex his, quæ scripti supra in prima hujus tertii casus declaratione. in tertio argumento.

Declaratur nonò, ut non procedat hic casus, quando collecta fuit imposita à statuto, vel edicto, cujus beneficio uti vult Ecclesia vel Clericus; hoc etiam casu collectari possunt, ut scribunt Baldus in *l. 1. in fine C. de contrahend. empt. Abbas, in conf. 6. in secundo dubio. lib. 1.* Decius, in *cap. Ecc. Sancta Maria ad finem. de constit. & Niger, in d. extravag. unica. n. 268. de visa & honest. Cler.* Ea est hujus traditionis ratio, quia is qui vult juvari beneficio statuti, observare debet ea omnia, quæ ab ipso statuto sancita, & ordinata sunt, sicuti tradunt Bald. in *l. in omni novatione. C. de sacros. Eccles.* Decius, in *l. ex qua persona. n. 4. ff. de reg. juris. & in cap. Ecc. Sancta Maria n. 45. de constitucio. & alibi sæpe.*

Declaratur decimò, ut locum non habeat tertius, hic casus, quando Secularis qui prædia alienavit Ecc. vel Clericis, jam erat debitor pro collectis, & oneribus decursis, nam tunc Ecc. & Clericus tenentur ea solvere. Ità specul. in *tit. de Cler. coning. n. 11.* Calderin. in *conf. 7. col. 1. de constit.* sensit Baldus, in *h. 1. col. pen. ff. quod cujusque univers. nom. Petrus Ubaldu, in tract. de collectionibus. n. 15.* Alex. in *addit. ad Bart. in l. Titio. ff. de mancip.* Jason, in *l. placet. in lectura 1. n. 9. C. de sacros. Eccles. & ibidem Parpalea, n. 78. vers. aliam limitationem.* Duenas, in *reg. 100. fallent. 14.* Remig. in *tract. de caritativo subsidio q. 62. n. 32.* Niger, in *d. extravag. unica. n. 271. vers. limita tertio decimò.* Imò idem est, quando collecta jam est imposita, etsi nondum cœpta exequi, ut scribunt Bartolus, in *l. incola. n. 2. ff. ad municip. Baldus, in l. placet. n. 5. C. de sacros. Eccles.* Socin. Sen. in *conf. 243. col. pen. vers. sed ex mente lib. 2.* Ruinus, in *conf. 117. n. 4. vers. quòd si res, qua. lib. 4. & in conf. 111. n. 9. vers. si verò dicta lib. 5.* Remig. in *tract. de caritativo subsidio q. 62. n. 31.* Sylvanus, in *conf. 32. n. 8. & n. 15. vers. si tamen, & Rimin. Jun. in conf. 25. n. 13. & 23. lib. 1.* Et hæc quidem declaratio parum differt à septima supra explicata, & hujus quidem declaratio nis ratio affertur solet; quòd cum onus jam formatum sit, bona transeunt ad Ecc. & Clericos, cum ipso onere jam formato, & dicuntur tacite obligata pro ipsis collectis, & oneribus *l. 1. C. quibus modis pig. vel hypoth. tacite contrah. & ob id novus possessor actione reali, & hypothecariâ conveniri potest pro oneribus præteritis. l. Imperatores ff. de public. & velligal. Bart. in l. moschis. ff. de jure Fisci.* Socin. Sen. in *conf. 119. vers. 10. confirmatur. lib. 1. & in conf. 243. col. 2. vers. præterea videtur. lib. 1. & Ruinus, in d. conf. 111. n. 2. lib. 5.*

Cæterum, an hoc in casu Eccles. & Clericus regressum habeant contra suum auctorem explicant Castrenf. in *conf. 334. viso puncto supra scripto. vers. 2. videndum est lib. 1.* Abbas, in *conf. 30. lib. 2.* Gemin. in *conf. 3. in fine.* Franc. in *cap. 1. §. Porro. vers. Et adverte in pract. de off. ord. in 6. & Natta, in conf. 71. n. 3. lib. 1.*

Declaratur undecimò, non procedere, quando extaret consuetud. legitimè præscripta, quòd ab Ecc. & Clericis exigi aliquid possit singulis annis. Ità Hostien. in *summa. in tit. de immuni. Eccles. §. à quibus. col. 5. vers. item hoc intellige.* Castrenf. *conf. 423. ex puncto transmiss. col. 2. vers. in contrarium. lib. 2.* Parisius, in *conf. 27. n. 27. & n. 31. lib. 1.* Remig. in *tract. de caris. subsidio.*

q. 61. n. 34. Duenas, *Reg. 100. fallent. P. & Niger, in d. extravag. unica. n. 275.* Præscriptionem legitimam intelligunt præd. esse quando decursum est tempus, cujus nulla sit initii apud homines memoria, cum præscriptio hæc vim tituli, & privilegii habeat. *l. hoc jure. ff. ductus aqua. ff. de aqua quot. & æstiva. & multis comprobavi, in commentariis de præsumptionibus. lib. 31. præsumpt. 131. n. 38. & accedit Thelaurus, in decis. 16. n. 4.*

Declaratur duodecimò, ut locum non habeat hic casus in Clericis illis, qui cum jure possidere non possint prædia, sicuti non possunt Religiosi minor. ord. illa tamen possident. Hi sanè tenentur solvere collectas, & onera. Ità sensit Anchar. in *conf. 109. contra fratres. in fine, & manifestius declarant Jason, in l. ubi pactum. in fine C. de transact. Parpalea, in l. placet. n. 76. vers. limitatis non procedere. C. de sacros. Eccles. Duenas, in Reg. 100. in quarta fallent. Remig. in *tract. de caris. subsid. q. 62. n. 10.* qui eâ ratione usus est Anchar. quia illi Religiosi dicuntur hoc casu amissisq. immunitatis privilegium.*

Declarat. decimò 3. ut locum non habeat hic casus, quando Cler. scienter sua ipsa spontè solverunt hanc collectam. Nam tunc sibi ipsis solventibus præjudicium attulerunt, ut scilicet repetere non possint. Quo vero ad alios non præjudicant. Ità intelligo Zabarelam in *Clem. 1. in undecimo notab. de immunit. Eccles.* quem sic intelligunt, & declarant Parpalea, in *l. placet. n. 72. vers. tertia etiam C. de sacros. Eccles. & apertius Jo: Maurit. in l. unica. pag. 82. vers. quem probè C. de mulier. & in quo loco mulier. munera subire debent. lib. 10.* Duenas, in *reg. 100. in prima ampliatione.* Remigius, in *tract. de caris. subsid. q. 62. n. 11.* & hinc sequitur quòd exactores collectarum recipientes à Clericis spontè solventibus non sunt excommunicati; tradit glo. in *d. clem. 1. & declarat Niger, in extravag. unica. n. 284. de visa & honest. Cleric.*

Tertium est hujus disputationis caput, quando versatur circa onera, & munera, quæ mixta appellantur, sunt enim mixta (inquit Arcadius, in *l. ult. §. mixta ff. de muner. & honor.*) munus d. caprotiz, & colaprotiz. Et decaprotium, & icolaprotium munus illud exactorum, qui tributa fisci nomine exigunt, hi enim secundum Franciscum Hothomanum, in *commentar. verborum juris. in verbo, Decem primi. corporale ministerium gerunt, & ob id munus personale scribunt. Refarciunt enim pro omnibus defunctorum fiscalia detrimenta, & ideò dicitur munus reale, & consequenter mixtum. mixta quoque munera dicuntur angariæ, & perangariæ, ut tradunt Bart. in *l. unica C. de mulier. & in quo loco. lib. 10.* Abbas, in *cap. non minus. 17. in fine. de immunit. eccles. & Remigius, de caritativo subsidio. n. 11. & 12.* qui post Petrum Antibolum dicit munera mixta dici illa in quibus labor, & sollicitudo personæ cum rerum impensa intervenit, sic & Cravetta, in *conf. 972. n. 6. in fine lib. 5.* respondit collectam, quæ in hoc Dominio appellatur taxa equorum esse onus mixtum, & si Belonus, in *conf. 12. n. 10.* dixit esse onus reale.*

Ecclesia, & Clerici aliquando subeunt hæc munera, aliquando non, ut declarant Abbas, in *d. cap. non minus. n. 17. in fine, & Remig. in d. q. 73. in fine.* Quando Clerici non tenentur subire munera personalia, nec realia, non etiam tenentur subire mixta. Quando verò subire debeant, & personalia, & realia debent etiam subire hæc mixta.

Cæterum dubitari solet, quando, & à quo cogi possint Clerici solvere onera, utputa tributa, quæ de jure solvere tenentur. Dicendum est eorum personas cogi non posse, bona verò tributo affecta capi posse, Baldus, in *l. de his C. de Episco. & Cler. & in autb. sed & periculum. C. de censuris, Lucas de Penna, in l. 2. C. de*

de navibus non exculib. 11 O. ascus, decis. 68. n. 34. quod est consilium Nicolai Balbi. Gutierrez, lib. 1. pract. quast. q. 4. n. 2. qui alios refert, & n. 4. test. tur ita in Hispania fuisse servatum à Cancellaria Regia. Idem tradunt Petra, in tract. de Principe. cap. 4. in ult. part. n. 39. Alfonso Azevedo, in commentar. ad leg. Hispania lib. 1. tit. 3. l. 11. n. 5. qui rectè probat consil. Jo. de Platea, in §. item lex Jul. n. 7. instit. de pub. jud. Guido Papæ, q. 78 & Jul. Clar. in pract. crim. q. 36. vers. ulterius quero, & Ludovici Mexiz, in tract. de taxa panis. in conclus. 1. n. 60. & in conclus. 5. n. 64. quod scilicet prius requiratur Judex Eccl. ut executionem hanc concedat, alioqui ipse Judex Secularis solvere facit.

CAPUT XXIV.

De exemptione, & immunitate bonorum patrimonialium Clericorum.

DE Clericorum bonis patrimonialibus, nū: agendum est, an scilicet gabellis collectis, & aliis similibus muneribus extraordinariis à Principe Sec. impositis gravari possint. Disputatio hæc est apud Doctores valdè controversa; crediderim tamen receptam magis, ac veriore esse eorum sententiam, qui scripserunt Clericos extraordinariis oneribus, pro bonis eorum patrimonialibus, gravari non posse. Et quidem traditio hæc probatur juribus, rationibus, ac quamplurimum auctoritate.

Primò Constantini lege, & constitutione, in l. 2. §. itaque C. de Episc. & Cler. cujus verba hæc sunt. *Itaque extraordinarium munerum à prædictis necessitas, atque omnis molestia conquiescat. Ad parangariam quoque præstationem non vocentur, nec eorumdem facultates, atque substantie hætenus Constantinus, qui postremis illis verbis significavit bona, quæ propria sunt Clericorum, eadem frui immunitate ab oneribus extraordinariis, quâ fruuntur ipsa ipsiusmet Ecclesiæ.*

Secundò idem statuit Justinianus in auth. item nulla communitas. C. eo. tit. de Episc. & Cler. his verbis. *Item nulla Communitas, vel persona publica, vel privata, collectas, vel exactiones, angarias, vel parangarias Ecclesiis, vel aliis piis locis, aut Eccl. personis imponere.* Hæc postrema verba, *Aut Ecclesiasticis personis*, significant Clericos pro bonis eorum patrimonialibus, cum de bonis ipsius Eccl. jam idem constituisse.

Tertiò idem constituit Bonifacius Octavus, in cap. quamquam de censibus. in 6. his verbis. *Cum igitur Ecclesia, Ecclesiasticaque persona, ac res ipsarum, non solum jure humano, quin imò, & Divino, à Secularium personarum exactionibus sint immunes &c.*

Quartò idem diffinivit Innoc. 3. in Conc. gener. sicuti legimus in cap. adversus. de immun. Ecclesiasticorum dum his usus est verbis. *Adversus Consules, & Rectores Civitatum, vel alios, qui Ecclesias, vel Eccl. viros tallis, seu collectis &c.* Nomine Eccl. significavit bona ipsarum Eccl. illo vero nomine, & Eccl. viros, ostendit Clericorum patrimonialia.

Quintò accedit ratio, quod bona dicuntur accessoria personæ. Clem. presenti. de censil. Abbas, in cap. Episcopus. in fine de præben. & multis probat Calcan. in conf. 3. n. 10. in fine, & n. 11. Porro Clericorum personæ exemptæ, immunes sunt ab his oneribus, ut diximus supra, ergo, & Clericorum bona patrimonialia ab his oneribus gravari non possunt. Et accedit, quod mutatione personæ muta ur etiam conditio rei l. unic. C. de impon. lucr. descript. lib. 10. à sensu contrario, & cap. 1. de inre patro. in 6. & multis comprobati, in conf. 160. n. 15. lib. 2. & in specie nostra Ever-

rardus, in conf. 42. n. 18. & Sylvan. in conf. 32. n. 16. qui multis probant.

Sexò suffragatur, quod bona patrimonialia Clerici dici debent bona Eccl. nam illa deserviunt ipsi Clerico, qui sanè Clericus deservit Eccl. & ob id ipsius Clerici bona dicuntur deservire Ecclesiæ. Et enim spiritualia servicia præstari nequeunt sine bonis temporalibus, cap. si quis obierit. l. q. 1. 3.

Septimo, & ultimo, hac in opinione fuerunt duo, & viginti Doctores, quos ex ordine commemorare decrevi, & intelligant omnes receptam admodum esse opinionem hanc. Ita sanè.

1. Speculator, in tit. de Clericis coniug. n. 1. n. 10. & n. 16. & in tit. de imm. Eccl. ver. & scias.
2. Bartolus, in l. rescripto. §. sciendum. n. 5. ff. de muner. & hono. & in l. unica. n. 41. C. de mulier. & in quo loco. lib. 10. & in conf. 180. lib. 1.
3. Baldus, in conf. 280. præmissio statuto. in fine, lib. 1. & idem sensit in auth. item nulla communitas. n. 5. C. de Episc. & Cler. eo. in l. ult. n. 5. C. sine censu, & reliq.
4. Albericus, in l. 2. C. de Episc. & Cler.
5. Castrenf. in eadem l. 2. & in conf. 423. ex puncto transmissio. in fine lib. 2.
6. Archid. in cap. 1. in fine. de immunit. Eccles. in 6.
7. Gemin. in cap. quamquam. n. 2. de censibus.
8. Salicetus, in l. placet. col. ult. C. de sacrosanct. Eccles.
9. Buticus, in cap. 1. n. 4. de consuetud. qui dixit se ita de facto interrogatum respondisse.
10. Imola, in eodem cap. 1. n. 1.
11. Abbas, in cap. ult. n. 4. de vita & honest. Cler. & in cap. non minùs. n. 5. de immunit. Eccles. in fine de præben. & in conf. 6. col. 1. lib. 1.
12. Francus, in cap. 1. n. 4. de immunit. Eccles.
13. Aretinus, in conf. 132. n. 1. vers. sed quando res, dum sequitur Bart. in d. l. 1. n. 41. C. de mulier. & in quo loco. lib. 10.
14. Ruinus, in conf. 117. n. 4. vers. idem agitur. lib. 10.
15. Felinus, in cap. Ecclesia Sanctæ Mariz. n. 7. de const.
16. Guido Papæ, q. 382. qui testatur sic fuisse observatum in Delfinatu.
17. Decius, in eodem cap. Ecclesia Sanctæ Mariz. n. 18. qui latè
18. Affixus, in cap. 1. n. 17. de Clerico qui investituram fecit, & in commentar. ad Constitut. Neapolitanas. rub. 5. de revocat. alien. feudo. cap. hæc edictali. n. 3. propè medium.
19. Berous, in conf. 31. n. 16. lib. 1.
20. Everardus, in conf. 42. n. 5.
21. Jo. Antonius Niger, in extravag. upica. n. 152. de vita & honest. Cler.
22. Remig. in tract. de caritativo subsidio, q. 62, num. 8.

His constat hanc esse veram, & receptam opinionem etsi ab ea differant Petrus Pertinentis, in l. 3. vers. item in superindicto C. de Episc. & Cler. & ibidem Jason, in sec. lectura. n. 13. Castrenf. in conf. 353. curator. n. 1. lib. 1. Brunus, in tract. de constitutionibus, in verbo, Collect. col. 7. Purpuratus, in conf. 324. n. 8. vers. sec. advertendum. Oratora, in tract. de nobilitate Hispana. in sec. p. cap. 1. n. 9. qui Ant. Quexada Hispan. in lib. divers. quast. cap. 4. n. 9. in fine. Horum opinio minùs veris, minusque solidis fulcitur argum. Nec quidem solida est ratio illa, quod bona patrimonialia Cler. non fruuntur iisdem privilegiis, quibus fruuntur bona Eccl. ex traditione Oldradi, in conf. 17. n. 2. Abbas, in cap. Eccles. Sanctæ Mariae n. 7. de constitut. nam facilè concedimus bona patrimonialia Clerico-

Clericorum non frui, in omnibus, privilegiis illis, quibus utitur Ecc. suis in bonis, sed illis tantum, quæ à leg. ipsa, ipsi Clericis sunt tributa, vel quando ead. ad a. test. ratio, alias non, sicuti declarant Abbas, in d. cap. Eccles. Sancta Maria, n. 7. & ibidem Felinus, n. 8. vers. sed nihilominus, & idem Abbas, in cap. ult. n. 11. de vita, & honest. Clericor. Porro in casu nostro, multis legibus demonstravimus sancitum bona hæc Clericorum patrimonialia, esse exempta à gabelis, & collectis Principum Secularium, & rursus diximus eadem ratione quæ sunt immunia illa Ecclesie, sic etiam esse hæc patrimonialia Clericorum, cum ipsi Eccl. inserviant. Illi verò casus, in quibus hæc bona Clericorum non sunt æquæ, ac illa Ecc. privilegiata, diversam rationem habent, sicuti contingit illo in casu, quod jure valeat consuetudo, (vige hæc in hac Ditione Mediolanensi) quæ Clerici pro bonis ipsis patrimonialibus solvant collectas, & gabelas Principis Secularis ut scribunt Speculator, in tit. de cler. coniug. n. 5. vers. in quibusdam autem locis. Castrensi. in conf. 423. ex puncto transmissio. col. 2. vers. in contrarium faciit. lib. 2. Remig. in tract. de caritativo subsidio. q. 61. n. 33. & Riminaldus jun. in conf. 2. n. 32. lib. 1. Est sane hoc casu diversa ratio inter bona Eccl. & patrimonialia Clericorum; nam nullus consensus ipsorum Clericorum nocere potest Eccl. cum tamen sibi ipsis, quod ad propria bona possint, ut respondit Castrensi. *præcisato in loco*. Sic videmus Clericos, de bonis patrimonialibus compromittere posse, de Ecclesiasticis verò non posse, sicuti tradunt Baldus, in conf. 5. quidam Clericus. lib. 2. & Berous, in conf. 179. n. 5. lib. 1. Itaque quoque dicimus, quod licet bona immobilia Eccl. non nisi magna cum solemnitate alienari possint, ut totò illò tit. de reb. Eccles. non alienand. attamen Clerici sua patrimonialia liberè distrahere possunt, sicuti clarum est, & præter id, quod quotidiano observetur usu, jure probatur, glo. in cap. suis. de præben. ubi Abbas, Imola uterque n. 8. & ad rem propè Ripa, in lib. 1. responsorum cap. 2. n. 7. Est etiã diversa ratio inter bona Eccl. & Clericorum patrimonialia, quo ad invasores & occupatores; nam invadentes Eccl. bona sacrilegium committunt, ut scripsi supra lib. 2. cap. 10. in primo casu, & in lib. 2. de arbit. Iud. casu 389. Imò incidunt in censuram excomm. quæ incidit in Bullam Cappellanus, in Czna Domini, occupantes verò bona Clericorum patrimonialia non incidunt sicuti egregiè scriptum relinquit Caietanus, in summa. in verbo, Excommunicatio q. 27. cujus verba hæc sunt. *Et per hanc conditionem excluduntur proventus personarum, quos aliunde Ecclesiastica haberent persona*. Hæc ille; & diversitatis ratio ea est, quia bona Eccl. sunt Deo dicata, Clericorum verò patrimonialia in eodem Dominio, & dispositione permanent; nec refert quod dici solet bona immobilia Clericorum patrimonialia, esse sub territorio Principis Sec. sicuti scribunt Oldradus, in conf. 83. n. 4. Baldus, in cap. convenissent. col. 2. de eo qui mittitur in possess. Albericus, in auct. statuumus. C. de Episcop. & Cler. Franciscus Martius, in q. 372. in fine. in sec. parte, Rebuff. in com. ad consis. Gallia. tomò primò & in præmio. in glo. 1. n. 71. & Tiraquel. de retract. consang. §. 1. glo. 1. n. 4. nam, & ibidem dicimus de prædiis Eccl. quæ pariter dicuntur esse sub territorio Princ. Sec. ut tradunt à me congesti, in conf. 1000. n. 81. lib. 1. & tamen immunitate, ut dictum fuit fruuntur.

Et hæc quidem recepta sententia locum habet multò magis, quando bona patrimonialia conceduntur Clerico in titulum Beneficii, juxta cap. suis. de præben. & hodiè manifestè sancitum est, sacrosancti Concil. Trident. sess. 21. cap. 2. de reform. Hæc sane bona fruuntur immun. & aliis privilegiis concessis Eccl. ut tradunt glo. in cap. Eccl. & in cap. Episc. de

præben. Baldus in tit. de pace constantia. in verbo, His apparet, Felinus, in cap. Ecc. Sancta Maria. n. 10. de cons. & ibidem Dec. n. 18. vers. prædicta conclusio. Gomezius, in §. fuerat. n. 6. in tit. de actio. & Octavianus Ulpellus, in tract. de libert. Eccl. in sec. part. n. 4. Et hoc quidem intelligit, & declarat, Dec. non procedere, quando agitur de præjudicio ipsius intulati qui non obstante intitulatione potest alienare ipsa bona, & tradit glo. in d. cap. suis, & Abbas. n. 8. & accedit Imola, n. 8. qui inquit intelligi, quando non est facta intitulatione expresse, alioquin non potest alienare sine consensu Episcopi; quod verissimum existimo stante constitutione prædicta Sacri Concilii, in d. cap. 2. & intelligi ac declarari, sic debent Gomez. & Vulpelus supra allegati.

Hæc quoque communis traditio procedit multò magis, ne Clericus habens patrimonium commune cum fratre Seculari cogatur solvere collectas pro fratre ipso ut post Bart. tradit Egidius de Thomate, in tract. de collect. in ea particula qua incipit, Non obstat, que sup. n. 17. qui declarat.

Extenditur primo communis hæc traditio, ut locum habeat etiam respectu augmenti pretii, & valoris ipsorum prædiorum, ut si tempore emptionis valebant decem, & hodie valeant quindecim. Non enim respectu illius augmenti quinque collectari possunt Clerici, licet pro primo valore, & pretio possent, Ita Afflicus, in cap. 1. n. 14. de Cler. qui investituram fecit, qui dicit se ita judicasse, & suum iudicium fuisse approbatum. Nec repugnat quod collectas, & onera quævis imponi debent juxta valorem, & reditum tempore quo fit æstimium novum. l. forma de censibus, & multis comprobatur incertus ille Auditor cujus responsum legitur post tractatum Petri Vbaldis de collectis, impressum in duodecimo tomo tractatum Venetiis impressorum, Anno 1584. nam illa locum habent inter laicos, qui collectari liberè possunt, & inter quos æstimium potest, & debet reformari.

Extenditur sec. ut procedat etiam respectu portionis fratrum ipsius Clerici, qui communia, indivisaque habent bona cum ipso Clerico. Nam illa gaudent privilegio Clerici, ne scilicet possint collectari. Ita in specie scriptum reliquit Specul. in tit. de Cler. coniug. quem sequutus est Natra, in conf. 1. n. 11. vers. istis consensit. lib. 1. qui multis similibus exornat & accedunt tradita à Jafone in l. si emancipati. n. 9. C. de collat. & in conf. 112. col. 3. lib. Barb. in conf. 44. n. 14. lib. 2. & Tiraq. in tract. de retract. consang. §. 26. glo. 1. n. 34. Potest tamen adhiberi cautela, ut fratres Clerici solvant collectas, & onera quoad eis præcipiatur, ut bona ipsa cum fratre Clerico communia dividant. Ita admonent Speculator, & Natra, *præcisatis in locis*.

Declaratur primo hæc recepta sententia, ut locum non habeat, quando Clericus acquisivisset bona quæ consueverunt solvere collectas juribus fiscalibus. Ita Afflicus, in cap. 1. n. 7. in fine. de Clerico qui investituram facit.

Declaratur secundò, ut non procedat, quando Clerici acquisivissent tot prædia in territorio Civitatis, & Oppidi, ut cives, & oppidani ferrè non possent collectas, & onera à Principe imposita. Ita Afflicus in d. cap. 1. n. 9. de Clerico. qui investituram facit & nostrà ætate laudatus summopere fuit Pius V. Pontifex Max. gloriose recordationis, qui cum ædificari fecisset nobilissimum Monasterium pro suis Dominicani in oppido Buschi Civitatis Alexandria Patriæ suæ & ingentem pecuniarum summam ipsis Religiosis tradisset, quibus prædia in illius Territorii Oppido emerent, conquerentibus oppidanis, quod si Religiosi tot emissent prædia, non possent ipsi oppidani ferrè

ferre onera, & collectas Regias, mandavit summus Pontifex, quod ipsi Religioni emerent prædia, & redditus, aliis in locis.

Declarat. tertio, non habere locum, quando Clerici acquisivissent prædia patrimonialia in fraudem onerum, & collectarum Principis Sec. ut si frater laicus donasset, vel fidei vendidisset bona sua fratri Clerico. Hoc sanè casu, Clericus, pro bonis sic acquisitis, onera sustinebit, & collectas eodem modo solvet quo præstabat frater laicus. Ita declarant Speculator, in d. tit. de cler. coniug. n. 16. Bart. in conf. 180. n. 3. lib. 1. Angelus, in conf. 24. incipit, Ecclesia Parpalea, in l. placet. n. 76. vers. item limitatis. C. de Sacros. Eccles. Petrus Antibol. in tract. de muner. & hono. §. 4. n. 69. Egidius de Thomat. in tract. de collectis. in ea particula qua incipit, Non obstant adducta. n. 17. vers. planè, si Clericus. lib. 10. Quexad Hisp. in lib. divers. quest. cap. 4. n. 11. Ioan. Anton. Niger, in extravag. unic. n. 260. & n. 263. de vita, & honest. Cler. Remig. in tract. de charit. subsid. q. 62. n. 6. vers. 4. fallit. Petrus Duenas, in reg. 100. fallent. §. & Ioan. Guttier. in lib. 2. pract. quest. cap. 132. n. 6. in fine, & n. 7. simile de laico alienante fidei, & per fraudem alteri laico immuni, respondit Castrenl. in conf. 330. vifis, & consideratis. n. 5. lib. 1.

Cæterum, cum dolus, & fraus non præsumatur ut latissime scripsi, in commentar. de præsumpt. lib. 5. præsumpt. 3. sequitur dicendum, quod is qui hanc allegat fraudem probare debet, sicuti in specie scribunt Matienzus Hispanus, in tit. 10. lib. 11. glo. 5. n. 1. & 2. nova recompiletionis, Didac. Perez Hispanus pariter, in l. 1. tit. 3. ordin. col. 19. in fine, & Hieronymus Portoles Hispanus quoque in scholiis ad Molinam. in verbo, Clericus n. 19. Porro fraus, sicuti aliis in casibus, probatur conjecturis, ut scripsi, in d. præsumpt. §. n. 42. Sic, & in casu hoc nostro advertunt Petrus Antibolus, in tract. de muneribus, & honoribus §. n. 69. & alii, quos refert, & sequitur Portoles, præcitato in loco. n. 32. Coniecturæ autem quibus detegitur alienationem fraude, & fidei factam fuisse, colligi possunt multæ ex his, quæ scripsi in eisdem commentar. de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 122. & 124. Porro detecta fraude & dolo Iudex Sec. compellere poterit ipsum Clericum bonorum possessorem solvere onera, mittendo executionem ad bona in eum alienata, cum fiat sub ipsius Iudicis Secularis iurisdictionem. Ita post alios Ioan. Gutier. in lib. 2. pract. quest. cap. 132. n. 8.

Declaratur quarto, non habere locum, quando Clerici acquisivissent bona ex mercaturis, & negotiationibus, pro quibus collectari jure possunt, cap. quamquam. de censibus. in 6. & Clem. ult. eo. tit. & scribunt, illis in locis, Archid. Ioan. Andr. Gemin. & Franc. sicuti, & Feder. de Senis, in conf. 207. Zabarell. in Clem. 1. n. 16. de vit. & honest. Cler. Specul. in tit. de imm. Eccles. in fine, Abbas, in conf. 6. in secundo dubio, lib. 1. Felin. in cap. Eccl. Sancta Maria n. 100. de constit. & ibidem Decius, n. 57. Bertach. in tract. de Gabellis. in 7. p. n. 10. Sylvester Pier. in summa, in verbo Excommunicatio. q. n. 3. Petr. Antibol. in tract. de muner. q. 6. n. 21. Parpalea, in l. placet. n. 3. vers. fallit pr. C. de sacrosanct. Eccles. Aufrer. in tract. de potestate Sec. super Ecclesiast. reg. 2. n. 32. Remig. in tract. de caritativo subsidio. q. 65. Petrus Duenas, reg. 100. fallent. 11. Niger, in extravag. unica. n. 296. de vita, & honest. Cler. & Ignatius Lopez, in additionibus ad pract. crim. Bernardi Diaz, cap. 55. col. 22. vers. Præterea nec illud.

Et hujus quidem traditionis ea est ratio, quia Clericus negotiator non habetur ut Clericalis ordinis insignitus, sed ut Secularis, cum negotiando Clericale privilegium amittat, cap. ult. de vit. & honest. Cler. Feder. de Senis, in d. conf. 207. & Gemin. in d.

cap. quamquam. col. 1. & Clericus negotiator non dicitur Clericaliter vivere, propterea non fruitur privilegiis Clericatus, l. si qua per calumniam, & l. generaliter C. de Episc. & Cler.

Declaratur quinto, non procedere in Clerico conjugato, qui etsi quoad forum, & canones gaudet privilegio Clericatus, non tamen eo fruitur quoad immunitatem, & exemptionem a collectis, & gabelis, suis pro bonis patrimonialibus. Ita Abbas antiquus, in cap. ex parte. de cler. con. Bald. in sua Margarita. in verbo, Cler. Bertachinus, in tract. de Gabellis. in sep. p. n. 12. vers. item verum est, & Joan. Anton. Niger, in d. extravag. unica n. 264. de vita, & honest. Cler.

CAPUT XXV.

Immunitas concessa Ecclesie, & Clericis, an eorum Vassallis emphyteutis prodesse possit.

Differamus nunc de feudatariis, emphyteutis Ecclesie, & Clericorum, an frui possint immunitate ipsi Eccl. & Clericis concessa. Hac in re dicendum est primum, quoad feudatarios, & emphyteutas respectu Domini directi quod directi Domini proprium est ipsos Vassallos, & emphyteutas gravari nullo modo posse sicuti manifestissimum est; respectu vero Domini utilis, magna est interj. Doctores contentio, quemadmodum scripsi, in Commentar. de arbitrar. Iudic. casu 562. n. 22. ubi dixi tres esse hac de re opiniones.

Prima est eorum, qui scriptura reliquerunt Vassallum & emphyteutam gravari posse his muneribus. Hujus sanè opinionis retuli permultos in d. casu 562. n. 22. illos, & alios nonnullos nunc ex ordine magis commemorabo, sunt equidem viginti Doctores, quibus, & ego accessi.

1. Isermia, in cap. 1. in verbo Plaustrum. num. 57. in tit. quæ sint regalia.
2. Romanus, conf. 73. nu. 5. vers. tertio probatur.
5. Lucas de Penna, in l. unica. col. 2. vers. inde tñ res C. de imponen. lucr. descript. lib. 10.
4. Alexander, in conf. 101. n. 11. lib. 1. & in conf. 9. n. 5. lib. 5.
5. Jason, in l. 1. n. 30. C. de jure emphyt. & in d. l. 1. n. 12. C. de ind. vid. tollend.
6. Roccus Curtius, in tract. de consuetud. sect. 6. num. 3.
7. Decius, in cap. quæ in Ecclesiarum. in tertio notab. n. 6. de constit.
8. Brunus, in tract. quod stantibus masculis scemine non succedant. art. 8. q. 22. n. 109. & 110. qui testatam communem esse opinionem, & secundum eam consuluisse Collegium Papiense, etsi ipse Brunus conciliando opiniones distinguit ut dicemus infra.
9. Petrus Avendanus, in tract. de exequendis mandatis. cap. 15. n. 33.
10. Bertrand. in conf. 4. lib. 1.
11. Sylvanus, in conf. 77. n. 4.
12. Ripa, in lib. 2. respons. cap. 22. in fine, & in tract. de peste. in tit. de remed. ad conservand. ubert. n. 124. juncto n. 128. vers. non obstat decisio Bart.
13. Craveta, in conf. 599. n. 6.
14. Alciatus Vallacicus, in tract. de jure emphyteutico q. 16. n. 11. vers. verum ipse, & n. 15. vers. sequor igitur.
15. Purpuratus, in conf. 50. n. 7. lib. 1.
16. Joannes Antonius Niger, in extravag. unica. n. 306. de vita & honest. Cler.
17. Natta, in conf. 114. n. 18. lib. 1.

18. Roland. in conf. 18. n. 28. lib. 1. & in conf. 180. n. 3.
19. Anton. Sola, in commentar. super decreto Sabaudiz. in glo. 2. tertiz parti. in fine. pag. 44 à tergo.
20. Riminald. jun. in conf. 447. n. 2. lib. 4.
21. Eandem sententiam sum & ego sequutus. in lib. 1. de arbitrar. Judic. casu 180. n. 8. & casu 562. n.
22. quò loci, una cum prædictis scripsi rationem hujus opinionis eam esse, quòd dominium utile emphyteutæ est quid separatum à Dominio directo ipsius Ecclesiæ, & Clerici. Nam, etsi dominium ipsum directum dicitur Ecc. attamen dominium utile est merè laicum, & profanum, & ob id subiectum legibus, & statutis Principum Secularium, si uti scribunt Anchar. *ea qua col. 17. da Reg. iurisd. & in conf. 125. col. 2. vers. & prædicta. & in conf. 433. n. 3.* Barbatia, in conf. 14. in fine lib. 1. Curtius Senior, in conf. 73. Decius, in cap. *ea qua in Ecclesiarum. n. 6. de conslit. & in autk. cassa n. 9. C. de sacros. Eccles.* Brunus, in d. art. 8. n. 106. & Tyraquell. de retract. consang. §. 1. glo. 13. n. 8. & multis similibus comprobat Vallascus, in d. q. 17. n. 12. 13. & 14. & ante eum ego ipse, in d. casu 180. n. 9. & multis sequentibus, & accedit quòd res suscipit conditionem à persona, non autem è contrà. *l. unic. C. de imponend. lucr. descript. lib. 10. glo. in l. ult. in fine. C. de in off. testam. Baldus, in conf. 31. statuto Civitatis Astensis, propè finem lib. 1. cum ergo persona emphyteutæ sit Secularis, sequitur dicendum collectari posse.*
- Secunda est opinio eorum, qui opinati sunt Vallallum, & emphyteutam Eccles. gaudere exemptione, & immun. quâ gaudet ipsa Ecc. ne gravari possit collectis, & extraordinariis, pro suo utili dominio. Hanc opinionem probarunt quindecim Doctores tantum, hoc est.
1. Bart. in l. privatæ. in fine C. de excusat. muner. lib. 10. qui tamen dicit, usu, & consuetudine Perusii non observari.
 2. Angelus, in eadem l. privatæ, idem scripsit quòd Bart.
 3. Joan. à Platea, ibidem, sequutus est Angelum.
 4. Jason, in anth. quas actiones. n. 42. C. de sacros. Eccles.
 5. Parpalea, in l. placet. n. 74. C. eo. de sacros. Eccl.
 6. Auctor incertus, in copl. 2. impresso post tractatum de collectis Petri de Urbaldis, est in 22. tom. tractat. pag. 99. à 1.
 7. Tyraquell. de retract. consang. §. 11. glo. 13. n. 10.
 8. Chassan. in commentar. ad Consuetud. Burgundiz. rub. 4. §. 6. n. 6. vers. & intellige.
 9. Remigius, in tract. de caritativo subsid. q. 61. n. 29.
 10. Duenas, in reg. 100. ampl. 3.
 - 11. Roland. in conf. 61. n. 22. vers. sec. accedit lib. 4.
 12. Sylvanus, sibi parum constans, in conf. 9. n. 9. vers. his tamen non obstant. & n. 17.
 13. Boss. in tract. caus. criminal. tit. de Principe, n. 128.
 14. Burfatus, in conf. 42. n. 22.
 15. Petra, in tract. de potestate Principis. cap. 4. n. 62. vers. nihilominus.

Horum opinio fulcitur multis argumentis, quæ diligenter confutavi, in d. casu 562. n. 24. usque ad 20.

Tertia est opinio eorum, qui sic distinguunt, Aut pensio quam præstat emphyteuta Ecclesiæ Dominæ directæ non correspondet ipsis fructibus, sed pro recognitione præstatur quid minimum, & tunc emphyteuta gravari potest onere collectæ, & Gibellæ, cum sit propriè emphyteuta, & non dicitur gravari duplici onere, ex quo Dominò directò nihil ferè præ-

stat. Hoc sanè casu, locum habet prima illa opinio. Aut verò pensio quam præstat Emphyteuta correspondet fructibus, & tunc gravari non potest, tum quia duplici onere gravaretur, tum etiam, quia dicitur potius colonus, quàm Emphyteuta, qui sanè colonus gravari non potest. Et hoc casu, procedit secunda opinio. Hanc distinctionem facit Brunus, in tract. quod stantibus masculis femina non succedant. art. 8. n. 109. ver. dico igitur, qui, n. 111. dicit arbitrio expertorum, vel verius Judicis relinquatur, quæ dicatur magna pensio, & correspondeat fructibus. Cæterum distinctio hæc recipienda non est, cum secundum ejus membrum sit falsum. Etsi enim admittimus prædictum Emphyteutam dici potius colonum, quàm Emphyteutam, non tamen inde fit, quin possit his collectis gravari, cum, & verè colonus Ecclesiæ pro fructibus, quos pro sua portione percipit, gravari possit, ut dicemus infra. Est itaque retinenda prima illa opinio, quæ, & verior, & receptior est.

Secunda est dubitatio, quid è contrà, quando Ecclesia, vel Clericus possidet feudum, vel emphyteusim, quàm à Principe Seculari recognoscit; Et quidem dicendum est collectari posse, ac si esset emphyteuta, vel feudatarius Sec. Ità scribunt.

1. Joan. Fabri, in l. placet. n. 8. C. de sacros. Eccles. & ibidem Parpal. n. 120.
2. Carolus de Grassal. in commentariis de privilegiis Regis Franciæ. lib. 2. jure undecimo.
3. Petrus Duenas, in reg. 100. fallent. 8.
4. Joan. Anton. Niger, in extravag. unic. n. 272. de vita & honest. Cler.
5. Quexada, in lib. divers. quæst. cap. 4. n. 11.
6. Alvarus Vallascus, in tract. de jure emphyteutico. q. 17. n. 7.

Hujus traditionis, & sententiæ ea est ratio, quia Clericus, respectu ipsius feudi, profanus, & Secularis dicitur, non autem Clericus.

CAPUT XXVI.

Immunitas concessa Ecclesiæ, & Clericis, eorumque rebus, & bonis, an, & quando transeat ad Seculares ipsarum rerum, & bonorum emptores.

Hac de proposita dubitatione, variz sunt interpretum dubitationes & opiniones, prima quarum est Dyni, in l. locatio. §. ult. ff. de publica, & vedigal. ut eum refert ibi Bartolus. Distinguit sic Dynus, quòd aut jus immunitatis cohæret rei, atque ità quando privilegium immunitatis est reale, hoc casu, transit ipsa immunitas ad emptorem rei Ecclesiæ: aut immunitatis privilegium cohæret personæ, & tunc non transit. Hanc Dyni opinionem indistinctè sequuti sunt Zabarella, in conf. 12. n. 2. Abbas, in cap. ex parte. il. 1. n. 5. de decimis. Decius, in cap. 1. n. 13. in fine. de probatis. & in conf. 48. in prima, & in conf. 51. n. 1. Boër. in q. 213. n. 19.

Secunda est opinio Bartoli, in d. l. locatio. §. ult. de publica, & vedigal, qui distinguit, quòd, aut onus vedigalis est ordinarium, aut extraordinarium: si ordinarium est immunitas non transit ad emptorem rei Ecclesiæ, & hoc in casu (inquit Bart.) rectè sentit Dynus, cum dixit privilegium immunitatis personale non transire ad emptorem, reale verò transire: Aut verò, ait Bartolus, onus vedigalis est ordinarium, & tunc immunitatis privilegium transit ad prædictum emptorem rei Ecclesiæ, Bartolum sequuti sunt alii multi, quos refert,

& probat Roland. *in conf.* 61. n. 16. & 17. lib. 4.

Ceterum ab hac opinione Bart. dissentiunt Card. Zabarell. *in conf.* 12. n. 2. *in fine*, Abbas, *in dicto cap. ex parte* it. 1. n. 5. *de decimis*.

Non etiam mihi probatur hæc Bart. distinctio, nam, quod scribit ipse Bartolus nil ad rem nostram pertinet, cum, nec ipsa Ecclesia, nec Clerici sint ab hoc munere, & onere immunes, & exempti, quemadmodum post alios scripsi supra *cap. 1. in secundo casu secundi capitis*, & propterea Bart. frustra proposuit hunc casum.

Tertia est opinio Baldi, *in conf.* 31. *statutum Civitatis Astensis*, col. 1. *vers. solutio*, lib. 1. qui distinguit duos casus, ego addam tertium.

Primus itaque est casus, quando privilegium immunitatis Ecclesie, & Clericis concessum est personale (quando hoc sit copiose satis explicavi. *in commentar. de presump.* lib. 3. *presumpt.* 103.) & agitur de onere Gabellæ annexo contractui, sicuti contingit quando statuto cautum est, quod solvantur duo solidi pro singula libra pretii rei, quæ emitur, & venditur. Hujus gabellæ onus annexum esse rei affirmant congesti, & probati à Decio, *in conf.* 457. n. 1. Hoc sanè casu immunitas concessa Ecc. & Cler. prodest etiam ementi res, & bona ipsius Ecclesie, vel Clericorum. Ità Baldus, *in conf.* 31. *statutum Civitatis Astensis*, col. 1. *vers. solutio*, lib. 1. quem sequuti sunt Joan. de Amicis, *in conf.* 18. n. 13. Boërius, *in q.* 213. col. ult. *vers. tamen secus*. Tiraquell. *de retract. consang.* §. 1. glo. 13. n. 11. Riminal. jun. *in conf.* 724. n. 48. & n. 56. lib. 6. Roland. *in conf.* 61, n. 18. lib. 4. Hieronymus Gabriel, *in conf.* 156. n. 4. *in conf.* 161. n. 3. lib. 2. Machab. *in conf.* 18. n. 31. Idem ego ipse scripsi, *in conf.* 136. n. 19. lib. 2. & sequutus est Octavianus Vulpellus, *in tract. de libertate Ecc. in tertia parte*, n. 31. Ea est hujus, sententiæ ratio, quia si Secularis emptor rei Ecclesie cogere solvere hanc gabellam, læderetur ipsius Ecc. immunitas, cum lædi unus non possit, quin lædatur & alter, ob correlationem, sicque connexitatem; si enim venditor est immunis, & gabella indicitur emptori, ille venditor damnum sentiet, quia cogetur vilius vendere. Ità è contrà, si emptor est immunis, & gabella imponitur venditori, sic venditor carius vendet, & consequenter lædet emptoris immunitatem, nam quò magis onere caret res aliqua, majori pretio distrahi solet, & è contrà. Hæc ratio, inquit Baldus, *præcitato in loco*, sumitur ex *l. si venditor §. ult. ff. de ser. exporta.* quo loci Papin. respondit, quòd si emptor aliquid facit contra legem, sicque adversus pacta emptionis, & venditionis, etsi factum id non sit ut venditor læderetur, sed potius animo faviente alia de causa, attamen ex Sabini sententia (inquit Papin.) actio datur. Rationem affert, quoniam hoc ipso minoris homo videatur venisse. Et hic quidem casus comprobatur auctoritate eorum, qui scriptum reliquerunt, quòd ubi immunitas à Gabellis, & vectigalibus concessa est venditori, concessa etiam dicitur emptori, & è contrà. Sic sanè Gemin. *in cap. 1. de temp. ordin.* cum dixit, quòd eo ipso, quòd lex exemptum, & immune facit monasterium, quando vendit, ità etiam dicitur exemptum facere ementem ab ipso Monasterio; & Geminianum sequutus est Imola, qui è contrà dixit, quòd si statutum permittit emptori emere sine solutione Gabellæ, sic etiam permittit dicitur venditori, ut sine solutione Gabellæ vendere possit. Idem scripserunt Nelus, *in tract. bannitorum. in secunda parte secundi temporis* q. 40. quem sequutus est Decius, *in l. 1. n. 7. C. de in ius voca & in conf.* 48. col. 2. *vers. servio principaliter*, & hos retuli, ac probavi, *in d. conf.* 136. n. 14. lib. 2. & *ibid.* n. 7. 8. & 9. consideravi alias rationes, & argumenta, quæ huc pertinent. Et hic

quidem casus procedit etiam quando statutum expressè dicit, quòd quicumque contrahens cum Clerico, teneatur uterque solvere gabellam, nam adhuc non tenetur emens à Clerico, & multò minùs Clericus venditor, sicuti respondit Baldus, *in conf.* 496. *punctus questionis talis est col. 2. ver. ponderandi autem sunt lib. 4.* quem sequutus sum, *in d. conf.* 136. n. 15. ubi retuli duos alios casus ab eodem Baldo commemoratos.

Secundus est casus, quando privilegium immunitatis concessum Ecclesie, personale est, & agitur de onere Gabellæ, non annexo, sed separato à contractu, sicuti contingit quando quis emit rem, puta frumentum, ab Ecclesia, vel Clerico, & vult illud exportare è Civitate in qua emit, cujus exportationis causâ solvi solet, & debet gabella. Hoc sanè casu, cum gabellæ solutio non respiciat contractum immediate, sed actum exportationis, etsi Ecclesia, vel Clericus est immunis, non tamen Secularis emptor. Ità in specie Bald. *in d. conf.* 31. col. 1. *vers. solutio*, lib. 1. & verè idem priùs scripsit Speculat. *in tit. de immunit. Eccles. in fine*, quem sequuti sunt gloss. *in cap. ult. in verbo, Non negotiandi. de decimis*, & *ibidem* Imola, & Zabarella, qui idem manifestè respondit, *in conf.* 12. n. 2. sic Archid. Gemin. & Franc. *in cap. quamquam. de censib.* in 6. Guido Papz. *in conf.* 208. Jas. *in conf.* 20. lib. 1. Joan. de Amicis, *in conf.* 18. n. 3. Natta, *in conf.* 218. num. 8. lib. 1. & in specie magis Baldum sequuti sunt Jo. de Amicis, *in conf.* 18. *in fine*, Natta, *in conf.* 139. n. 19. lib. 1. Roland. *in conf.* 61. n. 19. lib. 4. Machabrun. *in conf.* 18. n. 2. Ulpellus, *de libertate Ecc. in 3. p. n. 20.* Hieronymus Gabriel, *in conf.* 156. n. 3. lib. 2. & ego ipse, *in conf.* 136. n. 20. lib. 2.

Et horum quidem traditio probatur argumento ducto à Fisco ad Eccl. quod jure nostro probari affirmat & multis comprobatur Everard. *in centuria legali. in loco, à Fisco ad Eccl.* Atqui emens rem Fisci, ut exportet extrà Civitatem, tenetur solvere vectigal, sicque & portationis Gabellam; ergo etiam tenetur emens rem Ecclesie, vel Clerici. Illa minor propositio probatur responso Pauli *in l. locatio §. ult. ff. de publica. & vectigal.* cujus verba adscripti, *Fiscus ab omnium vectigalium prestationibus immunis est, mercatores autem, qui de fundis Fiscalibus mercari consueverunt, nullam immunitatem solvendi publici vectigalis usurpare possunt.* Hæc Paulus. Est simile quod diximus, quòd, etsi permiffum, sit operario forensi extrahere partem suam fructuum, attamen hæc facultas non transit ad Civem illorum fructuum emptorem. Ità sanè Corneus, *in conf.* 141. lib. 4. Ripa, *in tract. de peste. tit. de privileg. ad conservandam ubertatem*, q. 10. Marchabr. *in conf.* 18. n. 10.

Et hæc quidem recepta Baldi sententia locum habet multò magis quando Secularis emptor rei Ecclesie, vel Clerici esset mercator, & negotiationis gratiâ emisset, nam tunc sine controversia esset immunis à vectigali, quod pro rerum exportatione solvitur. Sic etiam intelligi possunt Speculator, *in d. tit. de immunit. Eccles. n. 2.* gloss. & alii supra relati, qui Speculato. sequuti sunt, & rectè quidem, quia nec ipsi Ecclesie, & Clericis concessa sit immunitas pro rebus quas mercimonii, & negotiationis causâ vendunt, vel emunt, quemadmodum manifestè scribunt præcitati Speculator, & reliqui, & ego ipse, *in d. conf.* 136. n. 24. *ver. non obstat quartum*; & accedit, quod scripsi, *superiore libro cap. 1. in vigesimo primo casu*, ubi, post multos, dixit Clericuffi negotiatorem non frui aliquo fori privilegio, & in claris terminis nostris Zabarella, *in d. conf.* 12. n. 2. & 3. Buticus, *conf.* 43. n. 8. & prædictis accedit Marchab. *in conf.* 125. n. 280. & multis subsequens, qui post multos declarat, & intelligit quando Clericus emit rem, puta frumen-

frumentum, ut alteri vendat aucto pretio, secus si vendit fructus ex propriis prædiis collectos.

Declaratur primò hic casus, ut locum non habeat quando Ecclesia, vel Cle. venderet rem Sec. adjecto pacto quòd ipse emptor exportaret rem ipsam expensis Ecclesiæ vel Clerici. Ità Baldus, *in d. conf. 31. fluminum Civitatis Astensis, & in fine lib. 1.* quem tenent sunt Joau. de Amicis, *in conf. 18. n. 13.* Martcabrunus, *in conf. 18. n. 39.* Roland. *n. d. conf. 61. n. 20. lib. 4.* & Hieronymus Gabriel, *in d. conf. 156. n. 5. lib. 2.* & quidem motus est Baldus, *argum. l. penult. §. navem. ff. locati.*

Verum declaratio hæc satis dubia vel ex eo redditur, quòd si hoc admitteremus facilè legi fieret fraus, contra *l. non dubium C. de legibus*, ubi Bart. *n. 4. & 5.* & Jason, *n. 2.* fraus laudè fieret, quia sic Ecclesia, & Clerici paciscerentur, & legis dispositio redderetur inanis, & elusoria, ac verbis imposita. Nec repugnat consideratio Hieronymi Gabrielis, *in d. conf. 166. n. 6. lib. 2.* cum dixit imò dici non posse legem hoc casu impositam verbis, quia si potest ipsa Ecclesia, vel Clericus extrahere frumentum è Civitate sine Gabellæ, & vectigalis solut. idem posse videtur emptor, qui tanquam Minister ipsius Ecclesiæ, vel Clerici facit; & multa quidem permittuntur indirectè, quæ directè prohibentur, sicuti multis exemplis ostendit Dynus, *in cap. cum quid unà viâ. n. 2. vers. sed oppo: de reg. iuris. in 6.* Etenim (subiungit Gabriel, *n. 6.*) cum sine pacto venditur res à Clerico, si gabella ab emptore solvitur, nihil Clerici interest, ne gabella solvatur. Hæc consideratio vera non est, nam solida est juris regula, fieri non posse indirectè, quod directè prohibetur, *dicto cap. cum quid.* Nec repugnant exempla à Dyno relata, quia, ut ipsemer Dynus, *ibidem in fine*, declarat, locum illa habent, quando jus assistit propter alium contingentem defectum; secus quando lex resistit in odium prohibiti, ut loquitur regula *dicti cap. cum quid.* Nos versamur hic secundo in casu, in quo constat odio emptoris prohiberi immunitatem, quoad eum *dicta l. locatio. §. de public. & vectigal.* Non etiam urget quòd de Ecclesia, vel Clerici interesse agatur quando factum est prædictum pactum; nam admittimus agi de suo interesse erga rei suæ emptorem, cui promisit; sed quoad Principem, cuius est Gabella, & vectigal, pactum non valet, cum Princeps Ecclesiæ, vel Clerico tribuit quidem immunitatem, si ipsi è civitate extrahi facient res, quod difficilius fieri solet, non autem Seculari emptori, cuius proprium est negotiari, & mercaturam exercere. Prætereà accedit, quòd si admittimus hanc Baldi, & sequacium traditionem, sequeretur quòd esset in libera Ecclesiæ, & Clerici venditoris facultate efficere immunitatem personalem, esse realem adversus privilegium eis à Principe concessum. Non etiam repugnat responsum illud Scævole *in l. penult. §. navem. ff. locati*, quod in argumentum deduxit Bald. *in d. conf. 31. in fine.* nam respondetur (paceant Manes Baldi) malè argumentari à casu *dicti §. navem*, ad casum nostrum. Ibi agitur solum de mercede vecturæ navis, quæ à conductore solvi debet, etsi res merces ipsi navi impositæ; culpâ ipsius conductoris rerum, & mercium domini, in commissum inciderunt, qui casus, quantum nostro aliquo argumento adaptari possit alii viderint. Cogitandum tamen est, quia magna est Baldi, & sequacium auctoritas, tum maximè, quòd hæcenus non vidi contradicentem.

Declaratur secundo, quando Ecclesiæ, & Clericis concessum est privilegium immunitatis pro se, & rerum suarum emptoribus. Ità in specie responderunt Socinus Sen. *in conf. 72. col. penult. ver. in secunda parte lib. 4.* Decius, *in conf. 48. n. 4.* & ego ipse, *in d.*

conf. 136. n. 16. ver. septimo, & ultimo lib. 2. In claris enim non est opus conjecturis *l. ille, aut ille. de leg. 3.* Et hæc quidem declaratio locum habet etiam quando aliqua conjecturâ, & præsumpt. colligi potest Principem concedentem hanc immunitatem sensit de his emptoribus, sicuti quando concessio facta fuit pro se, hæredibus, & successoribus. Ità in specie respondit Alciatus, *in resp. 216. n. 1. secundum impressionem Lugdunensem*, Nam (inquit Alciatus) & si appellatione successionis intelligatur de universali *l. quedam. §. nihil interesse ff. de edendo*, attamen quando prius adjecta est aditio hæreditatis, intelligitur etiam de particulari. *fluminum. §. adiscitur. ff. de damno in se facto*, & in specie privilegii immunitatis responderunt Alex. *in conf. 193. n. 1. lib. 1.* & Decius, *in conf. 185. n. 5. vers. sexto, & ult.* etsi dissentit Jason *in conf. 89. col. 2. lib. 3.*

Idem est in immunitate concessa pro se, & conductoribus, cum argumentari liceat à conductore ad emptorem. §. adeò instit. locati. Ità Alciatus, *in d. resp. 216. n. 4.* & Hieronymus Gabriel, *in conf. 161. n. 6. lib. 2.* Idem quando ex quantitate pretii numerati pro consequitione privilegii immunitatis colligi potest concessionem censi factam, ut transferri illa possit in singularem successorem, sicuti sensit, etsi subobscurè, Alciatus, *in dicto resp. 216. n. 7.* & quidem pretii quantitas arguere solet, quid in emptione contineatur, quemadmodum copiosè scripsi, *in commentar. de præsumptionibus. lib. 3. præsumpt. 74.*

Cæterum declaratio hæc intelligitur, ut procedat in primo emptore, qui immediatè emit ab Ecclesia, vel Clerico, non autem de mediato, sicut de emptore emptoris, sicuti in specie respondit Marchab. *conf. 18. n. 41.* & aliquando accepi Senatam nostrum Mediolanensem anno 1571. sic declarasse privilegium Charthusiensium Papiæ intelligi de primo emente res ipsius Monasterii, & simile est quod scribunt Bart. *in l. 1. ver. si verò queritur ff. de constit. princip. & alii congesti à Tiraquello, in l. Boves. §. hoc sermone. in prima parte n. 74. de verbor. signif. privilegium concessum pro se, & hærede suo intelligi de primo, immediatoque herede, non autem de hærede hæredis.*

Tertius est casus, quando privilegium immunitatis concessum est rebus, & bonis, atque ità est privilegium reale. Hoc sanè casu immunitas concomitatur ipsam rem, cui cohæret, & connexa est, & consequenter transit in singularem successorem Ecclesiæ, & Clerici, quorum, bonis, & rebus tributum est hoc privilegium. Ità gloss. *in clem. 1. in cap. excolendus. de decimis. Abbas, in cap. ex parte tua. il. 1. extra. de decimis. Germinianus, in cap. quanquam de censibus in 6. Rota, decis. 5. tit. de privileg. in antiq. Decius, in conf. 51. col. 2. in princ. vers. tertio rebus, & bonis, & col. ult. vers. & per hoc etiam respondetur.* Alciatus, *in d. resp. 216. n. 6.* Hieronymus Gabriel, *in conf. 161. n. 4.* Bursatus, *in conf. 42. n. 21. lib. 1.* & idem ego ipse respondi, *in dicto conf. 136. n. 17.*

CAPUT XXVII.

Immunitas concessa Ecclesiæ, vel Clericis, eorumque rebus, & bonis, an, & quando pro sit colonis, & conductoribus bonorum ipsius Ecc. vel Clerici.

DE proposita hac dubitatione, etsi permulta scriptis comisi *in lib. 2. de arb. iudic. casu 562. n. 35.*

verum tamen non gravabo summam illa hic repetere, & aliqua addere.

Constitutio illo in loco duos casus, quorum primus est, quando privilegium est personale. Hoc sane casu non extendi immunitatem ad colonos pro portione fructuum quæ propria eorum est, dixi, ex sententia glossæ Zabarellæ Ancharani, Imolæ, & Abbatis, & his accedunt Socin. Sen. in *conf.* 297. n. 7. lib. 2.

Secundus est casus, quando immunitatis privilegium concessum est rebus, & bonis Ecclesiæ vel Clericorum, atque ita est privilegium reale. Hoc casu, scripsi, in *d. loco* n. 37. receptam magis opinionem esse, hoc privilegium non extendi ad colonos, & conductores dictorum bonorum, pro portione fructuum, quam ii consequuntur. Hanc opinionem probavi quinque rationibus, argumentisque ac auctoritate sex, & viginti Doctorum. Quibus accedunt Abbas, in *conf.* 9. n. 5. lib. 1. Socinus Sen. in *conf.* 297. n. 7. lib. 1. Parisius, in *conf.* 69. n. 6. lib. 1. Et ego ipse, in *conf.* 136. n. 5. *vers. ita etiam, & eodem in casu* 562. n. 46. scripsi quindecim Doctores contrarium affirmantes male sensitse, quorum rationes, & argumenta confutavi, & postremam hanc opinionem probavit etiam Decianus, in *conf.* 51. n. 14. & 15. lib. 3. & accedit nunc Petra, in *tract. de potestate Principis. cap.* 5. n. 8. & 9. qui n. 12. scribit, hoc maxime procedere, si extat consuetudo, quod coloni solvant.

Declaratur primò receptam hanc sententiam non habere locum, quando Ecclesia, vel Clerici nimis gravarentur, si eorum coloni, & conductores non fruerentur. Ità scripsi, in *d. casu* 562. n. 49. affirmasse Federicum de Senis, Capram, Felin. Joan. de Amic. Sylvan. & Bursat. nunc addo Petram, in *d. cap.* 5. n. 11.

Declaratur secundò, non procedere, quando Colonas, & conductor pacisceretur cum ipsa Ecclesia, vel Clerico, quòd etiam sua hæc portio fructuum esset immunis. Ità Marchab. in *conf.* 18. n. 39. quem retuli, in *dicto casu* 562. n. 57. Verum ex his quæ scripsi in precedenti capite, in prima declaratione secundi casus, redditur dubia declaratio hæc.

Declaratur tertio, ut non procedat, quando immunitatis privilegium fuit concessum Ecclesiæ, & Clericis pro se, eorumque rebus, & bonis, ac pro eorum colonis conductoribus, & massariis, sicuti à Ducibus Mediolani concessa fuerunt similia privilegia Chathusensibus apud Papiam, Dominicanis Sanctæ Mariz Gratiarum, & Monialibus Divi Pauli hujus Civitatis Mediolani, ac etiam Monialibus oppidi Medæ propè hanc eandem Urbem. Hoc sanè casu nulla est dubitatio, quin etiam coloni, & conductores frui debeant hac immunitate pro portione fructuum suæ coloniz, & conductionis. Ità sensit Socinus Sen. in *conf.* 72. n. 3. lib. 4. & manifestè Egidius Boss. in *tract. caus. crimin. in tit. de Principe, & privil. eius.* n. 174. & Bursatus, in *conf.* 25. n. 8. lib. 1. qui pro Ecclesia Manruana respondit, & simile esse diximus, in precedenti capite in secunda declaratione secundi casus, quòd privilegium concessum Ecclesiæ, & Clericis pro se, & eorum rebus, & bonis, ac pro eorum, prodest etiam mercatori ementi res ipsius Ecclesiæ, ut exportando eas non teneatur solvere aliquod vectigal. Cæterum, an immunitas hæc concessa etiam Colonis & conductoribus bonorum Ecclesiæ observari eis debeat tempore belli explicat Boss. *præcitato in loco.* n. 175. qui testatur in hoc Dominio Mediolani non consuevisse tempore belli observari hanc immunitatem.

Quo verò ad fructus pertinentes ad Ecclesiam, & Clericos collectos ex eorum prædiis pro eorum scilicet portione, quòd immunes sint dubitandum non est, & in specie tradit Boss. *ubi supra* n. 178.

CAPUT XXVIII.

De conservatoris munere & Officio.

Differamus nunc hoc in capite de conservatoribus eorumque munere, & officio. Jure Cæsaricò, prohibentur creari, & elegi conservatores. Ità sanè statuit Justinianus, in *auth. ut nulli Iudicium liceat habere loci servatorem, &c. novellâ* 134. & ibidem adnotarunt Bart. & reliqui. Gem. & Franc. in *cap. ult. in princ. de off. deleg. in 6.* ille, n. 1. iste, n. 2. Jure verò Pontificio, permittuntur conservatoribus, sicuti tradunt Speculator, in *tit. de Iudice deleg. & ibidem* Joan. Andreas, in *additionibus*, qui idem scripsit in *cap. ult. de off. deleg. in 6. & in Clem. est principalis. de rescripti.* Guido Papæ, q. 18. col. 2. *vers. sed conservatoria* Franc. Martius, in q. 1087. n. 5. in *prima parte, & in q. 852. in secunda parte.*

Et ii conservatores dicuntur Judices delegati à summo Pontifice, ut tradunt glo. in *cap. 1. de off. deleg. in 6. & ibidem* Joan. Andr. col. 2. & Gemin. in *tertio notab.* qui ibidem scribit, in *conf.* 75. col. 1. Anchar. in *conf.* 132. n. 4. & in *conf.* 216. col. 2. *vers. quarto sic,* Corneus, in *conf.* 15. col. 1. lib. 3. Ruinus, in *conf.* 3. n. 1. lib. 4. Purpur, in *l. more.* n. 121. ff. *de iurisd. om. iud.* Nevizanus, in *conf.* 35. n. 1. Alciatus, in *rub. extra de off. ordinarii.* n. 18. & Quintilian. Mendos. in *tract. de signatura gratia. in verbo conservatoria.* Et horum sententia probatur text. *cap. ult. §. officium. de off. deleg. in 6.* quo sancitum est conservatoris officium morte concedentis extingui, sicuti delegatio. *l. & quia. ff. de iurisd. om. iud.* probatur etiam eod. text. *cap. ult. §. pen.* quo sancitum est conservatores, quantum attinet ad munera, expensas, Notarios, observare debere ea quæ solent à delegatis observari.

Cæterum existimantur glo. in *d. cap. ult. §. penult. de officio deleg. in 6. & Baldus, in rub. extra de offic. deleg. in 6.* hos conservatores non esse proprie delegatos, cum in per multis delegati officium ab illo Conservatoris differat, quare Bald. in *cap. 1. col. pen. de off. deleg. & Nevizanus, in conf.* 35. n. 5. scribunt delegatum, & Conservatorem esse, ut duo excellentia, & excessa, & quidem glossæ in *d. cap. ult. §. pen.* quinque vel sex commemorat differentias, & alias nonnullas ego ipse adiungam, quibus in multis intelligimus, quæ sint conservatoris munus, & officium.

Prima differentia est, quòd Canonicus Ecclesiæ Cathedralis potest esse delegatus, cum tamen non possit esse conservator, ex quo conservatores solum constituuntur Archiepiscopi, Episcopi, Abbates, & habentes in Ecclesia Cathedrali dignitates, ut Archiepiscopi, & Archidiaconi, sicuti statuit Bonifacius Octavus Pont. Max. in *d. cap. ult. in princ. & ibid.* Doctores, & præter alios scribit Gemin. in *cap. nullus. de elect. in 6.* conservatorem esse posse Priorem, & Guardianum Mendicantium, qui superiorem in domo non habent, & Geminianum sequitur Bartholomæus Fumus, in *summa Armilla. in verbo conservator.*

Secunda est differentia, quòd aded Sempronius, non potest esse conservator Mævii, & Mævius Sempronii, ut conservatoris sic concessæ ipso jure nullæ sint, ut sancivit idem Bonifacius, in *d. cap. ult. in princ. ibi, nullusque deputati sibi conservatoris esse valeat conservator,* & ibi glossæ inquit diversum esse in delegato, qui potest esse delegatus in causa delegati contra se dati, nisi opponatur; & glossæ sequuntur Gemin. & reliqui.

Tertia

Tertia est differentia, quòd conservator quis esse non potest Principis, & Domini Secularis, vel Ecc. cujus subest jurisdictioni. Ità Bonifacius Octavus in d. cap. ult. §. 1. & ibid. glos. scribit diversum esse in delegato, què Princeps, vel dominus habere potest sibi subditum in propria causa.

Et hinc fit, quòd Princeps, & Dominus suspectus in judicando in causa quam habet contra subditum, non est suspectus in delegando, sicuti tradunt glo. in cap. querelam. de elect. Decius, in l. Prator. n. 1. ff. de jurisd. om. Iud. & Ripa, in cap. 1. n. 45. de judiciis.

Quarta est differentia, quòd conservator, etsi à Principe constitutus dicatur, non tamen vices suas alteri mandare potest, dicitur cap. ult. §. vices. de off. deleg. Delegatus verò à Principe subdelegare potest. l. à Iudice. C. de judiciis, ubi post alios Jafon.

Quinta est differentia, quòd conservator excedens ius potestatis limites suspensus est ab officio d. cap. ult. §. ut autem conservatores, & ibidem glos. in verbo suspens, scribit esse diversum in delegato, qui suo officio non privatur, etsi sui muneris terminos excedat.

Sexta est differentia, quòd conservator non potest cognoscere de causa contrà eum, qui habitat in loco ultra unam diastam à loco, ubi conservator est constitutus, d. cap. ult. §. conservatores autem, ubi glo. in verbo, presumant, quæ intelligit etiam si contentus partium accedat, & tamen diversum est in delegato. cap. statutum. §. in nullo. de rescript. in 6.

Septima est differentia, quòd officium conservatoris expirat morte concedentis, quoad negotia nondum cœpta. d. cap. ult. §. officium, ubi glos. in verbo Ipso iure, inquit quòd si conservator procederet in aliqua causa nondum cœpta vivente concedente, processus esset ipso iure nullus, & decidit Guido Papæ in q. 247. & Barthol. Fumus, in summa armilla. in verbo Conservator. in fine. diversum tamen est in delegato, ut sentit prædicta glos.

Octava est differentia, quòd conservatores dantur ad negotia futura, delegati verò ad præsentia, ut scribunt Innoc. & Joan. Andr. in cap. audita in princ. de restit. spolia. & ibidem Abbas, & Butic. & Anchar. in d. cap. ult. col. ult. vers. sexto nota. de off. deleg. in 6.

Nona est differentia, quòd delegati jurisdictioni, & potestas, anno elapso, causà non cœptà extinguitur. cap. querenti. de off. deleg. Conservatoris verò potestas ultra annum durat, ut scribit Abbas, in cap. pro illorum n. 11. de praben. & perpetuò durare affirmant Joan. Andr. in d. cap. ult. de off. deleg. in 6. & in additio. ad speculat. in tit. de offi. ind. delegatis. §. ult. Guido Papæ, in quest. 247. Nevizanus, in conf. 35. n. 7. & Quintilianus Mendos. in tract. de signatura gratia. in tit. conservatoria, & accedit Joan. Fabri, in §. item si adhuc. n. 7. instit. mandati, qui intelligit quando conservatoria est concessa per litteras gratia, non autem iustitia. Hac, & patrum nostrorum ætate, ex stilo signaturæ, in his concessionibus conservatoriam adiici solet clausula, quòd ipsa conservatoria duret per quinquennium tantum, sicuti testatur Mendos. præcitato in loco, & stylus iste manifestà constitutione Sacrosancti Concilii Tridentini, sess. 14. cap. 5. de reform. confirmatus est.

Decima est differentia, quòd delegatus ad unam causam datur. Gemin. & Franc. in d. cap. ult. de off. delegati. in 6. Conservator verò ad causarum universitatem, vel verius ad certum genus, Gemin. Franc. in d. cap. ult. Aufrer. in additionibus ad Capell. Tolos. in q. 38. & idem respondit Neviz. in conf. 35. n. 10. & 13.

Undecima est differentia, quòd delegatus recusari potest. l. ult. C. de iudic. Conservator verò non,

ut docuit Innoc. in cap. statumimus. n. 4. de off. deleg. cæterum hodiè hoc videretur correctum constit. sacri Concilii Tridentini, sess. 14. cap. 5. de reform. in vers. quòd si in his causis &c. & præterea secundum jus commune recusari aliquando potest conservator in notoriis, sicuti declarant Archid. in cap. quia suspectis. §. 5. Gemin. in cap. 1. n. 13. de off. deleg. in 6.

Duodecima est differentia, quòd delegatus, qui semel iudicavit, & sententia est nulla, non potest iterum iudicare, & copiose scripsi in lib. 1. de arbitrar. iudic. casu 77. n. 21. Conservator, qui semel iudicavit, iterum iudicare potest. Ità Salicettus in l. si ut proponis. n. 5. C. quomodo, & quando Iudex, & Aufrer. in addit. ad Capell. Tolos. q. 38.

Conservator à solo Papa, non autem ab inferiori dari potest, cap. 1. de off. deleg. in 6. & ibidem Gemin. n. 1. qui n. 3. post Hostiens. admittit etiam legatum posse dare conservatorem.

Conservator verè, & propriè dari, & constitui solet, ut tueatur, & defendat illos, quibus datur ab injuriis notoriis, & manifestis, ut statuit Bonifacius Octavus in cap. 1. ubi Gemin. n. 1. & d. cap. ult. §. ut autem. de off. deleg. in 6. & inquit Geminianus in d. cap. 1. post Hostiens. & Joan. Andr. hoc casu dici meros exequutores, & ob id parum prod. esse.

Cæterum antiquo stylo signaturæ observatum persèpe fuit, ut conservatores darentur indistinctè pro quibuscumquè causis judicialiter pertractandis. Ità testatur Gemin. in d. cap. ult. §. conservatores autem. col. 2. vers. quare an indistinctè, & Quintilianus Mandos. in loco supra citato, qui refert conservatoris formam, quæ hodiè solet servari. Et hac in re observandum est, quòd etiam si quis detur, ut tueatur, & defendat eum, cui datur, ab injuriis, sive requirant judicialem indaginem, sive non, adhuc dicitur Conservator, sicuti aliquot rationibus & argumentis post Calderinum affirmat Gemin. in d. §. conservatores. col. ult.

Cæterum non satis clarè explicant præcitati Doctores, an Conservatores de causis civilibus cognoscere, & iudicare valeant. Guido Papæ, in q. 18. in fine. decidit debitores eorum qui conservatorem habent conveniri posse coram ipso Conservatore, cum (inquit Guido) debitor, retinendo debitum injuriam creditori inferre dicatur, ut tradit Speculator, in tit. de instrumentorum editione. §. nunc verò aliqua. vers. 72. de hoc autem queritur. Dissentiunt autem ab hac opinione, & rectè quidem, Alciat. in tract. de presumpt. reg. 1. presumpt. 23. ver. & præterea, & Joan. Gutier. Hispanus, in lib. 3. pract. quest. q. 9. n. 8. qui probat duabus illis constitutionibus. cap. 1. & cap. ult. in princ. de off. deleg. in 6. ubi pro solis injuriis notoriis dantur, & constituuntur Conservatores, & quidem adducere potest Gutierrez Sacri concil. Tridentini constit. in sess. 14. cap. 5. de reformat. quam præ oculis habebat, Concilii verba hæc sunt. In civilibus etiam causis, si ipse actor extiterit, aliquem ei apud suos Conservatores Iudices, in iudicium trahere minimè liceat. Quod verò dicebat Guido Papæ, & Speculator, injurià affici traditorem, cui debitor non solvit quod debet, impropriè dicitur, sicuti rectè Gutierrez post Alciatum scribit, in d. presumpt. 23. Non explicant tamen Alciat. & Gutier. an è contrà creditur ejus, qui Conservatorem habet convenire eum possit coram ipso Conservatore. Crediderim posse convenire, nam Concilii præcitati verba hæc à sensu contrario admittere mihi videntur. Ità enim se habet Concilium. In civilibus etiam causis si ipse actor extiterit &c. Ergo secus si extiterit reus, potest sanè creditor hoc casu prorogare Conservatoris jurisdictionem, & potestatem.

Dubitari etiam contingit, an jurisdictioni Conservatori

vatori tributa censeatur data privative, vel cumulative, quo ad Episcopum Iudicem ordinarium, tam in causis civilibus, quam in criminalibus; & quidem quoad causas criminales existimo ceteri concessam cumulative, nam constitutio illa Sacri Concilii Tridentini, sess. si 14. cap. 5. de reformatione. habet hæc verba, *Idcirco nemini omnino, cuiuscumque dignitatis, & conditionis sit, etiamsi capitulum fuerit, conservatoria, littera cum quibuscumque clausulis, aut decretis, quoruncumque Iudicum deputatione, quocumque etiam alio preætextu, aut colore concessa, suffragentur ad hoc, ut coram suo Episcopo, seu alio superiore ordinario in criminalibus, & mixtis causis, accusari, & conveniri ac contra eum inquiri, & procedi non possit; aut quominus, si qua iura ei ex cessione competierint, super illis liberè valeat apud Iudicem ordinarium conveniri.* Hæc etiam Sacrum Concilium quod illis verbis *Conveniri, & accusari possit, & valeat*, ostendit positum esse in potestate accusatoris accusationem proponere coram ordinario, non autem cogi adire ipsum ordinarium; potest itaque accusator accusare, tam coram ordinario, quam coram conservatore, & consequenter conservatori data est iurisdictio cumulative. Statuit etiam prædictum Concilium, quod si inter Iudicem Ordin. & Conservatorem exoriatnr aliqua controversia super competentia iurisdictionis, nequaquam in causa procedatur, donec per arbitros in forma juris electos super ipsa iurisdictionis competentia fuerit iudicatum.

Illud etiam observandum est quod statuit idem Concilium de familiaribus eorum, quibus datus est Conservator, quod duobus tantum familiaribus proficit ipsa Conservatoria & vult Concilium familiare illos dici, qui vixerint propriis sumptibus eorum quibus datus est conservator; ii enim sic viventes dicuntur propriè familiares, ut scripti, in *lib. 2. de arbitrar. Iudic. &c. casu 552*, ubi latissimè disserui. Idem Sacrum Concilium statuit in causis mercedum, aut miserabilium personarum observandum esse jam de his ab eodem Concilio editum decretum, quod legitur in *sess. 7. cap. 14.* his verbis, *Addendo insuper, quod in Civilibus causis mercedum, & miserabilium personarum Clerici Seculares, vel regulares extra monasterium degentes quomodolibet exempti, etiamsi certum Iudicem à sede Apostolica deputatum in paribus habeant; in aliis vero, si ipsum Iudicem non habuerint, coram locorum ordinariis, tanquam in hoc ab ipsa sede delegatis, conveniri, & iure medio ad solvendum debitum cogi, & compelli possint, privilegiis, exemptionibus, conservatorum deputationibus, & eorum inhibitionibus adversus præmissa non valituris.* Hæc etiam Concilium. Quæ autem sint personæ miserabiles, abundè declaravi, in *lib. 2. de arbitrar. Iudic. casu 66.*

Eximit quoque Concilium in dicta sess. 14. cap. 5. à iurisdictione Conservatorum Universitates generales, collegia Doctorum, seu scholarium, & regularia loca necnon Hospitalia actu hospitalitatem servantia, ac Universitatum, collegiorum, locorum & Hospitalium huiusmodi personas.

Est etiam observandum, quod à sententia Conservatoris appellatur ad summum Pontificem, non autem ordinarium, etiamsi sit metropolitanus. Ità respondit Anchar. in *conf. 132. n. 4.* qui & illud scribit, consuetudinem contrariam non valere, & Ancharam sequutus est Ruinus, in *conf. 3. lib. 4.*

Conservatores quoque dati, ut defendant, & tueantur vel etiam cognoscant contra certas personas, non possunt cognoscere contra alias, ut decidit Rota, in *decis. 171. in tertia parte. lib. 2. reperita meliùs in decis. 164. in tertia parte lib. 3. in novissimis.* Existima nus tamen, quod quando datus est Conservator, ut etiam de causis cognoscat, ejus iurisdictionem po-

test prorogare, sicuti multis rationibus, & argumētis respondit Nevizanus, in *conf. 35. n. 5. ver. prædictis non obstantibus.*

CAPUT XXIX.

De Oeconomi Regii munere, & officio diligens explicatio.

Regii Oeconomi in ditione Mediolanensi munus & officium valde necessarium & utile semper esse cognovimus, & in dies magis & magis experimur. Et primùm quidem, vel ex eo, quod jure permissum est Regi Catholico, ac aliis etiam Principibus, non admittere de beneficio aliquo Ecc. præsertim de Episcopatu, provivum à summo Pontifice, vel alio auctoritatem, potestatemque habente, si eum vel de prodicione, vel de secretorum revelatione habet suspectum. Ità sanè scribunt Ioan. Andr. Innoc. Hostiensis, in *cap. nobis. de iure patro. & Innoc. in cap. super bis. de accus. Propos. in cap. Porro. 63. distinct. Jo. de Selya, in tract. de benef. in 2. parte. q. 23. n. 3. n. 26. & n. 56. & Ignatius, in repet. l. necessarios. §. non alios, n. 325. ff. ad sen. conf. Syll. & ob id affirmant ex prædictis multi, valere consuetudinem, quod electione in Ecclesia factâ, requiratur Principis consensus. Sic etiam jure concessum olim fuit, & Regi Cath. & Regi Francorum, ne Episcopis à summo Pontifice promotis, concedatur reddituum, & bonorum Ecclesie administratio, nisi laudati illi fuissent ab ipsis Regibus, & beneplacitum, quod investituram aliqui appellant, accepissent. *cap. Hadrianus in l. 2. cap. in Synodo, & cap. cum longè 63. distinct. & illis in locis scribentes, & post alios Igneus in dicto §. non alias n. 336. & 614. qui n. 617. scriptum reliquit Regni Galliarum Episcopos, & Archiepiscopos non nisi per Regis investituram iurisdictionis, non tantum, temporaliis, sed & Ecclesiasticæ exercitium consequi, ut sancitum legimus in cap. si qua causa. §. ult. 11. q. 1. & in cap. convenior 23. q. 8. Et ideò (subiungit Igneus) dubium esse non potest, (Ignei verba hæc sunt) si foris Episcopus, aut Iudices ab eo commissi suâ iurisdictione abutantur, si ab eo ad Principem reclamatur, seu appellatur, quominus Rex, aut ejus Magistratus de ea appellatione judicent. ut plenius Joan. Andr. & Anton. de Butic. prosequuntur, in cap. verum de foro compet. Henric. Boic. in cap. Clericus. extra, ne Clerici vel Mona. cap. ex parte extra de foro compet. & quod notatur in cap. Episcopus. ne Cler. vel Mona. in 6. Similiter (adiungit Igneus) si in exercitio Ecc. iurisdictionis malè versantur, vel negligunt subditis Regis iustitiam administrare, vel abusum circa exercitium eius committant, & maxime ubi iura Regia usurpant, in his potest Rex, aut supremi eius Magistratus appellari, vel eorum officium, seu auctoritas implorari, & imploratum impartiri, præsertim, si Ecc. Iudices Regis iurisdictionem intervertant, vel intercipient, contra id, quod scribitur in cap. 2. extra de privil. in cap. novis. de iudiciis cap. causam qua. & cap. per venerab. qui filii sint legitimi, sicuti sapissimè contingere novimus. Ecclesiasticæ namque Iudices passim lascivos pro quacumque causa ad suam iurisdictionem trahunt, contra cap. licet. extra de foro compet. & ea quæ supra scripta sunt, constitutionis Bonifaciana auctoritate frati, in cap. finali. de immunit. Eccles. lib. 6. nam id alienum à iure videri potest. etiam si Bonifacianis constitutionibus inhaerendum sit; quomodo enim Ecc. Iudici licet suam iurisdictionem. etiam usque ad sanguinem tueri, ut inquit Bonifacius Octavus, in cap. dilecto de senten. Excom. lib. 6. atque ob id Beatus Thomas Cantuariensis, utriusque scribitur in cap. sic.**

*sicut dignum. extra de homicidio, ab Ecclesia intra san-
ctos relatus sit, multò fortiori ratione laico Iudici suam
Iurisdictionem etiam gladiò tueri, & defendere permis-
sum est, cum gladii exercitium habeat. l. Imperium ff. de
iurisd. om. iud. &c. Hactenus Joannes Igneus.*

Præterea valde convenit, quòd Episcopatus, & alia inferiora beneficia Ecc. conferri minimè debeant exteris, quando extant idonei Cives, & incolæ jam diu habitantes, effecti subditi Principis Secularis; est enim irà scriptum Deuteronom. cap. 18. prophetam degente tua, & de fratribus tuis suscitabit tibi Dominus Deus tuus, ipsum audies &c. & de Episcopis sic sancitum legimus, in l. in Ecclesiis. C. de Episco. & Cler. in cap. nullis in viciis. distinct. 61. in cap. quoniam in plerisque de off. ordin. & in cap. bona. il. 2. §. inual-leximus. de postulat. Pralat. & scribunt Abbas, in cap. cum terra. n. 12. de elect. & in cap. ad decorem. de insti. Zanzel. in extravag. 10. 22. que incipit, Execrabilis, Guilielmus Benedictus, in cap. Rainuius in verbo, Et uxorem nomine Adelsiam. in decis. 5. n. 488. de test. & Joan. de Selva, in tract. de benef. in secunda parte. q. 23. n. 58. qui, n. 59. & 60. idem esse scribit de beneficiis inferioribus, & copiosè Didacus, in lib. pract. quest. cap. 35. n. 5. 6. & il quidem eà ratione moti sunt quòd consultum est magis Ecclesie, in qua faciliùs resident Cives & incolæ, quàm exteri, qui Ecclesiam, è qua reditus auferunt pauperem & inopem reddunt. Est & alia ratio, quam supra attigimus, ne Princeps Secularis, suo in Dominio, habeat suspectos, vel prodicionis, vel secretorum revelationis, & ideò summi Pontifices Regi Catholico, ac Regi Francie bullam concesserunt, quòd in eorum Regnis nullus exterus, & forensis, beneficium aliquod Ecc. obtinere possit sine eorum consensu. Imò scribunt Renatus Choppinus, in lib. de Sacra politia cap. 6. n. 11. in fine, Episcoporum Vicarios externos nullos Regià lege Gallicà admitti, etiam si Episcopus alienigena sit, quod si superioribus annis observatum sic hoc in dominio fuisset, non equidem tot, tantaque perturbationes, & molestias experti fuissimus.

Rursus ad Principis Sec. commodum, & utilitatem pro Populi salute & animorum tranquillitate valde pertinet, quòd beneficia conferantur viris doctis, & literatis, cum enim ignorantia sit cunctorum errorum mater, in sacerdotibus maximè evitanda est, cap. ignorantia 18. distinct. Et scribunt Innoc. Bu. ticus, Abbas, & reliqui, in cap. cum in cunctis. §. inferiora. de elect. Rebus. in tract. de nominationibus q. 3. Franciscus Duarenus, in tract. de beneficiis. lib. 2. cap. 5. Joan. Corrasius, in tract. de sacerdotiis. parte tertia. cap. 5. Marfil. Columma, in tract. de Ecclesiast. redditibus. par. 2. cap. 19. Et ego ipse multa scripsi, in lib. 2. de arbitrar. Iud. casu 425. & quidem sacerdotis ignorantia efficit ut Populus malè de rebus Sacris eruditus ad multa mala, & scelera declinet, existimetque sibi omnia licere, Principem, & Dominum pauci facit, turbam seditionesque excitat, & omnia commovet: quod malò suo magnò, experiuntur adhuc Germania, & Gallia.

His causis, & rationibus satis intelligimus verum esse, quod diximus supra, non modò utile, sed & necessarium esse Oeconomum Regii munus, & officium. Et propterea est quòd curet Potentiss. Rex, & Dominus noster, ut ejus oconomus non patiat provisos ab Archiepiscopo, vel Episcopo, si exteri, & forenses erunt, adipisci collati beneficii possessionem sine senatus beneplacito; quo verò ad provisos auctoritate Apostolica, si Episcopi, vel Archiepiscopi erunt, Regis Majestatis (quod hactenus observatum est) habent beneplacitum, adhibito priùs Senatus

voto. Si verò inferiora beneficia à summo ipso Pontifice conferri contingat, vel eà ratione Senatus beneplacitum prov. si habeat, quòd ipse Pontifex Max. ignoret ferè semper provisi qualitates, & conditiones, quæ Archiepiscopis, & Episcopis Residentibus cognitæ sunt. Hæc esse juri consentanea pro bono publico sensit Angelus, in cons. 23. n. 1. vers. attamen &c. Dum respondit valere statutum Florentinum, quòd nullus ingredi, & adipisci possit possessionem Ecclesie, & beneficium sine licentia, idest, beneplacito Principis, & Domini Secularis, ut evitentur rixæ, & contentiones, quæ prius solent inter provisos, etiam adversus Angelum, de eadem facti specie interrogatus respondit Abbas, in cons. 83. lib. 1.

Cum verò Oeconomi Regii munus versetur etiam circa executionem præceptorum, quæ in dies ex Urbe Roma transmittuntur, sedulo committendum erit ipse oconomus, ut antiquus, & hactenus observatus usus, & praxis observatur, deficiente verò ipso usu, aliquò in casu observatur juris communis dispositio quæ est, secundum Didacum, in lib. pract. quest. cap. 35. n. 4. qui fultè explicat observantiam Hispaniæ in exequendis mandatis Apostolicis.

Hæc commodius, & faciliùs observabuntur ad summam ditionis Mediolanensis utilitatem, si Regia ipsa Majestas deligat Secularem aliquam suo subditum Imperio, virum probum, & benè eruditum qui hæc oconomum fungatur munere, quemadmodum olim deligi consueviffe audio. Nec impedimentum esse potest, quòd scriptum est in cap. in nova 16. q. 7. laicos oconomum officio, & munere in rebus Ecclesie fungi minimè posse, & aliis multis confirmant Hostiens. 7. & Abbas in cap. 2. n. 9. de iudiciis, & ibidem Decius, n. 9. Ripa, n. 52. & Jo. de Selva, in d. q. 23. n. 12. nam longè diversum est hæc munus, & officium oconomum Regii ab illo de quo disputant Doctores in d. cap. 2. de iudiciis, qui etiam Ecclesie bona & reditus administrat, & non solum in iudiciis, sed etiam in contractibus, qui de ipsius Ecclesie rebus fieri contingit, intervenire debet. l. iubemus C. de sacros. Eccles. Lupus, in allegat. 81. n. 8. & 9. qui multis comprobatur. Speculat. in tit. de his, qui alieno nomine in iudiciis interveniunt. n. 5. qui scribit ob id appellari Vicedominum, & idem Speculator in tit. de oconomis. inquit oconomum hunc ab Episcopo eligi, & constitui, Clericum esse debere, non languere conjunctum ipsi Episcopo, fideli operà administrari oportere, & fructus non consumere, & de administratione rationem reddere. Addunt alii opus esse, quod de rebus, & redditibus Ecclesie consistere debet inventarium. Ità sanè Jacobus de Canibus Patavinus & Franc. Martius, quos refert, & sequitur Roland. de Valle, in tract. de inventario. parte prima. q. 614. Regius verò oconomus ea solum, quæ temporaria sunt pertractat. Ità Abbas, in dicto cap. 2. n. 9. de iudiciis, & ibidem Decius, n. 9. & Ripa, n. 52. Joan. de Sylva, in d. q. 23. n. 12. Duarenus, de Sacris Ecclesia ministeriis lib. 1. cap. 19. in princ. & Joan. Baptista Ferret: in cons. 71. n. 2. qui respondit licere Principi Seculari occurrere dilapidationi bonorum alicujus Ecclesie, & Monasterii, & malo eorum regimini, deligendo aliquos viros probos, qui unà cum uno, vel duobus Religiosis illius Monasterii fructus, & reditus percipiant, servant, & administrant, & computa, ac rationes reddituum. ac impensarum onerumque reddant aliis probis viris quotannis deligendis; Id quod probat Ferret. auctoritate legis Divinæ antiquæ, quæ habetur in lib. 4. Regum. cap. 2. & in lib. 2. Paralip. cap. 24.

D. IACOBI MENOCHII

DE

IMMUNITATE ECCLESIAE PRO IIS QUI AD EAM POST PATRATVM ALIQVOD CRIMEN CONFUGIUNT.

LIBER QVARTVS.

CAPUT PRIMUM.

*Immunitas, & Libertas Ecclesie pro ad eam confu-
gentibus, quò jure inventa, constituta,
& ordinata fuerit, diligens, &
accurata explanatio.*



UM acturi sumus hoc in libro de Ecclesie immunitate, & libertate, pro securitate eorum, qui ad eam confugiunt, visum est explicare prius, quò jure inventa, constituta, & ordinata fuit libertas, & immunitas hæc. Et primum quidem dicimus receptam esse Doctorum sententiam jure Divino antiquo inventam, & ordinatam fuisse, sicuti affirmant Butic. in cap. cum Ecclesia. de immunit. Eccles. Apertius Joan. Hugo, in tract. de off. quatuor Prælatorum. in rub. de Civitat. refug. Ioan. Igneus, in l. 1. in princ. n. 26. ff. ad S. C. Syll. Ioan. Lupus, in tract. de libert. Eccles. q. 11. Boër. in q. 109. n. 6. Aufrer. in addit. ad Capell. Tolos. q. 423. n. 5. Remigius Gonmuis, in tract. de immunit. Eccles. in præfat. n. 5. Didac. Covarr. in lib. 2. variar. resolut. cap. 20. n. 1. Decia. in tract. crim. lib. 6. cap. 25. col. 2. vers. concludendum. &c. Petrus Rebuffus, in commentar. ad constitut. Gallia. tomò 2. tract. de immunit. Eccles. glos. 1. n. 2. & Anastasius Germon. in lib. 3. de sacrorum immunit. cap. 16. n. 1. & verè legimus Exodi cap. 21. legislatores Moysen ita statuisse, Qui percusserit hominem, volens occidere, morte moriatur. Qui autem non est insidiatus, sed Deus illum tradidit in manus ejus, constituam tibi locum, in quem fugere debeat. Si quis per industriam occiderit proximum suum, & per insidias, ab altari meo velles eum, ut moriatur; Cujus quidem legis pars prima relata est in cap. 1. de homicidiis &

in lib. Num. cap. 35. sic legitur. Decernite quæ urbes esse debeant in præsidia fugitivorum, qui nolentes sanguinem fuderint; in quibus cum fuerit profugus, cognatus occisi non poterit eum occidere, donec stet in conspectu multitudinis. & causa ejus iudicetur. De ipsis autem Urbibus, quæ ad fugitivorum subsidia separantur, tres erunt &c. & Deuteron. cap. 19. ita scriptum est. Cum disperdiderit Dominus Deus tuus gentes, quarum tibi traditurus est Terram, & possederis eam, habitaverisque in Urbibus ejus, & in adibus; tres Civitates separabis tibi in medio terra, quam Dominus Deus tuus dabit tibi in possessionem, sternens diligenter viam, & in tres æqualiter partes totam Terram tuam provinciam divides, ut habeat è vicino, qui propter homicidium profugus est, quò possit evadere &c. Sic & Josue cap. 20. habentur verba hæc, Loquere filiis Israël, & dic eis, separate urbes fugitivorum, de quibus loquutus sum ad vos per manum Moysi ut confugiat ad eas quicumque animam percusserit nescius, & possit evadere iram proximi, qui ultor est sanguinis &c. & in lib. 1. Machab. cap. 10. sic sancitum est. Et quicumque confugerint in templum quod est Hierosolymis, & in omnibus sinibus eius, obnoxii Regi, in omni negotio dimittantur, & universa quæ sunt eis in Regno meo libera habeant. His intelligimus jure damnatam fuisse, opinionem illam Joannis Petri Ferrarii quem prædicum Papiensem appellamus qui, in forma inquisitionis, in verbo. Hac est quedam inquisitio. n. 31. scripserat (hodie impressa hæc non leguntur in ejus codice jussu majorum nostrorum correcto, atque emendato) jure Divino cautum hoc non fuisse, cum in præcitato loco Deutoronom. cap. 19. quod est relatum in cap. est iniusta 23. q. 4. scriptum sic legatur. Mittent seniores Civitatis illius, & arripiunt eum de loco refugii, tradentque in manus proximi cuius sanguis effusus est. & morietur. Non miseraberis eius, & auferes noxium sanguinem de Israël. ut bene sit tibi. Hactenus lex illa Divina, quæ verè loquitur in casu homicidii per insidias, industriam præmeditato odio que animo perpetrati, sicuti verba paulò antè scripta & suprâ commemorata manifestè significant. Non enim

enim lege illâ Divinâ permissum quibuscumque delinquentibus ad Ecclesiam confugere, sed certis casibus tantum, sicuti etiam legimus in *lib. 3. Regum. cap. 2.* Salomone in mandasse Banaïz, ut terbernaculum ingrederetur, occideretque Joab, qui à Salomone fugerat, quia odio duos interfecerat. Quod quidem egregium facinus commemorat Josephus, in *lib. 8. antiq. Judae. cap. 1.* his verbis. *Ioabus imperator audita nece Adonia, valde extimuit, eius enim amicitiam, magis quam solomonis Regis coluerat, & ideo, non immerito male suspicans ad altare confugit, impunitatem se inde quasiturum existimans propter Regis erga Deum pietatem. Qui posteaquam de Ioabo renunciatum est, misit Banaïam, qui citaret eum ad Tribunal, causam dicturum. Ioabus autem negabat, se Fanum relicturnm, sed ibi potius quam alias noriturum. Hoc eius responso per Banaïam accepto, Rex iussit ut ibi caput eius ita ut vellet absunderetur, & hanc panam lueret pro duobus Imperatoribus, quos contra omne fas peremerat.* Haëtenus Josephus. Clarum itaque est etiam jure Divino inventam, & constitutam fuisse hanc Ecclesiae immunitatem. Quibus autem in casibus permisa, & concessa fuerit, suis locis dicemus.

Cæterum, etsi prædictâ lege Divinâ antiquâ sanctum sic fuit, attamen, cum habere dicatur recessum lege novâ Evangelicâ, *cap. translat. de constit. & scribunt Divus Thomas, in 22. q. 98. art. 1. & q. 104. art. 3. Magister, in 4. senten. distinct. 3. Navarr. in Manuali confess. cap. 21. n. 28.* & alios multos congerit Tiracuellus, de *retract. consang. in proemio n. 8.* dicendum videtur abrogatam esse, & legem illâ antiquam immunitatem tribuentem. Ita sanè scribunt Didacus Covarr. & Decianus, *præcatis in locis*, & Petrus Binsfeld, quem infra referam. Nec repugnat consideratio Germon. in *disco. cap. 16. n. 12.* cum dixit constituta in veteri testamento ceteri repetita, nisi nominatim, & expressè contrâ de eis cautum sit, ea scilicet, quæ cæremonialia, omninò, & judicialia non sunt. Non inquam consideratio hæc repugnat, cum verius existimem judicialia omnia ubi est immunitas hæc, sublata, & extincta fuisse lege ipsâ nova Evangelica, & ob id non ceteri illa repetita, sed si quid in lege ipsa nova habetur, quod cum lege veteri conveniat, ipsi legi novæ tribuit, sicuti scriptum de his reliquit Dominicus Sotto, in *lib. 2. de iust. & iur. q. 5. art. 4. col. 2. vers. secunda conclus.*

Legem novâ Divinâ, hoc est evangelica, tributam non esse hanc immunitatem scribit Decianus, in *d. cap. 15. n. 2. in fine*, & Petrus Binsfeld suffragan. Treviensis in *conf. de iniuriis, & damno dato. cap. 7. q. 2. conclus. 1.* Non enim quidquam vel unò vel altero modò statuit Salvator Noster, etsi opinatus fuerit, & malè quidem, præcatis. Papiens. *præcatis in loco*, Christum Salvatorem Nostrem, prohibuisse hanc Ecclesiae immunitatem, & libertatem, dum ut habetur Matthæi *cap. 22.* ingressus templum expulit ementes, & vendentes, eos increpando, quòd domum Patris, quæ orationis esse debebat, speluncam latronum fecissent. Nihil sanè locus iste ad rem nostram pertinet, cum mercatores illi non confugissent ad templum illud, tanquam ad locum refugii, post aliquod à se perpetratum delictum, sed quia mercaturam, & fœnus in templo exercebant. Præterea si admittimus agi apud Mathæum de Ecclesiae immunitate, non constat Salvatorem ipsum jure optimò negasse mercatores illos, tanquam in ipso templo, & Ecclesia delinquentes, fuisse eâ immunitate dignos, sicuti de aliis in Ecclesia ipsa delinquentibus statuit Gregorius IX. in *cap. ult. de immunit. Eccles.* Et hæc quidem interpretatio probabilior mihi videtur illâ Remig. in *tract. de immunit. Eccles. in præfat. n. 10.* Petri Rebuffi.

in *commentar. ad const. Gallia. tomo 2. tract. de immunit. Eccles. glos. 1. n. 12. Decia. in conf. 8. n. 13. lib. 3. & demum Germonii, in d. cap. 16. n. 15. & 16.*

Jure verò Pontificio, quid alioqui & jus Divinum appellatur, ut in specie nostra docuit Igneus, in *dicta l. 1. in princ. n. 32. ff. ad l. C. Syll. & diximus supra*, nemo dubitat, quin concessa fuerit hæc Ecc. immunitas. Ità enim legimus in *cap. inter alia. in cap. pen. & cap. ult. de immunit. Eccles. & in cap. minor, & duobus. subsequentib. 17. q. 11.* Quod certè summâ ratione juxta jus Divinum antiquum à Pontificibus sic sanctum fuisse existimo, cum ad eos spectet tueri, & defendere Ecclesiam, ne vis aliqua exerceatur in ea, sicuti committitur ab his, qui ipso Pontifice inconsulto conantur extrahere ad eam confugientes, ipsius Ecclesiae immunitate dignos, & hinc sequitur Principes Seculares nihil adversus immunitatem hanc statuere, & disponere posse, sicuti scribunt Auster. in *addit. ad Capell. Tolos. q. 423. Turrecrem. in cap. sacrilegium. 17. q. 4. & Petrus Rebuffus, in commentar. ad Constit. Gallia. tom. 2. tract. de immunit. Eccles. glos. 1. num. 5.*

Jure humano, gentium scilicet, & civili, concessam Ecclesiae, temploque immunitatem hanc certum est. De jure gentium satis constat. verbis Alexand. in *lib. 3. dier. genial. cap. 20.* quem unum auctorem pro multis iustificare posse crediderim. Alexand. verba adscripsi; *Primum enim Cadmus, dum Thebas conderet Asylum aperuisse fertur, ad quod confugientes, sine discrimine servi, aut liberi, ab omni pœna iuri erant. Nonnulli à prognatis Herculis Asylum Athenis primò institutum ferunt, ad quod à partibus oppressis confugere fas erat. Post quod in Rhetæo littore fuit Ajaxis Asylum, & in Sigeo Achilles; quorum exemplò Romulus, & alii Asylum aperuere, quò accedentes impunitate donabantur. Apud Molossos, Sarmothraces, Crotoniatae, & Messenios, ac pterisque ad Deorum aras confugisse pro asylo habitum est, veluti Ithacensibus, Iovis Servatoris Ara; Delicis enim non voluntariis refugium esse Aras putavere. Atheniensibus Thesei Sepulchrum id iuris habuit, ut servi ad illud confugientes, nexu solverentur. Et Sparta Chalciarum Minerva templum; ad quod Pausanias fugiens, obstructo aditu, morte multatus fuit; & aliud calcæicon, ad quod Agis confugit. Et in Tenaro Nepruni sanum, ad quod Cleombrotus, & in Calauria Insula in Aegeo, etiam Nepruni templum, ad quod Demostheres cum aufugisset, ab omni violenta incursione Archie mansit illæsus; atque in Thracia Diana templum inter Clitorium, & Cynatham, & in Aspendo Pamphylia, Tiberii statua pro asylo fuisse, sicuti Diana Leucopriena oppressis per fugium inviolabile fuit. Palladis quoque templum, veluti Asylum Lacedemonii venerantur, in quo nocentes etiam capitis damnati incolumes sunt. Et in Aphrodisio & Papho Veneris, apud Siratoncenses Iovis, & Trivia templa, Siculis Salicis ara, in Peloponneso Hermonia sanum sacrum Cereri, & Proserpina in Epheso Artemisium, Pergami ades Esculapii, in Gracia Calydoni Palladis templum tanta dignationis fuisse ut capita lem fraudè ausi, aut pecuniâ iudicati, qui ad illa confugissent, nexu, pecuniâque exsolverentur. Hæc Alexander ab Alexandro, cui accedit, quod scribunt Statius in *lib. 21. Thebaidos*, & Thucidides, in *lib. 1. de Bello Peloponnesi*; & Plutarchus, in *parallela cap. 1.* apud Athenienses fuisse aras Minervæ, & Misericordiae, ad quas etiam noxii confugientes tuti servabantur, & idem Plutarchus, in *vita Thesei*, & Diodorus Siculus, tradunt eisdem Athenienses templum, Asylumque constituisse Theseo, cui tanquam semideo honores decreverant. Apud Ephesios simile templum Dianæ extitisse memoriz prodiderunt Cicero, *act. 3. in Verrem*, & Justin. in *lib. 28. Histor. Lacedemonii quoque Nepruno simile**

simile edificarunt templum. Author est Pausanias, in *Corinthiacis*, qui, & in *Laconicis* tradit Tegeſtas, ſimile templum Minervæ dicatſe. Scribit quoque Strabo, in *lib. 7. geogr.* in inſula Calabria non procul à Troaxne Civitate fuiſſe Aſylum Neptuno dicatum. Et iidem in *lib. 16.* affirmant in Ægypto extitiſſe ſimile Aſylum Oſiridi ſacratum. Sic, & Herod. in *lib. 2.* tradit in eodem Ægypto ad Canobicum Nili Oſtium, fuiſſe Aſylum Herculi dicatum. Trojani aſylum Junonis in templo conſtituerant, ſicuti ſcribit Divus Auguſtinus in *lib. 1. de Civitate Dei cap. 4.* & oſtendit Virgil. in *lib. 2. Æneidos*, his verbis.

Et jam porticibus vacuis Junonis aſylo.

Romulus, ut ad Romanos deveniam, ſacrum quendam locum, quibuſcumque delinquentibus, & profugis tutiſſimum elegit, aſylumque vocavit, de quo memoriz prodiderunt Dionyſius Halicarnaſ. *lib. 2.* Tit. Livius, *lib. 1. ab urbe condita*, & Plutarchus, in *vita Romuli*. Florus, *lib. 1. cap. 1.* & Eutropius, *lib. 1. cap. 4.* Volaterr. *lib. 19. Antr. cap. 2.* Horatius, *ode. 12.* Lactantius, in *lib. 2. cap. 7.* & Macrobius, in *lib. 1. Saturnal. cap. 6.*

De his templis, aris, & aſylis alia nonnulla ad rem noſtram ſcribunt Igneus, in *l. 1. in princ. n. 26. ff. ad S. C. Syll.* Alciatus, in *lib. 1. parerg. juris. cap. 6.* Coraſius, in *lib. 5. Miſcell. iuris. 23.* Didacus Covarr. in *lib. 2. variar. reſolut. Petr. Georg. Tolos. in lib. 33. ſyntag. iuris. cap. 22.* Decianus, in *tract. crim. lib. 6. cap. 25. n. 2. 3. & 4.* & tandem Anaſtaſius Germonius, in *lib. 1. de ſacror. immunit. cap. 15.* qui à præcitatiz multa mutuatus eſt, & Petrus Binsfeld, in *com. de injuriis. & damno dato. cap. 7. q. 2. conſuſ. 1.*

Jure Cæſareo Ecc. & Templis conceſſam fuiſſe immunitatem, & libertatē hanc conſtat multis Imperatorum legibus & conſtitutionib. quæ leguntur in *tit. C. de his qui ad Eccleſ. confugiunt, & in auth. de mandatis Princip. §. neque autem.* Quamquam Honorius, & Arcadius, Eupii Eumuchi Conſultis ſuaſionibus contrariam legem tulitſent, ut apud Nicephorum Calixtum, *l. 13. hiſtor. Eccleſ. cap. 4.* Didac. *lib. 2. variar. reſolut. cap. 20. n. 14. propè medium.* Et quidem conveniens fuit ſic ſtatuerē cum, ut dixi ſuprà, Eccleſiæ honor ſervari omninò debeat, *cap. reum 17. q. 4.* Injuria ſit ſanctis, quando ab Ecc. ſanctorum extrahitur refuga. *cap. minor 17. q. 4.* Et accedit à fortiori, quòd ſi jure ipſo gentium, & civili tributa fuerit hæc immunitas Imperatorum ſtatuis, quæ & aſyla appellata fuerunt, ut ſcribunt Claud. Sueton. in *Auguſto. cap. 37.* & in *Tiber. cap. 22.* Xyphilius, in *Auguſto*, & Tit. Livius, *lib. 3. decad. 3.* & jure noſtro idem conſtitutum legimus, in *l. 2. ff. de his, qui ſui, vel alien. iuris l. capitalium. §. ad ſtatuas. ff. de pœnis*, & dicemus ſtatim, quantò magis Eccleſiæ Dei tribuenda erat immunitas hæc?

CAPUT II.

Confugientes ad Principis Stataam, vel Domum vel ſignam, an, & quando, immunitate, ne inde extrahi poſſint inviti, gaudeant, & de his, qui obviam habent Cardinalem.

Differamus nunc de locis profanis, quibus tributa eſt etiam hæc immunitas; ut hi, qui ad ea confugiunt, non poſſint inviti extrahi. Et primum quidem dicimus confugientes ad perſonam

Principis, gaudere immunitate. Ità gloſſ. in *l. capitalium. §. ad ſtatuas. de pœnis*, & Petrus Gregorius Tholos. in *lib. 33. ſyntagm. iuris. cap. 21. n. 12.* qui refert exemplum illud Cæſi, L ydiorum Regis, qui Æ opum ad ſe fugientem adivit ſic loquentem. Et ego itaque Rex tuos pedes attingo, ne me ſine cauſa occidas. Idem affirmat Chaffan. in *conſuet. Burgundia. rub. 1. §. 5. il. n. a grace. n. 119.* Imò confugiens ad ſtatuum Principis gaudere debere immunitate conſtituerunt Imperatores Valent. Theodoſ. & Arcad. in *l. unica C. de his, qui ad ſtatuas confug. cujus verba hæc ſunt. Qui ad ſtatuas, vel vitandi metus vel creanda invidia cauſa confugerint, ſi certas habuerint cauſas, quibus confugere ad imperatoria ſimulacra debuerint, iure, ac legibus vindicentur, ſin verò probati fuerint artibus ſuis invidiam inimicis creare voluiſſe, ultirix in eos ſententia proferatur.* Hactenus conſtitutio illa, quam ſic paſſim interpretes noſtri intelligunt, præfertim Caſtrenſ. & Salicet. *ibidem*, qui dixerunt, quòd ſicuti olim fugientes ad Eccleſiam erant tuti, ne prehendi, & ex illa extrahi poſſint, idem pariter ſancitum fuiſſe de his, qui ad ſtatuum Principis confugiunt. Idem ſcribunt Hoſtienſ. & Zabarell. in *cap. pœn. de immunit. Eccleſ.* Guielmus de Monte Lauduno, in *Clem. 1. de pœnis. & remiſſ. Chaffan. in commentar. ad conſuetud. Burgundia. rub. 1. §. 5. in lex. 5. il. n. a grace. n. 119.* Mantua, in *conſ. 211. n. 8. lib. 1.* Remig. in *tract. de immunit. Eccleſ. ampliat. 23.* Budzus, in *annotat. pandect. ad l. quis ſit fugitivus. §. apud labeon. ff. de adilit. edicto.* Petrus Gregor. Tolos. in *lib. 33. ſyntagm. iuris. cap. 21. n. 11.* Et accedit, quòd Divus Antoninus, & Juſtinianus, in *n. 2. §. ideoque ff. de his, qui ſunt ſui, vel alien. iuris, & in §. ult. in inſtit. eo cit. æquiparant ſtatuas Principis, & ædes ſacras, ut ſcilicet ſervi, qui ob dominorum ſævitiam ad eas confugiunt, à ſervitute ſint liberi, idem ſenſit Ulpianus, in *l. 2. §. 1. ff. de off. Praef. Urb. in l. 4. ff. de manumiff. in l. capitalium. §. & ut generaliter ff. de pœnis.* Et hæc lex non contradicit cum *l. 4. ad leg. Jul. majest. imò Tiberio Imper. Capitale fuit ſervum circa ſimulacrum Auguſti cædere, ſicuti memoriz proditum eſt à Claudio Sueton. in Auguſto. cap. 37.* ſcribit quoque Tit. Livius, in *lib. 3. Decad. 3. ab Urbe cond.* Decium magium campanum ab Annibale contra jus fœderis captum, & in navem impositum, Carthaginemque miſſum, cum Cyrenas (quæ tum in ditione Regum erat) tempeſtas detuliſſet, ibique ad Ptolomæi Regis ſtatuum confugiſſet, à Rege ipſo liberatum.*

Cæterum ſervis permiſſum non fuit ad Principis ſtatuum confugere in alterius injuriam, *l. capitalium. §. ad ſtatuum. ff. de pœnis. & l. unica. C. de his, qui ad ſtatuas confug.* Qua de re (ſic ea Cornel. Tac. in *lib. 3. ſcriptum reliquiſſe refert Joan. Coraſ. in lib. 5. miſcell. iuris civilis. cap. 23. in fine*) extat Ceſtii graviffimi viri memorabile factum, qui cum videret ſceleratiſſimum quemque imagine Cæſaris abuti, in Senatu diu, multumque cõtendit, ut ea vis, & auctoritas, imaginum aboleretur; & faſſus quidem eſt (inquit Tacitus) Principes inſtar Deorum eſſe, ſed addidit neque à Diis, niſi ſupplicum preces audiri, neque quemquam in Capitolium, vel alterius Urbis templa perſurgere, ut eâ occasione acceptâ, flagitiis magis, ac magis inquinetur. Hodie uſu receptam non eſſe immunitatem hæc teſtatur Reſtaur. in *tract. de Imper. q. 96. n. 7. in fine*, qui etiam dubitavit, an vera ſit hæc recepta ſententia, quòd jure civili conſtitutum ſit hos ad ſtatuum Principis confugientes immunitate gaudere.

Domus Principis, ad quam quis confugit, gaudet immunitate, ne inde invitus, & ſine Principis licentia extrahi poſſit. Ità de Palatio Regis poſt Gregor. Montal. ſcribit Remig. in *tract. de immunit. Eccleſ. ampliat.*

ampliat. 25. quæ ultima est. ubi copiosè explicat differentiam inter domum, & Palatium, Navar. in man. conf. ff. cap. 25. n. 15. & Petrus Gregor. Tolos. in lib. 3. *Synagm. iuris. cap. 21. n. 16.* qui quatuor commemorat egregia factis exempla. Verùm non satis hoc jure probatur, imò Principem non posse, nec debere concedere, & usum, ac consuetudinem non valere scribit Afflæus, in cap. 1. §. & bona committentium n. 50. quæ sine regal. & G. Gas in tract. de crimine læsa majestatis. tit. de pluribus, & variis questionibus. q. 16. in fine.

Palatium publicum, in quo jus redditur, gaudere immunitate, ut ad illud confugiens prehendi, & extrahi inde non possit sine Judicis vel Prætoris licentia scribunt Bald. in l. plerique ff. de in ius voca. & ibidem Socin. q. 20. & Jacobin. à sancto G:orgio, Remig. in tract. de immunit. Eccles. ampliat. 22. Et hæc in Civitate Mediolani observari quotidie videmus ut existens in palatio Regii locum tenentis, in quo magistratus jus reddunt, prehendi, extrahi non liceat, ipso Vicegerentes inconsulto, qui facillè licentiam concedit, ne justitiæ domus spelunca sit latronum & flagitiosorum.

Cardinalem obviam habens, dum fugit, ne prehendatur, gaudere immunitate tradunt permulti ex nostris juris interpretes. Ità sane Baldus, Castrens, & Salicetus, in l. addis. C. de appella. Cæpolla, in cautel. 1. Paris Puth. in tract. de Syndicatu. in verbo pœnavor. an si primo. Amoldæus, in tract. de syndic. n. 135. Jason, in l. 1. n. 1. C. ne liceat pœnitio. Felinus, in cap. querentis. n. 6. de off. deleg. Marsil. in rub. §. de falsis. n. 13. Tiraquell. in tract. de pœnis legum, &c. causa 55. in sing. 173. Nevizanus, in lib. 1. sylvæ nupt. n. 93. Cattellian Cotta, in Nemo. in verbo Cardinalis. Hieronymus Gigas, in tract. de crim. læs. Majest. tit. de pluribus, & variis questionibus. q. 16. n. 6. Remigius, in tract. de immunit. Eccles. ampliat. 19. Ludovicus Gomez, in §. pœnalis. n. 50. in fine. de actio. Chassan. in consuet. Burgund tit. de iustis. rub. 1. §. 5. n. 101. Carreterius, in pract. crim. §. homicidium. n. 74. Alber. Cardinalis, in tract. de Cardinalibus. q. 42. Anastasius Germon. in lib. 3. de sacror. immunit. C. 6. n. 51. qui communem test. Navarr. in man. confess. cap. 25. n. 18. qui dicit hoc usu receptum, non autem jure aliquo sancitum.

Idem scribunt Petrus Gregor. Tolos. in lib. 33. *Synagm. iuris. cap. 21. n. 12. in fine.* Riminal. jun. in l. Imperium. n. 38. ff. de iuris. om. Iud. & Decian. in tract. crim. lib. 5. cap. 20. n. 31.

Certe, um, etsi recepta magis est hæc Doctorum traditio, attamen verè nullo jure probari sentiunt per se commemorati omnes, qui in solo usu, & consuetud. jaciunt fundamentum, quæ, an ità se habeat, affirmare non possum, cum nec viderim, nec audierim unquam sic observari. Quod si ità se habet, tam certè non improbo. Si enim apud Romanos usu receptum fuit (sic scribunt Platarchus, in vita Numa Pompilii, & Gell. in lib. 10. noct. Artic. cap. 15. & ad rem nostram Tiraquell. & Decian. ac post eos Germon. *præcitate in locis*) quòd si aliquis ad verberandum traheretur, & supplex ad flammam procumberet, eo die verberari piaculum esset, vel si ad capitale supplicium aliquis duceretur, & fortè fortuna transivisset Vestalis, is necari non possit, quare, & nos asserere non possumus usum, & consuetudinem hanc esse probandam, & retinendam? Non obest hunc casum repugnare juri communi, ut dicebat Bald. in l. A Divo. ff. de re indic. & cum eo nonnulli alii, quos statim commemorabimus, quia negari hoc facillè potest, & cum nullà lege scriptam legatur confugientes ad Cardinales non gaudere immunitate. Est enim verius hoc esse præter legem, ex quo, nec lege Pontificià, nec Cæsareà legitur concessum hoc privilegium Cardinalibus. Et rursus etiam si

admittimus lege prohiberi confugientes ad Cardinales esse immunes, non tamen negare possumus quin usus, & consuetudo abroget legem ipsam scriptam, sicuti manifestum est.

Nec ad rem pertinet, quod scribunt alii, hunc usum, & consuetudinem præbere delinquendi causam, & materiam, contra l. convenire ff. de pactis dotal. Nam si argumentari sic liceret, dice dum pariter esset admitti non debere immunitatem Ecclesiarum, quæ, cum in quibuscumque Civitatibus, & oppidis fiat frequentes, facillè delinquentes ad eas possunt confugere. Præterea sententia illa l. convenire ff. de pact. dotal. intelligitur, quando actus est ordinatus ad hoc, ut quis delinquat, atque ità quando directè ad delinquendum tendit; secus verum non est, si aliter sit ordinatus, & per indirectum occasionem delinquendi, ut nostro in casu, præbet, sicuti declarant Jason in l. nemo potest. in secunda lectione. n. 42. & ibid. Ripa, n. 56. de leg. & idem Ripa, in ex l. factio. §. si quis rogatus. il. 1. n. 50. ff. ad Trebell. Ruinus, in cons. 98. n. 21. lib. 2. & Decius, in cap. presentia. n. 47. in fine de probat. & in cons. 272. in fine. Præterea alia nonnulla, quæ ad rem hanc scribit Albanus, in d. q. 42. Cessante hoc usu, & consuetudine crediderim jure ipso cõmuni, tam Pontificio, quam Cæsareo veriore esse contrariam opinionem, quam probarunt Barba. in tract. de present. Cardinal. in prima parte q. 9. Ant. Corset. in sing. in verbo Cardin. Afflæus, in cap. 1. in princ. n. 8. de pace iura. firma. Zafius, in l. acta. ff. de re iud. & Petrus Placa, in Epitome delictorum cap. 34. n. 2. & 3.

Præterea observandum est hunc usum, & consuetudinem intelligi, quando casu, & non datà operâ Cardinalis sit obviam delinquenti, sicuti scribunt ex prædictis Decianus, & Germon. *præcitate in locis*, qui pariter intelligunt, & rectè, hanc consuetudinem non comprehendere hæreticum, falsarium, homicidam per insidias, & industriam, & in summa illos omnes, qui Ecclesiæ immunitate non gaudent, de quibus differemus infra cap. 8.

Castra, & signa militaria gaudebant immunitate si milites, qui, alio pro delicto, quam militari, ad ea confugiebant, ne scilicet in eis prehendi possent, Auctor est Cornel. Tacit. in lib. 1. *Annal.* his verbis. *Planco maxime, quem dignitas fuga impediatur, neque aliud periclitanti subsidium, quam Castra prima Religionis, illic signa, & Aquilam amplexus religione se tutabatur.* Hæc Tacitus. Idem significat Ammian. Marcel. in lib. 25. *ad finem*, dum scribit Lucianinum fraudum, & noxiorum conscium ad signa militaria refugisse. Hoc olim observari consuevisse, & ex nostris affirmant Petrus Gregor. Tolos. in lib. 33. *Synagm. iuris. cap. 21. n. 13.* Hodie idem observari testatur Decianus, in tract. crim. lib. 6. cap. 29. n. 12.

Forum, in quo agunt Advocati, eis præstat immunitatem, ne in eo præhendantur, ut scribit Decianus in d. cap. 29. n. 11. cum, (inquit ille) liceat argumentari à milite ad Advocatum, qui in foro militare quodammodo dicitur. l. *Advocati. C. de Adv. divers. Iud.*

Scholæ, & Auditoria publica immunitatem habere, ne scholares in illis præhendantur scribunt Rebuff. in tract. de privileg. scholar. privileg. 102. Herat. Luc. in simili tract. de privileg. scholar. cap. 51. Jul. Clar. in pract. crim. §. finali. q. 30. col. ult. vers. in hoc autem proposito, Decianus, in d. 39. n. 11. qui, n. 14. idem esse dixit de Doctoribus interpretibus in ipsis scholis. Et scio observatum aliquando fuisse, quod equidem, vel eò magis fit, ne scholarium tumultu scandalum aliquod exoriat, quam quòd jure sic sancitum legatur. Idem de scholarium Collegiis tradit Horatius Lucius, *præcitate in loco*, quòd etiam

Lex, vel canon aliquid ita non statuit, suam tamen manu, & (quod ajunt) de facto, observari faciunt ipsi scholastici, quorum insolentia, nostram hanc aetate, praesertim in eo legis, mediocris non est.

CAPUT III.

Jus Pontificium, non Casareum esse spectandum in definiendis controversiis confugientium ad Ecclesiam.

Cum jus Pontificium à Casareo in multis, quoad hanc Ecclesiae immunitatem diffideat, dubitari sepe contingit, quae lex magis observari debeat; & quidem recepta est omnium sententia standum esse potius juri Pontificio, quam Casareo. Ita gloss. in cap. sicut antiquitus 12. q. 4. & in cap. inter alia, de immun. Eccles. Oldradus, in cons. 154. n. 1. Abbas, in dicto cap. inter alia. n. 24. Imola, in Clem. 1. in fine. de poenit. & remiss. Cardinalis Zabarella, ibidem Joan. Faber, in §. sed hoc tempore. instit. de his, qui sunt sui, vel alien. iuris. Alex. in cons. 145. n. 4. & n. 10. lib. 7. Boërius, in q. 109. n. 3. Chassau. in commentar. ad consuetud. Burgundia. rub. 1. §. 5. ver. Archidiacon. n. 111. Petrus Belluga, in speculo Principum. rub. 11. §. sed quia n. 12. Didac. in lib. 2. variarum resolutionum. cap. 20. n. 30. Decian. in tract. crim. lib. 6. cap. 25. n. 7. & in cons. 80. n. 28. lib. 3. Humada, in commentar. ad leg. Hispan. in l. 2. tit. 11. part. 1. prima. in glos. 2. col. 2. Germon. in lib. 3. de sacrorum immunit. cap. 16. n. 21. Joan. Gutierrez, in lib. 3. pract. quast. cap. 5. n. 8. Petrus Binsfeld. in commentar. de iniur. & damno dato. cap. 7. q. 2. conclus. 1. ver. quartum in examine.

Primò eà ratione & argumento usi sunt praedicti interpretes quòd cum Imperatores concesserint hoc privilegium, seu beneficium Ecclesiae, ut ad eam confugientes extrahi inde nequeant, sine licentia Praelati, ut eo in tit. C. de iis, qui ad Eccles. confug. privilegium, vel verius beneficium hoc jure non potuerunt alii Imperatores successores, ut Justinianus, in §. neque auben. in autem. de manda. Principum, revocare, constituendo contrarium, Nam decet beneficium esse perpetuò mansurum. cap. decet. de Reg. iuris in 6. & Principem non posse sine causa revocare à se concessum privilegium, vel beneficium scribunt.

Verùm argumentatio hæc non satis solida est, cum (inquit Alciatus, in tract. de presumptionibus. Reg. 3. presumpt. 33. n. 5. ver. & ista ratio.) verius sit Justinianum potuisse revocare hoc privilegium, seu beneficium concessum, non propter Clericos, sed simpliciter propter reverentiam quandam concessum, prohibendo suis subditis, ne aliquem ab Ecclesia extrahant, quam Prohibitionem (inquit Alciatus) potuit quodcumque revocare l. privileg. C. de sacros. Eccles. & tradunt Jason, in l. non amplius. §. 1. de leg. 1. & Principem posse pro sui libito, & sine causa revocare privilegium à se concessum affirmant permulsi longà serie congesti, ab Antonio, Gabriele, in lib. 3. conclus. tit. de iure quasto non tollendo. conclus. 7. n. 16. & à Ludovico Molina, in lib. 4. de Hispanor. primogen. cap. 3. n. 20. qui communem Doctorum sententiam esse testatur.

Secundò Alciatus, in d. presumpt. 83. n. 5. ver. unde pro ista & c. sic arguit, quòd cum iste delinquens sit in Ecclesia, dicitur esse extra Territorium Judicis civilis, qui si petat remissionem sibi fieri per Praelatum Eccl. ipse Praelatus non remittet, nisi servatà lege sua, nec habebit Praelatus rationem promittere secundum formam dicti cap. inter alia. de immun. Eccl.

Cæterùm ipsemet Alciatus, eodem in loco, respondet, quòd Secularis non tenebitur observare dictam promissionem, secundum gloss. Jacob. de Ravenna, & Jacob Belvis. in d. §. neque auben. in auth. de manda. Princip. & talis dicitur (inquit Alciatus) bonus dolus jure permissus. l. 1. ff. de dolo, & scribunt Decius, & reliqui, in l. ea est natura cavillationis, de reg. iuris. Et facit ratio, subiungit Alciatus, quia quis puniri debet secundum legem Judicis, ad quem fit remissio, nec debet Judex remittens quoad decisoria diminuere de jure alterius, cum sit merus exequutor, ut per Cynum, in auth. qua in Provincia q. 4. C. ubi de crim. agi oport. Et quod habetur in l. si cui. §. ult. ff. de accus.

Hæc Alciati consideratio, & responsio mihi non probatur, cum verius sit Iudicem Seculare teneri observare promissionem factam secundum formam dicti cap. inter alia, sicuti demonstrabimus infra in cap. 22. Nec ad rem pertinet, quòd subiunxit Alciatus refugam puniri secundum legem Judicis, ad quem fit remissio, cum hic non agatur de qualitate poenæ, sed an gaudere hic debeat Ecclesiae immunitate, vel non, secundum legem Pontificiam, vel Casaream. Et hinc etiam intelligimus, (ut aliter argumento satisfaciam) nihil ad rem facere, quòd Praelatus Eccl. non remittat ipsum refugam, nisi Judex Secularis promittat judicare secundum formam dicti cap. inter alia. Non enim in casu nostro agitur de modo remittendi ipsum refugam, sed an is gaudere debeat immunitate sibi à lege Pontificia concessa, cum contrarium sancitum sit lege Casareâ. Et in hac legum repugnantia dicimus legem ipsam Pontificiam servandam esse.

Tertiò itaque & rectius una cum praedictis nostris interpretibus, dicimus observandum hic esse potius jus Pontificium cum res pertineat, ad ea, quae sunt ad honorem, & reverentiam exhibendam locis sacris, ut supra in primo capite demonstravimus, & propterea eorum leges hac in re Secularibus praefere, & rendere sunt.

Cæterùm à praedicta recepta opinione diffinit Alciatus, in tract. de presumpt. reg. 3. presumpt. 33. n. 4. ver. qui ejusdem opinionis refert Salicetum, in aut. si quis ei in fine C. ad leg. Jul. de adulter. Angel. Aret. in tract. malefic. in verbo forma publica. n. 59. in quarta quast. Didacus, in loco supra alleg. duos alios addit nempè pract. Papiens. in forma inquisit. n. 31. & modern. Parisiens. in additionibus ad Alex. in dicto cons. 145. lib. 7. sed verè meis in codicibus, nihil de re hac, scribunt Salicet. pract. Papiens. & Modern. Parisiens. verbum unum tantum, facit Angelus Aretinus, qui dicit in Terris Ecclesiae servari jus Canonicum, sentiens aliis in locis subditis Principibus Sec. servandum esse jus civile. Solut itaque Alciatus manifestè scribit, quòd illis in casibus, in quibus circa Ecclesiae immunitatem differt jus civile à Canonico, observari debet jus ipsum canonicum in Terris Ecclesiae, jus verò civile in locis subditis Principi Seculari. Et ratione primà movetur Alciatus, quòd etsi aliquis, delinquit in Ecclesia, attamen Judex Secularis eum puniet secundum leges suas. l. si quis in hoc genus Cide. Episco. & Cler. Bart. in l. si cui. §. ult. ff. de accus. & probat cap. ult. de immunit. ubi. Abbas, & dicemus infra suo loco.

Verùm ratio hæc (ni fallor) nil ad rem nostram pertinet, nam praesupponit Alciatus delinquentem in Ecclesia puniri tam jure civili, quam canonico, atque ita utramque legem ad unum, eundemque finem tendere, & convenire, ut scilicet is delinquens puniatur. Diversum est in casu nostro, in quo praesupponimus legem Pontificiam repugnare legi Casareæ in hujus immunitatis concess. Exemplum, de quo loquuntur

loquuntur Salicetus, & Angelus Aretinus, in locis supra commemoratis, lex Cæsarea non tribuit Ecclesie immunitatem adultero ad eam refugienti, sicuti statuit Iustinianus, in §. neque autem. in auth. de mandatis. Princip. lex verò Pontificia concedit. cap. inter alia. de immun. Eccles. secundum communem interpretationem, ut dicemus, infra cap. 7. Hæc leges, cum sint contrariæ, & repugnantes simul stare non possunt. *l. ubi repugnantis. de reg. iuris.* unâ ergò tantum observari potest; Et hæc quidem erit Pontificia, ad quam pertinet tueri (ut jam diximus) dignitatem, & honorem Ecclesie. Eodem modo diluitur illa confirmatio, & consideratio, quam subiungit Alciatus, dum inquit, quod cum delinquens obligetur naturaliter ex consensu, per quem videtur consentire pœnæ infligendæ per legem civilem, ut per Bald. & docto. in *l. ex hoc. iure ff. de iustitia, & iure, & proprietate* talis lex (inquit Alciatus) debet attendi tanquam persona sit illi affecta, & simili ratione (subiungit Alciatus) utitur Oldrad. in *conf. 54.* Hæc sanè consideratio diluitur, ut præcedens, cum & hæc præsupponatur utramque legem Cæsaream scilicet, & Pontificiam tendere ad eundem finem, hoc est, ad puniendum delinquentem, quod nostræ disputationi non convenit. Quod verò scriptum reliquit Alciatus præcitato in loco, opinionem hanc usu, & consuetudine receptam esse, negat Decianus, qui testatur, se multis in Civitatibus Reipub. Venetæ Assessoris munere functum esse, & nunquam vidisse ita observari. Subiungit tamen Decianus, in dicto cap. 25. n. 7. *ver. concludendo ergo &c.* Quod si de juris Pontificii interpretatione dubitari contingat, sequendum esse illam, quæ juri Cæsareo convenit.

CAPUT IV.

Favorabilis, vel odiosa an sit hæc immunitas, ita ut extendi, vel restringi debeat.

NON satis explicatum video, an favorabilis, vel odiosa sit hæc immunitas, ut scire hinc valeamus, an extendi, vel restringi debeat. Dicam ego paucis, quod sentio, conciliando Doctorum opiniones, quæ repugnantes alioqui videntur, Prius tamen hoc præmissis, quod aliquando una, vel concessio, vel dispositio, diversis respectibus, modò favorabilis, modò odiosa judicari solet, & debet sicuti scripti in *commentar. de recuperenda possess. remedio primo n. 36.* Hoc sic præmissis distinguo, atque constituo tres casus.

Primus est, quando agitur de Ecclesia, cui concessa est immunitas, atque ita de loco ipso ad quem delinquens confugit. Hæc in casu, dicimus immunitatem esse favorabilem, cum verè favore religionis concessio facta sit. Ità de loco verba faciens docuit Abbas, in cap. Ecclesia. n. 9. in fine de immun. Eccles. Idem uno verbo sentit Imola, in *Clem. 1. n. 11. vers. ratio quia. de poenitent. & remiss.* & manifestè Guilielmus Mayner. in *l. nemo de domo. n. 23. in fine. ff. de reg. iuris.* Card. Alba. in *tract. de Cardinal. q. 42. col. 2.* & Anastasius Germon. in *lib. 3. de sacrorum immunis. cap. 6. n. 48.* Illa enim lex, & dispositio dicitur favorabilis, quando principaliter continet

commodum, & favorem ejus cujus causâ edita, & facta fuit, etsi in consequentiam incommodum, & detrimentum alteri affert, sicuti egregiè tradit Bartolus, in *l. qui exceptionem. ff. de cond. indeb.* quem sequuti sunt multi à me congesti, & probati, in *dicto remedio primo. n. 28.* ubi similibus comprobavi. His intelligimus rectè sensisse Bonifacium Vitalinum, in *Clem. 1. n. 34. & 38. de poenit. & remiss.* Decian. in *tract. crim. lib. 6. cap. 25. n. 14. vers. neque etiam obstat,* qui scriptum reliquerunt, immunitatem hanc Ecclesie concessam, esse odiosam, & ob id non admittente extensionem. Eâ ratione moti sunt, quòd, cum concessio hæc facta sit contra jus commune, sic quæ sit juris communis correctoria, odiosa dicitur, cum omnis recessus à jure communi sit odiosus, ut scribunt per multi, quos commemoravi, in *dicto remedio primo. n. 24.* quæ sanè ratio nullo modo recipienda est, cum clarum sit, non modò lege Cæsareâ, ut in eo tit. *q. de his, qui ad Eccles. confug.* sed & jure ipso divino antiquo concessam fuisse immunitatem hanc Eccl. & propterea lex Pontificia non abrogavit legem Cæsaream nec Divinam, sed illas confirmavit & declaravit.

Secundus est casus, quando agitur de personis ad Ecclesiam confugientibus, quibus concessa est Ecclesie immunitas, ut illis, qui casu vulperant, vel occiderunt aliquem, de quibus differemus infra cap. 7. Hoc etiam casu immunitas hæc dici debet favorabilis, utpote concessa favore eorum, qui non per insidias, & industriam, sed casu, & infortunata voluntate deliquerunt, eorum enim fragilitati lex consulere voluit. Ità dicimus favorabilem esse dispositionem factam principaliter ad alicujus favorem, etsi in consequentiam alterius dampnum contineat, ut diximus supra ex sententia Bart. in *l. qui exceptionem. ff. de cond. indeb.*

Nec repugnat, quòd ob id dici debeat odiosa, quia præstat causam delinquendi, & delicta manent impunita, id quod repugnat favori publico. *l. ita vulperatus. in fine. ff. ad leg. Aquil. & multis comprobavi, in dicto remedio primo n. 29.* Nam respondetur ex sententia Cardinalis Albani, in *d. q. 42. col. 2.* non esse mirum, quòd aliquo in casu delictum maneat impunitum, sic lege permittente, ut in *l. Gracchus. C. ad l. Jul. de adulter. & si al. ter dicere.* mus, sequeretur, quòd nec Princeps posset vel deberet absolvere delinquentem à pœna ob delictum sibi indicenda. Et propterea hoc in casu culpa, & delictum non fuit ordinatum ad casum hunc confugiendi scilicet ad Ecclesiam, ob id constat dispositio dici *l. convenire;* sicuti declaravimus supra cap. 2. ubi de confugientibus ad Cardinalem differimus.

Tertius est casus, quando agitur de personis ad Ecclesiam confugientibus, quibus concessa non est hæc immunitas, de quibus differemus infra cap. 8. sicuti sunt publici latrones, agrorum depopulatores nocturni, & similes. Hoc sanè casu dispositio hæc dicitur odiosa, ut potè odio illorù principaliter constituta, & propterea non admittitur extensio ab illis ad alios. Ità Decian. in *tract. crim. lib. 6. cap. 29. n. 1.* qui Didac. & Jul. Clar. refert, etsi vix illi hoc sentiant, Germon. in *d. lib. 3. de sacrorum immunis. cap. 26. n. 67.* Et idem tradunt alii nonnulli, quos infra cap. 6. qui contendunt non admitti extensionem illorum quatuor casuum exceptorum in dictis cap. inter alia. & cap. ult. de immunis. Eccles. cap. 1. de homicid.

CAPUT V.

Ecclesia nomine qui locus continetur, ut ad eum confugiens tutus sit, ac si in ipsammet Ecclesiam confugisset.

Explicavimus supra confugientes ad Ecclesiam: jus immunitate ita frui, ut inviti non valeant inde extrahi, nunc differendum est, qui locus Ecclesie nomine veniat, & contineatur, & quidem dicimus multos contineri, ut ea eo ordine exponam.

I. Ecclesia nondum consecrata Ecclesie nomine continetur, si tamen cultui, & ministerio Divino dicata est, in qua Divina celebrantur officia, sic sane statuit Gregor. V. in cap. pen. de immun. Eccles. cujus verba hæc sunt. *Ecclesia, in qua Divina Ministeria celebrantur, licet ad huc non extiterit consecrata, nullo iure privilegium immunitatis admittitur, quia obsequiis divinis dedicata, nullius est temerariis ausibus profananda.* Hæc Gregorius.

Cæterum magna est inter Doctores controversia, quid dicendum sit de Eccl. non consecrata, in qua Divina officia celebrata non sunt, si modò Epif. auctoritate constructa est. Hac in re res sunt interpretum opiniones; prima est eorum, qui scripserunt hanc quoque Ecclesiam gaudere immunitate. Ità Innoc. in cap. inter alia. de immun. Eccles. Hostiens. in d. cap. pen. Jo: Andr. ibid. Card. Zabac. eodem in loco. Butr. n. 6. Henric. Boic. ibid. Abbas, eodem in loco, Imola in Clem. 1. n. 8. de peniten. & remiss. Bonifac. Vital. ibidem n. 73. sic etiam intelligo Cæpol. in l. apud Labcon. in princ. n. 20. ff. de edil. edic. idem scribunt Marian. Socin. Sen. in tract. de citationibus. art. 17. n. 44. Sylvester Pier. in summa. in verbo immunitas. 1. n. 1. Turrecrem. in cap. si quis. in art. n. 3. q. 4. Remig. Gon. in tract. de immun. Eccles. in prima ampl. Joan. Lupus, in rab. extra de donat. inter vir. & uxor. §. 38. n. 7. vers. video etiam, Petrus Rebuff. in commentar. ad Const. Gallia. Tomo 2. tract. de immunit. Eccles. glo. 1. n. 10. Guielm. Mayner. in l. nemo de domo. n. 21. ff. de reg. iuris Jul. Clar. in pract. Crim. §. finali. q. 30. col. 2. vers. quero si constructa sit Ecclesia &c. Didac. Covar. in lib. 2. variar. resolut. cap. 20. n. 4. Anastasius Germon. in lib. 3. de sacror. immunit. cap. 16. n. 23.

Secunda est opinio præcedenti contraria, imò Ecclesiam non consecratam, in qua nondum cæpta sunt celebrari officia Divina gaudere non posse hac immunitate. Ità sane Decian. in tract. crim. lib. 6. cap. 24. n. 24. conciliandos tamen &c. & cap. 25. n. 8.

Tertia est opinio, observandam esse loci consuetudinam, si illa extat, sic sane Abbas, in d. cap. pen. de immun. Eccles. Jo. Fabri, in l. 1. C. de his qui ad Ecc. confug. Guielm. Mayner. in dicta l. nemo de domo. n. 23. de reg. iuris. Didac. in d. cap. 20. n. 4. Jul. Clar. in pract. crim. §. final. q. 30. col. 3. vers. quero, si constructa. Germon. in dicto cap. 16. n. 25. qui tres postremi egregiè monent præcavendum esse, ne hisce temporibus canones ipsos extendamus, cum oporteat reprimere eorum audaciam, qui freti Ecclesie immunitate delicta committant, & laudant Prælatos illos, qui hanc immunitatem solum admittunt, & ruentur adversus Judices Seculares in his Ecclesiis, quæ sanctiss. Ecclesiam ad publicam venerationem, & adorationem continuò habent.

Ecclesia etiam destructa, sine Episcopi licentia, vel etiam ejus auctoritate, sub spectamen refectionis,

gaudet hac immunitate. Ità Remig. in tract. de imm. Eccles. amplia. 20. Jul. Clar. in pract. crim. §. fin. q. 30. col. 3. vers. maius est dubium. & Decian. in pract. crim. lib. 6. cap. 24. n. 27. & cap. 25. n. 22.

Ità quoque Ecclesia interdicta hac immunitate gaudet. Ità Buttic. in cap. pen. n. 4. de immunit. Eccles. Mayner. in l. nemo. n. 22. de reg. iuris. Vitalin. in Clem. 1. n. 28. de penit. & remiss. post Gulielm. quem refert, & idem affirmant ibidem Imola Clavas. in summa in verbo immunitas n. 27. Jul. Clar. in pract. crim. §. finali. q. 30. col. 2. vers. idem etiam descendum est, et si Decian. in tract. crim. lib. 6. cap. 25. distinguit, & declarat.

Hospitale Ecclesie nomine venit, si auctoritate Episcopi erectum est, & ei hæc immunitas competit. Ità in specie scribunt Archidiac. in cap. de finiv. 17. q. 4. Bald. in l. si quis ad declinandum. §. in omnibus. n. 21. & in l. omnes. §. præterea nullus. C. de Episcop. & clericis. Castren. in conf. 458. viso casu. n. 4. lib. 2. Abbas, in cap. pen. n. 6. de immunit. Eccles. Cæpol. in l. apud Labcon. in princ. n. 28. ff. de edil. edic. Socin. Sen. in l. plerique q. 19. de in ius voca. & ibid. Iason. col. 3. Felin. in cap. de quarta. col. 3. vers. octavo fugiens de præscript. Remig. de immunit. Eccles. amplia. 17. Vitalin. in Clem. 1. n. 81. de penit. & remiss. Guic. l. in l. nemo de domo. n. 21. ff. de reg. iuris. Roderic. Suarez, in commentar. ad leges Hispania. in tit. de los govieros. l. 2. q. 5. Didac. in lib. 2. variar. resolut. cap. 20. n. 4. vers. tertio constat. Decianus, in tract. crim. lib. 6. cap. 24. n. 32. & cap. 25. n. 10. Germ. in l. 3. de sacror. immunit. cap. 16. n. 27. confert egregia constitutio Imperatoris Leonis, & Authemii, in l. omnia C. de sacros. Eccles. qua statuerunt privilegia omnia Ecclesiis concessa, & Hospitalibus competere, & egregiè responderunt Decius, in conf. 488. n. 4. in conf. 504. n. 1. Cravett. in conf. 204. n. 22. qui & multis comprobatur, in commentar. de recuperanda possess. remed. 15. n. 22. cum verò Hospitale erectum fuit sine Episcopi auctoritate, hac immunitate frui minimè poterit, ut in specie tradunt penè omnes supra commemorati inter alios Remig. in dicta amplia. 17. Decianus, in dict. cap. 25. n. 18. ver. & non sine ratione &c. Nam hoc Hospitale (inquit Decianus) dicitur privatum, quod ad nutum, & voluntatem ejus qui ædificare illud fecit, destrui potest, nec Episcopus, imò, nec Papa de eo disponere potest Clem. per litteras. de præben. ubi Doctores, & glo. in Clem. quia contingit de relig. Dom. Hoc enim Hospitale dicitur non firmatum, et si de facto in eo fervetur hospitalitas, sicuti scribunt Bald. in auth. hoc in porro dicitur. col. 2. C. de sacrosanct. Eccles. in l. orphanotrophos, & in l. si quis ad declinandum n. 9. vers. sed iuxta hoc quero C. de Episcop. & Cler. Castren. in conf. 167. præsupposita pro vera n. 1. lib. 2. Anchar. in conf. 39. n. 2. in conf. 119. latè Roman. in conf. 477. n. 5. Alex. in conf. 120. n. 3. lib. 1. & in conf. 9. n. 1. lib. 2. Guid. Pap. q. 187. Iason, in conf. 218. n. 4. lib. 1. & Curt. Iun. in conf. 20. n. 1. 2. & 3.

Oratorium Episcopi auctoritate constructum, in quo extat altare lapideum consecratum, & in quo aliquando Divina celebrantur, nomine Ecclesie continetur. Nam oratorium hoc appellatur potius Ecclesia, quam oratorium, ut tradunt Archidiac. in cap. nemo. de consecrat. distincta. 1. Cald. in conf. 4. tit. de religio. dom. Abbas, in cap. sopita. n. 3. de conf. Ioan. de Selva, in tract. de benefic. in prima parte q. 6. n. 26. Et in specie hæc oratoria frui hac immunitate ut ad ea confugientes extrahi non possint inviti scribunt Goffredus, in summa. in tit. de immunit. Eccles. §. sed nunquid oratoria. Remig. in tract. de immunit. Eccles. in secunda amplia. num. 18. Germon. in lib. 3. de sacror. immunitate cap. 16. n. 29.

n. 29. Decian. in cap. 25. n. 19. *ver. sub conclusioe &c.* Et idem ego ipse scripsi, in *commentar. de presump. lib. 6. presump. 39. n. 12.* Cum enim hæc Oratoria dicantur effecta religiosa, & publica, destrui non possunt sine auctoritate Episcopi. Cum verò oratoria sunt privata, hoc est, sine auctoritate Episcopi constructa, & non habent altaria lapidea consecrata, non fruuntur hac immunitate, quemadmodum de his tradunt multi à me congesti, in *dila presump. 39. n. 9.* quò loci scripti n. 11. Oratoria illa, quæ passim habentur in viis publicis non obtinere nomen Ecclesie, & ob id hac immunitate non frui. Non hic repeto alia multa, quæ de his Oratoriis illo in loco adnotavi, & accedit Bonifacius Vitalinus, in *Glem. l. n. 74. de poenit. & remiss.*

Teriq; spacium, quod est circum circa Ecclesiam matricem per quadraginta passus venit Ecclesie nomine, ut ejus gaudeat immunitate, *cap. sicut antiquitas. 17. q. 4. & triginta circa alias. cap. diffiniuit, & cap. quisquis. eadem causa, & q. ut scilicet, & ei competat hæc immunitas, ut affirmant Oldrad. in conf. 55. n. 2. Abbas, in dicto cap. pen. n. 7. de immunis. Eccl. & ibidem Henric. Boic. n. 7. Sylvester Pierius, in summa. in verbo immunitas. 3. Petrus Belluga, in speculo Principum. §. sed quia. n. 1. Petrus Robuff. in commentar. ad consil. Gallia. tom. 2. tract. de immunis. Eccles. glo. 1. n. 8. Didac. in lib. 2. variar. resolut. cap. 20. n. 5. Remig. in tract. de immun. Eccles. glo. 1. n. 8. Didac. in lib. 1. variar. resolut. cap. 20. n. 5. Remig. in tract. de immun. Eccl. in 6. ampliat. Jul. Clar. in pract. crim. §. finali. q. 30. col. 2. *vers. hinc est qui refert Igneum, & Frabrum afferentes hodie hoc non servari, apud nos verò servari, & non servari tradit etiam Navarrus, in Manual. Confessorum. cap. 25. n. 18. Dec. in d. cap. 25. n. 9. & Germon. in d. cap. 16. n. 38. vers. non solum &c.* qui post Hostiens. Archid. & Turrecrem. scribit Ecclesiam matricem, seu majorem dici illam, in qua admistrantur sacramenta, præsertim Baptismus, & ita dicitur ad differentiam Sacellarum, seu Capellarum, undè (subiungit Germon.) jam olim constitutum fuit in Concilio Tolet. relato in capitulo plures. 16. q. 1. ne plures essent baptismales in una terminatione, sed una tantummodo cum suis Capellis, & hæc viginti passuum in circuitu immunitatem haberent, illa verò quadraginta, quæ quidem conditio illo Canone non probatur, prædictas in Civitate constructas, non habere hunc teriq; ambitum immunem quemadmodum scribunt Oldradus. in consilio 55. Archid. in cap. 20. quisquis. 17. q. 4. Alex. in conf. 145. n. 12. lib. 7. Belluga, in d. §. sed quia. n. 1. Igneus, in l. 1. in princ. n. 38. ff. ad S. C. Syllap. Didac. in d. cap. 20. n. 5. Bossi. in tract. caus. 1. Tit. de captura. n. 30. in fine, qui testatur Senatorem sic judicasse. Germon. in d. cap. 20. 16. n. 40. & Decian. in d. cap. 25. n. 9. qui sed prius Belluga, ubi supra ait. in decretalibus nullum haberi verbum de his passibus, sed de Ecclesia ipsa & Cœmeterio, quasi quod ii passus dentur extra urbem pro Cœmeterio, & idè inter Eccles. extra Civitatem positam, de qua loqui intelligo dictum cap. diffiniuit, & Ecc. sitam in Civitate de qua loquitur cap. id constituimus, immèdiatè sequens, dum de Eccl. & domo Episcopi statuit, & constituitur differentia in duobus illis constitutionibus. Quod verò tradit Decian. præcitato in loco, hos passus incipere à Candelabro posito in medio Ecclesie, non probatur auctoritate Oldradi, in d. conf. 55. à d. Deciano allegata, cum Oldrad. allegando scholasticum (Aurhoris cujusdam nomen est) in opere inscripto Candelabrū, solūm dixerit hos passus computari ad Cœmeterium, intellexit Oldradus connumerari ab Ecclesie januis*

versus Cœmeterium, sicuti statuit, & Constituit Toletanum, in d. cap. diffiniuit, esse incipiendum ab ipsis Januis. Illud etiam hac in re est observandum, hos triginta, vel quadraginta passus comprehendere domos, & hortos ipsius Ecclesie, sicuti post Archid. & Alex. statuit Decianus in d. cap. 24. n. 30. in fine, quod verò scribit Germon. in d. cap. 16. n. 40. *vers. qualis qualis. §. ex sent. Ioan. Bichii, & Remigii,* confugientem ad Ecclesiam, si postea egressus fuerit intra spacium triginta, vel quadraginta passuum gaudere hoc immunitatis beneficio, usu receptum nunquam vidi, nec jure, vel ratione probatur. Passus autem cujus sint mensuræ explicat glo. in l. 3. ff. de verb. signif. & alii multi commemorati à Didaco, Deciano, & Germon. præcit. in locis; quibus accedunt Czpolla, in d. l. 3. n. 23. & Joan. Breth. in l. mille passus. eo tit. ff. de verb. signif. qui multa egregia, & ad rem scribunt.

Cœmeterium sive annexum, sive separatum ab Ecclesia fit, ejus nomine continetur, ut hæc gaudeat immunitate. Esse posse separatum probat *cap. unicum. de reliq. & vener. sanct. in 6. & in cap. si Civitas. de sent. excomm. in 6. & tradunt Innoc. & Zabarella in cap. pen. de sepul. & alios refert Remig. in d. tract. de immun. Eccles. ampliat. 4. n. 6. Decia. & alii, quos statim referam. Quando Cœmeterium est Ecclesie annexum sine controversia fruitur hac immunitate, ut in specie scribunt Alber. in l. in tantum. §. Religiosum ff. de rerum divis. Hostiens. in cap. ult. de imm. Eccles. Abbas, in cap. cum Eccles. n. 4. eo. tit. Archid. & Jo. Andr. in addit. ad specul. tit. de imm. Eccles. n. 11. Zabarella, in cap. ceterificati. q. 2. de sepul. Alex. in conf. 145. n. 12. & 13. lib. 2. Falcon, in l. pluriq. n. 16. ff. de in ius. voca. Felin. in cap. cum pro causa n. 5. de senten. excomm. Turrec. in cap. si quis in agro. 17. q. 4. Br. in q. 110. n. 8. Remig. in tract. de immun. Eccles. ampl. 4. Havar. in manual. confess. cap. 25. n. 17. Decian. in tract. crim. l. 6. cap. 24. n. 28. & 30. & cap. 25. n. 10. & n. 11. & Gem. in lib. 3. de sacr. immun. cap. 16. n. 34. qui testatur communem hanc esse opinionem. Et hujus quidem traditionis duæ afferri solent rationes, altera, quod Cœmeterium Ecclesie annexum, tamquam quid accessorium, ejus naturam sequitur. *cap. accessor. de reg. jur. in 6.* quæ sanè ratio non satis mihi probatur, quia idem esset dicendum de domo aliqua Sec. coniuncta ipsi Ecclesie, quod admittendum non est; altera est ratio, quia Cœmeterium est locus Religiosus, & consecratus, sicuti statim dicemus. Idem dicendum est de Cœmeterio non annexo sed separato, & remoto ab Ecclesia ipsa, ut scilicet ad illud confugiens, hæc gaudeat immun. Ità sanè Germon. in d. cap. 16. n. 37. *vers. nec ulla consil.* Hujus sententia ea est ratio, quam & supra attigimus, quod Cœmeterium est locus religiosus, ex quo solet, & debet benedici ab Episcopo. *cap. nemo. de distinct. & tradunt glo. in Clem. de sepul. & ibid.* Imola sic, & Felin. in cap. 5. de iudic. qui alios refert, & propterea absolute, & habita ratione, quod sit Eccl. connexum, vel separatum; jure tributa sunt eadem privilegia Cœmeteriis, quæ, & ipsi Ecclesie; nam committens homicidium in Cœmeterio, non hæc gaudet immu. sicuti nec ea fruitur occidens in Eccl. *cap. ult. de immun. Eccles. ut tradunt Ioan. Monac. in cap. decet. eo. tit. in 6.* Itaque quoque in Cœmeterio agi, & tractari minime potest causa sanguinis, ut non potest in Eccl. *cap. cum in Eccles. eo. tit. ubi glo. Hostiens. & Abbas.* Sic etiam dicimus sacrilegium ita committi in Cœmeterio, ut & in Ecclesia *cap. quisquis 17. q. 4. & post alios scribit Decianus, in d. cap. 24. n. 28.**

de hinc permalei affirmant absolute immunitatem
Eccl. concessam, ceteri tribunt etiam Coemeterio.
Ita sane scribunt glo. in cap. confutisti. de consecrat.
Eccl. vel alia. Henric. Boic. in cap. pen. n. 3. de imm.
Eccl. Alberic. in dictionar. in verbo Coemeterium.
Turrectem. in cap. si quis in atrio. 17. q. 4. & Decia-
nus. in d. cap. 24. n. 24. His constat veram non esse
opinionem Joannis Bichi, in tract. de immunit. Eccl. f.
n. 12. dum dicit iure non probari, quod confugiens ad
Coemeterium gaudet immunitate Eccl. & Bi-
chum sequutus est Montab. in commentar. ad leg. His-
pan. in l. 4. tit. 2. in prima parte. Hanc sane opinionem
veram non esse ex predictis apparet; & eam in spe-
cie damnat Remig. in d. ampliat. 4. n. 9. imò, sunt
qui affirmant locis ultra Coemeterium per duos pas-
sus competere hanc immunitatem. Sic sane respon-
dit Angelus de Castro Pauli Fil. inter responsa ipsius
Castrensis. in conf. 458. viso casu. n. 2. lib. 2. qui dixit ita
communicato consilio cum Paulo. eius Patre se res-
pondere. Ea ratione usus est Angelus, quia idem di-
cimus de adherentibus finibus, quod de ipsis finibus.
cap. super eo. de Parochiis. & l. qua Religiosis ff. de rei
vindicta. & in specie glo. ex illo tex. in cap. si quis con-
tumax. 17. q. 4. & aliis comprobatur Hieronymus de
Monte, in tract. de finibus regum. cap. 79. & subiungit
Angelus ex sententia Germin. in d. cap. super eo. esse
in iudicis arbitrio positum, qui locus ratione confir-
mum & adherentis communis esse debeat, id quod
tradit, & Hieronymus de Monte, in cap. 79. in fine.
Par. de Puteo, quem refert. Et nemini dubium
adiungit Angelus, quod adherentia hæc duorum pas-
suum videri debet cuilibet iudici talis, de quo lo-
quuntur dicti cap. super eo, & si quis contumax.

Ceterum ab Angelo dissentit, & rectè Decian. in
d. cap. 24. n. 30. & cap. 25. n. 11. qui vel eâ ratione usus
est quod confinia posita sunt ad includendum, &
excludendum, quemadmodum triginta, vel quadra-
ginta passus, de quibus diximus supra includunt om-
nia quæ intra ipsos sunt posita. l. ade sacra §. intra ff.
de contrahen. empt. l. Patronus. §. de leg. 3. l. forma. ff.
de consensu. & l. si fines. C. de evict. & post alios scribunt
Decius, in conf. 246. n. 14. & Hieronymus de Monte,
in d. tract. de finibus regum. cap. 88. n. 11. Ità pariter ad
passus excludunt omnia, quæ ultra eos sunt, & acce-
dit quod inclusio (inquit Dec.) unius est exclusio
alterius. l. cum Prator. in princ. ff. de iudic. & cap.
nonne. de presumpt. sicuti ergo, quod est intra dictos
passus, & Coemeterium, est sacrum, & gaudet im-
munit. sic, & quæ sunt extra dicuntur profana. Et
si liceret ita argumentari, dicendum etiam esset è
contra, quod, ut idem Decian. scribit, duo passus
intra Coemeterium essent profani, ex quo, loco pro-
fano adherent, & propterea dicimus iure cautum
non reperiri, quod hæc immunitas extendatur per
duos passus ultra Coemeterium. Non ergo admitten-
da est extensio hæc.

Illud unum verò recipiendum esse existimo, quod
existens in Coemeterio, pendente pallio extra ipsum
Coemeterium, ità adhuc hæc sui immunit. ut per
pallium ipsum inde extrahi non possit, nec debeat
si, qui scribunt Jo. Andr. & Abbas, in cap. ubi. de im-
mun. Eccl. B. Id. in cap. iniuria. n. 12. de pace sur. &
firm. Jo. de Bichis, in tract. de immunit. Eccl. q. 4.
n. 61. 40. sed circa precedentia. Joan. Igneus, in l.
2. n. 57. ff. ad S. C. Syll. Didac. Covat. in l. varian. re-
silius. cap. 20. n. 18. vers. trigesimo tertio, & Decian. in
exim. l. 6. cap. 25. n. 22. qui subiungit, quod etiam si
quis non haberet totum corpus in Coemeterio, sed
vel pedem, vel manum tantum, adhuc esse tenetur
immun. ut in vitis inde extrahi non posset, que-
madmodum dicimus de tangente solâ manu lo-

cum sacrum, qui dicitur, utus, ut extrahi non
possit.

Ostium Eccl. continetur nomine Eccl. sic, ut
hac fruatur immunitate, ita Bart. in l. presentis. C. de
his qui ad Eccl. confug. Angel. Aretinus, in tract.
maleficiorum. in verbo, quod fama publica. q. 4. Floria-
nus, in l. quidam Hiberus. in fine ff. de servit. urban.
prud. Remig. in tract. de immunit. Eccl. ampl. 8. qui
multis comprobatur. Navar. in manuali conf. cap. 25.
n. 17. & Petrus Binsfeld. in commentar. de iniur. &
damno dato. cap. 7. q. 2. conclus. p. vers. hinc resolvitur.
quod probabili dubitatione carere existimo, cum
ostium sit pars domus, & Eccl. sic dicimus eum
qui sua in domo prehendi non potest, non posse in
ostio domus. Sic sane scribunt post alios Socin. &
& Jalon. in l. plerique ff. de in ius voca. ille, n. 44. ille,
n. 20. & omnes, in l. nemo de domo. ff. de reg. iuris, &
si Coemeterium quod ab Eccl. longe plus ostio
distat gaudet hac immun. ut diximus sup. quanto
magis ostium ipsum Eccl.

Scala Eccl. continentur pariter Eccl. sic nomine,
ut illæ gaudeant hac immun. ut scribunt Angel. Aret.
in tract. maleficiorum. in verbo, quod fama. q. 4. &
in verbo, scalis. n. 1. & Remig. pract. in loco. in am-
pliat. q. qui in fine declarat non habere locum quan-
do Eccl. non habet passus illos viginti, de quibus
diximus supra nec etiam habet Coemeterium, & sca-
la est extra Eccl.

Porticus Eccl. ac eadem gaudet immunit. sicuti
scribunt Card. Zabarell. in cap. inter alia q. 4. de im-
mun. Eccl. Abbas, in cap. pen. n. 10. eo. tit. Butic. in
cap. inter alia. de immunit. Eccl. Anchar. in conf. 160.
Afflic. in tract. de iure pragmat. col. 1. n. 15. & Remig.
in tract. de immunit. Eccl. amplia. 7. sed & hujus qui-
dem sententiæ ea est ratio, quod Porticus domui
conjuncta dicitur ejus quodammodo pars, & oddo id,
legata domo, censetur relicta & porticus l. contra §.
senat. de leg. 1. ubi Bart. & reliqui & hinc dicimus,
quod debitor, qui in domo prehendi non potest, non
etiam permissum est capi in porticu, ut tradunt post
alios Alex. in l. plerisque. n. 15. ff. de in ius voca. & ibid.
Jal. n. 19. & Socin. Senior. n. 47. quos commemo-
ravi, & probavi, in commentar. de adipiscenda possess.
remedio 3. n. 148. & aliis similibus comprobatur Re-
mig. in d. ampliat. 7. qui ad finem propè scribit,
quod si Porticus non coniungitur Eccl. vel Coe-
meterio, & solum est publicum, non gaudet hac
immun.

Claustrum Eccl. hac ipsa immun. gaudere scribunt
Rom. in conf. 227. Joan. de Bichis, in tract. de immu-
nit. Eccl. n. 13. & Remig. in simili tract. amplia. 12.
qui declarat differentiam inter Clastrum, & septum
de quo dicimus infra.

Dormitorium eadem gaudere immunitate tra-
duunt Alex. in conf. 145. col. ult. lib. 3. Remig. in d. tract.
de immunit. Eccl. amplia. 5. & Navar. in manuali con-
fess. cap. 25. n. 17. Quæ idem additio probabili caret
dubitatione, cum dormitoria contineantur intra
claustra Monasterii in parte superiori; & idè sicuti
monasterium gaudet immun. sic & dormitorium.

Atrium Eccl. sic, hæc eadem gaudet immunit. quæ
& ipsa Eccl. cap. si quis in atrio. 17. q. 4. & scribunt
ibidem Archid. & Turrectem. Rom. in conf. 227. n.
2. Marian. Socin. Sen. in cap. postulasti. col. 3. & col.
6. de foro compet. Remig. in tract. de immunit. Eccl. am-
plia. 10. & Decian. in pract. tract. crim. lib. 6. cap. 24.
n. 31. & cap. 25. n. 10. qui n. 17. idem dicit de ipsius
Eccl. janus, & porticu, ex sententia Butii, Anchar.
Barba. & Didac. quos refert.

Septa Eccl. vel Coemeterii eodem Eccl. nomine
continentur ut scilicet ad ea confugiens gaudere
debeat immun. Eccl. cap. metuentes, cap. frater,
cap.

cap. diffinit, & cap. quisquis. 17. q. 4. & scribunt Ioan. de Bichis, in tract. de immunit. Eccles. n. 13. Remig. in simili tract. ampliat. 11. Rebuff. in commentar. ad conslit. Gallie. tomo 2. tract. de immunit. Eccles. n. 9. & Decia. in d. cap. 25. n. 13. qui dixit septa esse loca omnia, quæ sepe, vel murò, vel tabulatò sunt circumdata, tanquam vallò quodam munita. l. 1. §. septa. ff. de rivis cap. 1. in fine. de censibus, & Clem. 1. §. præfata quoque de statu Mona. & cum re ipsa Eccl. vel Monasterii ambitus non diferat à septo, idem dicendum est, ut eadem gaudeant imm. ut in specie ambitus scribit Remi. præfatio in loco. ampliat. 13.

Palatium Episcopi eadem imm. Eccl. gaudere affirmant multi. Distinguo ego & considero tres casus, quorum primus est, quando Palatium est intra triginta, vel quadraginta passus ultra Eccl. Hoc sanè casu admittunt omnes gaudere hac imm. Ità sanè à fortiori scribunt glo. in cap. id constituimus. 17. q. 4. & alii, quos referam in tertio casu, dum dicam Palatium Episcopi ædificatum etiam ultra quadraginta passus frui hac immunit. Idem affirmant alii, qui prædictam glo. opinionem recipiunt, & casum huic carere difficultate, & dubitatione tradunt Decia. in tract. crim. lib. 6. cap. 25. n. 4. & Germon. in lib. 3. de sacror. immunit. cap. 16. n. 45.

Secundus est casus, quando Palatium Episcopi est ædificatum ultra triginta, vel quadraginta passus, sed tamen in eo extat capella, in qua celebrari solet. Hoc etiam casu, sinè controversia, gaudet immunit. cap. id constituimus 17. q. 4. Buttic. in cap. inter alios n. 9. de immunit. Eccl. quos sequuti sunt Barba. in cons. 33. col. 2. vers. restas videre. lib. 4. Turcrem. in d. cap. id constituimus 17. q. 4. Belluga, in speculo Princip. rub. 11. §. sed quia. n. 3. Remig. in tract. de immunit. Eccles. ampliat. 15. Iul. Clar. in pract. crim. §. finali. q. 30. col. 2. vers. scias etiam. Decianus, in d. cap. 25. n. 14. in fine. & Germon. in d. cap. 16. n. 46. vers. Hugo prout & c.

Tertius est casus, quando Palatium Episcopi, est ædificatum ultra quadraginta passus, & caret capella seu oratorio. Hic casus multum habet dubitationis, an scilicet frui debeat hac immunit. Recepta quidem magis opinio est, quòd frui debeat. Hac sanè in opinione sunt glo. in d. cap. id constituimus. 17. q. 4. Innoc. Hostien. Buttic. & Zabarell. in cap. inter alia. de immunit. Eccles. Abbas, in cap. pen. n. 9. & ibid. Eunic. col. ult. eo. tit. Bart. in §. sed neque. in aurb. de mand. Princ. Anchar. in cap. ult. eo. tit. Imoia. in Clem. 1. q. 2. eo. tit. Jo. Fabri, in l. unica C. de his, qui ad Eccles. confug. Cæpol. in l. apud labeon. in princ. n. 22. ff. de adil. edict. Ang. Clavas. in summa. in verbo, immunitas. n. 1. Divus Antoninus, in summa in tertia parte. tit. 12. cap. 3. §. 1. Socin. Sen. in l. plerique q. 21. ff. de in jus vocan. Belluga, in d. §. quia n. 3. Guiel. Mayner in l. nemo de domo. n. 23. de Reg. iuris. Remig. in tract. de immunit. Eccles. ampliat. 15. qui præfatos ferè omnes refert, Navarr. in Manual. confess. cap. 25. n. 18. Et hæc quidem recepta magis opinio satis probari mihi videtur constitut. illa Concil. Aurelian. relata in cap. id constituimus 17. q. 4. cujus verba hæc sunt. *Id constituimus observandum, quòd Eccles. Canones decreverunt, & lex Romana constituit, ut ab Ecclesia atriiis, vel domo Episcopi reos abstrahere omninò non liceat. & c.* Illa enim verba, vel Domo Episcopi, sunt simpliciter, & absolutè posita, non distinguendo domum Episcopi non distantem ab Ecclesia quadraginta passus, ab ea, quæ est ædificata ultra terminum illius; & idèd, cum lex non distinguat, nec nos distinguere debemus. l. non distinguemus ff. de arbitris, nec repugnat, quòd dicunt contrariam opinionem probantes necesse minime fuisse ipsi Aurelia. Concilio distinctionem facere, cum jam alia distinctione Concilii Carthaginensis 4. cap. 17. relata in cap. Episcop. distinct. 14. sancitum legatur Domum Episcopi distare non

longè ab Ecclesia debere. Concilii verba hæc sunt *Episcopus vilem supellectilem & mensam, ac vicium pauperem habeat, & dignitatis sua auctoritatem fide, & vice meritis querat, Hospitium quoque non longè ab Ecclesia habeat.* Hactenus constitutio Concilii; illa verba, non longè, exponuntur, idest, infra fines Eccl. Ità explicant Innoc. & Archid. in d. cap. inter alia. de immunit. Eccles. & Turcrem. in eo cap. Episcopus distinct. 41. & idem in d. cap. id constituimus, scribit domum hanc esse debere intra Cæmeterium, nec placet, quòd respondet Germon. in d. cap. 16. n. 49. Concilium hoc Cathaginense non imponere habendi necessitatem, cum Concilii verba sint imperativa, quæ vim obiligandi & cogendi habent, & manifestum satis est, & in specie sensit Turcrem. in cap. Episcopus de consecrat. distinct. 3. dum exponit, *habet, & habere debeat.* Rectius dicere possumus nullo canone, vel lege diffinitum esse, quem sensum habeant verba illa non longè & propterea Judicis arbitrium erit judicare an domus Episcopi longè distet, vel non, ab Ecclesia. Quocirca dicerem Judicem arbitrari posse longè distare, quando est ædificata ultra terminos à lege constitutos, quare probare non possum doctissimi Germovii, præfatio in loco, traditionem, existimantis Domum Episcopi hac frui immunitate, etiamsi longè remota sit ab Ecc. Secundo arguit Abbas, in d. cap. pen. de immunit. Eccl. quòd etiamsi domus Episcopi distat ultra quadraginta passus ultra Ecclesiam, tamen extendi ad eam debet hæc immunitas, id quòd comprobatur, & Germon. in d. cap. 16. n. 48. quia agitur de re favorabili, sicuti scribunt Guiel. de Monte Lauduno, in Clem. 1. de pœnit. & remiss. & Imola, in Clem. 1. in princ. col. 1. de immunit. Eccl. & Guiel. Mayner. in l. nemo de domo. num. 23. in fine. ff. de reg. juris.

Cæterum respondet Decia. in d. cap. 25. n. 14. vers. neque etiam obstat, quòd istud privilegium & c. imò immunitatis privilegium esse strictè interpretandum, cum sit contra jus commune. l. 1. §. de jure immunit. Et rursus (inquit Decianus) quia derogat juri publico; quòd est, ne delicta remaneant impunita. l. in vulnere. in fi. ff. ad l. Aquil. debet strictè interpretari, non solum si esset privilegium prout est, sed etiam, si esset beneficium, sicuti tradunt Angel. & Jas. in l. ubi. ff. de const. Princ. Bald. in l. 2. C. an servus pro suo facto, & Dec. in cons. 468. n. 32. quæ sanè consideratio mihi non placet, cum immunitas hæc non sit privilegium, vel beneficium contra jus commune, sed concessio non solum juris communis humani, sed etiam juris Divini, & gentium, ut supra demonstravimus. Rectius fortè dicere possumus, jure ipso Divino, & humano concessam fuisse immunitatem hanc Eccl. ob id, quòd in ea Deum opt. Max. venerari, & adorare debemus, & nullum verbum de domo Episcopi capella, & oratorio carente, & consequenter profana, propterea, cum eadem ratio non sit in domo Episcopi, quæ in Eccl. est, sed diversa, sequitur dicendum immunitatem hanc non extendi ad ipsam domum.

Tertio, vel ex eo opinionem hanc probavit Abbas, in d. cap. pen. n. 9. quòd etiam familia Episcopi fruitur privilegio fori, perinde ac si esset Ecclesiastica, sicuti scribunt multi, quos cogessi, in lib. 1. de arbitrar. Iudic. casu 562. n. 13.

Verum respondet Decianus, in d. cap. 25. n. 14. vers. neque obstant rationes & c. Quòd ob id familia Episcopi gaudet privilegio fori Ecc. quia privilegium illud fori concessum est personis Eccl. & omnibus, quæ Ecclesiasticis illis adherent; in casu verò nostro, etiam verum est, & admittimus, immunit. hanc esse concessam Ecclesie, & loco sacro, illique adherentibus

actamen non comprehenditur domus Episcopi, distans ab Ecclesia ultra quadraginta passus, & carens capella, seu Oratorio; cum revera locus sacer non sit.

Contrariam itaque opinionem, quod scilicet domus Episcopi distans ab Ecclesia ultra quadraginta passus, & carens capella, seu oratorio, non fruatur hac immun. probarunt Hugo, in cap. id constituimus 17. q. 4. Oldrad. in conf. 55. Barba. in conf. 33. lib. 4. Turrecrem. in d. cap. id constituimus, Petrus Belluga in spec. Princip. rub. 11. §. sed quia. n. 3. qui ambo postremo loco referunt, & non improbant Hugonis opinionem. Didac. in lib. 2. variar. resolut. cap. 20. n. 5. vers. quinto inferitur, dum postremo loco recenset opinionem Oldradi, in d. conf. 55. & eam non solum non improbat, sed etiam affirmat. eam frequenti omnium usu in foro recipi. Et idem tradit Jul. Clar. in pract. Crim. §. finali. q. 30. col. 3. vers. scias etiam, & Decian. in d. cap. 25. n. 14. prope finem, qui scribit, quod ita in practica observatur. Et quidem vel ex eo defendi potest opinio hæc, quod domus Episcopi ultra Eccl. fines ædificata, dici non potest sacra, si capella, seu oratorio caret, nec loco sacro, idest ipsi majori Eccl. adhaeret, & propterea frui non potest hac immunitate Eccl. & loco adhaerenti, ut cæmeterio, & simili, intra triginta, & quadraginta passus. Et cum usus forensis, praxisque ipsa ita observet, ab eo non videtur recedendum, cum sit optima legis dubiæ interpret. l. minimè. ff. de legibus. & egregiè scribunt Decius, in conf. 11. n. 3. & latè Tiraquell. in tract. le mort saisi le vif. in secunda parte. declarat. 16. in fin. Et in specie hujus immunitatis observandas esse consuetudines affirmant Didacus, in d. cap. 20. n. 4. & Jul. Clar. in d. q. 30. col. 3. vers. hujusmodi autem &c. Et idem scripsi supra, dum distiteri de Eccl. nondum consecrata.

Quod verò scribit Germ. in d. cap. 16. n. 50. Episcopi domum ab eo non habitatam hac immunitate non frui, dubitatione caret, quare & mihi placet.

Domus Canonicorum ædificatæ intra septa Eccl. vel intra triginta, vel quadraginta passus, gaudent hac immunitate, sicuti de domo Episcopi diximus supra, & in specie affirmant Oldrad. in d. conf. 55. Alber. & Fulgos. in l. presentis. §. 1. C. de his qui ad Eccles. confug. Barba. in conf. 33. n. 4. lib. 4. Mantica, in conf. 6. n. 11. & 12. lib. 1. Petrus Rebuffus, in commentar. ad conslit. Regni Galliarum. tom. 2. tit. de immunit. Eccles. glo. 1. n. 9. & 10. qui testatur sic in foro observari. Navarr. in Manual. confess. cap. 25. n. 18. Decian. in tract. crim. lib. 6. cap. 25. n. 15. & Germon. in lib. 3. de sacror. immunit. cap. 16. n. 46. & probant cap. dissinuit. cap. si quis. il. 1. & cap. si quis contumax. 17. q. 4.

Domus ædificatæ intra triginta, vel quadaaginta passus Ecclesie, si in ea habitant Clerici gaudent ipsius Eccl. immunit. Ità Hostiens. in cap. inter alia n. 1. de immunit. Eccl. Old. in conf. 55. Archid. in cap. id constituimus 17. q. 4. Jacob Belvis. in sua pract. crim. tit. de fuga. reor. Alber. in l. 2. C. de his, qui ad Eccles. confug. Henric. Boic. in cap. pen. col. ult. de immunit. Eccles. Turrec. in cap. id constituimus 17. q. 4. Ioan. de Bichis, in tract. de immunit. Eccles. n. 51. Petrus Belluga, in speculo Princip. rub. 11. §. sed quia. n. vers. passus Remig. in tract. de immunit. Eccles. & Mantica, Jul. Clarus, & Decia. quos statim referam; cum enim domus sint intra triginta passus, clarum est, quod sicuti totum illud solum gaudet, ut diximus supra, hac imm. sic & hæc domus, quod intelligimus, quando Ecc. ipsa habet hos passus, secus verò, si non haberet, quemadmodum supra demonstravimus. Cæterum non levis est dubitatio, quando in his Ecc. domibus intra dictos passus ædificatis habitarent Se-

culares, an, & hæc domus gaudeant hac immun. & gaudere respondit Mantica, in conf. 211. lib. 1. quem sequutus est Decian. in tract. crim. lib. 6. cap. 25. n. 16. qui scribit contrarium affirmasse Angulum Claval. in summa. in verbo immunitas. §. 21. qui tamen meo in Codice, ne verbum quidem hac de re. Crediderim posse distingui, quod si in his domibus habitant Seculares deservientes ipsi Eccl. vel Clericis, tum locus sit huic immunitati. Ità procedit opinio Manticae, & Deciani, qui & hunc casum attingit, sic etiam intelligo Jul. Clar. in pract. crim. §. finali. q. 30. col. 2. vers. hinc est &c. qui testatur Senatorem nostrum Mediolanensem 1559. mandasse Prætori Papiæ, ut restitueret Eccl. quendam Pitium de uxoricidio accusatum, qui fuerat præhensus in cubiculo sito intra sexdecim passus ab Eccl. Cathedrali, si ipsa domus esset Eccl. & ei cohereret. Intelligo sanè, quod & in ea domo habitarent, vel Clerici, vel Seculares Ecc. vel Clericis deservientes. Si vero cohabitantes non inservirent mercede conductâ, dubitarem, ne esset locus huic immunitati, cum jure permissum non sit ædificare domos intra prædictos passus, ut eas inhabitent alii, quàm ipsi Clerici, sicut tradunt Hostiens. Oldrad. & alii supra relati, & à Remig. in d. ampl. 16. prob.

Eucharistia sacrosancta, quæ à sacerdote extra Eccl. deferitur, Eccl. nomine ita contineri, ut ad eam confugiens, non possit invitus inde extrahi. Ità sanè scribunt Archidiac. in cap. quassum. 13. q. 2. Bald. in lege ad dictos C. de appella. Hostiens. in summa tit. de immunit. Eccles. col. 7. & in cap. sanè n. 6. & 7. de celeb. Miss. qui dixit hanc opin. esse defendendam usque ad sanguinem, Abbas, in d. cap. sanè n. 1. Rom. in sing. 339. incipit Dicamus ad solatium, Henric. Boic. in d. cap. sanè. n. 2. Jo. Fabri, in §. ult. inst. de his qui sunt sui vel alieni juris, & in l. 1. n. 3. C. de his qui ad Eccles. confug. Cæpol. in l. apud Labeon. in princ. n. 24. ff. de verb. sign. Anton. Corfet. in sing. in verbo. Cardinal. Vitalin. in Clem. 1. n. 33. de pœnit. & remiss. ubi Imola, n. 10. Alex. in rub. ff. d. operis novi nunciat. n. 10. Clavas, in verbo immunit. n. 28. Felin. in conf. 3. n. 2. Socin. in l. plerisque q. 22. n. 6. Jalon, in l. 1. in fine C. ne liceat potes. Marian. Socin. Sen. in tract. de citationibus art. 17. n. 45. qui latè differit, Ludovicus Gomefius, in §. pœnales col. pen. n. 50. insti. de actio. Alber. in cap. 1. q. 13. n. 18. de heret. in 6. Antonius, in tom. 3. epit. delictor. cap. 10. n. 1. Cattelien. Corta in memorab. in verbo, rationis ident. in fine. Io. de Bich. in tract. de immunit. Eccl. n. 50. Io. Lup. in rub. extra de donat. inter vir. & uxor. §. 38. n. 35. Valq. in tract. de success. creat. tit. de testam. l. 3. §. 22. n. 55. Restaur. Castald. in tract. de Imp. q. 97. Cagoal. in l. virum. n. 54. ff. si certum petat. Chassan. in commentar. ad consuetud. Burgund. Rub. de iustic. §. 5. verbo, s' il. n' a grace. n. 120. Mantica, in conf. 111. in fine. l. 1. Nicolaus Pignolat. in addit. ad dictum. Rom. sing. 339. Remig. in tract. de immunit. Eccles. amplia. 18. n. 3. Io. de Anono, in soliloquio 80. Jul. Clar. in pract. crim. §. fin. q. 80. col. 8. vers. ult. quero. Vif. in com. opin. in verbo, condemnatus. Decianus, in tract. crim. l. 6. cap. 29. n. 8. Petrus Gregor. Tolos. in l. 33. syntag. iuris. cap. 21. n. 14. Petrus Binsfeld. in com. de iniur. & damno dato. cap. 7. q. 2. conclus. 6. pag. 498. Germ. in l. 3. de sacror. immunit. cap. 16. n. 52. Et hujus quidem receptissimæ sententiæ ea est ratio solida, quod si immunitas hæc concessa est Eccl. ab venerationem, & adorationem exhibendam Deo Opt. Max. quantum magis ipsimet Salvat. nostri Iesu Christi corpori? & si Cæmeterio tributa est hæc immun. quare aliter dicere possumus, quin & huic sacratissimæ Eucharistiæ? quinimo si statuis Principis, quando magis vero Salvatoris nostri Corpori.

Cæterum à prædicta opinione dissentiunt glo. in d. cap. *quæsitum*. 13. q. 2. & ibi. Ugutio, & Vincen. & Goffred. Capol. in l. *si quis sit fugitivus*. §. apud. Labron. n. 24. ff. de *edict.* Laurentius de Pinn. qui refert Felin. in *conf.* 3. n. 2. *vers. hanc partem*. Cosmus Gummier. in *pragm. sanc. tit. quomodo divinum officium sit celebrandum, vers. inclin.* At de veritate communis relatæ opinionis dubitant Didacus, in l. 2. *variar. resolut. cap. 20. n. 6.* & Petrus Ploca, in *epi. delict. cap. 34. n. 16. in fine*, qui paulò suprà dixerat à prædicta communi opinione nec latum quidem unguem esse discedendum. Et ii quidem, veteã ratione moti sunt, quòd nullà Lex Pontificiã sancitum ita sit, quæ quidem ratio facillè refellitur, cum à minoritate rationis argumentari, & Pontifi. constitutiones extendere liceat, & idèd si, ut diximus, Ecclesiæ, imò Cæmeterio, & aliis locis suprà commemoratis, concessa est hæc immunitas, quantò magis sacrosanctæ Eucharistiæ. Illa tamen recepta opinio locum habet, quando quis à familia Prætoris persecutus confugit ad ipsam sacrosanctam Eucharistiam; secus, si jam captus, & vincus ab ipsa familia obviam habet Sacerdotem deferentem ipsam sacrosanctam Eucharistiam. I: à declarat Abbas, in *disto cap. sanè n. 1. de celeb. Miss.* & Jo. Lupus, in d. §. 38. n. 5. & simile dicemus infra suo loco.

Prætereã observandum est, damnatum ad mortem, etsi suscipit sanctissimam hanc Eucharistiam, non tamen gaudere hac immunitate sicuti scribunt Abbas, in d. cap. *sanè*, & alii commemorati à Remigio, in d. *ampliat.* 18. n. 1.

CAPUT VI.

Jure Pontificio, an taxativè sic excepti sint quatuor casus, in quibus tributa non est Ecc. immunitas ad eam confugientibus, ut cæteris omnibus censeatur tributa?

Præsumquam enumeremus, atque explicemus casus pro quibus concessa est; vel non est Ecclesiæ immunitas, differendum est ea de disputatione, quæ ad rem nostram maximè pertinet, an scilicet, jus Pontificium taxativè exceperit quatuor illos casus, de quibus in cap. *inter alia*, & in cap. *ult. de immunit. Eccles.* & in cap. *de homicidio*, ita quòd aliis omnibus casibus, etiam gravium delictorum, concessa censeatur immunitas. Recepta magis opinio esse videtur eorum, qui scribunt exceptos esse taxativè, & ob id præter illos, reliquos omnes etiam grave, & atrox delictum committentes ad Ecclesiam confugientes ejus gaudere immunitate. Ità sanè Guiel. de Monte Laudu. in *Clem. 1. de pœnit. & remiss. & ibid.* Anchar. & Abbas, in d. cap. *inter alia n. 24. de immunit. Eccles.* Imola, in d. *Clem. 1. Zabarel. in eadem clem. 1. Alex. in conf. 145. n. 3. l. 7. Remig. in tract. de immunit. Eccl. in reg. Iul. Clar. in *pract. crim. §. fin. q. 30. col. 4. vers. quæro nunquid.* Io. Gutierrez. in *lib. 2. pract. quest. q. 1. n. 7. & q. 2. n. 5. & in lib. 3. qui ejusdem opinionis refert Azevedum Hispanum.**

Cæterum à prædictis dissentiunt alii multi, qui verius esse affirmant alios casus præter illos censerè exceptos, ut scilicet committens alia gravia delicta ultra illa quatuor, gaudere non debeat im. Ecc. Ità sanè.

1. Jacob. de Ravenna, in l. 2. C. de his, qui ad Eccles. confug.
2. Petrus de Bellapertica, in eadem l. 2.
3. Hieronymus Gigas, in tract. de crim. læsæ M. in tit. de pluribus, & variis quæst. q. 3. n. 10. & num. 11.

4. Mental. in commentar. ad leg. Hispan. partic. in l. 4. tit. 11. part. 1.
5. Didac. Covarr. in lib. 2. *variar. resolut. cap. 20. n. 7.* dum confutat opinionem Abbatis, Henrici Boiz. Albertini & aliorum, quòd prodicione occidens gaudeat immun.
6. Avendaus, in tract. de exequend. mand. reg. part. 1. cap. 21. n. 9.
7. Decia. in tract. crim. lib. cap. 28. n. 20. *vers. & licet certi tantum casus &c.*
8. Petrus Binsfeld in commentar. de injur. & damno dato. cap. 7. q. 2. *conclus. 4. vers. dubium verò esse potest.*
9. Bartholomæus Humada, in commentar. ad leg. partitar. Hispan. in l. 4. tit. 11. glo. 8. n. 5.

Et quidem hanc ipsam sententiam probarunt multi illi Doctores, qui scripserunt debitores fraude, & dolo decoctos non gaudere hac immun. ut dicemus in sequenti capite, sic, & illi, qui idem dixerunt de blasphemo, & hæretico, de eo, qui sui Principis læsit Majestatem, de quibus dicemus infra cap. 9.

Non enim casus isti sunt in d. cap. *inter alia*, & aliis canonibus expressim excepti, & tamen prædicti doctores intelligunt cessare in eis imm. hanc, & cum his & ego sentio, cap. *ult. de immunit. Eccles.* excepti sunt casus, non attamen exceptio ampliat regulam in non expressim exceptis. l. *nam quod liquidè. §. ult. ff. de reg. juris*, & Tiraquell. in tract. de *retract. confang. ad finem n. 94.* & rursus ubicumque lex aliquos casus excipit, non tamen format regulam in non exceptis, qui alia lege excepti sunt, imò à lege illa exceptio illa suppletur, ut scribunt glo. & Bart. in l. 3. §. *cum Tertio ff. de adimen. lega. & in l. servi nomine. ff. de usucap. & alios refert, & sequitur Decius, in d. l. 2. n. 34. ff. de reg. jur.* qui post Alex. dicit procedere etiam si lex taxativè excipiat, sic dicimus regulam tum Prætor §. 1. *ff. de iudiciis*, quòd inclusio unius est exclusio alterius, quod alia lege, & dispositione includit. ut declarat Decius, in l. 1. in 3. *lectura. n. 84. ff. si certum petat. & in conf. 11.* & rursus dicere solemus inclusionem unius non esse exclusionem alterius quod ex ratione, & mente legis includitur, sicuti ex aliorum sententia respondit Parisius, in *conf. 111. n. 39. l. 1.* Ità quoque dicimus, quòd etsi lex excipit aliquos casus, attamen si major, vel saltem eadem est ratio in aliis casibus, qui expressim excepti non sunt, extensio ad illos admittitur, ut scribunt glo. in l. 1. C. de *condict. ex lege, & in cap. si postquam de elect. in 6. & ibid. Io. Andr. sic etiam dicimus in hac immunitatis materia admitti extensionem de loco ad locum, quando major est ratio in loco non expresso, ut tradit Vital. in *Clem. 1. n. 38. de panis. & remiss.**

Cæterum ambigitur, an hodiè Bulla Gregor. XIV Pont. Max. edita Anno 1591. corrigat jus ipsum commune Pontificium. Io. Gutier. in *lib. 3. pract. q. 1. n. 36.* scribit hac Bullà, seu constitut. non corrigi ipsum jus commune, sed illum solum reduxisse, & moderasse ad certam formam facultates, & indulta à summis Pontificibus, sedeque Apostolica, ejusve legatis concessa Principibus secularibus, eorumque curiis, extrahendi delinquentes ab Ecclesiis, ubi autem prædictæ facultates, & in adulta concessa non sunt, (inquit Gutierrez) Bulla seu constitutio non loquitur, sicque in suo robore remanet jus commune canonicum. Hanc interpretationem probat Gutierrez primùm ea ratione, & juris regula, quòd correctio legis, & constitutionis non præsumitur, nisi clarè constet, l. *præcipimus in fine C. de appella. & aliis comprobavi in commentar. de præsumpt. lib. 6. præsumpt. 38. l. 1. & 2. ubi, n. 3.* ex sententia Ruini, Alciati, & Ludovici Chasandæ scripsi legumlatores non

non consueviffe una lege à se lata antiquam corrigere, nisi præfatione aliquâ præmissâ, ut significant justam correctionis causam. Porro in calu nostro, constitutio hæc Gregor. XIV. præfationem habet, quâ demonstratur ipsum Pontificem eo fuisse motum ad prædictorum indultorum revocationem, ab eorum scilicet varietate, & quia Principes, & magis eorum Ministri pro eorum libito ea interpretabantur, & indultorum terminos excedebant. Existimo Gregor. XIV. juri communi pontificio expresso addidisse aliquot casus, qui ex mente, & ratione, in eo tacite continentur, nempe casus proditorii homicidii, assassinii, hæresis, & criminis læsæ M. reliquos verò exclusisse, sicuti clarè ostendunt postrema illa verba d. constitutionis sic scripta. *Qua omnia, & singula ac eorum tenorem pro expressis habentes, quatenus præmissis in aliquo adversantur, aut plures, quam expressos casus continent, auctoritate, & tenore presentium omnino ac perpetuo tollimus, & abrogamus, ac ad terminos presentis constitutionis quo ad superius rescripta dumtaxat deducimus, & nolumus quidpiam de cetero refragari.* Hactenus constitutio, quâ intelligimus periturum, occidentem, vel vulnerantem Clericum, incastellantem Ecclesiam, incendiarium, & transfugam, gaudere Ecclesiæ imm. etsi jure communi inspecto secundum Doctores, quos referam infra cap. 9. non fruatur.

CAPUT VII.

Debitor pecuniarius ad Ecc. confugiens, an, & quando illius gaudeat immunitate.

Hactenus explicavimus, quæ loca, vel sacra, vel profana fruuntur imm. ut ad illa confugientes prænendi, & extrahi nequeant inviti. Diximus etiam aliis multis in casibus, præter illos quatuor in præcedenti relatos, non tribui hanc Ecc. imm. Nunc enumerabimus, ac declarabimus casus, tam civiles, quam criminales, pro quibus ad loca prædicta confugientibus concessa est hæc immunitas: & primum quidem de casibus civilibus agendum est, qua in disputatione distinguo atque constituo duos casus.

Primus est quando debitum est derivatum. Hoc in casu, magis accepta est Doctorum sententia debitorem confugientem ad Ecc. gaudere hac imm. ut præhendi, & inde invitus extrahi non possit. Sanè scribunt Cynus, in l. presentis. C. de his qui ad Eccles. confug. Abbas, in cap. inter alia, n. 22. & 24. de immunit. Eccles. & ibid. Anchar, & Io. de Bich. in tract. de immunit. Eccles. n. 55. Marian. Socin. Sen. tract. de civitat. art. 17. n. 1. vers. aut quis fugit ad Eccles. Decius, in d. vinum ff. si certum petat. & ibid. Curtius Iun. n. 11. Aufreer. in additionibus ad cap. Tholos. q. 423. qui testatur hanc esse communem sententiam, & vidisse in foro servari, Gomez, in §. superest. n. 66. instit. de actio. Ripa, in cap. 1. n. 8. de iudic. Purpur, in d. l. vinum n. 10. Alciat. ibid. n. 31. & Bologn. n. 26. Remig. de imm. Eccles. Felin. n. 27. Didac. in lib. 2. variar. resolut. cap. 20. n. 54. vers. sed profecto. Roder. Suarez. in commentar. ad l. 2. tit. de los gobiernos q. 5. Petrus Duenas, reg. 175. limit. 3. Rebuff. in commentar. ad const. Gall. tom. 2. tract. de immunit. Eccles. glo. 2. n. 1. Chassat. in consuetud. Burgund. rub. 1. §. in textu s'il n'a grace n. 111. vers. sed. ad materiam, Bart. Humada, in commentar. ad leg. partit. Hispania. in l. 2. cap. 11. pract. 1. glo. 2. n. 1. & 2. qui dicit legem 13. Hispaniæ 2. l. 1. novæ recompilationis esse abrogatam. Decianus, in tract. crim. lib. 6. cap. 27. r. 24. vers. sed contrarium verius est. Navarr. in manuali confess. cap. 25. n.

19. Germon. in l. 3. de sacrorum immunit. cap. 16. n. 109. & Io. Guttierrez, in lib. 1. pract. quest. q. 1. n. 7. & 13. Et horum quidem sententia multis sic probatur.

Primò jure Divino sic cautum esse legitur in lib. 1. Machab. cap. 10. cujus verba hæc sunt. *Quicumque confugerint in templum, quod est Hierosolymis, & in omnibus finibus ejus, obnoxii Regi in omni negotio dimittantur, & universa quæ sunt eis in Regno meo libera habeant.* Hæc Divina lex.

Secundò probatur & lege Pontificiâ, nempe cap. inter alia. de immunit. exceptis quibusdam casibus, inter quos hic noster non commemoratur, confugientes ad Ecc. frui ejus immunit. Casus itaque illi excepti confirmant in aliis eandem, vel majorem rationem non habentibus regulam esse in contrarium, l. nam quod liquidè §. pen. ff. de pena. lega. & tradit Decius, in l. 1. n. 22. ff. de reg. jurif. Hic ergo casus debitoris ad Ecclesiam confugientis sub regula continetur.

Terriò idem manifestè statuit Leo Imperator, in l. presentis §. itaque si res, & §. seq. C. de his qui ad Eccles. confug. qui idem de fidejussoribus debitorum ad ipsam Ecclesiam confugientibus constituit, antiquitus lege Romuli idem sancitum fuit, sicut memoriz prodidit Plutarchus, in vita Romuli, cujus tamen legis non meminit Franc. Baldus, qui alias ejusdem Romuli leges interpretatus est.

His constat hanc esse veram, & magis receptam opinionem adversus Oldrad. in conf. 54. col. 1. Iason. in l. vinum. n. 5. & Zasium, ibid. col. 2. ff. si certum petat. Et Everardus, in locò à tempore ad locum n. 1. in fin. affirmantes debitorem hunc ad Ecclesiam confugientem posse inde extrahi, nam illis abundè satisfaciunt Decius, & Purpur. supra relatè, Didac. Covarr. in d. cap. 20. n. 14. vers. nec Iasonis argumentatio; & accedunt Curt. in d. l. vinum. n. 11, & ibid. Bolognet. n. 26. & Io. Guttierrez, in d. q. 1.

Extenditur hic casus, ut locum habeat etiam si jure communi, vel statuto, vel consuetudine sancitum est, quòd debitor possit compelli ad serviendum creditori, donec ei sit satisfactum, nam adhuc debitor iste ad Ecclesiam confugiens ejus gaudebit immunit. ut inde invitus extrahi non possit. Ità Roderic. Suarez, in comment. ad leg. 2. fori l. 3. Hispania q. 5. n. 1. & 2. sunt ii commentarii impressi post commentar. ad leg. quoniam in prioribus C. de inoff. testa. scribit sanè Roderic. sic vidisse servari in Hispaniis adversus opinionem Abbatis, & aliorum, quos statim referam; & Rodericum sequuti sunt, & Remig. in tract. de immunit. Eccles. fallent. 27. ad finem. Didac. in l. 2. variar. resolut. cap. 20. n. 14. vers. sed profecto, Barth. Hum. in d. glo. 2. n. 1. Et verò mihi magis probatur horum sententia, quàm contraria illa, etsi magis recepta opinio, Oldradi, in conf. 54. n. 11. Albericus, tract. statutorum in prima parte q. 39. Abbati, in cap. inter alia. n. 22. & 24. de immunit. Eccles. & Anchar. ibid. in n. 7. Boss. in tract. caus. crim. tit. de captura. n. 26. qui tamen post Socin. Sen. dicit rigidam nimis hanc esse opinionem Oldradi, quam sequuti sunt etiam B. è. in q. 215. n. 7. Aufreer. in addit. ad capell. Tolos. q. 4. 23. Rebuff. in commentar. ad constitut. Gallia. tom. 2. tract. de immunit. Eccles. glo. 2. n. 2. & Germon. in lib. 3. de sacrorum immunit. cap. 16. n. 102. Non enim vera est ratio, & argumentatio, quâ usi sunt Oldr. & reliqui, nempe huic teneri inservire creditori, & ob id ab Ecc. posse extrahi, ut serviat, sicuti extrahendi sunt servi, qui ad ipsam Ecclesiam confugerunt, ut statuit Innoc. 3. in cap. inter alia. in fine. de immunit. Eccles. & dicemus infra cap. 9. nam Innoc. id constituit de verè servis, & de jure verè servitutis, quæ nullâ lege, vel statuto dari potest contra debitorem, sicuti

Sicuti res explicat Didac. *præcitato in loco*, præsertim adversus legem Pontificiam, quæ hanc tribuit immunitatem.

Declaratur primo, ut locum non habeat hic casus in debitore decocto, quem vulgo fallitum appellamus. Ità sanè declarant Boer. q. 215. n. 7. & alii, quos Racim referam. Hanc traditionem existimo paulò diligentius esse explicandam, quod, ut facilius faciam, distinguo quatuor decoctorum species, et si prima est impropria, sicuti distinguit Benevent. Stracc. in *tract. de mercatura. in tit. de decoct. in secunda parte n. 2. vers. & ex his.* Prima est (ab hac, quæ minorem habet dubitationem incipere decrevi) eorum qui de industria, & datâ opera decoxerunt, seu verè fixerunt se decoctores, & fallitos, quales sunt pessimi illi, qui mutuo à multis pecunia accepta fingunt se decoxisse, cum tamen pecuniam vel in arca habent, vel aliò transferri curant. Hi propriè, secundum Benevent. Stracc. *præcit. in loco*, dici non possunt decoctores, sed verè latrones, ità dicere possumus plusquam publici, atque famosi latrones, quibus conveniunt omnia illa mala cognomina commemorata à Baldo, in *conf. 250. in questione D. Milani col. ult. lib. 1. Paris. in conf. 94. n. 11. lib. 1. & Socin. Jun. in conf. 61. n. 14. lib. 2.* Horum decoctorum genus non gaudere immunitate Ecclesie, ad quam confugiunt, dicendum omnino est, sicuti fortiori in casu scribunt Oldrad. Alb. Boer. & alii, quos statim referam. Non enim excusationem aliquam habent, tum in manifesto dolo versentur, & de his verè loquitur bulla illa Pii V. Pont. Max. edita adversus fraudulentos, & dolosos decoctores, qua sancitum est, hos, tanquam fures esse ultimo supplicio afficiendos, & ea poena, qua fures jure, vel consuetudine plecti solent. Est & secunda decoctorum species, illorum scilicet, qui sua culpa decoxerunt, sicuti illi qui lautè, splendide, & opipare quotidie vivendo, ludendo, ac metetricando, sua, & aliena consumpserunt. Hi quoque confugiens ad Ecclesiam, non gaudent ejus immun. ut tradunt Boer. q. 215. n. 17. Remig. in *tract. de immun. Eccles. fallent. 38.* Petrus Rebuff. in *commentar. ad constit. ni. Gallia. tom. 2. tract. de imm. Eccles. glo. 2. n. 1. in fine.* Benevent. Stracc. in *ditto tit. de decoct. in quinta parte. n. 41.* Didac. Covat. in *lib. 2. variar. resolut. cap. 20. n. 14. vers. post fortasse.* Bartholomeus Humada, in *commentar. ad leg. partit. Hispan. in l. 2. tit. 11. partit. 1. glo. 2. n. 2.* Decia. in *tract. crim. lib. 6. cap. 27. n. 34.* & Germon. in *lib. 3. de sacror. immunit. cap. 16. n. 15.* qui scribit, & rectè quidem, Ecclesiarum Præatos liberè concedere debere iudicibus Secularibus, ut ab Eccl. hos improbos etiam in vitos extrahere possint, de his etiam loqui intelligo Petrum Gregorium in *lib. 3. syntag. juris. cap. 22. r. 2.*

De his quoque loqui bullam Pii V. supra commemoratam intelligit *præcitato in loco* Germon. sic pariter intelligo Jo. Guttier. in *lib. 1. pract. quest. cap. 1. n. 13.* qui & Hispaniarum legibus comprobatur, & ità in foro servari testatur.

Tertia est decoctorum species, nempe eorum, qui partim suo vitio, partim malâ fortuna decoxerunt, ipsi an gaudere debeant immunit. Ecc. ad quam confugerunt majus habet dubium. Existimo hoc in casu versari arbitrium Judicis, ut perpendant, an majus fuerit fortunæ vitium, quam proprium, ut si illud fuerit in causa decoquendi, immun. gaudeat, sicuti de decoctore solo fortunæ vitio, statim dicemus.

Quarta itaque est decoctorum species, eorum scilicet, qui verè solo malæ fortunæ vitio decoxerunt qui alioqui mercatores sunt probatæ vitæ, & fidei, quemadmodum contingit his, qui vel naufragio, vel

aliorum mercatorum, cum quibus negotia pertrahabant vitio, jacturam pecuniarum, & mercium fecerunt. Hi sanè confugiens ad Ecclesiam, ejus immunitate gaudere omnino debent. Ità intelligo Navarr. in *manuali confess. cap. 25. n. 19. vers. & Eccl. &c.* & Alciat. in *l. 20. n. 31. ff. si certum petat.* dum simpliciter dixerunt decoctores gaudere imm. Eccl. nam hi dolo, & omni culpâ carentes excusatione digni sunt, nec fures aliquo modo appellari possunt, sicuti rectè scriptum reliquit Benevent. Stracca. *d. tit. de decoctoribus. in 4. parte. n. 2. vers. ego verò in proposito.* & n. 4. qui rejectâ opin. Baldi, in *conf. 250. in quest. de Mil. col. ult. lib. 1. repetit. in conf. 382. l. 5.* scripsit hos decoctores esse excusandos, imò impium, & inhumanum videri fortunæ telis vexatum puniri, & hominum infortunium etiam poenis prægravi arguere. Divus ff. de off. Præsid. nec hi dici possunt infames ut tradit idem Stracca, *præcitato in loco. in 3. p. n. 22.* qui de his plura.

Secundus est casus, quando debitum est publicum, ut est tributum, & similia, quod Principi præstat.

Hoc sanè casu, debitor confugiens ad Eccl. ejus non gaudet imm. Ità Oldrad. in *conf. 54. n. 2.* Boer. in *q. 215. n. 7.* Rebuff. in *commentar. ad constit. Gallia. tom. 2. tract. de immun. Eccl. glo. 2. n. 3.* Petrus Gregorius, in *lib. 3. syntag. jur. cap. 22. n. 2.* & Decia. in *tract. crim. n. 6. cap. 28. n. 27.* & hi quidem adducti constit. Justiniani, neque autem, in §. publicorum *Aurb. de mandat. Princip.* Verùm à prædictis dissentiant, & rectè Petrus de Bellapertica, quem referat Cyn. in *l. præsent. C. de his, qui ad Eccles. confug.* Abbas, in *cap. inter alia n. 24. de immun. Eccles. & Marian. Socin. Sen. in tract. de citationibus. art. 17. n. 41. vers. si verò qui fugit.* Chassan. in *consuetud. Burgund. n. 1. §. 5. in tit. si il n'a grace. tit. vers. sed materiam.* Et his suffragatur lex Divina veteris testam. quæ habetur in *lib. 1. Machab. 10.* cujus quidem hæc sunt verba. *Quicumque confugerint in templum, quod est Hierosolymis, & in omnibus finibus eius, obnoxii Regi in omni negotio dimittantur, & universa quæ sunt eis in Regno meo libera habeant.* Hactenus lex Divina, quæ à Justiniano in detrimentum immun. Eccl. & contra Jus Pontificium abrogare minime potuit.

Cæterum dubitari solet, quomodo fit succursum creditori, ut creditum consequatur ab hoc debitore refuga, quo scilicet modo procedi, possit adversus ipsum debitorem. Recepta magis est Doctorum sententia dandam esse securitatem exeundi, & standi extra Eccl. per triginta dies, intra quos respondebit vocatus ad iudicium, & si Judex ferat sententiam intra illos dies, tunc Judex dabit ipsi debitori electionem, ut iudicatio pareat, & securitati renunciet, vel redeat in Ecclesiam. Ità Jacob de Raven. & Cyn. in *l. præsent. C. de his, qui ad Eccles. confug.* Abbas, in *d. cap. inter alia. n. 4. in fine.* & ibid. Henric. Boiz. n. 2. de imm. Eccl. Claval. in *verbo immunis. n. 15.* Sylvester Prierius, in *summa. in verbo immunis. n. 3. in fine.* Remig. in *tract. de imm. Eccles. fallent. 27. col. 2.* & Marian. Socin. Sen. in *tract. de citat. art. 17. n. 41. vers. sed ad verit.* qui ejusdem opinionis alios commemorat.

CAPUT VIII.

Casus Criminales, pro quibus concessa est Eccl. immunitas delinquentibus, ad ipsam Ecclesiam Confugientibus.

ET si regulam statuant multi pro omni delicto concessam esse Eccl. immunitatem confugienti ad eam sicuti ex Inno. 3. Pont. Max. constitutione, in cap.

in cap. inter alia de immu. Eccles. colligit Remig. in trakt. de imm. Eccles. in princ. & alii in lexto cap supra commemorati; veruntamen quò clarior reddatur tractatio hæc, commemorabimus nos hoc in capite permultas delictorum species, quibus ea committentes immun. Ecclesiz ad quam confugiunt gaudere debent, deinde subsequenti in capite agemus de illis, qui non gaudent. Priusquam tamen ad hæc deveniamus, observandum est, quòd Marian. in l. perspicendum. §. pen. ff. de pan. his respondit verbis. Delinquitur autem ex proposito, aut impetu, aut casu. Ex proposito delinquent latrones, qui factionem habent; impetu autem, cum per ebrietatem ad manus, aut ferum venit; casu verò cum in venando telum in feram missum interficit. Hæc Marian. De eo, qui ex proposito delinquit, in sequenti capite dicemus, de illis verò qui impetu, & casu crimen committunt, agendum nunc est.

Homicida casu homicidium committens, ut ille, qui secundum Marian. in venando per telum in feram missum, hominem interficit, si confugerit ad Ecc. ejus gaudet immun. sicuti ex nostris scribunt Abbas, in d. cap. inter alia, n. 25. de imm. Eccles. & hic quidem casus manifestè probatur lege antiquâ Divinâ, quam nunc subiicio, quæ etsi non de templo, sed urbibus refugii loquitur, eadem tamen est ratio, & dispositio, quæ de ipsa Ecclesia, & templo quantum ad rem nostram pertinet. Lex sanè Divina scripta est ita, lib. Deuteronom. cap. 19. his verbis Hæc erit lex homicidæ fugientis, cujus vita servanda est, *Qui percusserit proximum suum nesciens, & qui heri, & nudius tertius nullum contra eum odium habuisse comprobatur sed abiisse cum eo simpliciter in Sylvam ad ligna cadenda, & in succisione lignorum securis fugerit manu, ferrumque lapsum de manubrio amicum eius percusserit, & occiderit, hic ad unam supradictarum urbium confugiet, & vivet, ne forsitan proximus eius, cuius effusus est sanguis, dolore stimulatus persequatur, & apprehendat eum, si longior via fuerit, & percussit animam eius, qui non est reus mortis, quia nullum contra eum qui occisus est odium prius habuisse monstratur.* Hactenus Lex Divina, quæ solum calum dolo carentem consideravit, & qui ob id pœna non est dignus, sicuti similes enumeravi, in lib. 2. de arbit. Iudic. casu 324. similis Lex Divina habetur Josue cap. 20. Idem legitur in cap. illa. 15. q. 1. quod est divi Ambrosii, his verbis. *Quin etiam ipsius Divina legis oraculo, si quis per imprudenciam intulerit nocem, accipit impunitatis spem, refugii facultatem, ut possit evadere &c.* Et illo in loco adnotarunt Archid. & Turretem. & à fortiori probatur traditio hæc ex his, quæ statim dicemus de homicida, qui aliquâ culpâ possit argui. Casus, qui fortuitus est, prævideri, & caveri nullâ hominis providentiâ potest. l. 2. §. si eo tempore. ff. de adm. rerum ad Civit. pert.

Homicida impetu occidens, ut qui per ebrietatem, ut Marian. scribit in d. l. perspicendum §. pen. ff. de pan. vel per iracundiam ex rixa de improvise exorta. l. si in rixa ff. ad l. Cornel. de sicar. & tradunt Bart. in l. aut facta. ff. de pan. & reliqui præc. in locis. Hic etiam homicida, etsi culpâ non caret, ad Ecclesiam tamen confugiens, ejus gaudet imm. sicuti scribunt Abbas, in d. cap. in generalia de imm. Eccles. & ibidem Anchar. & Imola, in d. Clem. 1. de pœnis. & remiss. & ibid. Bonif. Vital. Alex. in conf. 145. n. 3. lib. 7. Ioan. Fabri, in §. sed hoc tempore. n. 2. instit. de his, qui sunt sui, vel alien. iuris. Angel. Clavas. in summa. in verbo, immunis. il. 3. Boss. in tract. caus. crim. in tit. de cap. tura. n. 21. Remig. in tract. de imm. Eccles. fallent. 11. & 28. Iul. Clar. in pract. crim. §. finali. col. 5. vers. scias; tamen. Didac. in d. lib. 2. variar. resolut. cap. 20. n. 7. in fine. Decia. in tract. crim. lib. 6. cap. 28. n. 16. Ioan. Guttier. in lib. 3. pract. quest. 1. n. 17. & cap. 5.

n. 2. 3. & 4. Geramo. in lib. 3. de sacror. immunit. cap. 16. n. 65. & Petrus Binsf. id. in comment. de iniuriis & damno dato cap. 7. q. 2. Conclus. 4. pag. 489. Barthol. Humada in comment. ad leg. parisi. Hispan. in l. 2. tit. 11. part. 1. in glo. 2. in fin. & hæc quidem communis sententia satis clarè probatur verbis legis antiquæ Divinæ Exodi, cap. 21. cujus verba hæc sunt. *Qui percusserit hominem volens occidere, mors moriatur. Qui autem non est insidiarius, sed Deus illum tradidit in manus eius, constituam tibi locum in quem fugere debeat. Si quis per industriam occiderit proximum suum, & per insidias, ab altari meo ovesseum, ut moriatur. Idem probat const. Innoc. 3. in cap. inter alia, de immunit. Eccles. quæ concessa est hæc Ecclesiz immunitas, pro quibuscumque criminibus gravibus, certis quibusdam exceptis. Idem colligitur ex cap. ult. eo. tit. nec repugnat constitutio Iustiniani, in §. neque autem homicidæ, in Auth. de manda. Principum, cujus verba hæc sunt. *Neque autem homicidæ neque adulteris, neque virginum raptoribus delinquentibus, terminorum custodibus cautelam, sed etiam in d. extrahes, & supplicium eis inferes. Non enim talia delinquentibus parcere competit, sed hoc patientibus, ut non talia à presumptionibus patiantur. Deinde templorum cautela non nocentibus, sed lasis datur à lege; & nsn erit possibile utrumque iuri cautela sacrorum locorum, & ladentem, & lasum.* Hactenus Iustinianus, nam respondetur ex sententia post alios Alexandri in d. conf. 145. n. 3. lib. 1. Remig. in d. fallent. 28. Didac. Covan in d. cap. 28. n. 76. in fine. Hannada, ubi supra ac Deciani, in d. cap. 28. n. 16. & in conf. 80. n. 28. lib. 3. Constitutionem Iustiniani fuisse abrogatam jure Pontificio, nempe ex d. cap. inter alia, & cap. ult. Præterea & secundò respondetur Iustinianum loqui de Homicidio per industriam, & insidias perpetrato, quod, ut suo loco dicemus, non gaudet hæc Ecclesiz immun. Ità intelligunt Alex. Decian. & Ioan. Guttier. præc. in locis, quæ sane interpretatio, vel ex eo satis colligitur, quòd Instin. adulteros, & Virginum raptores, qui industria, & insidiis delinquent, hæc immun. gaudere non debere statuit, sicuti in specie Iustiniani constitutionem perpendit Cyn. in l. 2. C. de his, qui ad Eccles. confug.*

Furtum simplex committens gaudet immun. Eccl. ad quam confugit. Ità Oldrad. in conf. 150. n. 3. & manifestius Belluga, in specul. Princip. rub. 11. §. & quia. n. 13. Remig. in tract. de immunit. Eccles. fallent. 28. Didac. in lib. 2. variar. resolut. cap. 10. n. 2. Iul. Clar. in pract. crim. §. fin. q. 30. vers. quæro an fures, Ioan. Guttier. in lib. 1. pract. quest. q. 1. n. 20. Dec. in tract. crim. lib. 6. cap. 28. n. 4. qui testatur apud nos in foro servari, etsi aliter observare soleat Hispania auctore Didaco.

Extenditur primò hæc traditio, ut locum habeat etiam in latrone, hoc est in eo, qui in via publicâ semel tantum latrocinium, casu, & impetu quodam commisit. Ià Belluga, in d. §. & quia. n. 13. & Ludovicus Peguerra, in decis. criminal. cap. 40. in fine, qui testatur sic servari in Hispania.

Extenditur secundò hæc sententia, ut locum habeat etiam in fure, qui rem furto subtractam uoâ secum tulit in Eccl. ad quam confugit, & in ea alteri dedit, & contractavit. Hic quoque gaudet immunitate Ecclesiz, si uti scribunt Didac. in d. cap. 20. n. 15. vers. vigesimo octavo, Quexada, in lib. 1. divers. quest. cap. 1. col. 2. Decianus, in d. cap. 22. n. 4. Guttier. in d. q. 1. n. 21. Gramm. in decisionibus Lusitanis decis. 171. n. 1. qui testatur Lusitanum sic judicasse rejeçta contraria opinione Angeli de Castro. inter consil. Castren. in conf. 48. viso casu. n. 2. lib. 2. Barba, in conf. 73. col. lib. 4. & Mantia. in Apophieg. 603. incipit. *Aliquis commisit furtum.*

Declaratur primò non procedere in fure, qui

tria,

tria, vel quatuor furta commisisset. Hunc non gaudere immunitate Eccl. scribit post alios Ioan. Gutier. *in d. q. 7. in fine.*

Raptor Virginum ad Ecclesiam confugiens, etsi jure Cæsareo clarum est non gaudere immunitate Eccl. ut statuit Iustinianus *in §. neque autem homicidus. in arch. de mand. Princip.* verumtamen jure Pontificio magna est inter nostros contentio, an gaudere possit. Et hac de re tres sunt interpretum opiniones, quarum prima est magis recepta, quod scilicet raptor iste gaudere debeat. Ita sanè Petrus, & Cyn. *in l. presentis. C. de his qui ad Eccles. confug.* Hostien. *in summ. tit. de immunit. Eccles. §. in quantum col. 2.* Abbas, *in cap. inter alia. n. 16. de imm. Eccles. & ibid.* Anchar. *col. 1. cap. de his, qui ad Eccles. confug.* Hostien. *in summa. tit. de immunit. Eccles. §. in quantum col. 2.* Abbas, *in cap. inter alia. n. 16. de imm. Eccles. & ibid.* Anchar. *col. 1. C. de his, qui ad Eccles. confug.* Archid. *in cap. de raptoribus. 30. q. 1.* Angel. Clavas. *in summa in verbo, immunit. 3. n. 9.* Ioan. de Bich. *in tract. de imm. Eccles. n. 33.* Alex. *in cons. 145. n. 4. in fine. lib. 7.* Petrus Belluga, *in specul. Princip. rub. 11. §. sed quia. n. 12.* Boss. *in tract. caus. criminal. tit. de captura. n. 21.* qui scribit opin. hanc esse servandam à iudicibus Deum timentibus. Remig. *in tract. de imm. Eccl. fallent. 28.* Iul. Clar. *in pract. crim. §. fin. q. 30. vers. quare nunquid generaliter.* Io. Guttier. *in lib. 3. pract. quest. q. 5. col. 2.* Anton. Gomez. *in tom. 3. variar. resolut. cap. 10. n. 2.* Germon. *in lib. 3. de sacror. immunit. cap. 16. n. 57. & n. 66.* Io. Anton. Niger, *in cap. Regni cap. item statuimus quod Ecclesia. n. 2.* Rebuff. *in commentar. ad consil. Gallia tom. 2. tract. de imm. Eccles. glo. 1. n. 26.* Binsfeld. *in commentar. de iniur. & damno dato. cap. 7. q. 2. conclus. 4. vers. sub iurem etiam est de raptore. pag. 491. & Humada, in l. 2. tit. 11. partit. p. in glo. 2. in fine.* Et hæc quidem opinio fulcitur primò constitut. Concil. Aureliani *in d. cap. de raptoribus. 36. q. 1.* cuius verba hæc sunt. *De raptoribus autem id constituendum esse censuimus, ut si ad Ecclesiam raptor cum rapta confugerit, & feminam ipsam violentiam pertulisse confiteri, statim liberetur de potest. raptoris & raptor mortis, vel panarum impunitate concessa, aut ad serviendum subiectus sit, aut redimendi se liberâ habeat facultas. si vero que rapitur patrem habere confiteri, & puella raptori consenserit, potestas patris excusata reddatur, & raptor patri superioris conditionis satisfactione teneatur obnoxius &c.* Constitutionis verba clarè probant hanc opinionem, & facilè demonstratur, uno prius præmissò, quod sancitum est ab Innoc. III. *in d. cap. inter alia. de imm. Eccl.* nempe, quod is, qui gaudet imm. Ecclesie, non potest ab ea violenter extrahi, sed Ecclesie Prælati eum tradit cautione sibi præstitâ à Iudice Sec. quod ipsum delinquentem non puniet penâ mortis, vel mutilationis membrorum. Qui verò immunitatem non gaudet extrahi violenter etiam potest ab Ecclesia, nullâ præstitâ caut. à Iudice Sec. de non puniendo illo mortis penâ, vel mutilationis membrorum, sicuti suo loco dicemus; & est illud præsciendum raptorem Virginis jure Cæsareo puniri penâ mortis naturalis. *l. unica. in fine. C. de rapto virg. & scripsi in lib. 2. de arbitrar. iudic. &c. casu 221.* His præmissis dicimus concilium Aurelianense statuisse, quod violentus raptor, qui ad Ecclesiam confugit, mortis, vel poenarum, id est mutilationis membrorum impunitate gaudeat, sicuti suo loco dicemus, & est illud, *sed ad serviendum sit subiectus.* Gaudet ergo raptor iste ipsa imm. Eccl. alioqui penâ mortis damnaretur. Nec recipienda est interpretatio Deciani, *in tract. crim. lib. 6. cap. 28. n. 20. vers. non obstat modo text. &c.* Dum inquit Concilium hoc statuisse de raptore, qui puellam consentientem rapuit, ut cum ea matrimonium contra-

geret, & subiungit Decianus, sic etiam sensisse Hostien. *in summa, in tit. de imm. Eccl. §. in quantum. col. 2. vers. alii dicunt.* Hæc inquam, interpretatio recipienda non est, cum illa constitutio in principio clarè loquitur de violento raptore, & deinde, *in §. 1. de eo qui rapuit consentientem.* Hæc Hostien. si rectè perpendatur, quod malè Decianus refert, scribit. Et hinc intelligimus casum hunc raptus virginis non fuisse exceptum ab Innoc. 3. *in d. cap. inter alia,* cum jam à Concilio fuerit sancitum, Raptorem hunc gaudere debere imm. Eccl. & consequenter cessat extensio illorum casuum exceptorum ab ipso Innoc. ad hunc nostrum, ut dicebat Decianus. Non etiam restituenda est alia responsio Didaci, *in lib. 2. variar. resolut. cap. 20. n. 8.* nam illi satisfacit Germon. *in d. cap. 16. n. 67.*

Secunda est opinio eorum, qui negant virginis raptorem gaudere Eccl. immunitate. Ita sanè Marfil. *in l. unica. n. 109. C. de rapto Virg. Boër. q. 109.* Petrus Rebuffis, *in commentar. ad consil. Gallia. tom. 2. tract. de imm. Eccl. art. 1. glo. 1. n. 26. & 27.* Didac. Covar. *in lib. 2. variar. resolut. cap. 20. n. 8.* Eadem ratione utuntur quod cum hoc delictum sit gravissimum maximeque incommoda Reip. afferat, sicuti copiosè scripsi, *in lib. 2. de arbitrar. iudic. casu 291.* omnino convenit, ut ipsarum virg. raptoribus non concedatur Ecclesie immunitas, quemadmodum statuit Iustinian. *in d. §. neque autem. de mand. Princ.* & sicuti non gaudet imm. ille, qui (ut diximus supra) per insidias, & industriam aliquem interfecit, quanto minus gaudere debet rap. qui insidiis occidit corpus & animam, imò duo corpora, & duas animas? atque ita comprehenditur sub lege illa divina Exod. *cap. 21. relata in cap. 1. de homicidio.* Quæ sanè ratio, etsi adeò potens est, ut jure movere debeat summum Pontificem ad idem de his raptoribus statuendum, quod de quovis homicida per insidias, ac publico latrone, sicuti statuit Iustinian. *in d. §. neque autem, & Hispania Rex, ut habetur in l. ult. tit. 11. part. 1.* attamen donec aliud statuatur, observanda est constitutio Concil. Aurel. de qua *in d. cap. de raptoribus. 36. q. 1.* cui, ut moris est, consenserunt, & Principes Seculares.

Tertia est opinio Tiberii Deciani olim Patavii, dum eo in Gymnasio ius Cæsareum docerem, collegæ mei, *in d. tract. crim. lib. 6. cap. 28. n. 20. vers. ego putarem,* qui conciliando prædictas opiniones contrarias, distinguit duos casus, quorum primus est, quando raptor præcedentibus insidiis, & malis actibus rapuit Virginem invitam. Hoc sanè casu, raptor iste gaudere non debet imm. Eccl. Et hoc casu, rectè sensit Marfil. ac Boër. & reliqui supra commemorati. Verum huic opinioni repugnat præcitata constitutio Concil. Aurel. ut diximus supra, nec rationes consideratæ à Deciano urgent, quod scilicet admitti debeat extensio ad identitatem rationis, cum hoc esset, quando extat clara legis dispositio contraria. Et licet iuris de causis potuisset, & fortè debuisset Pont. Max. abrogare constitutionem illam *cap. de raptoribus 36. q. 1.* atque ita excipere & hunc casum, sicuti duos exceptit Innoc. 3. *in d. cap. inter alia,* attamen cum nihil aliud sancitum, & exceptum fuerit, observanda est lex jam lata, & promulgata. Non etiam verum est, quod idem Dec. *in d. cap. 28. n. 20. vers. præterea Princeps,* scribit, nempe, quod quemadmodum Principes seculares voluerunt Ecclesie immunitatem regulariter servari debere. *l. 2. C. de his, qui ad Eccl. confug. ita potuerunt etiam ex causa exceptiones aliquas addere, juxta cap. ad Apostolica, de re ind. in §. & cap. significasti. de proben.* non equidem vera est hæc consideratio cum fallâ sit consequentia. Nam, etsi voluerunt, imò & debuerunt Principes ipsi seculares servari

servari facere immū. Ecclesiz datam, ex quo, iure ut diximus supra, vel Divino, vel Pontificio concessa fuit. Non tamen ipsi aliquo in casu contrarium statuere poterunt, cum non ad eos, sed ad Pontificem Max. hoc pertineat. Secundus est casus, quem non satis expressit Decia. quando raptor non invitam, sed violentem rapuit virginem. Hoc sanè casu, sensit Decianus Raptorem hunc gaudere debere immū. Eccl. sic intelligens dictum cap. de raptoribus, quod falsum esse supra ostendimus. Est itaque retinenda, & observanda prima illa recepta opinio, donec aliud statuat summus Pontifex, cui, si tanta mihi esset vis, & facultas suadendi, suaderem maximè, ut sanciret raptores, Virgines violantes, saltem gaudere non debere hac Ecclesiz immunitate. Si enim Innoc. 3. in d. cap. inter alia. de immū. Eccl. statuit nocturnos agrorum depopulatores, quorum crimen longè minus est ipso rapto, gaudere minime debere hac immū. quanto magis sancendum est, nec raptoribus virginum concedendam esse?

Adulter, qui ad Eccl. confugit ejus gaudet immū. jure Pontificio inspecto, sicuti scribunt Germon. in lib. 3. de sacer. immū. cap. 16. n. 97. Decian. in tract. crim. lib. 6. cap. 28. n. 22. qui tamen inquit distinguendam esse, ut de raptore Virginis ipse distinguit. Existimo adhibendam non esse distinctionem, sed observandum, quod de raptoribus sancitum est, donec aliter statuatur, cum crimen raptus sit adulterio gravius, quemadmodum facile est colligere ex his, quæ scripti, in lib. 2. de arbitrar. Judic. casu 291. & casu 419. ubi de utroque delicto copiosè & diligenter satis differui. Iure Cæsareo non gaudet adulter immū. Eccl. ut sensit Germon. practitatio in loco. lib. 2. cap. 16. n. 2. & Barth. Humada, in commentar. ad leg. parit. Hispan. in l. 2. tit. 11. parte p. in glo. 2. in fine.

Peculatus crimen adversus Principem Secularem committens, si ad Ecclesiam confugit, ejus immū. gaudet. Ità Decian. in tract. crim. lib. 6. cap. 28. n. 25. rejecta contrariâ opin. Ignei in l. in princ. n. 55. ff. ad sen. cons. syll. non enim, vel lege, vel ratione aliquâ fulcitur Ignei opinio, sicuti Dec. rectè ostendit, quod quidem, ut diximus intelligitur de peculatu rei Secularis, secus si de resacra, cum tunc dicatur sacrilegium, ut scripsi in lib. 2. de arbitrar. Judic. casu 586. n. 3. non est locus immū. Ecclesiz, sicuti de sacrilegio dicemus in subsequenti capite.

Effractor carcerum ad Ecclesiam confugiens gaudet illius immū. Ità Boët. in q. 110. n. 8. in fine, & n. 9. in q. 215. n. 18. & in q. 349. n. 8. Igneus, in l. 3. §. subvenitur. n. 109. ff. ad S. C. Syll. Chassan. in consuetud. Burgund. rub. 1. §. 5. in textu, s'il n'a grace. n. 116. qui dicit in Gallia contrarium servari. Remig. in tract. de immū. Eccl. fallent. 29. Didac. in d. cap. 20. n. 13. vers. decimo octavo. Germ. in lib. 3. de sacer. immū. cap. 26. n. 77. & Binsfeld. in commentar. de iniur. & damno dato. cap. 7. q. 2. conclus. 4. ad finem. pag. 494. & Decia. in d. cap. 28. n. 20. Et si enim aliquando grave est delictum carceres frangere, & fugere, ut copiosè differui in d. lib. 2. de arbitrar. Judic. attamen non adeo atrocè est, nec ità Ecclesiam lædit, ut ejus immū. carere debeat.

Apostata à Religione, etsi graviter delinquit, ut scripsi in lib. 2. de arbitrar. Judic. casu 431. verumtamen non ità grave existimatur, ut confugiens ad Ecclesiam, cujus non est possessor professus, gaudere non debeat ejus immū. ut scribunt Rebuff. in commentar. ad consil. Gallie. tom. 2. tract. de immū. Eccl. art. glo. 1. n. 25. & Decian. in tract. crim. lib. 6. cap. 28. n. 13. De Apostata verò à fide, cum sit propriè hæreticus, dicemus in subsequenti capite.

Monetam falsam cudeus, tametsi grave delictum

committit, ut scripsi, in lib. 2. de arbitrar. Judic. casu 316. nihilominus si confugit ad Ecclesiam, ejus gaudet immunitate. Ità Joan. Guttier. in lib. 3. pract. quest. q. 4. n. 10. qui testatur judicatum fuisse in urbe civitatenſi Hispaniæ.

CAPUT IX.

Casus criminales, pro quibus concessa non est Ecclesia immunitas delinquentibus ad eam confugientibus.

E Numeravimus superiore capite casus illos criminales, pro quibus Ecclesiz immū. concessa est delinquentibus, qui ad ipsam Ecclesiam confugiunt, nunc differendum est de illis, quibus tributa non est. Quia in re observandum est prius jus Cæsareum in multis ex his casibus differre à jure Pontificio, sicuti in ipsa enumeratione, & explicatione casuum dicemus.

Latro publicus non gaudet immū. Eccl. ad quam confugit, & hic quidem prius exceptus ab Innoc. 3. in d. cap. inter alia, vers. super hoc tamen. de immū. Eccl. & idem sensit Nicolaus Papa, in cap. sicut. antiquitus 17. q. 4. & illis in locis adnotant Doctores, & accedunt Remig. in tract. de immū. Eccl. fallent. p. Gigas, in tract. de crim. lase M. committatur. q. 10. n. 5. Jul. Clar. in pract. crim. §. finali. q. 30. col. 4. vers. quæro nunquid generaliter. Dec. in tract. crim. lib. 6. cap. 28. n. 1. Ludovic. Pegueria, in decis. criminali. cap. 40. n. 2. Et hodiè nova constitutione Greg. XIII. Pont. Max. edita anno 1591. idem sancitum legimus; & rectè quidem sic statutum, est cum adeo grave sit hoc crimen, ut publici ipsi latrones impune occidi possint. cap. cum homo. 23. q. 5. & jubent Principes eos conquiri debere, & emeritis pœnis plecti. l. 4. §. 1. ff. ad l. l. l. pecul.

Latro publicus is dicitur, in quo plura concurrunt, primò quòd sit publicus; secundò, quòd per insidias noceat viatoribus; tertio, quòd id faciat in viis publicis. Ità Abbas, in d. cap. inter alia. n. 5. Jo. de Bich. in tract. de immū. Eccl. n. 19. & 20. quartò, quòd pluries latrocinium commiserit, ut scribunt Angel. in cons. 403. formata fuit. col. 1. Fulgos. in cons. 157. n. 3. Czpolla, in auth. sed novo iure. n. 106. C. de ser. fug. & idem prius scripserunt Oldrad. & Bart. quos statim referam. Petrus Belluga, in specul. Princ. rub. 11. sed. quia. n. 13. qui dixerunt refugam, qui in via publica semel tantum latrocinium commisit gaudere immū. Eccl. Idem sensit Decianus, in d. cap. 28. col. 2. Ludovicus Pegueria, in decis. criminalibus cap. 40. n. 6. quinto, quòd via illæ publicæ, in quibus latrocinati sunt, frequententur; non enim sufficit, quòd sint publicæ, & pauci per eas interfaciant, sed esse debent frequentatæ. Sic sanè scribunt Oldrad. in cons. 154. n. 4. Bart. in l. capital. §. famosor. n. 1. & 2. ff. de panis. Bald. in auth. sed novo iure n. 5. C. de ser. fugit. Buttic. in cap. inter alia. n. 8. de immū. Eccl. Igneus, in l. 3. §. subvenitur. n. 107. in fine ff. ad S. C. Syll. Remig. in tract. de immū. Eccl. fallent. prima Jul. Clar. in pract. crim. §. finali. q. 30. vers. quæro nunquid. Decian. in d. cap. 28. col. 3. Petrus Gregor. & Pegueria, quos statim referam; sexto, quòd homines occiderit, Czpoll. in d. auth. sed novo iure. n. 106. Verum hoc requisitum non admittunt Petrus Gregor. Tolos. in lib. 37. syntag. iuris. cap. 6. n. 9. & Ludovicus Pegueria. in d. cap. 40. n. 5. Quod autem dictum est de publico latrone, idem dicendum est de famoso, qui, etsi is dicitur de quo publica est vox, & fama, ut scribunt Fulgos. in d. cons. 157. & Alex.

Alex. in *conf. 110. n. 6. lib. 4.* attamen in specie no-
stra adeo non differtur publicus latro, & famosus, ut
Ecc. imm. ita concessa non dicatur famoso, sicuti nec
publico, quemadmodum decidit Franc. Mart. in *q.*
989. n. 3. in prima parte. sequitur Decian. in *d. cap.*
28. col. 3. vers. sed posse dubitari. Idem dicendum est
de latrone, qui vi, & armis ingreditur domum al-
terius, ut furtum committat, & impediens occi-
dat, sic sane intelligit, & declarat Decianus, in *d.*
cap. 28. col. 3. in fine vers.

Verum advertendum in fine, ubi dixit, & recte,
majus esse delictum aliquem in domo propria occi-
dere, quam in via publica, quod inquit probari Ju-
stiniani constituit. in *auth. sed novo iure C. de servit.*
fug. quâ sancitum est pari poenâ plectendum esse eos,
qui violenter aggrediuntur, in domibus, vel in viis,
& itineribus. Sic quoque dicimus de latrone, qui
in viis Civitatis, vi, & armis aliquem agreditur, ut
vel pecuniam, vel vestes auferat, sicuti tradit idem
Decianus, in *d. cap. 28. col. 4. vers. ita & secundo.* Et
demum idem dicimus de Pirata, qui in mari depræ-
datur. Nam nil hi à publicis, & famosis latronibus
differunt. l. in rebus ff. *commod. auth. sed novo iure C.*
de ser. fugit. & in auth. Navigia. C. de furtis, & scri-
bunt Jason, in *§. rursus, n. 46. insir. de act.* Belluga,
Gomez, & alii nonnulli ex supra citatis; Iure ergo
carent hi imm. Eccl. ad quam confugiunt, ut in spe-
cie Decianus, in *dicto cap. 28. col. 4. vers. tertio etiam*
extendenda. Depopulator agrorum nocturnus hæc Ecc.
si ad eam confugit, immun. non gaudet, sicuti statuit
idem Ioan. 3. in *d. cap. inter alia. de imm. Ecc. &*
ibid. scribunt omnes, & Oldrad. in *conf. 154. n. 2.*
Guilm. Mayner. in *l. nemo de domo. n. 17. de reg. iuris.*
Remig. in *cap. de immunit. Eccles. fallent. 2.* Petrus
Belluga, in *specul. Princ. in 11. §. sed quia. n. 14.* qui
rationes hujus constitutionis reddit. Anton. Gomez,
in *tom. 2. variar. resolut. cap. 10. n. 2. vers. secundus*
casus est. Bispfeld. in *comment. de iniur. & damno da-*
to. cap. 7. q. 2. conclus. 4. Decian. in *d. cap. 28. n. 3.*
qui hujus constitutionis rationes referunt.

Depopulator autem is dicitur, qui noctis tempo-
re latet in legatibus, illas, & alios agrorum fructus
destruit, vel subfurratur, ut declarat Hostien. ad
Abb. & Buttic. in *d. cap. inter alia, & ibidem Buttic. n.*
7. Guilm. Mayner. in *l. nemo de domo. n. 18. de reg.*
iuris, commemorans alios. Remig. in *d. fallent. 2.* &
Belluga in *d. §. sed quia. n. 14.* & nostrâ ætate hunc
casum excipit, & Gregor. XIV. Pont. Max. Consti-
tuit. editâ anno 1591.

Delinquens in Ecclesia non gaudet vel ejus, vel
alterius, ad quam confugit, imm. Itâ statuit Gregor.
IX. Pont. Max. in *cap. ult. de imm. Eccl.* cujus verba
hæc sunt, *Immun. Ecclesiasticam, & infra. nonnulli*
impunitatem suorum excessuum per defensionem Ecc.
sinere sperantes, homicidia, & mutilationes membro-
rum, in ipsis Ecclesiis, vel eorum cœmeteris committere
non verentur, qui nisi per Ecclesiam, ad quam fugerent,
credere se defendi, nullatenus fuerant commissuri, &
infra. Cum autem in eo, in quo delinquit puniri quis de-
beat, & frustra legis auxilium invocet, qui committit in
legem, mandamus quatenus publicè nunciatis tales non
debere gaudere imm. privilegio, quò faciunt se indignos.
Hæcenus Gregor. IX. Et idem statuit Gregor. XIV.
Anno 1591. novâ editâ constit. Gregor. ille IX. suę le-
gis, & constitutionis rationes affert, quod scilicet
puniri is debet in quo delinquit, & frustra legis au-
xilium invocat, qui committit in legem. *cap. frater*
11. q. 4. & cap. quia frustra. de usuris, & accedit l. au-
xilium. in fine. ff. de minor. 25. annis, & aliis compro-
bavi in comment. ar. de presump. lib. 5. presump. 10.
n. 4. & 5. & ibi. n. 9. scripti delinquentem in Eccle-
siam præsumi eo animo deliquisse, ut gauderet imm.
Eccl. & ob id eâ gaudere non posse, etsi dissentiant
aliqui relati à Rebuff. in *comment. ar. ad consil. Gallia.*
tom. 4. tract. de imm. Eccl. glo. 1. n. 20. communem ta-

men sequuntur etiam Germon. in *lib. 3. de sacro. imm.*
cap. 16. n. 79. & Ioan. Gutier. in *lib. 3. pract. quæst. qu. n. 8.*

Extenditur primò hæc Gregor. IX. constitutio, ut
locum habeat non solum in eo, qui occidit, vel mem-
brum mutilavit, sed etiam in quovis alio delictum in
Ecclesia committente, ut furtum, vel aliud simile,
quod alibi perpetratum gauderet Eccl. imm. Cum
enim ex quovis delicto in Eccl. perpetrato sacrilegi-
um committatur, *cap. frater. & cap. quisquis 17. q. 4.*
& Eccl. lædatur, sequitur dicendum hos delinquen-
tes non gaudere imm. Eccl. Itâ glo. in *cap. frater.*
17. q. 4. Hostiens. *collectar. in d. cap. inter aliq. de imm.*
Eccl. & ibidem Abbas, in n. 9. Buttic. n. 16. & Anchar. in
1. notab. Salicet. in auth. si quis ei. C. de adulter. Imolt. in
Clem. 1. n. 11. in fine de poenit. & remiss. Angel. Arretinus.
in tract. de malef. in verbo quod fama publica. q. 8. Gui-
do Papæ, *q. 121. in fine.* Franc. Mart. *q. 989. in 1. parte,*
Turrecrem. in *cap. sacrilegium. 17. q. 4.* Belluga, in *d. §.*
sed quia. n. 18. Boër. *n. 110. n. 3.* Ioan. Bich. in *tract. de imm.*
Eccl. n. 31. Chaffan. in *consuetu. Burgund. rub. 1. §. in texim*
s'il n'a grace. n. 112. vers. in decisionibus. Remig. in *simili*
tract. fallent. 2. n. 5. Aufreterius, in *addit. ad Capel. Tolos. q.*
423. Didac. in *lib. 2. variar. resolut. cap. 20. n. 15.* Jul. Clar.
in *pract. crim. §. final. col. 4. in fine. vers. de sacrileg. & c.*
qui testatur Senatam nostrum Mediolanensem iussisse
sacrilegium ab Eccl. extrahi. & col. 6. *vers. item quero & c.*
Declarat Navarr. in *Manual. confess. cap. 25. n. 20.* Bins-
feld. in *comment. ar. de iniur. & damno dato. cap. 7. q. 2.*
conclus. 4. vers. tertio non gaudet, Decian. in *tract. crim.*
lib. 6. cap. 28. n. 5. & Ioan. Guttier. in *dicto. cap.*
1. n. 17.

Et hæc quidem traditio probatur primò tex. *cap.*
ad Epif. 17. q. 4. quò sancitum est Eccl. violatores ingre-
di eam minimè posse. Præterea, & 2. accedit, quòd nisi
diceremus committentes alia delicta, quàm homici-
dia, & mutilationes membrorum non gaudere imm.
Ecc. sequeretur absurdum, & iniquum, quòd perpe-
trantes stupra, & adulteria, & similia in Ecc. fruenterent
imm. quòd esset valdè absurdum, & iniquum, & ad-
versus mentem summi Pont. Greg. in *d. cap. ult.* Rursus
& tertio confert ratio illa generalis quâ utitur ipse
Gregor. in *d. cap. ult.* quòd scilicet frustra legis auxili-
lium invocat, qui eam violat, quæ sanè ratio generalis
extendit dictum, & dispositionem l. *regula. §. cum quis*
ff. de iuris, & facti igno. & l. cum pater. §. dulcissimis. ff. de
leg. 2. & latissimè comprobat post alios Craveta, in conf.
217. col. 2. Tiraquell. in *tract. quòd cessante causa cesset ef-*
fectus. in p. n. 142. qui intelligunt locum habere etiam
in dispositione correctoria, & odiosa.

His intelligimus jure communi inspectò veram
non esse contrariam opinionem eorum, qui existima-
runt committentes alia delicta, quàm homicidia &
mutilationes membrorum, in Eccl. ejus gaudere im-
mun. quam quidem opinionem probant Gaufr. d. in
summa. de imm. Eccl. Card. Zabarr. in d. cap. ult. col. 2.
vers. quero an quilibet. de im. Eccl. Rom. in conf. 234. n. 2.
Rebuff. in *comment. ar. ad consil. Gallia. tom. 2. tract. de*
imm. Ecc. glossa 1. n. 25. & 26. cum dicit Jure Canonico
sacrilegum non privari hac imm. Eâ ratione hi moti
sunt, quòd in *d. cap. ult. de imm. Eccles.* duo tantum ca-
sus excluduntur ab Eccl. immun. hoc est, homicidii &
mutilationis membrorum, commissi in Eccl. ergo alii
casus excludunt. juxta reg. *l. cum Prator. §. 1. ff. de iudic.*
& *cap. nonne. de presump.*

Verum facile responderetur ex dictis supra *cap. 6.* ces-
sare hæc regulam dictæ *l. cum Prator §. 1.* quando alio-
qui ex inclusione, vel exclusione sequeretur absurdum
ut diximus supra sicuti eveniret nostro in casu, sicuti
jam demonstravimus.

Cæterum nova constitutio Gregor. XIV. Pont. Ma-
edita annò 1591. hanc imm. admittit solum occiden-
tib. & membra alicui mutilantibus in Ecclesia.

Extenditur sec. ut locum habeat etiam quando
non constat hunc homicidam, vel aliter delinquentem
deliquisse spe, & animò fruendi imm. ipsius Ecc.

nam adhuc non gaudebit delinquens iste hac imm. Ità Abbas, *in d. cap. ult. n. 8. & ibidem Butic. n. 7.* qui dicit præsumptionem esse juris, & de iure, quòd deliquerit animo fruendi ipsa imm. Idem tradunt Petrus Belluga, *in speculo Princip. rub. 11. sed quia, n. 18.* Joan. de Bichis, *in tract. de imm. Eccl. n. 29.* Aufferer. *in addit. ad Capel. Tolos. ad quast. 422.* Remig. *in tract. de imm. Eccl. fallent. 3. n. 4.* Didac. *in lib. 2. variar. resolut. cap. 20. n. 15. vers. vigesimo secundo deducitur*, qui inquit opinionem hanc verissimam esse. Navarr. *in Manuali confess. cap. 25. n. 20. in fine.* Jul. Clar. *in pract. crim. §. finali. q. 30. vers. item quarto. in fine.* Decian. *in tract. crim. lib. 6. cap. 28. n. 5. vers. verum quia in dicto & c.* Joan. Guttier. *in lib. 3. pract. quast. q. 1. n. 15.* & idem ego ipse scripsi *in commentar. de presumpt. lib. 5. presumpt. 10. n. 12. & 15.* & hæc quidem opinio, vel ex eo satis probatur, quòd negari non potest, quòd is, qui exorta rixa ex improviso, & casu, aliquem occidit in Ecc. dicatur in ea deliquisse, atque ità etiam violasse. Non ergo ejus gaudere debet imm. cum (inquit Gregor. *in d. cap. uli.*) frustra legis auxilium invocat, qui contra eam committit.

His constat esse veram, & magis receptam opinionem adversus Hostiens. *in d. cap. ult. & ibid. Zabarell. in prima oppo. & Butr. & Vitalin. in Clem. 1. n. 82. de poenis. & remiss. Sylvetrum, in summa. in verbo, imm. 3. n. 2. q. 2.* hi moti sunt verbis dicti *cap. ult. de imm. Eccl. ibi, nonnulli immunitatem suorum excessum per defensionem Ecclesie obtinere sperantes, & ibi per Ecc. ad quam confugerent credunt se defendi, nullatenus fuerant commissuri & c.* Verum respondetur verba hæc esse narrativa, in quibus Greg. ipse non constituit fundamentum, sed in illa ratione quòd is debet puniri in eo in quo deliquit, frustra legis auxilium invocat, qui in eam committit. Hæc etiam est ratio finalis, illa verò ex dictis narrativis impulsiva. Ità hæc declaratur constit. Gregor. XIV. Pont. Max. edita anno 1591. ut supra retulimus.

Extenditur tertio, ut hic in Ecc. delinquens privetur non solum imm. illius Eccl. quam violavit, sed etiam cujuscumque alterius, ad quam deinde confugerit, causa evitandi dictæ violationis poenam. Ità Henric. Boic. *in cap. pen. col. 3. vers. nec distinguo & c.* qui alios refert, *de imm. Eccl. Joan. de Bich. in tract. de imm. Eccl. n. 64. vers. etiam si delinquens & c.* Didac. Covarr. *in lib. 3. variar. resolut. cap. 20. n. 15. vers. viges. tertio*, Jul. Clar. *in pract. crim. §. finali. q. 30. vers. sed quid si aliquis*, qui testatur hanc esse communem opin. & in foro servari, Petrus Binsfeld. *in commentar. de iniuriis, & damno dato cap. 7. q. 2. conclus. 4. vers. dubium verò esse potest.* Decian. *in d. cap. 28. n. 8.* Ea est hujus traditionis ratio, quia Ecc. una est universalis, cap. loquitur 24. q. 1. cui concessa est imm. hæc non autem una singularis tantum, & propterea, qui unam violat particularem, universalem ipsam violasse dicitur Et idem est dicendum de sacrilego illo, qui furtum commisit in Hospitali, à quo invitatus non potuisset aliàs extrahi, non gaudebit imm. Ecc. ad quam confugit, sicuti respondit Angelus fil. Pauli Castrens. *inter Consil. ipsius Castrens. conf. 458. lib. 2. quem probavit Decian.*

Extenditur 4. ut locum habeat etiam in eo, qui grave delictum commisit propè ipsam Eccl. ut conjecurare possumus, cum spe Ecclesiasticæ immunitatis deliquisse, nam & hic non gaudet ipsa imm. Eccl. ad quam deinde confugit, sicuti tradunt Anchar. *in d. cap. pen. de imm. Eccl. & ibidem Henric. Boic. n. 2.* Guiel. Mayner. *ir. l. nemo de domo. n. 28. de reg. iuris. in tract. de presumpt. reg. 33.* Didac. *in d. cap. 20. n. 15. vers. vigesimo sexto*, & alios ejusdem sent. commemoravi, *in commentar. de presumpt. lib. 5. presumpt. 10. num. 12.* Et accedunt Germon. *in lib. 3. de sacror. imm. cap. 16. num. 81. vers. quaritur hinc & c.* Et

Joan. Guttier. *in lib. 3. pract. q. q. 1. n. 15.* Ceterum opinio hæc satis levibus fulcitur a gumentis.

Et quidem adducuntur duæ illæ rationes Greg. V. *in d. cap. ult.* quarum prima est, quòd is puniri debet in quo delinquit. Hæc ratio non concludit, cum hic non deliquerit in Eccl. sed extrà. Sec. est ratio, quia frustra legis auxilium invocat qui in legem committit. Non enim ratio hæc urget, cum iste non dicatur violasse ipsam Ecclesiam, & ejus immunitatem, cum in ea non deliquerit, sed commisit in alias leges, quæ homicidium, aliudvè simile delictum perpetrantem poenis afficiunt. Et rursus accedit quòd licet delinquens iste habuerit spem, & animum confugiendi ad Ecc. attamen potuit etiam decipi, quia evenire poterant impedimenta, quibus impediretur confugere, id quod non contingit in eo qui delinquit in ipsa Eccl. qui certus est perfugii, & demum ratio hæc spei non est considerabilis, cum (ut diximus supra) apposita sit in verbis narrativis, atque ità non est ratio finalis, sed impulsiva. His considerationibus adductus Decianus, *in tract. crim. lib. 6. cap. 28. n. 5. vers. ex quo infero & c.* contrariam probat opinionem, secundum quam respondisse Bellem. *in conf. 13. incipit D. Ioan. scribit*, Crediderim nullam habendam esse considerationem hujus spei, & confidentiæ imm. Eccl. hoc in casu, nam dicimus hunc delinquentem propè Ecclesiam, ad quam deinde confugit, deliquisse casu, & (ut dici solet) de improviso, ut si exorta rixâ occidit adversarium, & tunc dici non potest hunc delinquentem deliquisse sub spe imm. Ecclesie, cum de ea cogitasse nullo modo præsumatur. Ità à fortiori scripsit Imola, *in Clem. 1. n. 11. in fine de poen. & remiss.* cum dixit occidentem in Ecc. si non insidiosè, gaudere imm. Ecc. ut dicemus infra, aut dicimus ipsum delinquentem præmeditato, & deliberato animo occidendi aliquem, eum propè Ecclesiam expectasse, & eo occiso, vel vulnerato ad ipsam Ecclesiam confugisse, & hunc gaudere non debere hac imm. non quidem ex eo quòd deliquerit spe confugiendi ad Eccl. & de ejus imm. beneficio confidens, sed ex eo quòd per industriam commisit ut dicemus statim, & verè Doctores negantes hoc in casu confugientem ad Ecc. gaudere imm. loquuntur, quando is deliquit deliberatè, & ex proposito, & inter alios sic manifestè loquitur Didac. Covarr. *practato in loco.*

Extenditur quinto, casum habere locum, etiam quando quis existens in Ecc. sagitta, jaculo, vel sclopo existentem in loco profano, sic que extra Ecclesiam, vel occidit, vel vulneravit; nam & hic non gaudet imm. Ecc. ad quam confugit. Ità sanè scribunt Abbas, *in dicto cap. ult. n. 11. de imm. Eccl. & ibidem But. Angel. Clavas. in summa. in verbo, immunit. q. 23.* Sylvest. *in summa. in verbo, Immunitas. n. 6. in fine, & n. 7.* Joan. de Bich. *in tract. de imm. Eccl. n. 62.* Remig. *in tract. de imm. Eccl. fallent. 6. & 7.* Navarr. *in Manual. confess. vers. nemo item.* Joan. Guttier. *in lib. 3. pract. quast. q. 1. n. 19.* & Decian. *in d. cap. 28. n. 6.* Eà ratione hi moti sunt, quòd delictum habuit initium in Ecc. etsi in loco profano sit consummatum. Porrò in delictis consideratur etiam solù principium, ut inquit idem Abbas, *in cap. 1. n. 1. de presumpt.* & hæc quidem melior est ratio illa Deciani, qui, *practato in loco*, scribit, quòd in delictis consideratur animus, ut tradunt Bart. *in l. libellorum. n. 7. §. de accus.* Angel. Aretin. *in tract. de malefic. in verbo, In platea communi n. 8.* & alii à Deciano allegati. Atque hic homicida jam animo concepit occidere hominem in Ecc. existentem, & sic animo violavit Ecc. ergo ejus imm. gaudere non debet. Hæc sanè ratio mihi non probatur, cum non sufficiat solus animus violandi Ecc. ut gaudere is non possit hac imm. sed requiritur quòd re ipsa violaverit.

Extenditur sexto, ut casus iste procedat etiam contra

contra ad præcedentem, nempe quando quis existens extra Ecc. in loco profano, sagitta, vel jaculo, vel sclopo occidit, vel vulneravit existentem in Ecc. nam & hic non gaudet imm. Ecc. ad quam confugit, sicuti egregiè tradit Didac. Covarr. in dicto lib. 2. *variar. resolut. cap. 10. n. 15. vers. viges. sept.* quem sequuti sunt Ioan. Guttier. in lib. 3. *pract. quest. q. 1. n. 28.* Decian. in dicto cap. 28. n. 6. in fine. Hujus traditionis ratio est, quia inspiciendus est locus, ubi delictum fuit consummatum, ut scribit Bald. in l. si quis non dicitur rapere. col. 3. C. de Episco. & Cler. & in l. multum inter est. col. pen. vers. sed hic quæro C. si quis alteri, vel sibi Castren. in l. si ut proponitur ff. de fidejussor. & Mas. fil. in l. unica. n. 250. C. de rapt. virg. & alius statim comprobabimus, & fusè explicat, præd. in loco, Gutt.

Extenditur septimò procedere etiam in eo, qui existens extra Ecclesiam mandavit delictum committi in Ecc. Hic pariter non gaudet imm. Ecc. ad quam deinde confugit. Ità Navarr. in *Manual. confessor. cap. 25. n. 21.* Decianus, in d. cap. 28. n. 7. vers. quod si mandasset &c. Et mihi quoque placet, non enim negari potest quin mandans iste Ecclesiam violaverit, mandando illi mandatario, ut in Ecc. occidat, non enim scelestus ille mandatarius exequendo mandatum, aliquo modo, aliquave ratione differt à sagitta, & jaculo misso ab eo qui est in loco profano in Ecc. & occidit, & vulnerat existentem in illa. Et accedit quòd jure ipso communi Pontificio, & Cesareo sancitum est Ecc. violatorem, ut diximus supra, non gaudere imm. ipsius Ecclesie ad quam deinde confugit. Porrò quando mandans delictum jure communi punitur, eadem pœna puniri debet quâ & mandatarius jure communi puniatur, sicuti copiosè scripsi in lib. 2. de arbitrar. Iudic. casu 353. n. 2. & 3. cum ergo certum sit mandatum occidentem in Ecclesia privari imm. Ecc. sequitur dicendum & ipsum mandatum eadem carere debere; cum verò existens in Ecclesia mandato aliquem occidi, vel vulnerari in loco profano, non privatur imm. Ecc. cum eam non violaverit. Sic sanè affirmant Ioan. de Bich. in tract. de imm. Ecc. n. 63. vers. quid si existens in Ecc. idem Decian. præd. in loco, & si utramque traditionem indecisam reliquerit, fallent. 5. qui suo more confusè multos ad litteram penè refert, & non definit, verum à prædictis dissentiunt Angelus Clavas. in summa. in verbo, Immunitatis. vers. 24. Sylvester, in summa. in verbo, Immunitas. il. 3. n. 10. & Guttier. in lib. 3. pract. quest. q. 2. n. 17.

Extenditur octavò ut locum habeat hic casus etiam quando delinquens in Ecc. confugit ad Hospitalè, cui à summo Pontifice concessum fuit privilegium quòd ad eum confugientes gaudeant imm. Ecc. concessæ. Hoc etiam casu, non gaudet imm. Ecc. Ità Decian. inter conf. Castren. in conf. 458. lib. 2. Eà ratione usus est Decian. quòd privilegium debet intelligi, & interpretari ut minùs lædat jus commune quàm fieri potest, ut scribunt Bald. & reliqui ab ipso Deciano allegati. Et privilegia adduci debent ad juris communis terminos quantum fieri potest. cap. ex parte il. 1. de verbor. signif. il. 1. privilegium ergo Hospitali concessum intelligi debet, ne delinquens in Ecclesia ipsius Hospitalis gaudeat imm.

Extenditur novò ut locum habeat hic casus etiam in eo qui occidit, vulnerat, vel percutit Clericum, nam & hic non gaudet imm. Ecc. cum percutiendo vel occidendo Clericum, dicatur violasse ipsam Ecclesiam. Ità in specie tradunt Ioan. de Bichis, in tract. de imm. Ecc. n. 38. & Decian. in d. cap. 28. n. 11 & accedit Romig. in tract. de imm. Eccles. fallent. 32. & 34. Verum dissentit Navarr. in *Manual. confessor. cap. 25. n. 19. vers. gaudet etiam.*

Declaratur primò nunc casus iste, ut locum ha-

beat quando in Ecc. commissum fuit delictum leve, nam tunc is delinquens non privatur imm. ut scribunt, & declarant Hostiens. in d. cap. ult. de imm. Ecc. & ibidem Abbas, n. 7. Anchar. n. 4. & Henric. Boic. in cap. pen. eo. tit. Angel. Castren. inter conf. castren. conf. 459. lib. 2. Sylvester Pier. in summa in verbo immunitas 3. §. 2. Astrer. in addit. ad Capell. Tolos. q. 413. Didac. Covarr. in lib. 2. *variar. resolut. cap. 20. n. 15. vers. vigesimo quinto.* Decian. in dicto cap. 28. n. 9. in fine. Germon. in lib. 3. de sacror. immunit. cap. 26. n. 80. Ioan. Guttier. in lib. 3. pract. quest. q. 1. n. 17. in fine, & Petrus Binsfeld. in commentar. de iniur. & damno dato. cap. 7. q. 2. conclus. 4. vers. limitanda sunt. Et declaratio hæc probatur novà constitutione Gregorii 14. supra relatà, quæ homicidam, & membrum mutilantem tantum excipit.

Declaratur sex. ut non procedat quoad alia delicta extra Ecc. commissa. quorum causâ pœnam luit, atque ità ea purgavit. Ità Guttier. in d. cap. 1. n. 18. qui sic declarat Boer. in q. 100. col. ult. & Didacus Covarr. in lib. 2. ver. resolut. cap. 20. n. 15. vers. vigesimo quarto.

Declaratur 3. non habere locum, quando existens in Ecclesia ob delictum jam commissum ejus immunitate gaudens exivit Ecc. & in loco ab Ecc. remoto commisit aliud delictum, & ad eandem Ecclesiam reversus est; hoc etiam casu hic extrahi non potest etiam ob hoc secundum delictum. Ità Guttier. in d. cap. 1. n. 34. post Azevedum in commentar. ad leg. Hispania nova recompilationis. lib. 3. tit. 2. lib. 1.

Declaratur quartò non procedere quando quis aliquem occidit in Ecc. sine infidiis, ut puta casu, vel exorta rixa. hic enim gaudet imm. Ecc. sicuti tradit Imola, in Clem. 1. n. 11. Clem. 1. n. 11. in fine de pœnit. & rem.

Homicida, qui per insidiam, & industriam occidit, Ecc. imm. non gaudet; ità uno ore scribunt Doctores, in cap. inter alia. de immunit. Ecc. sic sanè glo. Abbas, n. 25. Anchar. n. 5. in conf. 145. n. 3. lib. 3. Remig. in tract. de immunit. Ecc. fallent. 13. n. 4. & 5. Petrus Rebuffus, in commentar. ad const. Gall. tom. 1. in tract. de imm. Eccles. glo. 1. n. 16. Decian. in tract. crim. lib. 6. cap. 28. n. 12. & n. 15. sic, & hoc in casu, loqui intelligo Petr. Gregor. Tolos. in lib. 33. syntagm. iur. cap. 22. n. 3. & Ioan. Guttier. in lib. 1. pract. quest. q. 2. n. 2. Et verè ità lege antiqua Divina sancitum fuit, sicuti legitur Exodi cap. 21. cujus verba hæc sunt. *Qui perusserit hominem volens occidere morte moriatur. Qui autem non est insidiarius, sed Deus illum tradit in manus eius, constitutam tibi locum, in quem confugere debeat. Si quis per industriam occiderit proximum suum, & per insidias, ab altari meo evelles eum, ut moriatur; Hæc ibi, cujus verba legis. relatæ sunt in cap. 1. de homicid. & idem habetur Deuteronom. cap. 19. his verbis, si quis autem odiò habens proximum suum, insidiatus fuerit vita eius, surgensque percussisset illum, & mortuus fuerit, fugerisque ad unam de supradictis urbibus, mittens seniores Civitatis illius, & arripient eum de loco refugii, tradentque in manus proximi, cuius sanguis effusus est, & morietur. Non misereberis eius, & auferes noxium sanguinem de Israël, ut bene sit tibi. Hactenus lex illa. Idem statuit Innoc. 3. Pont. Max. in cap. inter alia. de imm. Ecc. ibi. *vel publicas stratas obsidet aggressionis insidiis, ab Ecclesia extrahi potest, impunitate non præstita, secundum canonicas sanctiones &c.* Hunc per insidias occidentem Eccles. im. indignum judicaverit, & olim Agefilus Lacedæmoniorum (hæc profana, & risu quodammodo digna sacris, & serijs liceat nunc nobis miscere) Rex, qui Altari Minervæ (Plutharchi verba hæc sunt, *Apophteg. Laconic.*) ab ara æde cognomento Chalciæ, quodam die aditans, bovem immolaturus, unguem à prediculo non*

aversus est quidem, sed illum palam captum omnium in conspectu necavit, ac dixit, per Deos libenter, vel in ara insidiatorem. Hæc Plutarch. significavit sapientissimus hic Rex insidias molientibus, nullam aram, aut asylum oportere tutum esse. Sed de hoc quidem homicida per insidias, & industriam existimo loqui Philonem Judeum, in libro de specialibus legibus cujus verba hæc sunt; *Non solum, qui interminant, sed etiam qui nihil non conantur clam, palamque ut interficiant, etiam si non perpetraverint facinus. Quod si pro metu, vel audacia, vitis que contrariis in templum irrumperere tentaverint, impunitatis invenienda gratia, prohibendi sunt; sin autem iam surrepererunt, dedendi sunt ad supplicium, cum hoc præconio, hominibus nefariis, in fano jus asyli non deberi, nam quisquis malum dat incurabile, inimicus est Deo, homicida autem dedit immedicabiliter, quia occisus non potest in integrum restitui; pollutos vero ineluibili scelere abolendo nulla mora temporis dignabitur aditu sacrorum adiun, quos nec privata quidem domus honesti viri, & sanctitatis amanti, admitteret.* Hæc Philo.

Hodiè constitut. Gregorii XIV. Pont. Max. editâ annò 1591 tota hæc disputatio definita est, cum ea clarè sancitum sit hunc homicidam per industriam, & insidias, gaudere hac Eccl. imm.

Proditorie occidens non gaudere immun. Ecc. scribunt duo, & viginti Doctores, nempe.

1. Glos. in cap. homicid.
2. Speculator, in tract. de concil. in 2. parte tit. 45.
3. Ioan. de Anna, in d. cap. 1. de homicid.
4. Anchar. in eodem cap. 1.
5. Felin. ibidem.
6. Guido Papæ, q. 121.
7. Aretinus, in cap. non ab homine. n. 59. de Iudic.
8. Alex. in conf. 145. n. 8. lib. 7.
9. Aufret. in addit. ad Capell. Tolos. q. 423. in fine.
10. Igneus, in l. 1. §. si Dominus. n. 7. 8. & 9 ff. ad Sen. Conf. Syll.
11. Boer. in q. 109. n. 4. qui testatur opinionem hanc apud Gallos servari.
12. Remig. in tract. de imm. Ecclesiz. q. 13.
13. Chassan. in commentar. ad consuetud. Burgund. rub. 5. in textu s'il n'à grace. n. 113.
14. Alciatus, in tract. de præsumpt. reg. 3. præsumpt. 33. & in lib. 7. parerg. jur. cap. 6.
15. Rebuff. in commentar. ad conf. Galliz tom. 2. tract. de imm. Eccles. in glo. 1. n. 16.
16. Didac. Covar. in lib. 2. var. resolut. cap. 20. n. 7.
17. Iul. Clar. in præct. crim. §. fin. q. 30. col. 5. vers. scias tamen. qui testatur communem esse sententiam.
18. Decian. in tract. crim. lib. 6. cap. 28. n. 15.
19. Anastaf. Germon. in lib. 3. de sacror. immunit. cap. 16. n. 62.
20. Barthol. Humada, in commentar. ad leg. partit. Hispan. in l. 2. tit. 11. partita prima, in glo. 4. num. 1.
21. Ioan. Guttier. in lib. 3. præct. quæst. q. 4. n. 8.
22. Petrus Binsfeld. in commentar. de injuriis, & damno dato. cap. 7. q. 2. conclus. 4. vers. dubium verò esse potest, qui dixit esse ubique usu receptum.

Et hic quidem casus probatur lege Divinâ anti-quâ, de qua habetur Regum lib. 2. cap. 3. in d. lib. 3. cap. 2. quam statim referam.

Idem probat cap. 1. de homicidiis, quod generaliter loquitur tam de Clerico homicida proditore, quàm de Seculari. Non refert hoc in loco alios sensus, & interpretationes, quas attulit Abbas, ad d. lib. cap. primum, cum ab aliis diligenter confutatae sint.

Hodiè extat nova constitutio Gregorii XIV. edita anno 1591. quâ manifestè sancitum est occidentes proditorie non gaudere immun. Ecclesiz.

Et his constat hanc esse veram, & magis receptam opinionem adversus Abbatem, in cap. criminis ab homine. & in cap. est Clerici. in princ. n. 39. de Iudic. & in cap. 1. de homicid. quem sequuti sunt undecim hi Doctores, hoc est.

1. Henricus Boic. in cap. ult. col. 2. de immunit. Eccl.
2. Anchar. in cap. et quæ. q. 19. de Reg. juris. in 6.
3. F. lin. in cap. 1. n. 49. de constit.
4. Decius, in cap. at si clerici. in princ. col. ult. de Iudic.
5. Albertinus, in cap. 1. q. 11. n. 69. de Hæret. in 6.
6. Guielm. Benedic. in cap. Raynuntius. in q. de homicid. de testamento, qui testatur ita sæpe fuisse servatum, & iudicatum.
7. Alcis. in d. cap. at si Clerici. in princ. n. 22.
8. Bernard. Diaz. in præct. crim. canonic. cap. 90.
9. Decianus, sibi parum constans, in conf. 80. n. 21. & 28. lib. 3.
10. Antonius Gomez. in tom. 3. var. resolut. cap. 10. n. 2. qui dicit in puncto juris opinionem hanc veriore.
11. Joan. Guttier. sibi parum constans, in lib. 1. præct. quæst. q. 2. n. 4. vers. non obstat fundamentum. Et hi quidem adducti sunt eâ constitut. Innoc. 3. in d. cap. inter alia. de imm. Eccl. quæ generaliter disponit, quòd omnis delinquens gaudet imm. Eccl. etiam si grave delictum perpetravit, & excipit tantum duas personas, nempe publicum latronem, & agrorum depopulatorem; verùm ex his, quæ scripsimus supra in cap. 6. dissolutus est hic obex.

Porro occidisse proditorie is dicitur, qui verbis, & gestis, se alicuius amicum fingit, deinde eum occidit, vel vulneribus afficit, sicuti contingit, quando duo erant amici, & nulla inter eos fuit causa discordiæ, & tamen unus alterum occidit, is homicida dicitur proditorie occidisse. l. 4. ff. ad l. Iul. Majest. l. propter insidias. C. qui accus. non possunt. l. ult. C. de delator. lib. 10. cap. siccupis. 16. q. 1. Gomez, in tom. 3. var. resolut. cap. 3. de homicid. cap. 5. & Joan. Guttierrez, in lib. 1. præct. quæst. q. 2. n. 3. Hinc dicimus eum proditorie occidisse, qui aliquem in itinere associat, & nulla inter sese exortâ rixâ eum offendit. Ità sanè Bartolus, in lege perspicendum. §. delinquant. n. 1. ff. de penis. Ancha. Anna. & Felin. in cap. 1. de homicid. Alex. in conf. 145. n. 5. lib. 7. Dec. in conf. 606. n. 1. & 2. Brun. in conf. 28. n. 8. Hieronim. Gig. in tract. de crim. lase M. in tit. de proditoribus q. 10. n. 17. qui refert casum satis notabilem, de quo dixit respondisse Anchar. Petrus Placa, in episome delictorum. cap. 21. n. 7. & in specie hac Didac. in dicto lib. 2. var. resolut. cap. 20. n. 7. propè medium; ego ipse in lib. 2. de arbitrar. iudic. casu 361. n. 24. Et accedit Germon. in lib. 3. de sacrorum immunit. cap. 16. n. 63. hic legimus Ioab proditorie occidisse Abner, ut scriptum est in lib. 2. Regum. cap. 3. his verbis. Egressus itaque Ioab à David, misit nuntios post Abner, & reduxit eum à cisterna Sira ignorante David. Cumque redisset Abner in Hebron seorsum adduxit eum Ioab ad medium porta, ut loqueretur ei, in dolo & percussit illum ibi in inguine, & mortuus est in ultione sanguinis Asael fratris eius &c. hunc Ioab, qui ob homicidium ad tabernaculum confugerat, iussit Salomon apud altare interfici, ut legitur in lib. 3. reg. cap. 2. Ità quoque proditorie occidisse dicitur, ille, qui sine diffidatione occidit ut post Isemiam deiecit Afl. &c. in decis. 265. n. 64. & sequutus est Guttier. in d. q. 2. n. 4. qui n. 10. & aliis sequentibus post ea, quæ ego scripsi in

dicto casu 361. n. 9. 10. 24. dicit, non dici proditori occidisse, qui à tergo aggressus est eum, qui cum fratre suo digla diabatur, ut ipsum fratrem defendaret.

Is pariter proditoriè occidisse dicitur, qui propinatum venenò occidit, sicuti scribunt Bald. *in l. nemo. C. de summ. Trinisi. & fide Carol.* Ioan. de Anna, & Felin. *in cap. 1. de homicid.* Boër. *in q. 109. n. 5.* Gigas, *in tract. de crim. l. 1. tit. de proditoribus q. 1. n. 6.* Didac. Covarr. *in lib. 2. variar. resolut. cap. 20. n. 7. vers. tandem bis pranos.* Decian. *in cap. 20. n. 6. cap. 28. n. 19.* Germon. *in lib. 2. de sacrorum immunit. cap. 16. n. 63. & Binsfeld. in commentar. de iniur. & damno dato. cap. 7. q. 2. conclus. 4. vers. dubium hic moveri.*

Assassinium quoque committens dicitur proditoriè occidere, & ob id non gaudere hac imm. Eccl. Ità sanè tradunt Speculator, *in tract. de concil. cap. 45.* Didac. *in d. lib. 2. variar. resolut. cap. 20. n. 9. & 10. in fine,* Petrus Placa, *in epitome delictorum cap. 19. n. 24.* Germon. *in lib. 3. de sacrorum immunit. cap. 16. n. 70.* Decian. *in d. cap. 28. n. 18. & Ioan. Guttier. in lib. 3. pract. quest. q. 7.* Qui autem dicatur assassinus declarant præcitati Doctores & ego ipse, *in lib. 2. de arbitrar. iudic. casu 360. n. 41.* Idem dicendum est de eo, qui datâ pecuniâ mandavit assassinio ut occideret, ut & hic non gaudeat hac Eccl. imm. tradit Igneo, *in l. 1. §. si Dominus. n. 19. ff. ad S. C. fyll.* Idem de eo qui opem, & auxilium præstitit Assassinò, respondit Carpolla, *in conf. 155 in sec. dubio.* & alios refert Placa, *in dicto cap. 19. n. 25.*

His declaratur constitutio illa Gregorii XIV. Pont. Max. edita anno 1591. quâ sancitum est proditores, & assassinos non gaudere hac immunitate.

Occidens quoque consultò, & ex proposito, atque ità animò deliberatò, non gaudet hac Eccl. imm. sicuti in specie affirmant Speculator, Archid. Guido Papæ, Praët. Papiens. Alex. Boër. Cassan. Alciat. & Iul. Clar. *in locis supra commemoratis,* & accedunt Ioan. de Bich. *in tract. de immunit. Eccles. fallent. 5.* Remig. *in simili tract. de immunit. Eccl. fallent. 13.* Ioan. Mileus, *in praxi crim. §. hoc. exacto. in verbo locum sacrum n. 19.* Autor. Gomez *in tom. 3. variar. resolut. cap. 10. n. 2. vers. quinto limita,* qui testatur hanc esse receptam magis opinionem, & ab ea non esse recedendum, Mayner. *in l. nemo de domo. n. 20. ff. de reg. iuris Chassan. in consuetudin. Burgund. rub. 1. §. 5. in textu, s'il a grace,* & fufius n. 115. qui testatur sic observatum fuisse in ea regione, Didac. *in lib. 2. variar. resolut. cap. 20. n. 7. propè finem, vers. sed illud dubium est,* Decian. *in tract. crim. lib. 6. cap. 28. n. 15. & ego ipse, in commentar. de præsumpt. lib. 5. præsumpt. 10. n. 14.* Et accedit Petrus Binsfeld. *in commentar. de iniur. & damno dato. cap. 7. q. 2. conclus. 4. vers. dubium moveri potest,* Et huius quidem receptæ sententiæ ea est ratio, quòd occidens consultò, & animò præmeditatò dicitur occidere per insidias, & industriam, cum idem sit dicere per industriam, quòd consultò, & præmeditatè facere. Arg. 1. ab Imperatore ff. de prævaricac. & l. absentem. §. ult. ff. de fœnis.

Nec hic repngnat quòd doctè scribunt Didac. *in lib. 2. variar. resolut. cap. 20. n. 7. vers. in his profectò,* & Germon. *in lib. 3. de sacror. immunit. cap. 16. n. 64. vers. maiorem verò &c.* dum affirmant eum, qui consultò, & præmeditatè aliquem occidit gaudere imm. Eccl. ad quam confugit. Nam horum opinio, vel vera non est, vel intelligenda est eo in casu, de quo visi sunt loqui, quando scilicet quis post repentinum itz motum animò occidit. Hoc sanè casu non dicitur propriè, consultò, & præmeditatè, & ut dici solet, sed atò animò, sed ità commotum occidisse, sicuti declaravi *in lib. 2. de arbitrar. iudic. ca-*

su 261. n. 18. & sequutus est in specie Binsfeld. in d. supra commemorato.

Et hæc quidem locum habent, non solum in eo, qui per insidias, & industriam occidit, sed etiam in illo, qui vulneravit, & percussit, non enim hic gaudere potest, vel debet hac Eccl. imm. ut primus omnium scripsit Ioan. Igneo, *in l. 1. §. 5. Dominus. n. 7. ff. ad S. C. fyll.* quem sequuti sunt Remig. *in tract. de imm. Eccl. fallent. 13. n. 4. & fallent. 14. & Didac. Covarr. in d. lib. 2. variar. resolut. cap. 20. n. 7. vers. imò & idem est in eo.* qui dixit idem sensisse Boer. *in q. 109. n. 4.* Quæ traditio satis superque probatur lege illâ Divinâ Exodi cap. 21. *Qui percusserit hominem (inquit lex) volens occidere, morte moriatur, Qui autem non est insidiatus, sed Deus illum tradidit in manus eius, constituam tibi locum, in quem fugere debeat.* &c. Deindè subiungit, *si quis per insidiam occiderit &c.* Consideravit lex ipsas solas insidias, solamque industriam, sive illata sit mors, sive vulnera tantum, sicuti lege Cornel. deficiariis sancitum est, ut infestis ipsæ proximæ tamen, sicuti vulnera puniantur mortis poenâ, quæ, & per insidias occidenti indicta est. *l. 1. §. Divus. ff. ad leg. Cornel. de sicar.* Et rectior quidem est hic sensus ab Igneo, & Remigio probatus, illo Deciani *in tract. crim. lib. 6. cap. 28. n. 17. & in conf. 80. n. 19. lib. 3.* qui sequutus est Rebuff. *in commentar. ad consil. Gallia. tom. 2. tract. de imm. Eccl. art. 1. §. 1. n. 16. ab Igneo,* quem tamen non refert dissentientem.

Blasphemus non gaudet imm. Eccl. ad quam confugit, ut evitet poenam Blasphemiz. Ità Boer. *q. 110. col. 1.* Remig. *in tract. de imm. Eccles. fallent. 24.* Rebuff. *in commentar. ad consilium Gallia tom. 2. tract. de imm. Eccl. glos. 1. n. 23.* Decian. *in dicto tract. crim. lib. 6. cap. 26. n. 6.* Et Jo. Guttier. *in lib. 1. pract. quest. q. 4. in fine.* Ea est huius traditionis ratio, & argumentum, quòd is frustra legis auxilium invocat, qui in legem ipsam commisit, ut in specie inquit tex. *cap. ultim. de imm. Eccl. Porò certum est Blasphemum committere, & peccare in Ecclesiam dum immediatè Deum offendit, nam propriè blasphemè illa esse dicitur, quâ negamus id quòd ipsi Deo convenit, vel aliquid Deo tribuimus, quòd eî non convenit, sicuti ex sententia Divi Thomæ, Caietani, Sylvestri, & Didac. Covarr. scripti *in lib. 2. de arbitrar. iudic. casu 375. n. 3.* & blasphemia sapit hæresim, si scienter, & appensatè quis sæpè eam profert, ut probat Boer. *in d. q. 110. n. 2. & 3.* quæ sanè hæresis Deum immediatè lædit, cum sit crim. læz M. Divinæ *cap. vergensis. de hæres. & idè sicuti hæreticus non gaudet imm. Eccles. ut statim dicemus, sic nec blasphemus; Et de his intelligenda est constitutio Gregorii XIV. supra relata. Dissentiunt tamen à prædictis Navarr. in manual. Confess. cap. 25. n. 20. & Binsfeld. in commentar. de iniur. & damno dato. cap. 7. conclus. 4. cap. 492. quorum opinio intelligi, & defendi fortè potest, quando semel blasphemavit, quando verò pluries scienter, procedat communis sententia.**

Hæreticus qui ad Eccl. confugit, eius non gaudet imm. ut evitet poenam ipsius criminis hæresis. Ità Accurs. *in §. nequè autem in verbo, cogentur in fine in aulic. de mandatis Princip. Hostien. in summa. tit. de immunit. Eccl. §. in quantum col. 2.* Anchar. *in cap. innot alia. col. 2. n. 7. de imm. Eccles.* dum dicit Catholicos tantum gaudere hac imm. & eiusdem opinionis alios recentet Remig. *in tract. de imm. Eccles. fallent. 18.* Idem sensit Boer. *in q. 110. n. 2. & manifestius Gundislaus Devilladiego, in tract. de hæres. q. 11. Gigas, in tract. de crim. l. 1. tit. de pluribus, Covarr. quest. q. 3. in fine. Marti. in lex senatus, consult. 10. n. 11 ff. ad leg. Cornel. de sicar. Boër. quest. 110. n.*

6. Didac. Covarr. in li. 2. var. resolu. cap. 20. n. 21. vers. decimo quarto, Decian. in tract. crim. lib. 5. cap. 20. n. 31. & cap. 42. n. 7. & lib. 6. cap. 26. n. 4. et in l. 3. de sacer. immunit. cap. 16. n. 72. Petrus Gregor. in l. 33. synag. in r. cap. 22. n. 1. Gutier. in d. q. 4. in fine, & Bih. l. d. in commentar. de injur. & damno dato. cap. 7. conclus. 4. q. 4. ad finem pag. 491. Ea est hujus sententia, quam, & supra retulimus, quod hæreticus dicitur immediate offendere Deum, & consequenter ejus Ecclesiam, ob id frustra implorat auxilium Ecclesie, quam offendit. Hodie cessat omnis dubitatio constitit. Gregorii XIV. edita anno 1591. quæ clarè sancitum est hæreticum hac Eccl. imm. non gaudere.

Perjurus, qui falsum juravit, si ad Ecclesiam confugit, ut perjurii poenam evitet, ipsius Eccl. imm. non gaudet. Ità in specie scribit Igneus, in l. 1. in princ. n. 20. in fine. ff. ad S. C. Syll. cujus opinio mihi satis probatur, cum perjurus Deum Optimum Maximum immediate offendat, ut scribunt Divus Thomas, in quolibet primo & Turrecrem. in cap. ult. 22. q. 1. col. 2. vers. in oppositum & c. & idè sicuti hæreticus immediate Deum offendens, non gaudet hac Eccl. imm. sic nec perjurus iste. Et rursus crimen perjurii gravius est homicidio, ut ex ejusdem Divi Thomæ, & aliorum sententia scripti in lib. 2. de arbitrar. Judic. casu 319. n. 1. sequitur dicendum quod quemadmodum homicida per infidias, & industriam non gaudet Eccl. imm. ut diximus supra, sic nec perjurus, qui verè de industria, & infidiis pejerat. His intelligimus veram non esse contrariam opinionem Navarr. in manual. confess. cap. 25. n. 20. Decian. in tract. crim. lib. 6. cap. 28. n. 21. qui ab Igneo dissentit. Non etiam retinenda est Jo. Andr. in addit. ad specul. in tit. de iurjurando, & Jo. Bichi, in tract. de immunit. Eccl. n. 70. Navarr. ubi supra, & Germon. in lib. 3. de sacer. immunit. cap. 26. n. 78. qui refert ejusdem opinionis Alberic. Barthol. Brixian. Boich. & Præposit. qui dum scribunt, quod si carceratus fuit relaxatus juramento præfinito quod ad carceres rediret, si non est reversus, sed ad Ecclesiam refugit, gaudere debet ejus imm.

Non inquam retinenda est opinio hæc, propterea quod, ut diximus, perjurus indignus est auxilio Eccl. quam offendendo, immediate Deum ejus caput hæsisse dicitur. Illæ verò considerationes Deciani, ad dictum cap. ult. 22. q. 1. facile diluuntur, ex his, quæ doctè, & acutè scribit Turrecrem, in eodem cap. col. 2. vers. his habitis.

Læsa Majestatis crimen committens, non gaudet immunit. Eccl. ad quam confugit, sicuti scribunt Hieronymus Gigas, in tract. de crim. læsa M. in tit. de pluribus & variis questionibus. q. 3. n. 3. vers. in contrarium. Rebuff. in commentar. ad consl. Gallia. tom. 2. in tract. de imm. Eccl. glo. 1. n. 25. Jul. Clar. in pract. crim. §. finali. q. 30. vers. quæro nunquid. in fine, dum scribit, quod contraria opinio Boss. in tract. caus. crim. tit. de captiva. n. 32. Ità olim observatum fuit à Romanis, ut memoriæ prodidit Cornel. Tacitus, in lib. 3. Annalium, dum scribit, quod cum reus pro crimine prodicionis confugisset, fuit à mare muro obstructa jara, coactus mori fame. Ità quoque habetur l. 3. Regum. cap. 1. in fine. de Adonia proditore. Et hujus quidem sententia est vera, & solida ratio, quod hoc delictum sit majus, & atrocius latrocinio, assassinio, & alio quovis; sicuti ergo publicus latro agrorum nocturnus depopulator, & assassinus non fruuntur imm. Eccl. sic nec frui debet hic sui Principis proditor.

Hodie cessat omnis dubitatio constitit. Gregorii XIV. Pont. Max. edita anno 1591. quæ clarè sancitum est, hunc committentem crimen læsa M. non gaudere imm. Eccl.

Sacrilegium committens occidendo Clericum non gaudet imm. Eccl. Ità Rebuff. in commentar. ad consl. Gallia. tom. 2. tract. de imm. Eccl. glo. 1. n. 29. qui hujus opinionis refert Barba. in maior. iur. rub. de viol. immunit. in parte, & Turrecrem. in cap. sacrilegium. 17. q. 4. verum dissentit Navarr. in Manual. confess. cap. 25. n. 19. vers. gaudet etiam.

Sodomiz crimen committens, non gaudet imm. Eccl. ut in specie tradit Barthol. Humada, in commentar. ad leg. parisi. Hispania. in l. 2. tit. 11. parte prima in gloss. in fine, qui tamen subiungit servandam esse consuetudinem.

Incendiarium non gaudere imm. Eccl. scribunt Chassan. in commentar. ad consuetud. Burgund. rub. 1. des justices. §. 5. n. 11. & Decian. in tract. crim. lib. 6. cap. 28. n. 24. qui vel eâ ratione moti sunt, quod delictum per infidias, & industriam perpetratum sit gravissimum, ex quo immania damna sequi solent, quemadmodum copiose scripti, in l. 2. de arbitrar. Judic. casu 190.

Castellantes Ecclesiam, hoc est, qui Eccl. in modum Castri, & propugnaculi redigunt, ut indè pugnare, & bellum gerere possint Eccl. imm. non gaudent. Ità Hostiens. in summa. in tit. de immunit. Eccl. §. in quantum. col. 1. & in cap. cum Eccl. de immunit. Eccl. & ibid. Innoc. Jo. Andr. Abbas, Butic. & Henric. Boic. de imm. Eccl. Archid. in cap. sanctorum. n. 4. q. 1. Angel. Clavas. in summa. in verbo, immunit. n. 18. Sylvester Prier. in summa. in verbo, immunit. 3. in 3. quest. vers. 4. Turrecrem. in cap. sanctorum. n. 4. 10. p. 1. & Remig. in tract. de imm. Eccl. in viges. secund. fallens. & ii quidem intelligunt, & declarant, nisi quando Episcopi auctoritate, & licentia fieret Castellatio, & propugnaculum in ipsa Ecclesia, ad defensionem adversus incursiones hostium, piratarum, & similiarum; ac etiam pro defensione, & tuitione rerum, & bonorum Eccl. quæ aliter nequeunt defendi. Et belli tempore, ut Civitas, & oppidum se tueri possint ab hostium vi, permissum esse fieri propugnacula in Ecclesiis, tradunt etiam Signorol. in l. nemo. n. 10. C. de sacer. Eccl. & Turrecrem. in d. cap. sanctorum. in fine. 10. q. 1.

Transfuga, si ad Ecclesiam confugit, non gaudet imm. ipsius Eccl. Ità Mantica, in consl. 91. lib. 1. & Remig. in tract. de immunit. Eccl. in ult. fallens. Eâ ratione ii moti sunt, quod transfuga proditor est, ac læsa M. crimen committit. l. 2. ff. ad l. Tul. Major. & l. proditores ff. de re milit. & ob id tales gravissimis plectuntur poenis, furcâ suspenduntur, & vivi comburantur, l. si quis aliquid. §. 1. ff. de poenis. l. etiam. 3. §. ult. ff. ad leg. Cornel. de sicar. & leg. 3. §. si quis ad hostes. ff. de re milit. & scribunt Hieronymus Gigas, in tract. de crim. læsa M. in tit. de rebellionibus q. n. 6. Petrus Bell. in tract. de re milit. p. 8. tit. de delict. militar. n. 9. & n. 43. qui multis tam Romanorum, quam Grecorum exornat exemplis, & accedit, quod apud Thebanos transfuga impunè occidi poterat. Auctor est Xenoph. in lib. 7. rerum Græcarum. Quemadmodum ergo proditores, & læsa M. criminosi, non gaudent, ut diximus supra, immunit. Eccl. Ità nec hi gaudere posse debent, & si Martin. Navarr. in Manual. confess. cap. 25. n. 19. in fine. à prædictis dissentit, cujus quidem opinio jure defendi potest, quando transfuga ad hostes iusta aliqua de causa auferisset.

Bannitus, an gaudeat imm. Eccl. dubitatio est non levis, quam explicabimus in subsequenti capite. Illud observandum est, quod scribit Rebuff. in commentar. ad consl. Gallia. tom. 2. in tract. de imm. Eccl. glo. 1. n. 28. lege Regiâ Gallicâ fuisse prohibitum, ne Religiosi quidam reciperent Bannitos, sed quod eos expellerent; id quod auctoritate Pontificia optimum esset

esse obliqua observare ad evitanda enormia facinorosa quae ab his, tempore noctis, perpetrantur.

CAPUT X.

Quibus, pro sua persona qualitate, permissum, vel non permissum sit gaudere immunitate. Ecc. illis in casibus, quibus immunitas ipsa concessa est.

Explicavimus duobus precedentibus in capitulis, pro quibus delictis concessa sit ipsis delinquentibus immunitas Ecclesiae ad quam ipsi confugiunt, nunc differamus de personis, quibus pro sua qualitate, & conditione permissum, vel non permissum est gaudere immunitate. Ecclesiae illis in casibus pro quibus immunitas ipsa concessa est, sicuti sunt casus illi enumerati supra capite ab hoc secundo, nempe homicidii; vel casu, vel impetu, & rixa, furti simplicis, adulterii, & similibus.

Clericus, etsi ab omni inquinamento mundus esse debet, attamen, si simplex homicidium, furtum, vel adulterium committit, & ad Ecclesiam confugit ejus immunitate gaudere debet, ut invitus ex illa evelli nequeat, etiam à Judice Ecclesiae sicuti affirmant Zabarella, in cap. inter alia. q. 6. de immunitate Ecclesiae & in l. 1. n. 9. q. 6. de panis. & remissio. & ibidem Vitalis. n. 70. Rom. in conf. 227. & in conf. 234. Jo. de Bich. in tract. de immunitate Ecclesiae. n. 2. Guic. Mainer. in l. nemo de domo. n. 33. de reg. iur. Villalob. in suis communibus opinionibus in littera I. n. 21. Petrus Rebuff. in commentis. ad cons. Gallia. tom. 2. tract. de immunitate Ecclesiae. glo. 1. n. 13. Didac. Covarr. in l. 2. variar. resolut. cap. 20. n. 16. Jul. Clarus, in pract. crim. lib. 6. cap. 26. n. 1. qui dicit servandam esse consuetudinem. Joan. Gutier. in lib. 3. pract. quest. q. 3. col. 2. vers. contrariam tamen, & Anast. Germon. in lib. 3. de sacer. immunitate. cap. 16. n. 91. & 92.

Et horum quidem opinio multis argumentis probatur, tria tamen praecipua haec sunt. Primo, quia constitutiones Pontificiae tribuentes immunitatem delinquentibus, qui ad Ecclesiam confugiunt, simpliciter absolute, & indistincte loquuntur, nulla scilicet facta differentia inter Seculares & Clericos delinquentes sunt ergo generaliter intelligendae. l. de pretio. ff. de publician. in rem actio, & l. 1. §. generaliter. ff. de lega. praes. & multis similibus congestis à Tirac. in l. si unquam. in praes. n. 116. C. de revocan. donat.

Verum facile responderetur verba quantumvis generalia, & indistincte prolata restringi, quando non est verisimile, quod sub illa generalitate certi casus comprehendantur, ut scribunt Angelus, in conf. 248. Jason, in l. cum res. col. 3. de leg. 1. & Crav. in conf. 221. n. 7. Porro verisimile non est, ob rationes quas infra subiiciam, summos Pontifices voluisse tribuere hanc immunitatem Clericis.

Secundo suffragatur, quod major ratio esse videtur in Clerico, quam in Seculari ut Ecclesiae immunitate gaudeat, cum Ecclesiae sit quodammodo ipsius Clerici domus, ex qua extrahi quis non debet invitus. l. plerumque ff. de in ius voca. & l. nemo. ff. de reg. iur. Caterum leve est argumentum quia etsi admittimus Ecclesiae esse Clerici domum attamen sicuti pro delicto à se & c. à se commisso à domo propria privata posset extrahi, sic & ab Ecclesia.

Tertio accedit, quod immunitas haec tributa non est personis, sed ipsi Ecclesiae. cap. miror. & cap. frater. 17. q. 4. & dicto cap. inter alia. de immunitate Ecclesiae. ergo quilibet seu Secularis, sive Clericus sit, qui ad eam confugit, tutus in ea esse debet, ejusque gaudere debet immunitate. Respondet. esse quidem immunitatem hanc Ecclesiae loco tributam, sed non pro omnibus delin-

quentibus, alioqui, & occidens per dolum, & insidias, hac gauderet immunitate. quod tamen falsum esse supra diximus.

Contrariam opinionem, quod scilicet Clericus non gaudeat immunitate hoc casu. Eccl. probant Abbas, in d. cap. inter alia n. 13. de immunitate Ecclesiae. qui dicit idem affirmasse, glo. in cap. nullus. 17. q. 4. & Innoc. ibid. Anchar. in conf. 138. n. 5. in fine & n. 6. Jo. Fabri. in l. 1. C. de his qui ad Ecclesiam confug. & in §. 1. n. 3. insit. de his qui sunt sui, vel alien. iur. Angel. Clavas. in summa. in verbo, immunitas. vers. decimo quarta. Sylvester Pier. in summa. in verbo, immunitas. §. 3. n. 2. vers. tertium. Remig. in tract. de immunitate Ecclesiae. fallent. 21. in fine. & fallent. 32. qui testatur ita servari, & observari vidisse, sicuti & de hac observantia sensit Vitalis, in dicta Clem. 1. n. 70. vers. sed certe. de panis. & remissio. Idem affirmant Bernard. Diaz. in pract. crim. cap. 124. Joan. Barbat. in suo iuris viatorio. in tit. de violatoribus immunitatis. Idem sensit Boer. q. 109. n. 3. Ferdinand. Valsq. ius, de success. croat. §. 23. n. 54. Navarr. in manual. confess. cap. 25. n. 22. Idem sensit Boss. in tract. caus. crim. tit. de captiva. n. 26. in fine, sic & Bar. holoegus, Humada, in commentar. ad leg. partit. Hispan. in l. 2. tit. 11. partit. prima. glo. 4. n. 2.

Et haec quidem opinio multis sic fulcitur argumentis.

Primo quia, si secundum Abbatem perpendimus, vel jus Caesareum, vel Pontificium, constat nullam juris habitam fuisse rationem Clericorum delinquentium, & ad Ecclesiam confugientum, ut scilicet ejus immunitate gaudeant. Immo summorum Pontificum mens fuit, quod Clerici non gaudeant hac immunitate, nam in Clericis cessat ratio, quia confugiens ad Ecclesiam extrahi inde non possit, ne scilicet ipsius delinquentis effundatur sanguis, cujus cautionem praestant Judices Seculares, quando eis refugia traditur ut dicemus infra suo loco Cessat sane haec ratio in Clericis, qui à suis Praelatis non puniuntur poena mortis naturalis, vel mutilationis membri; sed etiam Clerici, si regulares sunt, solum vel verberibus afficiuntur, vel ad carcerem aliquo tempore damnantur. cap. de lapsis 16. q. 6. cap. dilectus il. 2. de Simo. cap. universitatis, de sensen. Excom. & cap. ult. de regularibus, si vero Clerici sunt Seculares ab Episcopo eis poena affici debent aliquando perpetuum indicit carcerem, quandoque verbera cap. 1. de calum. cap. de pan. cap. novimus, de verb. signif. & alibi saepe.

Secundo urget lex ipsa Divina Exodi cap. 21. quae dum jubet homicidam ab altari evelli debere, intelligitur de sacerdote, qui Ecclesiae inserviebat. Ita considerat Anchar. in d. conf. 158. n. 5. in fine.

Tertio suffragatur, quod immunitas haec tributa est Ecclesiae ad ejus decorem, sicuti non semel diximus supra. Porro si Clericis concederetur magnum esset ipsius dedecus, cum videretur velle defendere Clericorum delicta, & facinora, qui alioqui in eorum actionibus immaculati, & sancti esse debent, cap. oportet. distinct. 81.

Quarto accedit, quod Clerici, praesertim regulares, ut plurimum in ipsa Ecclesia, seu monasterio delinquant, sicuti quotidiana docet experientia. Atqui delinquentes in Ecclesia non gaudent immunitate ipsius Ecclesiae, sicuti demonstravimus supra cap. 9. Non ergo Hi Clerici hac Ecclesiae immunitate gaudere debent.

Quinto, & ultimo, vel ex eo retinenda est haec opinio, quod, ut scribit ipsemet Abbas, in dicto cap. inter alia n. 13. ad finem prope. de immunitate Ecclesiae: consuetudo fori observanda est in his. Porro forensis usus, & praxis observat, ne Clerici Ecclesiae gaudeant immunitate. Hoc de usu, & praxi testantur Vitalis, Remig. Villalob. Jul. Clar. Navarr. & Gutier.

in locis supra memoratis, quorum aliqui, & si scribunt juri communi contententiam magis effectivam opinionem adversus Abbatem, scribunt tamen praxim forensis observare consuevisse hanc Abbatis, & sequacium sententiam; Et quidem in re dubia sequenda est opinio illa quam usus, & consuetudo, & fori praxis approbavit, sicuti ex aliorum traditionibus scripsi, in commentar. de presumptionibus lib. 2. *presumpt.* 71. n. 22. quod, meo quidem iudicio, admittendum est etiam in delictis gravissimis, & atrocibus, sicuti rectè advertit Didac. Covarr. in lib. 1. *variar. resolut.* cap. 10. n. 16. in fine, & Gutier. in dicta q. 3. n. 2. reje-ctâ contrariâ opinione Bernardi Diaz. Hodie tamen in delicto sodomizæ locum non habet. Ità tradit Humada, in dicta glo. 4. n. 3. ex Pii V. constitur.

Hæc tamen communis praxis, & consuetudo (inquit, & rectè Gutier.) intelligi debet, quoad Judicem Eccl. tantum, non autem quoad Seculare, qui non potest extrahere ab Ecclesia Clericum etiam minorum ordinum, & si causa delicti à se commissi in eum habet jurisdictionem post Concilium Tridentinum, juxta traditionem Navarri, in dicto cap. 25. n. 22. Et Ignatius Lopez, in additionibus ad Diaz, in delicto cap. 124.

Cæterum intelligunt prædicti, præsertim, Vitalin. in dicta Clem. 1. n. 71. de pœnis. & remiss. immunitatem hanc intelligi, quoad pœnam sanguinis non quoad alia, quæ indici solet ab Ecclesia Clericis delinquentibus, ut carceris, vel similis.

Servi hac pariter immun. gaudent, ne scilicet ex ea inviti extrahantur, ut plectantur illis pœnis, quæ adversus sic delinquentes indictæ sunt; extrahi tamen possunt, & debent, ut eorum dominis restituantur. Ità manifestè statuit Innoc. tertius, in cap. inter alia. in fine de immunit. Eccles. & scribunt Cynus, in l. presentis. C. de his qui ad Eccles. confug. Abbas, in dicto cap. inter alia. n. 22. n. 24. & ibid. Butic. n. 17. de imm. Eccl. Io. de Bich. in tract. de imm. Eccl. n. 15. & n. 67. Marian. Socin. Sen. in tract. de citationibus. art. 17. n. 41. Decian. in tract. crim. lib. cap. 26. n. 9. & Germon. in lib. 3. de sacror. immun. cap. 16. n. 103.

Cæterum servi Dominus cautionem præstabit de non lævando in ipsum servum, sicuti præcitati Doctores scribunt, qui intelligunt, nisi admodum immodica esset Domini sævitia, ut difficilè admodum sit eam reprimere; non enim tunc restituendus est servus, id quod eò simili comprobatur, quò dicimus uxorem non esse restituendam marito, si ejus sævitia nequit temperari, ut tradunt multi, quos congeffi in cons. 299. lib. 3. Iure Cæsareo de his servis extat constitutio Imperator. Theodosii, & Valent. in l. si servus, C. de his qui ad Eccles. confug. cujus verba hæc sunt. Si servus cujuscquam in Ecclesiam, altariave armatus, nullis hoc suspicantibus, inopinatus irruerit, extindè protinus abstrahatur, vel continuo Domino, vel ei unde eum tam furiose formido proripuit, indicetur, ei que mox abstrahendi copia non negetur. Sed si armorum fiducia resistendi animos, insaniam impellente, conceperit, abripiendi, extrahendique eum Domino, quibus id potest efficere viribus, concedatur. Quod si illum etiam configi in concertatione, pugnaque contigerit, nulla erit eius noxa, nec constanda criminationis relinquatur occasio, si is, qui ex statu simili in hostilis, & homicida conditionem transfiliit, occidat.

Hæc tamen Imperatores Theodos. & Valent. qui constitutionem hanc promulgaverunt sub consulatu Valerii, & Aetii, anno nostræ salutis 431. sicuti advertit Decian. in d. cap. 26. n. 9. qui scribit ex Aurelio Cassiodore. & Cuspidiano, cum quibus conveniunt Anton. Con. in fastis consularibus, & Gerard. mercator in chronologia, & si Holand. in chronologia scribit

id contigisse anno 434. verum hoc est, quod constitutio hæc non fuit Arcadii, & Honorii ut minime rectè scribunt Alciat. in lib. 2. *parerg. iur. cap.* 45. & Didacus Covarr. in lib. 2. *variar. resolut.* cap. 20. n. 14. imò Arcad. & Honor. constituerunt nemini omnino licere ad Ecclesiam confugere, quemadmodum scripsimus supra in primo huius tractationis capite, constituerunt itaque hi Imperatores servum cum armis ad Ecc. confugientem, ejus immunitate non gaudere, sed redire debere ad domum, & è converso (argumentò ductò à sensu contrario) gaudere posse, si sine armis confugit, & idem de liberis ad Ecclesiam cum armis, vel sine armis confugientibus statuerunt idem Imperatores, ut dicemus infra. Extat & alia de servis his constitutio Leonis Imperatoris, in l. presentis. §. sanè si servus. C. de his, qui ad Eccles. confug. quæ sancitum est servos, colonos, & libertos ad Ecclesiam confug. ab ipsius Eccl. æconomis restituendos esse eorum Dominis, Inn. tertius in d. cap. inter alia. in fine. de Imm. Eccles. statuit ipsosmet Dominos posse servos ab Ecclesia ipsa extrahere, impunitate tamen promissâ prius.

Judæi jure Cæsareo non gaudent immun. Ecclesia, quemadmodum suâ constitutione statuerunt Imperatores Arcad. & Honor. in l. 1. C. de his, qui ad Eccles. confug. Constitutionis verba hæc sunt. Iudæi, qui reatu aliquò, vel debitis fatigati simulant se Christiana legi velle coniungi, ut ad Ecclesias confugientes evitare possint crimina, vel pondera debitorum, arceantur, nec ante suscipiantur, quam debita universa reddiderint, vel fuerint, innocentiam demonstratâ, purgati. Hæc tamen Imperatores.

Cæterum gravis, est inter nostros disputatio, an hæc Imperatorum Constitutio servari etiam debeat in foro juris Pontificii. Recepta magis opinio est servari, atque ità Iudæos hac immun. non gaudere. Ità sanè glo. in d. l. 1. C. de his, qui ad Eccles. confug. & in §. publicorum. in auth. de mand. Princ. AzO, in summa. C. de his qui ad Eccles. confug. Oldrad. in cons. 54. Cyn. in l. presentis. C. de his, qui ad Eccles. confug. & ibid. scilicet in d. l. 1. tit. & ibid. Io. Fabri, & Alber. Hostiens. in summa. de imm. Eccles. §. in quantum. Abbas, in cap. inter alia. n. 6. de immun. Eccles. Guhier. in pract. sanct. tit. de interd. §. quoniam in glo. inden. 5. Vitalin. in Clem. 1. n. 80. de pœnis. & remiss. & ibidem Imola, n. 11. Henric. Boic. in dicto cap. inter alia. col. 2. Ioan. de Anna, in cap. Iudæi col. 2. ver. nunquid autem de Iudæis. Marfil. in l. ex senatusconf. n. 10. ff. ad l. Cornel. de sicar. qui testatur communem esse opinionem. Marian. Socin. Sen. in tract. de citationibus. art. 17. n. 40. idem in cap. de his. n. 29. de accus. Remig. in tract. de immunit. Eccles. fallent. 28. Belluga, in spec. Princip. rub. 11. §. sed quia. n. 21. Boër. in q. 110. n. 4. Ioan. de Bichi. in tract. de imm. Eccles. n. 75. in conclus. 13. Didac. Covarr. in lib. 2. *variar. resolut.* cap. 20. n. 11. vers. decimo tertio. Marquard. in tract. de Iudæis parte prima cap. 8. Mantica, in cons. 211. n. 17. lib. Rebuff. in commentar. ad const. Gallia tom. 2. in tract. de imm. Eccles. glo. 1. n. 22. Iul. Clar. in pract. crim. §. finali. q. 30. col. 6. vers. pract. quare, & Decian. in tract. crim. lib. 6. cap. 26. n. 2. Navarr. in manual. confess. cap. 25. n. 20. Petrus Gregor. Tolos. in lib. 33. *synagm. iur. cap.* 22. n. 1. & Petrus Binsfeld. in commentar. de iniur. & damno dato. cap. 7. q. 2. conclus. 492. qui testatur communem, & in praxi sequendam.

Et hæc quidem recepta traditio, quæ & mihi placet, vel ex eo probatur, primum, quòd cum jure civili clarè sancitum sit Iudæos non gaudere immunitate Ecclesie d. l. 1. C. de his, qui ad Eccles. confug. & jure Pontificio nihil diffinitum legatur, dicendum est, standum esse juri civili, etiam in foro canonico; cap. 1.

cap. 1. de oper. nov. nunciat. Et accedit secundò, quòd nemo debet iuari, & fructum capere ex eo, quòd nifus est impugnare, cap. ex eo non debet. de reg. iur. in 6. & ad rem magis confert, quòd Ecclesia non debet auxilium, opemque ferre illi, à quo impugni solet. cap. displicet. 23. q. 4. Atque certum est Iudzos quotidie aliquid moliri adverfùs Ecclesiam. cap. & si Iudæos de Iudæis, ergo ipsius Ecclesie auxiliò, sicque immunitate gaudere non debent.

Contrariam opinionem, quòd imò Iudæi ad Ecc. confugientes ejus immunitate gaudere debeunt in foro canonico, probarunt glo. in cap. inter alia. de imm. Eccles. & ibid. Hostien. Io. Andr. Zabar. q. 1. Archid. & Hugot. in cap. diffiniuit 17. q. 4. Sylvester Pier. in summa. in verbo immunit. 3. §. 3. n. 3. Felin. in cap. Iudæi de Iudæis, Marian. Socin. Sen. in tract. de citationibus. art. 17. n. 4. qui dicit hanc opinionem esse æquiorè, Marfil. sibi parum constans, in l. unica. n. 114. C. de rapin. Virg. & Tiraquell. in tract. de iure primogen. q. 66. n. 9. & hi quidem moti sunt eà constitutione d. l. 1. C. de his qui ad Eccles. confug. argumentò ductò à contrario sensu, nempe, quòd si Iudæus verè, & non fictè & simulatè, confugisset ad Ecc. ut deindè baptizaretur, E. c. frueretur imm. Verùm responderetur ex sententia Abbatis, in d. cap. inter alia. n. 6. de immunit. Eccles. Imperatores Arcadium, & Honor. statuisse Iudæos gaudere non debere immunitate Ecclesie, propterea, quòd efficax est præsumptio, quam juris, & de jure appellamus, Iudæos non eà mente, & animò confugere ad Ecc. ut deindè baptizentur, sed fictè, & simulatè, ut solummodò evitent pœnam perpetrati criminis, vel non solvent quod suis creditoribus debent. Et hanc Abbatis interpretationem sequuti sunt Henric. Boic. in dicto cap. ult. col. 2. de immunit. Eccles. Socin. Sen. in dicto cap. 17. n. 40. Remig. in dicta fallent. 18. n. 2. vers. nam l. 1. C. de his, qui ad Eccles. confug. & Decian. cap. 26. n. 2. vers. neque obstat & c. si enim certum, & clarum esset Iudæum confugisse ad Ecc. ut fieret Christianus, ejus immunitate gauderet, sicuti admittunt Clavas. Navarr. & Binsfeld, ac alii nonnulli ex suprà commemoratis, & de animo, & voluntate constare potest, si sequitur effectus baptismi.

Hæreticus, qui pro alio delicto, quàm hæresis, ut puta simplice furto, vel homicidio, confugit ad Ecc. non gaudet ejus imm. Ià Abbas & Anchar. in d. cap. inter alia. ille, n. 23. iste, col. 2. de imm. Eccles. qui dicit solis catholicis concessam esse hanc immunitatem. Clarius idem affirmant Repert. Inquisitor. in verbo. immunitas. Signorol. in l. nemo. q. 5. C. de factosanct. Eccles. Remig. in tract. de immunit. Eccles. fallent. 18. n. 1. vers. an hæreticus. Marfil. in l. ex senatus consulto. n. 11. ff. ad leg. Cornel. de sica. Boër. in q. 110. n. 6. Rebuff. in comment. ad consuet. Gallia. tom. 2. tract. de immunit. Eccles. glo. 1. n. 24. dum loquitur de apostata à fide. Didac. in lib. 2. variar. resolut. cap. 20. n. 11. vers. decimoquarto. Decian. in dicto cap. 26. n. 4. Petrus Gregor. in lib. 33. syntagm. iur. cap. 22. n. 1. Ea ratione hi moti sunt, quia hæreticus dicitur hostis Ecclesie, & ob id indignus à iquâ ope, auxiliò, & privilegiò ipsius Ecclesie, sicuti copiosè differit Decian. in d. tract. crim. lib. 5. cap. 43.

Verùm existimo considerandum esse quo in statu reperiat hic, jam olim de hæresi condemnatus; si enim post peractam pœnitentiam fuit restitutus ad honores, & dignitates, ac primævum ejus statum, quod facit solus Pont. Max. sicuti sacro Concil. Tridentinò, sess. 24. cap. 6. in fine, sancitum est, & scribunt Umbert. in iudiciali inquisit. in verbo Inquisitor. n. 35. & Decia. in d. lib. 5. cap. 54. n. 25. & cap. 59. nulla est dubitatio, quin hac Ecc. immunitate gaudere debeat. si verò non fuit restitutus, pœnitentiam tamen

peregit, & omninò resipuit, & consequenter non ampliùs Ecclesie hostis, & inimicus, ob id prædicta ratio, quòd tanquam hostis gaudere non debeat hac imm. Ecc. cessare videtur. Id quod sensit etiam Decia. in d. cap. 26. n. 6. in fine, & n. 7. de blasphemio, & sacrilego, de quibus dicemus statim, & hanc dubitationem resolvemus.

Simoniacus non gaudet imm. Ecc. ad quam pro alio delicto confugit, nisi de peccato ipso simoniæ jam fuisset absolutus. Ità Dec. in d. cap. 26. n. 5. qui dicit simoniacum æquiparari hæretico. cap. verum 6. q. 1. & multis probavit idem Decia. in eodem tract. primo lib. 5. cap. 18. in pract. & de pœnis adverfùs simoniacos à jure indictis, scripsi lib. 2. de arbitrar. iudic. casu 401. n. 21. & 22. & accedit, quòd simonia publicum crimen dicitur, & aliquando æquiparatur crimini lætæ M. Ità Bald. in l. si quemquam C. de Episcop. & Cler.

Blasphemus, qui ob aliud perpetratum delictum confugit ad Ecc. ejus imm. non gaudet, ut scribunt Boër. in q. 110. Remig. in tract. de imm. Ecc. fallent. 24. n. 2. qui Rebuff. in commentar. ad consuet. Gallia. tom. 2. in tract. de imm. Ecc. glo. 1. n. 26. Verùm Decian. in dict. cap. 26. n. 6. scribit ut suprà, & statim dicemas infra, & a Boër. & sequacibus dissentit Navarr. in man. confess. cap. 25. n. 20. qui inquit Boërii opinionem jure non probari.

Sacrilegus, qui ob aliud delictum, nempe simplex furtum, homicidium, vel simile, ad Ecc. confugit, an gaudeat ipsius Ecc. imm. magna est inter Doctores contentio, & gaudere non debere decidit Capell. Tolos. q. 423. & sequuti sunt Aufter. ibid. in additio, & Chassan. in commentar. ad consuetud. Burgund. rub. 1. des Justic. §. 5. vers. Archid. n. 112. Eà ratione hi moti sunt, quòd frustra legis auxilium invocat, qui in legem ipsam commisit. cap. ult. x. de imm. Ecc. porò sacrilegus jam ob ipsum sacrilegium deliquit in Ecc. & consequenter amisit ipsius Ecclesie privilegium immunitatis. Non ergo eo gaudere ampliùs potest. Nec repugnat, quòd objici solet, unicò solò actu, si que tunc crimine sacrilegii non dicitur extinctum, & sublatum favorabile privilegium Ecclesie, ut ex aliorum sententia scribit Felin. in cap. cum accessissent. n. 55. vers. fallit primò. de consuet. nam responderetur, quòd is qui facit actum contrarium privilegio Ecclesie, non tollit ipsum privilegium, quoad alios, sed illegitimum manet, sicuti loquuntur præcitati doctores, quòd tamen ad se ipsum, dicitur extinctum, ut imposterum eum juvare nequeat. Et si dicatur hoc privilegium, vel beneficium tributum esse Ecclesie, & non personæ, & propterea, sicuti expresse ei renunciari non potest ab eo, qui ad ipsam Ecclesiam confugit, ut dicemus infra, ità nec tacitè committendo sacrilegium; Responderi potest, privilegio Ecclesie dato, etfi expresse, & directe quis renunciare non potest, attamen potest tacitè, & indirectè, sicuti contingit in eo, qui cum ad Ecclesiam confugisset, suâ sponte eam ingressus est, ut explicabimus infra.

Contrariam itaque opinionem malè probarunt Boër. in q. 110. n. 10. Didac. in lib. 2. variar. resolut. cap. 20. n. 15. vers. 24. & Decian. in d. cap. 26. n. 7. qui ejusdem opinionis minus rectè refert Castrens. Turrecrem. & Franc. Mart. loquentes de sacrilego, qui causâ ipsiusmet delicti sacrilego ad Ecc. confugit, de quo diximus in præcedenti capite, ubi differuimus de delinquente in Ecclesia. Nec urget ratio, quâ usi sunt prædicti, præsertim Decianus, quòd scilicet sacrilegus iste, si jam fuit condemnatus, & punitus pro admisso sacrilegio, aliam pœnam, hoc est amissionem imm. Ecc. ferre non debet, alioqui pro eodem delicto bis & pluries, punitur, quòd dicendum non

non est; Nam respicitur, unicam esse pœnam successivam, quod scilicet perpetuò amiserit hoc Ecc. beneficium, nempe immunitatem.

Excommunicatus, qui pro simplici furto, vel homicidio, vel simili delicto confugit ad Ecclesiam, gaudet ipsius Ecclesie immun. Ità Hostien. *in summa. tit. de immun. Eccles. § à quibus. vers. quid ergo*, Cynus, *in l. 1. C. de his qui ad Eccles. confug. & ibid.* Jo. Fabri, qui idem scribit *in §. ult. insti. de his qui sunt sui, vel alien. iuris.* Gofred. *in summa. de imm. Eccles. §. Henric. in cap. pen. n. 4. de imm. Eccles.* Guiel. de monte Laudun. & Imola, *in Clem. 1. n. 11. de pœnis. & ibid.* Vitalin. n. 79. *collektar. in cap. ult. de imm. Eccles.* B. Anton. *in summa. in tertia primo tit. 12. cap. 20. l. 1.* Sylvester. Pierius, *in summa in verbo immun. 3. §. 3.* Turrecrem. *in cap. diffiniuit 17. q. 4.* Marian. Socin. Sen. *in tract. de citat. art. 17. n. 43. vers. Et est ad verendum.* Cosmus Gumier. *in prag. sanctio. tit. de interditiis. §. statuis. vers. inde n. 3.* Boër. *in q. 110. n. 7.* Joan. de Bich. *in tract. de immunit. Eccles. glo. 1. n. 13.* Navarr. *in Mann. confess. cap. 25. n. 19.* Didac. *in lib. 2. variar. resolut. cap. 20. n. 11. vers. duodecimo, ut primam,* qui restatur communem esse opinionem. Iul. Clar. *in pract. crim. §. finali q. 30. col. 6. vers. quare etiam.* Decian. *in tract. crim. lib. 6. cap. 26. n. 3.* Germon. *in lib. 3. de Sacror. immunit. cap. 16. n. 71. & 73.* & Binsfeld. *in commentar. de iniur. & damno dato. cap. 7. q. 2. conclus. 4. pag. 493.* Eâ ratione primâ usi sunt, quod non attenditur delictum excommunicati; sed Dei, & Ecclesie honor & favor. Hac sanè ratione moti sunt Henric. Boic. & Remig. *pract. in locis,* quæ quidem mihi non satis probatur, quia idem esset dicendum de hæretico, homicida per industriam, & infidias, & similes, quos hac non gaudere imm. demonstravimus. Rectius itaque dicendum est excommunicatum non prohiberi ingredi Ecc. quando Divina non peraguntur, & celebrantur, ut scribunt glo. *in cap. qui suadet. 1. q. 1.* Butic. *in cap. responso. de semen. excom.* Alios refert, & probat Felin. *in cap. 2. n. 3. de senten. excom. & accedit quod excommunicatis, & anathematizatis non denegantur opera pietatis. cap. quam pro 1. q. 1. & cap. quoniam multos. 11. q. 1. ubi glo. & Archid. & in cap. si cupis. 16. q. 1. & ibid. glo. & reliqui.* Quod verò subiicit Decian. ex Archid. *in cap. diffiniuit & cap. ult. 17. q. 4. & in cap. 1. de homicid. in 6. jus Pontificium, & Cæsareum concedens hanc Ecclesie immun. non considerasse personas, sed delicta, pro quibus aufugiunt, non est verum, ut hoc scriptum legi apud Archidiaconum.*

Secunda opinio est præcedenti contraria, quod imò excommunicatus gaudere non debet hac Ecclesie immun. Ità sanè Guiel. *super sum. Raymond. tit. de immunit. Eccles. & frater Iacob. in sim. tract. que s. refert Remig. in d. fallent. 19. in fine, & manifestius hanc probat Felin. in cap. 2. n. 6. vers. ex quo videtur. de except.*

Primò eâ ratione hi moti sunt, quod Excommunicato denegatur Ecc. sepultura. *cap. is, cui. §. 1. de senten. excom. in 6. & ibid. Doctores, & tradit Archid. in cap. present. q. 2. n. 4.* Respondet Decian. *in dicto cap. 26. n. 3. vers. neque obstant &c.* Excommunicatum ob id carere sepulturâ Ecc. quia dicitur mortuus impœnitens, & consequenter hæreticus, & idèd non sequitur, quod vivens arceretur ab Ecc. ut illam non posset ingredi.

Secundò motus est Felin. eâ ratione, quâ usus est Innoc. 3. *in dicto cap. inter alia. de immunit. Eccles.* quod frustra legis auxilium invocat, qui in eam committit, & de qua diximus supra *in præcedenti capite.* Porro excommunicatus violasse dicitur Ecclesiam, à qua eiektus fuit, non ergo ejus beneficio, & immun. gaudere debet. Respondet Decian. *practato in loco*

prædictam regulam, & rationem intelligi in eodem facto, & delicto, non autem pro diverso, sicuti contingit in casu nostro, in quo præsupponimus huic non fuisse excomm. pro illo delicto, pro quo confugit ad Ecc. sed pro alio. Non satis mihi placet Decianiconsideratio, cum nec hæreticus, nec sacrilegus, nec simoniacus dicantur deliquisse in eodem facto, pro quo confugerunt ad Ecclesiam, & tamen non gaudent immun. Ecc. ut diximus supra.

Rectius dici potest excommunicatum non dici ità commississe in legem, sicque ità Ecc. violasse quin eam ingredi, & in ea stare possit, quando non celebrantur Divina.

Declarantur prædictam communem opinionem non habere locum in excommunicato, qui ultra annum in ea perseveravit. Ità in specie declarat Germon. *in d. cap. 16. n. 74.* qui sic tuetur secundam opinionem supra relatam.

Interdictus ab Ecclesia, si commissio delicto ad illam confugit ipsius Ecc. immunitate gaudere non debet. Ità de interdicto in specie tradit Felin. *in cap. n. 5. de except.* quem sequutus est Decian. *in tract. crim. lib. 6. cap. 26. in fine,* sed verè existimò Felin. sensisse de excommunicato propriè, de quo loquitur Imola, *in Clem. 1. n. 11. de pœnis. & remiss.* quem ipse Felin. adducere voluit, dum allegavit *in Clem. 1. col. 3. de imm. Eccles.* ubi nihil ad rem hanc scriptum reliquit. De hoc itaque interd. & dicam ego paucis quod sentio. Et quidem constat interdictum non differre ab excommunicato, quoad Divina. Nam quemadmodum excommunicatus non potest esse, & stare in Ecclesia, ejusque Cæmeterio sepeliri, ut diximus supra; ità nec interdictus sicuti scribunt Calderin. *in tract. de Eccles. interdict. Abbas, in cap. ad hac col. ult. de appella.* Sylvester Pierius *in summa. in verbo, interdictum primo. n. 5. vers. secundo quia, & in verbo, interdictum quartum q. 8. n. 10.* & Didacus Covarr. *in cap. alma mater, in secunda parte. §. 1. in fine de senten. excomm. in 6. ex quo sequitur idem esse dicendum de interdicto quod de excommunicato, quoad hanc Ecc. immunitatem.* Credi derim tamen mitius agendum esse cum ipso interdicto, quam cum excommunicato, cum excommunicati major sit culpa illa interd. &.

Apollata à Religione, an gaudere debeat immun. E. c. si pro alio delicto ad Ecc. confugit, dubitari solet, & gaudere debere scriptum reliquit Ruff. *in commentar. ad constitut. Gallia. tom. 2. tract. de immunit. Eccles. glo. 1. n. 24.* qui ità servatum aliquando fuisse statuit.

Degradatus gaudet immun. Ecc. nisi sit incorrigibilis. I à Hugo, *in cap. pen. de immunit. Eccles.* quem refert, & sequitur Marian. Socin. Sen. *in tract. de exactionibus art. 17. n. 48. in fine.*

Bannitus gaudere an debeat immun. Ecc. apud nostros controversatur, una fuit opinio eorum qui opinati sunt gaudere debere. I à sanè Beluis, *in §. sed neque in aurb. de mandatis Princip. Mantica, in conf. 91. lib. 1.* quos sic refert Remig. *in tract. de immunit. Eccles. fallent. 36. in fine, & Navarr. in Manual. confess. cap. 25. n. 19. ver. exclus.*

Secunda est opinio negantium Bannitum gaudere hac Ecc. immun. sic Cosmus Gumier. *in pract. sanct. in tit. de interditiis. indifferenter non ponendis. in verbo, inde. col. 2. n. 6.* Remig. *in dicta fallent. 36. & Mantica, in conf. 211. lib. 1.*

Tertia est opinio Deciani, *in tract. crim. lib. 6. cap. 26. n. 8. vers. putarem tamen ego* disting. entis quatuor casus, quorum primus est quando Bannitus studiose, & dolose, ut fraudem legi faciat, habitare in ipsa Eccles. vel domo ibi coherenti; hoc sanè casu procul dubio (inquit Decianus) Bannitus iste tutus non

non est, atque ita non gaudet imm. Ecclesiz.

Quem quidem casum probat Decian. in *constit. illa l. 1. C. de his qui ad Eccles. confug. & auctoritate Baldi, in anth. Cassa. qua. C. de Episco. & Cler.* Verum d. l. 1. ad rem nostram non pertinet; Baldus verò, meo in codice, nihil hac de re scribit.

Secundus est casus, quando Bannitus quis ita fuit, quòd si intra confinia capiatur, pœna sanguinis plecteretur, & hic Bannitus deinde inventus in Civitate, vel Oppido, & dum à familia, vel satellitibus persequeretur ad Eccles. casu confugit. Hoc sanè casu (inquit Decianus) Bannitus iste gaudet Ecclesiz immunitate, ne pœna sanguinis puniatur. Ceterum, etsi Decia. dixit Eccl. imm. hac de causa fuisse inventam, ut sanguis Christianorum sit illæsus ab Eccl. reverentia, non tamen, vel jure, vel ratione probat Decia. quòd Bannitus gaudere possit ipsa imm.

Tertius est casus, secundum Decia. quando Bannitus erat plectendus pœna pecun. cautum, ob non servatum bannum, sicque confinium violationem, & fractionem. Hoc in casu (inquit Decian.) tutus non est Bannitus, atque ita non gaudet imm. Eccl. ea est ratio (subiungit Decia.) quia Eccl. tutum reddit ad eam confugientem à pœna corporali, sicque sanguinis. *cap. 17. q. 4.* quæ pœna ad huc non est imposita, sed imponenda, cum ad huc caprus non sit ipse Bannitus. Non placet hæc Deciani consideratio, cum Eccl. tutum reddat non solum confugientem, qui pœnam sanguinis ferre debet, sed etiam debitorem pecuniarium, ut diximus *suprà cap. 4.* præterea verum non est, quòd inquit Decia. Bannito frangenti confinia pœnam non esse impositam, sed imponendam, cum re vera sit imposita, & violatis ipsis finibus, si præhenditur exequenda est. Et comprobatur argumento ducto à fortiori, quòd si homicida nondum convictus, nec condemnatus confugit ad Eccl. gaudet ejus imm. ut diximus *suprà in cap. 5.* quantò magis Bannitus, cui Judicis sententia indicta est pœna, confinia violaverit, gaudere hac imm. debet.

Quartus est casus sec. Decia. quando Bannitus commisit aliquod novum delictum in territorio, à quo erat Bannitus, & ut evitet pœnam ipsius novi delicti confugit ad Eccl. Hoc sanè casu (inquit Decia.) tutus est Bannitus, sique gaudet imm. ipsius Eccl. quia Ecclesia recipit eum non condemnatum pro delicto novo, & ideo (subiungit ille) & in tali statu repertum debet eum conservare, ut tradit Aethid. in *cap. sicut antiquitus 17. q. 4.* Hanc Decia traditionem non satis probo ea in parte, quòd hic gaudere debeat imm. Eccl. propterea quòd nondum est condemnatus, cum verius sit, quòd etiam si esset condemnatus, & confugeret, gaudere debet ipsa imm. si modò indicta fuisset pœna pro delicto, ut puta simplici homicidio, vel furto, pro quo concessa est imm. sic delinquenti, ut diximus *suprà in cap. 5.*

Rectius mea quidem sententia hac in re dicendum existimo inspiciendum, & considerandum esse delictum, cujus causa is delinquens fuit bannitus, non autem ipsum bannum, quòd non dicitur delictum, sed delicti, ejusque pœnæ manifestatio, & propalatio, quæ rectè proscriptio appellatur, sicuti explicavi in *lib. 2. de arbitrar. Iudic. casu 530. n. 27.* si ergo bannum factum est ob id, quòd Bannitus simplex homicidium, vel furtum, vel simile perpetravit crimen, quod committens, si ad Eccl. confugit, ejus gaudet imm. ut diximus *suprà cap. 5.* dicendum est & hunc sic Bannitum gaudere debere Eccl. imm. si scilicet pro eo solo crimine, & banno confugit ad ipsam Ecclesiam, etsi præter delictum, pro quo bannitus est, aliud simile

delictum committat juxta ea quæ diximus *suprà.* Si verò bannum factum est ob id, quòd dictus bannitus perpetravit homicidium per insidias, & industriam, vel simile, quod committens, confugiendo ad Eccl. ejus imm. non gaudet, ut explicavimus *superiori cap.* dicendum est hunc Bannitum gaudere hac imm. non posse; & idem quando fuisset bannitus pro simplici homicidio, & deinde aliud perpetrasset homicidium per insidias, & industriam, cujus novi delicti causa ad ipsam confugisset Eccl.

Armatus, qui pro homicidio, vel furto à se commissio ad Eccl. confugit, an ipsius Ecclesiz imm. gaudere debeat. Decia. in *d. cap. 26. n. 10.* qui, post Rebuff. in *commentar. ad constitut. Gallie tom. 2. tract. de imm. Eccl. art. 1. glo. 1. n. 21.* scribit hunc armatum gaud. non debere imm. Eccl. ob delictum, cujus causa ad Eccl. confugit. Eà prima ratione usus est Decia. quia armatus iste magis confidisse in armis quàm in ipsius Eccl. imm. viderur. Quæ sanè ratio non satis mihi probatur nam huic rationi esset fortasse locus, quando armis ipsis resisteret eis, qui eum vellent extrahere, ut statim dicemus. Alterà, & secunda ratio usus est Decia. quòd armatus iste rem fecit illicitam deferendo arma in Eccl. atque ita in Ecclesia delinquere dicitur, cum delatio armorum sit prohibita *l. 2. C. ut armo. usus lib. 11. & copiose scripsi, in lib. 2. de arbitrar. Iudic. casu 394.* verum etsi admittimus armorum delationem in Eccl. præsertim, illicitam esse, attamen non tam grave existimatur, ut armatus iste amittere debeat Eccl. imm. Rectius itaque dicendum est Imperatores Theodosium, & Valent. edidisse constitutionem illam, quæ habetur in C. Theodosiano, & hodie legitur impressa in Codice Justiniani in *l. 3. C. de his, qui ad Eccles. confug.* In ea enim constitutione, in *S. Arma, usque ad finem,* his sancitum est verbis. *Arma quoque in quovis telo, ferro, vel specie, eos qui confugiunt, minime intra Eccl. habere precipimus; quæ non modo à summi Dei templis, ac Divinis altaribus prohibentur, sed etiam cellulis, domibus, hortulis, balneis, arceis, atque porticibus. Proinde ii, qui sine armis ad sanctiss. Dei templum, aut ad sacrosanctum Altare, sive usquam gentium, sive in hac alma Vrbe confugiunt, somnum intra templum, sive ipsum Altare, vel omnino cibum capere, alique aliqua eorum iniuria ab ipsis Clericis arceantur, desinantibus spatia, quæ in Eccl. septis eorum iurioni sufficiant, ac docentibus capitalem pœnam esse propositam, si qui eos conentur invadere. Quibus si perfuga non annuit, neque consentit, præferenda humanitati Religio est, & à Divinis ad loca quæ diximus, turbanda temeritas. Hos verò, qui templum armis ingredi audent, ne hoc faciant præsumamus; dein, si telis cincti quovis Eccl. loco, vel ad templi septa, vel circa, vel extra sint, statim eos, ut arma deponant auctoritate Episcopi à solis Clericis severius conveniri precipimus, data eis fiducia quòd Religionis nomine melius quàm armorum presidio muniantur. Sed si Eccl. voce moniti post tot tantorumque denunciations noluerunt arma relinquere, jam Clementia nostra apud Deum, & Episcopum causa purgata, armatis, si res ita exegerit, intromissis, trabendos se abstrahendosque esse cognoscant, & omnibus casibus esse subdendos. Sed neq; Episcopo inconsulto, nec sine nostra, sive Iudicium, in hac alma Vrbe, vel ubicunque jussione, armatum quempiam ab Ecclesiis abstrahi oportebit; ne si multis passim hoc liceat, confusio generetur.* Hactenus Theodosius, & Valent. quorum constitutio Eccl. multum favens, & lege Pontificia minime abrogata, & in foro ipso Pontificio servanda erit, non enim, ut sæpè diximus *sup.* sacri Canones dedignantur imitari, & sequi Imperatorum leges, & constitutiones.

CAPUT XI.

Casus al qui, quibus is, qui ad Ecc. confugit vel confugere nititur, ipsius Ecclesia immunitate gaudet, vel non gaudet.

DE personis differuimus in duobus superioribus capitibus; nunc dicendum est de aliquibus casibus, quibus ad Eccl. confugiens gaudet, vel non gaudet ejus immun.

Primus casus est, quando is, qui ad Ecc. confugit, consentit, ut ab ea extrahatur. Hoc sanè casu non gaudet iste imm. ipsius Eccl. Ità, post Guielm. de Monte Lauduno, tradunt Bonifacius Vitalinus, in *Clem. 2. n. 86. de penis. & remiss. & ibidem Imola, n. 11. Remig. in tract. de immunit. Eccles. fallent. 12. in fine*, qui dicit hunc refugam, postquam est in ipsa Eccl. posse renunciare huic Eccl. privilegio; quod affirmavit & Jo. de Bich. in *tract. de imm. Eccl. n. 56* Nec repugnat consideratio Deciani aliter sentientis, in *tract. crim. lib. 6. cap. 26. n. 12.* cum dicit refugam hunc non posse renunciare huic imm. quæ non personæ, sed ipsi Eccl. tributa est, sicuti dicimus Clericum non posse renunciare beneficio fori, quia privilegium illud datum est ordini, non autem personæ. Nam respondetur hoc imm. privilegium fuisse concessum Eccl. ad commodum tantum ad eam confugientium, ne scilicet inviti ab ea extrahantur, & propterea cessat hoc casu ratio violentiæ, & injuriæ, quæ alioqui fit Eccl. cum vis non inferatur volenti. *arg. scienter de reg. jur. in 6.* Et si refuga iste tacite renunciare potest huic imm. suâ ipsa sponte exeundo ipsam Eccl. ut dicemus infra, multo magis renunciare potest expressè, atque ità pati quòd ex ea abducatur.

Secundus est casus, quando quis, antequam confugit ad Ecc. renunciavit ipsi immun. deinde ad eam se contulit, & recusat exire. Hoc casu opinio Deciani, in *d. cap. 26. n. 12.* defendi potest, quòd scilicet non valet hæc renunciatio, atque ità invitus extrahi non possit, cum vis in ipsa Eccl. inferri permessa non sit. *cap. ult. de imm. Eccl.*

Tertius est casus, quando hic refuga sua sponte, & voluntariè exivit ab Eccl. & vagatur extra eam, habitando in domibus vicinis. Hic quoque si prehendatur, gaudere non debet imm. Ecclesie, cui, voluntariè exeundo, renunciare dicitur. Ità scribunt Jo. Andr. in *cap. ult. de imm. Eccles.* Jo. de Bich. in *tract. de immunit. Eccles. n. 4.* Remig. in *simili tract. de immunit. Eccles. fallent. 22.* Navarr. in *Manuali Confess. cap. 25. n. 21. neque qui sponte*, & Decian. in *ditto cap. 26. n. 11.*

Quartus est casus; quando carcèrato data est licentia eundi ad missam, adhibita tamen promissione redeundi ad carceres. Hoc casu subdistingui solet. Aut carcèratus iste fuit justè captus, aut injustè; si justè, redire debet ad carceres, alioqui gaudere non debet immunitate Eccl. aut injustè fuit in carceribus positus, & tunc non tenetur redire. Ità distinguunt Jo. Andr. in *additionibus ad Specul. in tit. de jurejuran. in rub. col. pen. Abbas, in cap. inter alia. in fine. de immunit. Eccl.* Henric. Boc. in *cap. pen. in fine. eo. tit.* Bart. Brixien. in *questionibus Dominicilibus q. 38.* Alberic. in *l. fideli n. 3. C. de his, qui ad Eccles. confug.* Jo. de Bich. in *tract. de immunit. Eccles. n. 70. vers. quero aliquis.* Angel. Clavarius, in *summa. in verbo, Immunitas. vers. decimonono.* Aufreer. in *additionibus ad Capell. Tolos. q. 423. n. 3.* Chassan. in *comm. de consuetud. Burgund. rub. 1. §. 5. in tex. s'il n'a grace n. 116.* Guiel.

Maynet, in *l. nemo. n. 24. de reg. juris.* Remig. in *tract. de immunit. Eccles. fallent. 23.* Marfil. in *sing. 177. & alii quos refert, & probat Didacus, in lib. 1. variar. resolut. cap. 2. n. 7. vers. in primo igitur casu, & n. 8. vers. decimo octavo.* Decian. in *tract. crim. lib. 6. cap. 28. n. 21. sed major potest esse, n. 33.* Petrus Binsfeld. in *commentar. de iniur. & damno dato. cap. 7. q. 2. conclus. 4. in fine. pag. 495.*

Quintus est casus, quando quis captus ducitur ad carceres, vel etiam ad patibulum, transeundo per Ecclesiam, vel Cœmeterium. Hoc casu, hic gaudere non debet immunitate ipsius Ecclesie. Ità tradunt Oldrad. in *conf. 54. n. 4.* Archidiaconus. in *cap. sicut antiquitus 17. q. 4.* Cæpoll. in *l. quis sit fugitivus. §. idem Calius. il. 2. n. 15. ff. de Edil. edict.* Coimus Gummier. in *pragm. sanct. 111. de interditiis. in verbo, unde col. 2.* Marfil. in *l. unica. n. 115. C. de raptu Virg. & in pract. crim. §. ulterius. n. 4.* Marfil. in *d. l. unica.* Jo. Lup. in *rub. extra de donat. inter vir. & uxo. §. 38. n. 4.* Igneus, in *l. 1. in princ. n. 5. ff. ad S. C. lyl. Anton. Gomez, in tom. 3. var. resolut. cap. 10. n. 2. vers. quarto limita, & intellige. Boër. q. 178. n. 13. & manifestius q. 110. n. 8.* Gigaa, in *tract. de crim. lesa M. lib. 1. tit. Qualiter, & a quibus crimen lesa M. committitur. q. 10. n. 30.* qui testatur hanc esse veriore opinionem, & vidisse semel Venetiis contrarium servari. Remig. in *tract. de immunit. Eccles. 30.* qui hanc receptam esse sententiam affirmat. Boss. in *tract. caus. crim. tit. de captura. n. 22. in fine.* Franc. Mart. in *q. 989. in princ. in prima parte.* Anton. Gomez, in *tom. 3. variar. resolut. cap. 10. n. 2. vers. quarto limita.* Perez, in *commentar. ad leg. 3. in tit. 2. lib. 1. nova. recopilationis legum Hispania. col. 67. & ibid. Azavedus, in l. 2. n. 11.* Chassan. in *consuetud. Burgund. rub. 1. §. 5. in textu, s'il n'a grace. n. 121.* Didac. lib. 2. *variar. resolut. cap. 20. n. 13.* Navar. in *Manual. Confess. cap. 25. n. 19. vers. Es qui comprehensus,* Jul. Clar. in *pract. crim. §. finali. q. 30. col. 8. vers. scias autem & c.* Qui afferit sic judicari vidisse, Binsfeld. in *commentar. de iniur. & damno dato. cap. 7. q. 2. conclus. 5. pag. 496.* Joan. Gutierrez, in *lib. 3. pract. quest. q. 6. vers. sed meo iudicio,* qui dicit hanc esse magis receptam opinionem. Decian. in *tract. crim. lib. 6. cap. 28. n. 30.* qui testatur ità usu observari, refer. que Aul. Gell. in *lib. 10. noct. attic. cap. 15.* qui scriptum reliquit apud Romanos observatum, quòd si quis vincus ædes flaminis Dialis introisset, solvi necesse erat, & vincula per impluvium in tegulas, atque inde foras in viam dimitti, Et hujusquidem sententiæ ea est ratio, quòd lex tribuit hanc imm. confugienti ad Ecclesiam ipsam, ut diximus supra, cum ergo hic non confugerit, sed vincus pertransierit, nec violenter extractus fuerit, gaudere non debet. Et accedit, quòd licet quis prohibeatur rem extare è loco, attramen jure rem ipsam per locum transducere potest. *l. si quis post hanc. C. de adif. priv. ubi Constant. statuit non posse transferri ad rura marmora, & columnas, permissum tamen esse transuehere transeundo per civitatem ex rure ad rub. Conferunt ea, quæ de rebus de loco ad locum transuehendis, ac transportandis scripsi, in conf. 901. n. 6. 7. 8. lib. 10.* Et hinc intelligimus hanc esse receptissimam, & veram opinionem, rejectâ contrariâ. Jo. de Bich. in *tract. de imm. Eccles. n. 52.* & Mantica, in *conf. 60. n. 17.* & alios nonnullos refert, & damnat Guier. in *d. q. 6. col. 2. vers. tamesi.*

Sextus est casus, quando delinquens visus, & insequutus à familia magistratus confugit ad Ecclesiam. Hoc casu, an gaudere is debeat imm. Ecclesie, non levis est inter nostros contentio. Recepta tamen magis opinio est gaudere debere. Ita sanè Bald. in *l. plerique de in ius voca. & ibid. lason, n. 13. & Socin.*

n. 66. Henric. Boic. in cap. ult. col. 3. de immunit. Eccles. Joan. Cup. in rub. extrà de donat. inter vir. & unor. §. 38. n. 4. Chassan. in consuetud. Burgund. rub. 1. §. 5. in textu s'il n'a grace n. 114. Igneus, in l. 1. princ. n. 4. & n. 5. ff. ad S. C. Syll. Roder. Suarez, in l. 2. tit. de los Governos q. 5. leg. Hispan. Modern. Parisien. in addis. ad Alex. conf. 24. n. 26. lib. 2. Boët. in q. 110. col. pen. Remig. in tract. de immunit. Eccles. fallent. 31. in fine. Boss. in tract. caus. crim. in tit. de captura. n. 22. Didac. in lib. 2. variar. resolut. cap. 20. n. 12. Jul. Clar. in pract. crim. §. finali. q. 30. col. 7. vers. pone familia &c. qui dicit se ita observari vidisse a Senatu nostro Mediolanense Decian. in tract. crim. lib. 6. cap. 28. n. 31. vers. autem contrar. &c. Qui affirmat se ita servasse, & servari vidisse. Germ. in lib. 3. de sacror. immunit. cap. 16. n. 75. Binsfeld. in commentar. de injur. & damno dato. cap. 7. q. 2. conclus. 4. in fine. Joan. Gutier. in lib. 3. pract. quast. q. 6. qui refert idem affirmasse Azavedo. Et horum quidem recepta sententia, vel ex eo primùm probatur quòd nec jure Pontificiò, nec Cæsareò legitur sancitum, quòd iste, si ad Ecclesiam sit confugiens, gaudere debeat ejus immn. P. zterea, & secundò accedit, quòd si familia delinquentem huic persequutus est, non tamen dici potest eum ita prahendisse, ut sua in potestate redegerit. arg. lex. l. naturalem §. H. lud & in l. laqueum. ff. de aquis. rerum dom. Rursus, & terciò confert, quòd à fortiori dicemus in casu subsequenti. Contrariam itaque opinionem probaverunt, & magis quidem, Cynus in auth. si quis ei. C. ad leg. Jul. de adulter. Bald. in leg. cunctos populos. C. de summa Trinis. & fid. Cash. & in cap. si ludox. in tit. de puce rament. in usib. feud. Alex. in conf. 24. n. 16. Praët. Papien. in f. inquisit. in l. nullus. in tract. de bannis. in 2. p. 2. temporis q. 29. Marfil. in l. unica. n. 110. C. de rapu Virg. & pract. crim. §. ult. n. 5. & in sing. 225. Qui sanè Doctores nullò jure, nullave ratione solidà moti sunt, & ob id non est, quòd respondeam.

Septimus est casus, quando delinquens jam à familia captus, se ex ejus manibus exemit, & ad Ecc. confugit. Hinc etiam Ecc. immn. gaudere debet. Ità in specie scribunt Igneus, in l. 1. in princ. n. 4. in fine. ff. ad S. C. Syll. Boët. in q. 110. n. 8. Didac. in lib. 2. variar. resolut. cap. 20. n. 13. vers. decimo septimo. Decian. in pract. crim. lib. 6. cap. 28. n. 32. Germon. in lib. 3. de sacror. immn. cap. 16. n. 76. Joan. Gutier. in lib. 3. pract. quast. q. 6. & Binsfeld. in commentar. de injur. & damno dato. cap. 7. q. 2. conclus. 4. in fine.

CAPIT XII.

Adversus fugientem ad Ecc. quid agi, ferive possit, & non possit, dum in Ecclesia ipsa manet.

Dubitari solet persapè, quid fieri, vel non fieri, & prætari possit ei, qui ad Eccles. confugit, dum in ea permanet.

Obsideri (ut ab hoc incipiam) hic in Ecclesiam non potest, quin ei deferantur alimenta. Ità Hostien. in cap. inter. alia. col. 2. vers. attamen. de immunit. Eccles. & ibidem Zabarell. & Abbas, n. 7. Guielmi de Monte Laudun. in Clem. 1. de panis. & remiss. & ibid. Anchar. & Vitalin. n. 83. Ioan de Bich. in tract. de immn. n. 72. Guid. Pap. q. 121. & synag. 425. Mayner. in l. nemo de domo. n. 30. de reg. jur. Igneus,

in l. 1. in princ. ff. ad S. C. Syll. Remig. in tract. de imm. Eccles. in q. 5. Rebuff. in commentar. ad constitut. Gallia. tom. 2. in tract. de imm. Eccles. glo. 1. n. 37. Antonius Gomez, in tom. 3. variar. resolut. cap. 20. n. 17. Jul. Clar. in pract. crim. §. finali q. 30. col. 7. vers. quaro modo, Decian. in tract. crim. lib. 6. cap. 27. n. 6. Germon. in lib. 3. de sacror. immunit. cap. 16. n. 94. & Petrus Binsfeld. in commentar. de injur. & damno dato. cap. 7. q. 1. conclus. 2. Et quidem jure Cæsareò probatur constitut. Leon. Imper. in l. presentis. C. de his, qui ad. Eccles. confug. in fine princ. ibi, Nec in ipsis Ecclesiis reverendis ita quemquam detineri, atque constringi, ut ei aliquid vidualium rerum, aut vestis negetur, aut requios. Idem statuit Iustin. in §. 1. ff. in auth. de incest. nup. Et simili casu idem, de alimentis jure Pontificiò, sancitum fuit à Nicolao Papa in cap. studeat. in fine, distinct. 30. & accedit, quòd nec contraria consuetudo esset observanda, sicuti Igneus, & Germon. praxitatis in locis, scribunt.

Compedibus, aliisque vinculis detineri non potest hic refuga, sicuti scribunt praxitati Doctores, & inter alios Guido Papæ, in d. q. 121. vers. idem in simili. Rebuff. in d. gl. 1. n. 36. Germon. in lib. 3. de sacror. immn. cap. 16. n. 93. & Petrus Binsfeld. ubi supra, qui post Didac. in lib. 2. variar. resolut. cap. 20. n. 17. declarant, quando ambigitur, an gaudere, vel non gaudere debeat hac imm. cum ab utroque Magistratu iniiciatur, Remig. in distis quastionibus. q. 6. & probant jura supra commemorata.

Alimenta huic prohiberi non possunt, atque ita prætanda sunt, ut dixi supra. Dubitari solet, quis ea prætare teneatur, recepta magis Doctorum sententia est, quòd si ipse refuga habet bona, ex illis alendum est, si verò non habet, suà industrià, & arte victum sibi querere debet, si utroque caret, Ecclesia ipsa eum alere tenetur. Ità scribunt glo. in cap. de finivis 17. q. 4. Guielmus de Monte Lauduno, in Clem. de panis. & remis. & ibidem Anchar. q. 3. Zabarella, q. 4. Imola, n. 12. & Vitalin. n. 32. conclus. 7. Abbas, in cap. inter alia. de imm. Eccl. Felin. in cap. ex rescripto, col. ult. de jurojorando. Tutrecrem. in d. cap. diffinivis. Stefan. Aulser. de potestate Secul. super Cler. reg. 4. Fallent. 4. Sylvester Pierius, in summa. in verbo Immunitas. 3. q. 3. Herculan. in l. si victum. ff. de re iudicata. 10. de Bich. in tract. de imm. Eccl. n. 24. Guiel. Mayner. in l. nemo de domo. n. 30. de regul. jur. Igneus, in l. 1. in princ. n. 9. ff. ad S. C. Syllan. Remig. in tract. de imm. Eccl. q. 7. Boët. in q. 303. n. 2. & 3. Rebuff. in commentar. ad constitut. Gallia. tom. 2. tract. de imm. Eccl. glo. 1. n. 37. Decian. in tract. crim. lib. 6. cap. 29. n. 3. & probant cap. non satis. & cap. palce distinct. 86.

Custodiri à quo debeat hic refuga ne ab Ecc. fugiat, distinguendi sunt aliquot casus.

Primus est, quando refuga talis est, qui Eccl. Imm. gaudet, hoc sanè casu, nullò modò custodiendus est, manere debet in plena libertate, & ob id frustra queritur, quis eum custodire debeat. Ità glo. in cap. de finivis 17. q. 4. Oldrad. in conf. 54. n. 2. in fine. Remig. in tract. de immn. Eccles. q. 4.

Secundus est casus quando refuga gaudere non potest imm. Eccl. sicuti quando ob delicta, de quibus supra cap. 4. confugit ad Eccl. Hoc sanè casu Prælatus recusans, & prohibens extractionem, custodire interim debet refugam, alioquin tenetur ad damna, & interest. Ità glo. in d. cap. diffinivis 17. q. 4. ubi Archidia. Tutrecrem. & Oldrad. conf. 54. n. 2. in fine, & Remig. in d. q. 4.

Tertius est casus, quando sumus in dubio, an gaudere debeat, vel non. Hoc sanè casu custodiri

debet hic ab utroque Iudice. Ità Petrus Belluga, in *specul. Princip. rub. 11. sed quia n. 22. & Remig. in tract. de Imm. Eccl. q. 2. n. 1. & sol. vers. quarta opinio.*

Citari an possit personaliter, sicque verbaliter, hic refuga, ut compareat coram Iudice Sec. solet dubitari. Dicendum est, quòd quando quis refugit ad Eccl. ob debita pecuniaria, hoc casu Iure Cæsareo constit. scilicet Leonis Imperatoris, in *l. presentis §. sed si quidem. statutum est his verbis. Si quidem ipse refuga appareat in Eccl. publicè, & se in sacris locis offerans querentibus conveniendos, ipsis servatâ loci reverentiâ Iudicum, quibus subiactis sententiis moneantur, responsum daturi, quale sibi quisque prospexerit convenire.*

Quòd si in finibus Eccles. latitant, Religiosus Oeconomus, seu defensor Eccles. vel certè quem his negotiis commodiorem auctoritas episcopalis elegerit, reconditam, latentemque personam decenter, sine ullo incommodo, monitus intrâ fines Eccl. si invenitur, presentes. Idem propè statuit Iustinianus, in *§. sed neque in auct. de mand. princ.* Iure etiam Pontificiò dicendum est hunc refugam personaliter, sicque verbaliter, posse citari in ipsa Eccl. Ità Guiel. de Cuneo, in *l. plerique ff. de in ius voca. & ibid. Bart. Bald. in l. 2. col. 2. vers. quero iuxta hoc C. de sacrosanct. Eccl. & Abbas, in cap. inter alia n. 24. de imm. Eccles. Alber. in l. denunciamus. C. de his qui ad Eccl. confug. Iacobin, à sancto Georgio, in *d. l. plerique n. 8. ff. de in ius voca. Felin. in cap. decet. n. 7. de immunit. Eccl. in 6. Marian. Socin. Sen. in tract. de citationibus. art. 17. Franc. in d. cap. decet. q. 5. de imm. Eccles. in 6. Guelm. de Mayner. in l. nemo de domo. n. 10. ff. de reg. iur. Remig. in tract. de immun. Eccles. in q. 14. His intelligimus hanc esse receptam Doctorum sententiam, etsi ab eo dissentiant Angel. in *d. l. presentis, C. de his qui ad Eccl. confug. & ibid. Io. Fabri, n. 1. Signorol. in l. 2. q. 4. C. de sacrosanct. Eccl. Nec repugnat d. cap. decet. de immun. Eccles. in 6. quia loquitur de comparitione, quam existens in Ecclesia facere non potest coram Seculari. Ità Alberic. in *d. l. denunciamus. & Remig. in d. q. 14. propè finem, vel loquitur de commissione factâ à Iudice in Ecclesia, de citando aliquem extra Ecclesiam, cum hic sit actus jurisdictionalis, qui in Eccl. exerceri non potest, sicuti declarat illo in loco Francus, n. 7.****

Bona hujus refugæ, an capi, & vendi possint dubitari sæpe contingit. Distinguo tres casus.

Primus est quando pro debito pecuniario quis confugit ad Eccl. Hoc sanè casu ejus bona capi, & vendi possunt. Ità statuit Imperator Leo, in *l. presentis §. cum autem C. de his qui ad Eccl. confug. & idem tradunt Abbas, in cap. inter alia. de imm. Eccl. & ibid. Butic. & Anchar. Remig. in tract. de imm. Eccles. in q. 13. vers.*

Secundus est casus, quando quis confugit ad Ecclesiam propter atrox delictum, pro quo non gaudet imm. Eccl. Hoc sanè casu, sine controversia, ejus bona capi, ac vendi possunt à Iudice Seculari. A fortiori ipsius refugæ persona extrahi, & à suo Iudice puniri potest pœnâ sanguinis, ut dicemus infra in *cap. ult. cessat enim, & hoc casu illa ratio, quâ usus est Ioan. de Bichis, quam statim referemus.*

Tertius est casus, quando quis refugit ad Ecclesiam propter delictum pro quo refuga gaudet imm. Eccl. Hoc in casu sunt duz opiniones. Ioan. de Bich. in *tract. de immun. Eccles. n. 57. vers. nunquid autem &c.* scribit, capi, & vendi non posse, cum institutum esse dicatur privilegium tam quod ad personam, quam quoad bona. Contrarium, & rectius quidem probat Abbas, in *dicto cap. inter alia. n. 8.*

vers. quero, quia lex. qui ejusdem opinionis refert Archidiacon. in cap. de raptoribus. 36. q. 1. Idem scribunt Vitalin. in Clem. 1. n. 71. de pœnis. & remiss. Remig. in d. q. 13. ad finem. & Decian. in tract. crim. lib. 36. n. 10. Ea est hujus opinionis ratio, quia Eccl. non tuetur refugam, nisi quoad pœnam sanguinis, cap. remm. de immunit. Eccles. non autem quoad bona ut dicemus infra in cap. ult. in fine.

CAPUT XIII.

Quibus permessa, dataque sit facultas extrahendi, seu extrahi faciendi confugientem ad Ecclesiam.

EGregia, & frequens est disputatio, quis possit extrahere, seu extrahi facere ab Ecc. cum qui ad ipsam Eccl. confugit. Hac in re distinguo, atque constituo aliquot casus, quorum primus est, quando refuga ob delictum extra Eccl. vel ob aliam causam, confugi ad Eccl. & ejus imm. gaudere potest. Hoc sanè casu, dicendum est facultatem hanc sine aliqua controversia datam esse Pontifi. Max. Ità Ioan. de Bich. in *tract. de imm. Eccl. n. 14. quem sequuti sunt Remig. in simili tract. de immun. Eccles. fallent. 16. Gigas, in tract. de crim. lassa M. lib. 1. qualiter, & à quibus crimen lassa M. committatur. q. 10. n. 4. Decian. in tract. crim. lib. 6. cap. 27. n. 4. qui à ratione motus est, quia Eccl. immunitas jure positivò introducitur, & est, qua de re diximus supra cap. 1.*

Legatus de latere, concessione tamen ei factâ à summo ipso Pont. qui legatum hac cum facultate creare solet, ut tradunt Gigas, & Decian. *pract. in loco.*

Episcopus facultate hæc extrahendi refugam ab Ecc. caret. I à Ioan. Andr. in *dicto cap. inter alia. v. 4. de immun. Eccles. & ibid. Anchar. in fine, dum ipsum Ioannem Andream sequitur, & argumentis probat, & Imola, n. 11. & in Clem. 1. n. 14. de imm. Ecc. Ioan. de Bich. in *tract. de imm. Eccles. n. 3. & 4. & Petrus Belluga, in specul. Princip. rub. 11. §. sed quia. n. 7. & 8. Remig. in simili tract. fallent. 20. in fine, & Decian. in d. cap. 27. n. 3. Potest tamen Episcopus Clericum delinquentem, ab Ecclesia, ad quam confugit, extrahere, & in pœnam delicti, cum in Monasterium ad pœnitentiam peragendam claudi facere, ut post alios tradit Bich. *ubi supra, & Remig. in dicta fallent. 20. qui ejusdem opinionis alios multos commemorat, & infra, in fine ultimi capituli, declarabimus.***

Clericus nullò modò hanc extrahendi facultatem habet, etiam si refuga servus sit *cap. nullos 17. q. 4. Decian. in dicto cap. 27. n. 2.*

Secularis etiam supremam habens dignitatem, ut Imperator, & Rex, hac facultate extrahendi refugam ab Ecclesia caret, *cap. miror. 17. q. 1. & cap. frater 17. q. 4. & scribit Decian. in dicto cap. 27. n. 1. & eò prius Butic. in cap. inter alia. n. 11. de imm. Eccl.*

Secundus est casus, quando hic ob delictum extra Ecclesiam commissum non gaudet immunit. Ecc. Hoc sanè casu, magna est inter nostros disputatio, an Iudex ipse Secularis suâ ipsâ solâ auctoritate extrahere possit hunc refugam ab ipsa Ecclesia.

Recepta magis opinio est posse. Ità sanè Petrus Pertic. & Cyn. in *l. presentis. q. 2. C. de his qui ad Eccl. confug. & in auct. si quis ei. in 2. oppo. C. de adulter. Et ibid. Angel. n. 3. & Alber. n. 2. Ioan. Andr. in cap. inter alia. de imm. Eccles. & ibid. Anchar. n. 4. Io. Fabri, in §. ult. instit. de his, qui sunt sui, vel alien. juris. Idem sensit Abbas, in *dicto cap. inter alia. n.**

29, dum

29. dum improbat opinionem, Cui, solum quoad iud de deicto in Ecc. commissio, Guido Papæ, in q. 121. in fine. Angel. in tract. de malef. in verbo, in scal. Guicel. Benedict. in cap. Raynucius, in verbo, Et uxorem nomine Abbelasiam. in secunda decis. n. 151. vel n. 414. de testam. qui affirmat sic servari, Colmus Gummier, in pragm. sancti. in iur. de interdicit. in diff. non ponent. in verbo, inde. col. ult. Boët. in q. 109. n. 2. Igneus, in l. in princ. n. 51. ff. ad S. l. Sph. qui Ioan. de Bich. in tract. de imm. Eccles. fallen. 5. Remig. in tract. de imm. Eccles. in q. 1. in fine qui testatur ita in foro observari, Rebuff. in comment. ad consilii. Gall. tom. 2. tract. de immunit. Eccles. art. 1. glo. 2. n. 4. qui pariter affirmat sic consuevisse servari, Didac. in lib. 2. variar. resolut. cap. 30. n. n. 18. vers. trige. quarto, & quidem de ulu, & observantia asserit Iul. Clar. in pract. crim. §. finali. q. 30. col. 2. vers. quare nunc. Decian. in tract. crim. cap. 28. n. 4. qui intelligit, & rectè, quando clarè conitat hunc refugam non gaudere immunitate. Eccles. iure Pontificiò inspectò; & fieri (subiungit Decianus, & eo prius Angel. in dicta auth. si quis ei. p. 3. in fine C. de adulter.) debet extractio hæc cum modestia, & sine scandalo, & hujus recepte magis sententia ea est ratio, quia hoc casu nulla fit injuria Ecclesie, quæ hunc refugam non tuetur, & hæc quidem opinio, quam in foro servari testantur multi ex præcatis Doctoribus, retinenda est. Contrariam itaque opinionem malè probarunt Salicet. in Auth. si quis C. ad Iul. de adulter. & ibid. Iacob. Belvis. in pract. crim. rub. de fuga reorum. n. 8. Angelus Aretinus sibi parum conitans, in tract. de malef. in verbo, quod fama publica q. 4. n. 59. Marian. Socin. Sen. in cap. postulasti. q. 16. n. 10. vers. sed de jure canonico. de foro compet. Petrus Belluga, in speculo Princip. rub. 11. §. sed quia. n. 27. dum dixit non dari auctoritatem Iudici Seculari aliquo in casu extrahendi ab Ecclesia hunc refugam. Sic etiam Anton. Gomez, in tomo 3. variar. resolut. cap. 10. n. 2. in fine. Roland. in consil. 24. n. 15. lib. 2. & Germon. in lib. 3. de sacror. immunit. cap. 16. q. 96. Nec urget constitutio Justiniani in dicta auth. si quis ei. C. de adulter. quam inter alios perpendit Germon. cum loquatur in quinto casu, quem mox subiiciam.

Tertius est casus, quando refuga ob delictum Ecclesiasticum in ipsa Ecclesia commissum gaudere non potest ipsius Eccles. immun. Hoc sanè casu, ab Ecc. extrahi non potest à Iudice Seculari, sed ab Ecc. tantum. Ità Petrus Cyn. Angel. & Alberic. in d. l. presentis. C. de his qui ad Eccles. confug. & in dicta auth. si quis ei. C. ad leg. Iul. de adulter. Abbas, in dicto cap. inter alia. n. 19. & ibidem Anchar. n. 4. de imm. Eccles.

Quartus est casus quando refuga ob delictum mixtum in ipsa Ecc. commissum gaudere non potest ipsius Eccles. immun. ut si perpetravit sacrilegium auferendo res Eccles. quod esse delictum mixti fori, jam supra demonstravimus, & quod non meretur Eccles. immunitatem diximus sup. à. Hoc sanè casu, Abbas, in cap. inter alia. n. 19. de immunit. Eccles. sensit extrahi non posse, etiam à Iudice Ecc. sic & Marian. Socin. Sen. in dicto cap. postulasti. q. 16. n. 10. de foro compet. visus est sentire quòd à Seculari non possit extrahi, etsi quoad indicendam pœnam scribit locum esse præventioni. Crediderim tamen esse extrahi hunc non posse, nisi à Iudice Ecc. sicuti à fortiori in casu sequenti.

Quintus est casus, quando refuga ob delictum mixtum in ipsa Eccles. commissum, jure Pontificiò gaudet Eccles. immun. jure Cæsareò non gaudet; ut si quis commisit adulterium. Hoc quidem, etsi secundum jus civile adulter non gaudet imm. Eccles. §. usque autem. in auth. de mand. Princip. & diximus

supra in cap. juxta verò jus Pontificium gaudet, at tamen quando adulterium est commissum in Eccles. statuit Iustinian. in dicta auth. si quis ei. Iudicem ipsum Ecclesiasticum extrahere debere, & Iustiniani constitutionem sic intelligunt Cynus, Angel. & reliqui ibi, & apertius Socin. Sen. in dicto cap. post. q. 16. n. 10. vers. sed Episcop. de foro compet.

Sextus est casus, quando refuga ob delictum mixtum Seculare in Ecc. perpetratum gaudet imm. Eccles. ut si quis in Eccles. rem Secularis, ut putà Crumenam, furtò subtrahit. Hoc sanè casu, Abbas, in dicto cap. inter alia. n. 19. in fine, scribit solum hunc puniri non posse à Iudice Ecc. sed à Seculari tantum. Verum non explicat, an extrahi hic possit ab ipso Iudice Seculari sine licentia Iudicis Ecc. Crediderim extrahi non posse ex quo gaudere debet immun. Ecclesiam.

Hic itaque in casibus, in quibus sine licentia Iudicis, & Prælati Eccles. extrahi non potest hic refuga, si Iudex ipse Ecc. sine justa causa recusabit concedere licentiam, poterit Iudex Secularis absque licentia extrahere, sicuti scribit Salicet. in dicta auth. si quis ei. C. de adulter. quem sequutus est Roland. in consil. 24. in fine, & accedunt Angel. Aretinus in tract. maleficiorum. in verbo In Scalius sancti Petron. n. 8. & Mayner, in l. nevo de domo. n. 25. ff. de reg. iur.

CAPUT XIV.

Refuga, qui asseritur publicus latro, vel agrorum depopulator, extrahi an possit à Iudice Seculari, & postea cognosci, an talis sit.

Dubitari etiam solet, quando Iudex Secularis vult extrahere refugam ab Ecclesia, ob id quòd asserit eum esse publicum latronem, & ille negat, an extrahi possit, vel potius permanere debeat in ipsa Eccles. interim quòd cognoscatur an sit publicus latro, vel non; gaudere, vel non gaudere possit ipsius Ecc. immun. Distinguo unà cum Deciano, in tract. crim. lib. 6. cap. 28. il. col. 4. vers. ut insurgit hic pulchra. & cap. 29. n. 2. duos casus.

Primus est quando de notorio clarè constat, refugam esse publicum latronem. Hoc sanè casu, extrahi non potest; sed prius sumi debent informationes, & declarari notorium esse. Ità Decian. ubi supra, nam multa dicuntur esse notoria, quæ non sunt cap. consuluit il. 1. de appell. & idè, inquit Decian. & Iudex Secularis, qui vult extrahere ab Ecc. refugam tanquam publicum latronem, prius citatà parte sumat informationes, & declaret factum & notorium refugam esse publicum latronem, & ut talem haberi, juxta traditionem Abbatis & aliorum, in cap. ad nostram. il. 3. de injuria. Zabarell. in clem. pastoral. in 7. notab. de re iudic. & similibus in casibus egregiè responderunt Aretinus, in consil. 6. Socin. Sen. inter Consil. Curt. sen. consil. 20. col. 8. & in consil. subsequenti col. 3. quod est Collegii Doctorum Florentiz, & accedit, secundum Decianum, in dicto cap. 29. n. 2. quòd cum ipsa Eccles. sit in quasi possessione refugæ qui ad eam confugit, non est hic refuga, causa non cognità. extrahendus sicque Eccles. spoliari non debet suà quasi possessione. cap. bona. de appellat. & respondit Alex. in consil. 99. col. 2. lib. 5. & accedit quòd quando quis contendit aliquid facere posse ob certam qualitatem, eam probare prius debet, sicuti scribunt, post alios, Socin. Jun. in consil. 7. n. 2. & 3. lib. 1. & Tiraquell. de re tract. consang. §. 8. glo. 7. n. 2. Et his intelligimus, nec retinendam, nec probandam esse praxim, quæ apud Gallos servatur, cujus

meminit Rebuff in *proem. consuet. Regiar. Gallia. glo. 5. n. 40.* quod refuga ab Eccl. causâ non cognitâ, abducatur à Iudice Seculari, & postea tractetur sitne dignus hic refuga, qui Ecclesiz gaudeat immun. quod si dignus ita videatur, remittitur, & Eccl. restituitur. Hanc praxim damnat & rectè, Decia. etfi Didacus, in *lib. 2. var. resolut. cap. 20. in fine.* refert, & non improbat.

CAPUT XV.

Iudicem Seculare suâ auctoritate extrahentem refugam ab Ecclesia, cujus gaudet immun. puniri.

Variis plecti solet pœnis Iudex Secularis suâ auctoritate extrahens refugam ab Eccl. cuius imm. gaudet. Iure Cæsareo punitur pœnâ criminis læsæ M. sicuti Imperatores Honorius, & Theodosius, in *l. 2. C. de his, qui ad Ecc. confugiunt*, his verbis statuerunt, *fideli devotaque præceptione sancimus nemini licere ad sacrosanctas Ecclesias confugiens abducere; sub hac videlicet definitione, ut si quis quem contra hanc legem venire tentaverit, sciat se crimine Maiestatis esse retinendum.* Hactenus Imperatores; & affirmant ex nostris Odofred. in *ead. l. 2. Imola, & Bonif. Vitalin. in Clem. 1. ille, n. 12. iste, n. 84. de poenit. & remiss.* post Guielm. sic & Abbas, in *cap. inter alia. n. 17. & in cap. pen. in fine. de imm. Eccles. Franc. Mart. decis. 154. n. 17. in secunda parte.* Guielm. Mayner. in *l. nemo de domo. n. 29. de reg. iuris Boër. in tract. de seditionis col. 12. n. 56. in septimo præsupposito.* Gigas, in *tract. de crim. læsæ Maiestatis lib. 1. tit. qualiter, & à quibus crimen læsæ M. committatur. n. 2.* Remig. in *tract. de imm. Eccl. in q. 9.* Rebuff. in *commentar. ad consl. Gallia. tom. 2. tract. de imm. Eccl. n. 30.* Decian. in *tract. crim. lib. 6. cap. 28. n. 2.* & Binsfeld in *tract. de iniur. & damno dato. cap. 9. conclus. 7. pag. 501.*

Eâ quoque ratione comprobatur hæc sententia quod cum Eccl. sit Dei domus, qui eam lædit Deum offendit, & idèd sicuti offendens Principem hujus seculi, crimen læsæ M. committit. *l. quisquis C. ad l. Jul. Maiest.* sic multò magis hoc crimine tenetur offendens Deum. *l. si quis in hoc genus C. de Episc. & Cler.* Hac ratione usus est omnium primus Odofred. *præcitato in loco, & sequutus est inter alios Gigas, in d. q. 10. n. 1.* qui aliam perpendit rationem, ut apud eum. Iure etiam Cæsareo pœna capitalis indicta est adversus hunc extrahentem, & violentem Ecc. Itâ sanè statuit Imper. Leo, in *l. præsentis. in princ. C. de his, qui ad Eccles. confug.* & Decian. in *d. cap. 28. n. 3.*

Iure verò Pontificio punitur hic extrahens pœnâ excommun. sicuti sancitum est in *cap. 17. q. 4. & tradunt Io. de Bich. in tract. de imm. Eccles. n. 65.* Guielm. Mayner. in *l. nemo de domo. n. 29. de reg. iur.* Remig. in *d. q. 9.* Rebuff. in *d. glo. 1. n. 30. in fine.* Binsfeld. in *d. cap. 7. q. 2. conclus. 8. pag. 501.* Decian. in *d. cap. 28. n. 1.* & Io. Guttier. in *lib. 3. præct. quest. cap. 4. n. 11.* Et etiam imposita pœna pecuniaria, *cap. quisquis 17. & tradunt Mayner. in d. l. nemo de domo. n. 29.* Rebuff. in *d. glo. 1. n. 33.* Binsfeld. in *d. conclus. 8.* Decia. in *d. cap. 28. n. 4.* qui post Angel. de Castro, inter consl. Castrensi. in *consl. 458. in fine lib. 2.* & Iul. Clar. in *d. q. 30. n. 1.* scribit pœnam hanc usu abrogatam esse. Est quoque indicta pœna arbitraria ut tradunt Hostiens. in *summa. tit. de immunit. Eccl. §. ult. Angel. Clavas. in summa. in verbo immun. n. 11.* Sylvester Pierius, in *summa. in verbo immun. 3. q. 7.* Remig. in *d. q. 9.* Io. de Bich. in *tract. de imm. Eccl.*

n. 66. & Io. Guttier. in lib. 3. præct. quest. 4. n. 11. Punitur etiam privationis feudi pœnâ, & bonorum. Rebuff. in *d. glo. 1. n. 32.* qui post Turrecrem. in *cap. frater. 17. q. 4.* dixit privari etiam jure patronatus Eccl. Adversus verò Principes Sec. vi extrahentes refugas ab Eccl. graviolem indici debuisse pœnam à concil. tradit Imola, in *Clem. 1. in fine. de poenit. & remiss.*

Et non solum punitur is, qui violenter re ipsa extrahit, sed etiam qui conatus est, & attentavit extrahere *l. præsentis. in princ. C. de his qui ad Eccl. confug.* & scribunt Salicet. in *l. 2. C. & Gigas, in tract. de crim. læsæ M. lib. 1. tit. qualiter, & à quibus crimen læsæ M. committatur. q. 2.* & Decia. in *tract. crim. cap. 27. n. 5.* & conferunt ea, quæ de puniendo conatu latissime scripti in *lib. 2. de arbitrar. Iudic. casu 290.*

CAPUT XVI.

Quis dicatur violenter extrahere eum qui ad Eccl. confugit.

Explicavimus superiore capite puniri eum, qui violenter extrahit ab Eccl. refugam, nunc dubitari contingit, quis dicatur vi extrahere.

Et primò quidem, is vim facere dicitur, qui stipatus armis, & sociis ingressus Eccles. extrahit, sicuti satis manifestum est. Itâ dicimus eum vim inferre, & spoliare possessorem sua possessione, qui armis eum eiecit. *l. 1. & toto illo tit. ff. de vi arm. & scripti, in commentar. de recuperanda possess. remedio primò col. 1. & 2.*

Præterea, & sec. violenter extrahere is dicitur, qui metu, & terrore compellit refugam ab Eccl. exire. Itâ Igneus, in *l. 1. in princ. n. 4. ff. ad S. C. Syll. & Remig. in tract. de immunit. Eccl. in q. 15.*

Rursus, & tertio, vim facere, & extrahere violenter is dicitur, qui persuasionibus inducit refugam hunc exire ab Eccl. cum dolosa persuasio sit plusquam violenta coactio. *l. 1. §. persuadere. ff. de servo corrupti. l. si quis servo. C. de servis fug. l. 2. §. si quis violentem. ff. de libero hom. exhib. & in specie sic tenet Remig. in tract. de immunit. Eccl. fallent. 26. col. antepen. in princ.* Accedunt multa, quæ de his persuasionibus scripti, in *lib. 2. de arbitrar. Iudic. casu 291. n. 11. & 13.*

CAPUT XVII.

Excusari à pœna, an aliquando possit, is qui refugam ab Eccl. extrahit.

Dubitandum non est, quin interdum à pœna excusetur is quis refugam extrahit ab Eccl. sicuti contingit, quando extat consuetudo, quod extrahatur. Itâ in specie tradit Decian. in *tract. crim. lib. 6. cap. 28. n. 6.* qui dicit ex sententia Iul. Clar. in *præct. crim. §. finali q. 30. vers. scias autem*, quod etfi consuetudo ipsa (de ejus juribus nunc non disputamus) fortè mala sit, ut potè adversus Ius Pontificium, & Cæsareum, attamen excusat à dolo, & consequenter à pœna saltem ordinaria, sicuti copiosè scripti, in *lib. 2. de arbitrar. Iudic. casu 410. n. 11.* Iustâ quoque est excusatio, quando variz ad eò sunt scribentium opiniones, ut & una, & altera earum, non in probaliter recipi, & sequi possit. Itâ in specie scribit Decia. in *cap. 28. n. 5.* qui vel eâ usus est ratione quod quilibet causa, etiam si injusta est, excusat à dolo, & consequenter à pœna *l. igitur. §. & generaliter*

litter ff. de liberali causa, & multis comprobavi, in commen. de recuperand. possess. remed. 5. n. 49.

CAPUT XVIII.

Refuga extractus ab Eccl. à Iudice Seculari, & deinde ab eodem relaxatus, an prahendi possit, vel potius ipsi Ecclesie restitui.

QUeri. & dubitari solet, si Index Secularis contra Ius Pontificium, & Cæsareum extraxit refugam ab Eccl. cuius imm. gaudere debebat, & deinde relaxavit, an eum postea prahendere, & capere possit. Et dicendum non posse, sed debere eum, vel ipsi Ecclesie restituere, vel in loco tuto reponere. Ita in specie scribunt Archidiaconus. *in cap. miror. 17. q. 4. Bart. in l. 1. ff. de adquirend. dom. Alex. in cons. 145. in fine. lib. 7. Felin. in cap. 1. in princ. de tregua, & pace, & in cap. ego. col. pen. n. 8 de iureiura. Barba. in cons. 33. col. 1. lib. 4. Igneus, in l. 1. in princ. n. 25. & 26. ff. ad S. C. Syll. Turtecrem. in d. cap. miror. Remig. in tract. de imm. Eccl. in q. 11. Rebuff. in commentar. ad cons. Gall. tom. 2. tract. de immunit. Eccles. art. 1. glo. 3. n. 2. Decia. in tract. crim. lib. 6. cap. 29. n. 7. Conferunt, quod is qui tenetur aliquem relaxare, seu restituere, non liberatur ab obligatione illum simpliciter relaxando in suo territorio; sed efficere debet, ut reponatur in loco tuto, & seculo. Sic sanè scribunt Abbas, *in cap. accedens. in princ. n. 2. de procura. Felin. in d. cap. Ego. n. 8. de iureiura.* Et accedit quod tradit Bart. *in l. qui carcerem. n. 1. vers. tamen consuetudo. ff. quod metus causa,* cum dicit non valere consuetudinem, & tutelam illam, quod debitor carceratus extrahatur è carceribus, adhibitis custodiis, & solvat sine metu, quod debetur creditori, cum non dicatur liberè solvere; sed perinde ac si esset in carceribus ipsis, ex quo liberum ei non est ire quod vult, & Bart. sequuti comment. *in cons. 68. col. 1. Ruin. in cons. 177. n. 9. lib. 1. & in cons. 121. n. 14. lib. 4. & Gozad. in cons. 9. n. 16.**

CAPUT XIX.

Si Pratoris familia dixit prahendisse aliquem extra Ecc. & prahensus negat, cui adhibenda sit fides.

Contingit per sepe Pratoris familiam, que delinquentem prahendit, asserere prahendisse eum extra Ecclesiam, prahensum verò contendere, imò in ipsa Ecclesia se prahensum fuisse asserere quare dubitari solet, cui magis credi debeat. Existimo unà cum I. C. gravissimo, olim dum Patavii jus Cæsareum interpretarer, Collega, & Compatrie, Tiberio Deciano, *in tract. crim. lib. 6. cap. 29. n. 10.* hac in disputatione Iudicis arbitrium versari, ut is pro sua prudentia videat, & iudicet, cui magis credendum. Considerabit itaque primum Iudex noster, personam refugæ, cuius scilicet qualitatibus, & conditionibus, sit; si enim esset vir alioquin bonæ vocis, & famæ, qui ob homicidium in rixa commissum prahensus fuisset, ei magis, quam familie Pratoris adhibenda esset fides; sicuti simili in casu scripsi, *in lib. 2. de arbitrar. Iudic. casu 112. n. 10. & n. 19.* & è contra, si refuga ille esset facinorosus, & solitus delinquere, credendum magis erit ipsi familie. Præterea, si non satis constabit de qualitate personæ, an scilicet

bona, vel mala sit, in dubio magis credendum ipsi refugæ, cum præsumptio sit adversus familiam, quæ facile mentiri solet, ob lucrum, ut scribunt Bart. *in l. magis puto, §. illud. ff. de rebus eorum, Alex. in cons. 75. n. n. 18. lib. 5. & Decian. precisato in loco, & ego ipse, in d. casu 112. n. 3.* Erit etiam visitandus locus prahensionis, ut sciri, vel conici possit, an in loco sacro captus sit, vel non.

CAPUT XX.

Iudex quis sit, quando dubitatur, an refuga gaudere debeat, vel non, immunitate Ecclesie.

Contingit per sepe dubitari, quis Iudex esse debeat, quando ambigitur, an is qui confugit ad Ecclesiam, aliumve locum, cui Ecclesie nomine contineri creditur, extrahi inde non possit, sed gaudere debeat Ecclesie imm. Hac in re distinguo, atque constiituo quatuor casus.

Primus est quando ambigitur de qualitate personæ, respectu delicti à se perpetrati, ut si dubitatur, an refuga sit publicus latro, vel simplex fur; qui, si est fur tantum, gaudebit imm. Eccl. si vero latro publicus, non gaudebit, ut suis locis supra explicavimus. Hoc sanè in casu, verior & receptior est opinio, quod uterque Iudex tam Eccl. quam Sec. inquirere, & cognoscere potest. Iudex enim Sec. inquiret, & cognoscet, quoad hunc effectum, ut si constabit esse publicum latronem, eum extrahere, & punire possit. Iudex verò Ecc. inquiret, & cognoscet quoad effectum defendendi ipsius Ecclesie imm. vel remittendi ipsum refugam sine aliqua cautione. Ita scribit Petrus Belluga, *in speculo Princip. rub. 11. ff. sed quia loquimur. n. 20.* Ea est hujus traditionis ratio quoad Iudicem Seculare, quia est questio solæ & si, an scilicet refuga sit publicus latro vel non, nihil enim habet spiritualitatis, ob id Iudex ipse Secularis cognoscere potest, *cap. tuam de ordin. cognit. & scribunt omnes in l. Tota. ff. soluto matr. & in l. quoniam C. de iudiciis, & alibi sæpè.* Nec repugnat hoc in casu consideratio Germon. *in lib. 3. de sacror. immunit. cap. 16. n. 21. vers. ex quibus arbitrat. &c.* cum dicit solum Iudicem Eccl. cognoscere, an refuga sit dignus imm. vel non, cum imm. concessio sit juris divini, sicque spiritualis, cuius sunt incapaces Iudices Seculares. Non inquam hoc repugnat, cum nostra hæc disputatio non sit adhuc, an hæc persona gaudere debeat imm. vel non, qua de re dicemus infra, sed sola contentio est de qualitate personæ, quæ cognita cognoscendum deinde erit, an digna illa sit, vel non, ipsa immunitate.

Secundus est casus, quando dubitatur de qualitate loci ubi delictum fuit commissum, an scilicet in loco sacro, vel profano fuerit perpetratum, ut si in sacro, dicatur refuga amisisse Ecclesie imm. quæ alioqui gaudere potuisset, vel in loco profano, ut eam immunitate gaudeat. Hoc etiam in casu dicendum est, utrumque Iudicem, nempe Seculare, & Ecclesiasticum, cognoscere: Iudex Secularis, quoad hoc, ut eum de crimine principaliter commissio, purè homicidio furto, vel simili, pœnis afficiat; Iudex verò Eccl. quoad hunc effectum puniendi hunc refugam, de sacrilegio, & negandi ei Ecclesie immunitatem. Ita Belluga, *in d. §. sed quia. n. 28. vers. sed cognitio.* Remig. *in tract. de immunit. Eccles. q. 2. n. 6 vers. quarta opinio,* Rebuff. *in commentar. ad cons. Regis Galliarum tom. 2. tract. de immunit. Eccles. glo. 1. n. 34.*

Tertius est casus, quando ambigitur de qualitate loci ubi, qui nixus est confugere ad Ecclesiam prehensus, & captus est, ut debeat restitui Ecclesie; an scilicet fuerit captus in loco sacro, vel profano; Hoc etiam casu, tam Iudex Secularis, quam Ecc. cognoscit quoad effectus predictos. Nam, & questio facti est, nempe loci inspectio, ex qua apparere potest an sit in Ecclesia, vel alio loco sacro, vel non; si enim ex ipsa oculari inspectione constat locum esse sacrum, gaudebit refuga Ecclesie immun. & e contra ea non fruitur, si apparet locum esse profanum. Et hæc quidem traditio eò simili probatur, quò dicimus, quòd quando ambigitur, an quis tanquam Clericus gaudere debeat privilegiò fori, si ex instrumentis, vel aliis claris probationibus à Iudice Seculari inspectis, constat hunc Secularem esse Clericum, gaudebit fori privilegiò, atque ità statim remittitur Iudici Eccl. si e contra, non fruitur, atque ità remittitur si clarè apparet eum non esse Clericum. Ità sanè tradunt Alex. de Necco, in *conf.* 59. n. 22. Decius, in *cap.* 2. n. 24. *vers.* & ad hoc facit, de *Iudiciis*, Guido Papæ, q. 1. 8. col. 2. & Vincent. Franc. in *decis.* 289. n. 11. in *prima parte*, qua de re alibi scripsi.

Quartus est casus, quando est dubium, an, vel ratione personæ, vel loci gaudere quis debeat imm. Ecc. Hoc sanè casu, etiam Iudex Secularis summam, & perfectoriè, non autem plenariè, & perfectè cognoscere potest, an sit locus immunitati, vel non. Ità sensit Remig. in *dicta* q. 2. n. 5. *vers.* quarta opinio. Sic quoque dicimus, quòd quando sumus in dubio, an quis sit Clericus, Iudex Sec. ut eum possit vel non possit remittere, cognoscit summam, & perfectoriè tantum, ut scribunt Bald. in *l. si quis per calum.* n. 2. *vers.* pone quod iste C. de *Episcop. & Cler. Gemini.* in *conf.* 66. n. 4. Alex. in *conf.* 8. n. 4. lib. 1. *repetit.* in *conf.* 149. n. 5. lib. 6. Cæpol. in *conf.* 11. n. 9. in *criminalibus*, Felin. in *cap. ult.* n. 10. de *except.* Petrus Belluga, in *speculo Princip.* rub. 11. §. *videamus* n. 5. Boss. in *tract. crim. in tit. de foro compet.* n. 15. Didac. in *lib. pract. quest. cap.* 33. col. 1. *vers.* primum illud. Iul. Clar. in *pract. crim.* q. 36. n. 21. Petrus Barbosa, Lusitanus, in *l. Titia.* n. 29. & 31. ff. *solutio matr.* Decian. in *tract. crim. lib.* 6. *cap.* 26. n. 12. dum sequitur Alex. in *dicto conf.* 149. Et Vincent. Franc. in *decis.* 189. n. 1. in *prima parte*, *decis.* 329. in *2. parte.* Plenariè autem, & perfectè de hac dubitatione cognoscit solus Iudex Ecclesie. Ità permulti, ex præcitat. Sic intelligi, & declarari jubet Ioan. Gutier. in *lib.* 3. *pract. quest.* q. 1. n. 5. simpliciter asserens Iudicem Ecc. cognoscere, an refuga sit extrahendus, vel non ab Ecclesia.

Cæterum hac in disputatione solet ambigi, an Iudex Sec. unà simul cum Ecc. vel separatim, cognoscere possit, & debeat de hac imm. prædictis in casibus; Remig. in *dicta* q. 2. col. 5. *vers.* dictus Petrus &c. scribit utrumque Iudicem simul, non autem separatim, post sumptas informationes cognoscere debere, an locus sit immun. vel non. Quæ opinio tanquam tutior, & æquior mihi satis probatur. Verum si contingat eos inter se dissidere, quòd ut plurimum evenire solet, quid agendum erit? Remig. in *d.* q. 2. col. 5. *vers.* sed quid si discordant &c. Distinguit duos casus, quorum primus est, quando sunt discordes in sententia ferenda, puta si unus affirmat gaudere imm. alter verò negat; Hoc sanè casu, eligendus est tertius, ut præcitatò in loco scribit Remig. adductus traditione eorum, qui affirmant, quòd quando duo Iudices judicare debentes non conveniunt in ferenda ipsa sententia, tertius eligendus est. Sic sanè Bart. & Salicet. in *l. in offerend.* C. de *appella.* Felin. in *cap. ult.* col. 2. *vers.* prima declaratio. de re iud. Iason, in *l. duo Iudices.* n. 5. & si ii, vel nolunt, vel discor-

gant in electione tertii, superior vel compellet eligere, vel ipse eliget juxta traditionem glo. & aliorum in *cap. suspensiones.* de *off. deleg.* & in *cap. cum specialiter.* §. 1. de *appell.* & confert *l. item si unus.* §. *principalius.* ff. de *arbitris*, ubi sic de duobus arbitris discordantibus in electione tertii respondit Ulpianus. Et tradit Io. Bapt. Perusin. in *tract. de arbitr.* lib. 1. *cap.* 4. n. 8. in *fine.* & *cap.* 17. Porro solet etiam hic dubitari quando duo ii Iudices, alter Ecc. alter Secularis, sunt discordes, & superior est adeundus, quis erit hic superior, an Secularis Iudicis, vel potius Ecc. Remig. in *d.* q. 2. n. 7. & n. 8. visus est distinguere casus, quorum alter est, quando Iudex est constitutus à Principe, alter, quando à Domino inferiore, ut primò casu sit adeundus Princeps; secundò verò casu, superior Ecc. Crediderim utroque in casu esse adeundum superiorem Ecclesiasticum. Si enim Iudex Secularis, vel ordinarius, ut delegatus, representat personam sui Principis Secularis, sic Iudex Ecc. refert personam summi Pontificis, digniorem omnium Principum. Sic sanè dicimus, quòd quando factum est compromissum in Clericum, & Secularem & opus est petere reductionem, vel revisionem illa petitur coram superiore Clerici, tanquam dignioris, ut tradunt Bald. in *l. precipimus in fine* C. de *appella.* quem sequuti sunt Salicet. *ibi.* Roman. in *conf.* 265. n. 2. in *fine.* Iason, in *l. Imperium.* col. 3. *vers.* septimo ff. de *iurisd. om. Iud.* Marfil. in *notab.* 143. n. 2. Robertus Marantha, in *prax. iudiciorum.* in *undecima distinctione.* n. 18. qui similia refert, Neviz. in *lib.* 6. *gl. va. nuptial.* n. 38. Io. Stephan. in *tract. de litteris gratia & iust.* in *2. parte.* *vers.* dicendum est modò, & Camill. Borell. in *tract. de compromiss.* §. 7. glo. 2. n. 7. Secundus est casus, quando duo hi Iudices, sunt discordes, in sententia jam lata, ut si unus iudicavit hunc refugam gaudere debere imm. Ecc. alter verò gaudere non debere, Remig. in *dicta* q. 2. n. 7. *vers.* secundus casus. tradit valere sententiam pro reo latam juxta *cap. ult.* de *senten. & re iudic.* id quod Remig. ipse declarat, & apud eum legi potest.

CAPUT XXI.

Clerici armis tueri, & defendere an possint refugam, ne ab Ecclesia à Iudice Sec. extrahatur.

Esti hac de proposita dubitatione multa scribit Remig. in *tract. de immunit. Ecclesie.* q. 12. atramen rem clarus, & apertius explicando, paucis agam. Distinguo itaque duos casus, sicuti, & duz sunt armorum species, nempe spiritualis, & temporalis.

Primus itaque est casus, quando agitur de armis spiritualibus, hoc est de censuris Eccl. quæ arma Ecc. appellantur. Hoc sanè casu nulla est apud nostros dubitatio, quin Clerici his armis tueri, & defendere possint eum, qui ad Ecclesiam confugit; extrahique à Iudice Seculari non potest sine licentia Iudicis Ecc. Ità probat *cap.* 17. q. 4. ubi Archidiacon. & Tutrecem. Idem scribit Remig. in *tract. de immunit. Ecclesie.* q. 2. n. 4. *vers.* secundo facit, & in *dicta* q. 12. n. 8. *vers.* unde quoad questionem. Et accedit, quod si Ecclesia recipit aliquem sub sua protectione, & defensione, intelligitur, ut eum defendat suis armis, hoc est, censuris. Ità Cagnolus in *proæmio digessorum* n. 52. & alios refert Remig. in *dicta* q. 12. Sic dicimus Iudicem Ecc. delegatum tueri suam iurisd. censuris, non autem armis temporalibus, ut post alios scribit Ripa, in *conf.* 2. n. 32. in *fine.* de *Iudic.* Et hoc quidem in casu intelligendus est

est Archidiaconus in cap. id constituimus. 17. q. 4. n. 1. in fine dum simpliciter scribit hunc refugam esse ab Ecclesia defendendam; intelligitur sanè armis spiritualibus, sic etiam declarat Hostien. in cap. sanè n. 6. de celebr. miss. quem minùs rectè refert Remig. in d. q. 12. n. 2.

Secundus est casus, quando agitur de armis temporalibus, nempe telis gladiis, & similibus. Hoc quidem casu non possunt Clerici tueri, & defendere refugam, ne à Iudice Seculari extrahatur, sicuti in specie scribunt collectan. in cap. inter alia. col. 1. de immun. Eccles. & Remig. in dicta q. 12. n. 8. in fine. Ea est hujus sententia ratio, quia Clerici uti non possunt armis temporalibus, cum eorum arma sint orationes, & lacrymæ, vel censuræ Ecc. ut diximus supra. Hinc dicimus Iudices Ecc. ut Episcopi, & alii Prælati inferiores, habere non posse familiam armatam, & ob id armis non posse exequi facere propriam sententiam, sed invocare debere auxilium brachii Secularis. Quà de re jam suis locis disputavimus.

CAPUT XXII.

Extractio refuga ab Ecclesia, quæ iure facta sit, iustificari an possit ex informationibus deinde sumptis.

Disputatio hæc frequens, & utilis admodum est in qua quidem dicendum est extractionem refugæ, minùs ritè, rectèque ab Eccl. factam, iustificari, & legitimam reddi non posse ex informationibus, quæ deinde supervenerunt. Ità sanè Remig. in tract. de immunis. Eccles. q. ult. prope finem. vers. nemo ad nostram. Et hæc quidem opinio multis similibus Doctorum traditionibus probatur.

Primò, vel ex eo quod dicimus confessionem accusati de delicto nullis præcedentibus indiciis, nullam convalidari, atque ità iustificari non posse illis deinde supervenientibus, sicuti tradunt Bald. in l. ult. vers. in glo. fallit. C. de accus. Bald. in l. maritus n. 2. ff. de quest. Roman. in l. necessar. ad S. C. Syll. crim. conf. 167. n. 134. lib. 4. Decius, in l. quod initio. n. 4. de reg. iur. Franciscus Brun. in tract. de indic. & tortura n. 20. Marfil. in l. pen. n. 28. & n. 52. ff. de questio. & in conf. 8. n. 17. & in conf. 14. n. 15. Boër. in d. q. 259. n. 7. Gigas. in tra. crim. l. 1. q. 1. n. 30. Gram. in conf. 31. n. 10. & in conf. 37. n. 6. in criminalibus. & decisi. 96. n. 6.

Secundò dicere solemus, quòd si testes primum ferunt testimonium, deinde jurant, quòd non valet eorum attestat. cum iudicii ordo servatus non fuerit. Ità sanè Cyn. in l. ius iurand. C. de testibus. Butic. in cap. per inquisitionem. de tertio notab. de elect. Marfil. in dicta l. pen. n. 10. ff. de questio. Boër. in d. q. 259. n. 2.

Tertio accedit, quòd captura, & præhensio non iustificatur per supervenientem probationem legitimam, ut respondit Roman. in conf. 241. n. 10. & sequitur Boër. in dicta q. 259. n. 2.

Quartò, ad hoc facit, quòd testamentum à sceleratore conditum, non præstità priùs cautione de restituendis usuris, non reconvalidatur cautione deinde præstità, sicuti scribunt Bart. in l. si fil. ff. de testam. & in l. fil. præ. in fine. ff. de in iusso, rupto, & irrito testa. Guido Papz. q. 50. col. 1. vers. sed pone. Boër. in d. q. 259. n. 2.

Quintò suffragatur, quòd petens revisionem à sententia Principis, vel Senatus, vel Præfati Prætorii, præstare debet priùs cautionem de sententia executioni mittenda, anib. qua supplicatio. C. de precib. Imper. off. Si ergo post executionem factam præstatur cautio, executio non reconvalidatur, ut deinde Guido Papz. in d. q. 50. col. 1. vers. sed pone. & sequitur Boër. in d. q. 159. n. 2.

Sextò, accedit quòd cum sententia, quæ in scriptis

ferri debet, priùs sic scribenda à notariò, & aduatio si priùs feratur, & deinde in scriptis redigatur, non conualescit l. statuis. C. de senten. ex brev. recit. & tradit Boër. in d. q. 259. n. 10.

Septimò confert, quòd cum filius familias velit donare causà mortis, id facere debeat præcedente licentià patris. l. nam is. §. fil. famil. ff. de donat. causà mortis, si ergo filius iste famil. donat, & deinde supervenit consensus, seu licentia patris, donatio non reconvalidatur. Ità Bald. in l. si uxor. C. de condit. inst. & in cap. cum consuetud. col. 2. de consuetud. Franc. Cremen. in sing. 70. incipit, donatio, in d. l. pen. n. 30. ff. de quest.

Octavò huc pertinet, quòd si cautum est statuto mulierem contrahere non posse sine consensu propriaquorum, si contrahit, & deinde consensus pervenit, contractus non iustificatur nec reconvalidatur, ut scribunt Bart. in l. 1. col. antepen. C. qui admissi, ad benef. poss. & quem sequuntur Barba. & alii congesti à Marfil. in d. l. pen. n. 31. ff. de quest. & illis accedunt permulti, quos congerit Tiraq. in tract. de leg. nuptial. in glo. q. n. 8. Non refero alia similia commemorata à Marfil. in d. l. pen. n. 32. & aliis subsequentibus.

Dicimus itaque unà cum Remigio extractionem hanc non posse supervenientibus probationibus iustificari, & ob id refugam esse restituendum Eccl. tanquam spoliata priùs, & ante omnia, sicuti, præstatio in loco, scribit Remigius ex sententia Petri Belluga. in specul. Principum rub. 11. §. sed quia. n. 21.

CAPUT XXIII.

Refuga, si ab Ecclesia extrahitur, an puniri, & quâ penâ debeat pro delicto propter quod ad ipsam Ecclesiam confugit.

Dubitatio est satis egregia, an extractus ab Ecclesia puniri possit, & quâ penâ. Distinguo, atque constituo duos casus.

Primus est, quando refuga gaudet Ecclesie immunitate, sicuti simplex homicida, vel fur, & similia, gaudere solet, diximus supra. Hoc sanè casu, si invitus extrahitur, & ab Ecclesie Præato, seu Iudice Eccl. traditur Judici Seculari, puniri hic non potest penâ aliquâ sanguinis, & corporali. Ità Oldradus, in conf. 154. in fine. Abbas, in cap. inter alia. n. 8. de immunis. Eccl. Claval. in summa. in verbo Immunitas. n. 16. Marian. Socin. Sen. in cap. de his. n. 28. de accus. Igneus, in l. 1. in princ. n. 51. ff. ad S. C. Syll. de his quibus ut indig. Jul. Clar. in pract. crim. §. finali. q. 30. col. 1. vers. hac autem immunitas, & Decian. in tract. crim. lib. 6. cap. 29. n. 6. qui sic intelligit illud Divi Augustini ex libro capitular. quod est relatam in cap. Rem. 17. q. 4. cuius verba hæc sunt. *Quum ad Ecc. confugientem nemo abstrahere audeat neque inde donare ad penam, vel ad mortem; ne honor Dei, & sanctorum eius conserventur, sed Rectores Ecc. pacem, & vitam, ac membra ejus obtinere studeant, tamen legitime componat, quod inique facit.* Hactenus Divus Augustinus, cujus sententiam manifestius comprobavit Innoc. in cap. inter alia, de immunis. Ecc. qui primo in casu illius suæ constitutionis pro regula statuit refugientes ad Ecc. gaudere ejus immun. & ob id violenter ab ea non posse extrahi, nec inde damnari ad mortem, sed rectores Eccl. sibi retinere debere membra, & vitam; publicos verò latrones, & agrorum depopulatores, qui hac immun. non gaudent, violenter posse extrahi. non præstità impunitate penæ corporalis, de quo postremo casu dicemus statim.

Cæterum scriptum reliquit Alciatus, in tract. de presumpt. reg. 3. presumpt. 33. in fine, Iudices Seculares quibus

quibus traduntur refugæ gaudentes Ecc. imm. adhibita promissione de eis poenâ corporali non afficiendis, non teneri servare fidem ex sententis Accursii, Jac. de Raven. & Jac. Belwis, in §. *sed neque in auctoritate mand. Princip.* quod mirans verum esse existimo, cum fides, etiam hosti, servanda sit, sicuti scribunt omnes, in l. *conventionum ff. de pactis*, & Judex ipse Ecc. receptâ fidei iussione sibi magis cavere poterit. Illud magis mirari non desino, quod scribit Boer. in q. 109. in fine, in Gallia non servari hanc Innocentii tertii constitutionem; sic nec in Hispania testatur Remig. in tract. *de immunit. Eccles. in princ. n. 14. & in q. 3. in fine.* Sic quoque non servari apud nos asserit Jul. Clar. in dicta q. 30. col. 1. *vers. sed rectè hoc apud nos.*

Extenditur primò hic casus, ut nec impoſterum possit amplius de eo crimine accusari. Ità post Hostiens. Tancred. & Oldrad. *de imm. Eccles. Clava. in summa in verbo immunitas. n. 16. Petrus Belluga, in speculo Principum. rub. 11. §. sed quia. n. 9. Rebuff. in commentar. ad consil. Gallia. tom. 3. de imm. Ecc. in glo. in fine, & idem sentit Petrus Binsfeld. in commentar. de iniur. & damno dato. cap. 7. q. 2. conclus. 3.*

Extenditur secundò, ut nec ipse Episcopus possit huic refugæ poenam aliquam indicere. Ità Belluga, in dicto §. *sed quia. n. 7. ver. item scias, qui alios refert, & Rebuff. in d. glo. prima in fine.*

Declaratur primò hic casus, ut locum non habeat, quoad satisfactionem damni & injuriæ ab hoc refugæ illaræ offensa, sicuti statuit Bonif. Max. in d. cap. reum. 17. q. 4. & in specie tradit Socin. Sen. in dicto cap. de his. n. 28. *ver. est tamen verum.*

Declaratur secundò, ut locum non habeat respectu alterius delicti, cujus causa non confugit ad Ecclesiam, nam tunc pro eo accusari, & puniri potest, nisi tanquam facinorosus ad Ecc. ipsam confugisset. Ità declarat Socin. Sen. in d. cap. de his n. 30. *de accus.*

Secundus est casus, quando refugæ, qui Ecc. imm. non gaudet, ab ea fuit extractus. Hoc in casu, tres sunt interpretum opiniones.

Prima quarum est, quòd puniri hic non possit poenâ sanguinis. Hac in opinione sunt Oldrad. in cons. 154. in fine, Archidiac. in d. cap. reum Abbas, in cap. inter alia. n. 8. *de imm. Ecc. & ibid. Anchar. Guido Papæ, q. 121. in fine. vers. assamen &c.* qui postquam dixit depopulatores agrorum, & in Ecc. delinquentes non gaudere imm. Ecc. subiungit, quòd in omni casu traduntur Judici Seculari juranti eis servare vitam, & membra, & Guidon. sequutus est Rebuff. in commentar. ad consil. Gal. tom. 2. tract. *de imm. Ecc. glo. 3. n. 2.* sic etiam intelligit Bellug. in d. §. *sed quia n. 7.*

Secunda est opinio præcedenti contraria, quòd imò puniri possit poenâ sanguinis. Hanc probavit Archidiac. in cap. diffinit. 17. q. 4. n. 1. cum dixit publicos latrones, & agrorum depopulatores posse extrahi ab Ecc. per sacerdotem, qui non dicitur eos morti tradere, sed legis ministris. Boer. in q. 110. in fine, qui testatur sic servari. Igneus, in l. 1. in princ. n. 51 ff. ad S. C. Syll. Jo. Gual. in arest. Parisien. q. 172. Challan. in commentar. ad consuetud. Burgund. rub. 1. §. 5. in tract. *s'il n'agrace. n. 114. in fine, & Binsfeld. in d. 3. conclus. ver. alia autem ratio, Remig. in tract. de imm. Ecc. in q. 3. in fine, Boss. in tract. caus. crim. tit. de captura. n. 28. qui refert, quòd aliquando servaverit Senatus noster. Jul. Clar. in pract. crim. §. finali. q. 30. col. pen. vers. successivè quæro, qui testatur ità semper vidisse servari. Et verè opinionem hanc satis probat dictum cap. inter alia, ut declaravi supra. Et accedit ratio, quia nulla inferatur Ecclesie injuria ejusque honor aliquo modo non læditur hoc in casu, cum hic refugæ non gaudeat ipsius Ecc. imm. atque ità cessat ratio*

honoris Ecc. considerata à Divo Augustino, in d. cap. reum.

Tertia est opinio Deciani, in d. cap. 29. n. 6. *vers. ego autem,* qui subdividit duos casus, quorum primus est, quando jure Pontificio clarum est refugam non gaudere imm. Ecc. & ob id invitum ab ea posse extrahi. Hoc sanè casu, procedit secunda opinio supra relata, quòd scilicet puniri possit etiam poenâ sanguinis, cum certum sit læsum non fuisse honorem Ecc. sed per interpretationem non debere gaudere creditur, atque ità Prælatus ipsius Ecc. permittit extrahi. Secundus casus est, quando incertum est an Refugæ gaudeat hac immunitate. Hoc in casu (sic sentit Decia.) procedit prima opinio, quòd scilicet puniri non possit hic refugæ poenâ sanguinis, & propterea debere Prælatum ipsum, antequam extrahi permittat, requirere cautionem à Judice Seculari, quòd refugam hunc non afficiet poenâ aliquâ corporali. Hanc secundum casum probat Decian. *tex. cap. id constituimus, & cap. reum 17. q. 4. ac auctoritate Gual. Papæ, in d. q. 121. & 3. & Rebuff. in dicta glo. 3. n. 2. & 3.* Verùm *tex. ille cap. id constituimus* loquitur in casu, in quo, & dictum cap. reum, nempe quando Refugæ gaudet imm. Ecc. sicuti ejus verba significant, & Guido Papæ, in d. q. & Rebuff. qui supra contrarium scribunt, ut jam adnotavi.

Quòd verò hic refugæ, qui Ecc. imm. gaudet puniri possit poenâ pecuniaria, loco corporalis, probant cap. diffinit. 17. q. 4. & cap. inter alia de imm. Ecc. & scribit Oldrad. in cons. 54. n. 1. in fine, & n. 2. in fine, Archidiac. in cap. de Raptoribus. 36. q. 1. Abbas, in d. cap. inter alia n. 8. Anchar. n. 2. in 3. notab. & alii quos retuli supra cap. 11. dum expicavi, an bona refugæ capi, & distrahi possit in poenâ criminis à se perpetrati. Et illud quidem observandum, quòd post Hostiens. in dicto cap. inter alia. scribit idem Anchar. in 3. notab. supra allegato, cujus quidem verba hæc sunt. *Et dicit Hostiens. quòd Prælati etiam in hoc delinquant, quia quantumcumque confugians gravia commiserit, ipsum tamen in totum salvare nituntur ita quòd nullam poenam etiam pecuniariam patiatur, & sic excedunt Prælati terminos suos, ex quò sequitur aliud inconveniens, quia exeunt à suis terminis, quòd Principes, cum malefactor extra Ecclesiam ponit pedem, ipsum capiunt & dum est intus, ipsum obsessum retinent, requiem, vestem, & victualia denegando, & quòd gravius est, inter Ecclesias violenter irrunt, & cellulas omnes inquirunt, & inventum abstrahunt, & puniunt, & sic ubi debet una potestas per aliam adjuvari. cap. 1. de oper. non. nuntia. contingit contrarium, quòd una per alteram violatur, dum suis terminis, & iustitiâ non contenti, iniusta committunt, & sic novus error ex alio nascitur. l. ex diverso de rei vindic. Hæc Anchar. quæ utinam pro Reipub. Christianæ salute, & beneficio, ob oculos haberent, tam Ecc. Prælati, quam Principes Sec.*

Cæterùm dubitari solet, an Episcopus, qui jure extraxit refugam ab Ecc. damnare eum possit, ut in Monasterio reducatur ad peragendum poenitentiam; Et posse scribunt Innoc. in Clem. 1. n. 13. & 14. de poenit. & remiss. & scripsi supra q. 12. Eâ ratione moti sunt, quòd Ecclesia tuetur hunc refugam à sola poenâ sanguinis, non autem ab aliis; Hæc tamen intelligunt præcitati Doctores, nisi carcer esset nimis arctus & angustus, in quo periculum esset, ne refugæ ipse facile moteretur; Et si hac poenâ pleteretur refugæ, Episc. irregularis efficeretur, si credimus Imola præc. in locq. quòs dicit hæc esse benè adnotanda. Hæc tamen, & reliqua omnia, quæ, ut virum catholicum decet, pura mente, & animo scripsi, sacrosanctæ Ecclesie judicio, & correctioni subijcio.



I N D E X

RERVM ET QVÆSTIONVM.

Quæ in hoc

IACOBI MENOCHII

T R A G T A T U

DE IURISDICTIONE, IMPERIO

& Potestate Ecclesiastica ac Seculari,

E T

DE IMMVNITATE ECCLESIAE,

continentur & elucidantur.

A.



ABSOLUTUS de crimine mixti fori coram Iudice Ecclesiastico, ob id quod libellus accusatoris erat ineptus, vel quia accusatoris persona non erat legitima ad accusandum, potest de novo coram Iudice seculari accusari. 212

Absolutus de crimine publico vel privato, vigore transactionis valida cum accusatore inita, non potest ab ipso recusari. ibid

Absolutus huiusmodi transactione, potest reaccusari à tertia persona criminaliter prosequente. 213

Absolutus per viam exceptionis, quando ei possit vel non, objici crimen. 214

Absolutus per viam denuntiationis Evangelica, nullà peractà poenitentia, iterum accusari non potest. 214

Absolutus per sacrum Baptisma accusari & puniri potest. ibid.

Exemplum de Judeo fure. 215

Absolutus per dispensationem & indulgentiam non potest amplius accusari. ibid.

Absolutus in foro conscientia à Confessario vel Episcopo, potest accusari coram Iudice fori exterioris. ibid.

Absolutus à crimine civiliter deducto in iudicio, an possit iterum accusari. 215

Absolutus per iuramentum ab eo prestitum an possit iterum accusari. 216

Absolutus per prescriptionem, cursumque temporis, non potest iterum accusari. ibid.

Absolutus à Iudice qui de crimine inquisivit, non potest amplius accusari. 218

Absolutus, quia probatum fuit non deliquisse non potest iterum accusari. ibid.

Excipiuntur casus. ibid.

Absolutus in causis mixti fori ab uno Iudice potest coram alio accusari. 219

Absolutus de crimine mere Ecclesiastico, qualis est heresis, an possit reaccusari, distinguuntur tres casus. 219

Accusatio in causa criminali, non operatur preventionem jurisdictionis. 105

Accusator qui validam transactionem inicit cum reo de eo non accusando non potest amplius eum accusare. 212

Accusator qui nulliter transiit cum reo, quando possit accusare. 213

Acolythus an sit Clericus. 86

Ejus officium. ibid.

Actio Pratoria injuriarum tollitur prescriptione & cursu anni. 216

Aktor rei conveniendi forum sequi debet. 168

Aktor vel accusator qui cepit coram Iud. Eccl. non potest mutare forum & adire Iudicem secularem, & e contra. 200. Excipiuntur, casus. ibid.

Adoptare vel arrogare est Potestatis. 25

Adoptio est voluntaria jurisdictionis. 233

Adulteri in flagranti delicto comprehensi necesse ius pontificium non approbat. 92

Adulterium respectu separationis thori est crimen mixti fori Ecclesiasticum. 185

Adulterium absolutum est crimen mixti fori. 190

Adulterorum pena. ibid.

Adulterij accusatio extinguitur prescriptione & cursu quinquennij. 26

Adulter qui ad Ecclesiam confugit gaudet ejus immunitate. 312

Adulterium commissum in Ecclesia ab ipsa à Iudice Ecclesiastico extrahi potest. 327

Advocatus an possit esse Clericus. 257

Ætatis veniam dare est Potestatis. 24

Index Rerum

- Ætatis veniam dare est voluntaria jurisdictionis.* 233
- A**limenta prestanda sunt Refuga. 325
- Animadvertere, quomodo à punire differat. 6
- Apostasia est crimen vere Ecclesiasticum. 184
- Apostata à Religione ad Ecclesiam confugiens gaudet ejus immunitate. 312. & 322
- Appellatio à lata sententia quomodo sit mixti imperii. 17
- Quomodo meri imperii. 18
- Appellatur à sententia supremi principis Secularis ad Pontificem maximum. 29
- Appellationes ex toto ipso terrarum Orbe ad Papam devolvi possunt. 41
- Appellari non potest à sententia summi Pontificis. 42
- Arbitro uno, ex tribus, deficiente, duo alii possunt cognoscere, & laudum proferre, juxta jus Pontificium, non verò juxta jus Casareum. 99
- Archiepiscopus habens jurisdictionem temporalem, familiam armatam habere potest. 264
- Archiepiscopus habens solum jurisdictionem spirituales, familiam armatam habere non potest. ibid.
- Armatus, qui pro homicidio vel furto à se commisso ad Ecclesiam confugit, an ejus immunitate frui debeat. 323
- Ars conscribendi paginas Infortias & aleas est illicita. 144
- Assasini crimen est mixti fori. 193
- Assasinum committens & ad Ecclesiam confugiens, non gaudet ejus immunitate. 317
- Affessor Episcopi potest esse secularis. 254
- Asyla antiquorum. 297
- Auditoria publica an habeant immunitatem, ne in illis scholares prebendantur. 299
- Auxilium brachii secularis quando invocare & consequi possit iudex ordinarius Ecclesiasticus. 268
- Auxilium brachii secularis an invocare debeat & impertrare possit iudex delegatus. 278
- Auxilium brachii Ecclesiastici an invocare possit iudex secularis, qui contra Clericum sententiam tulit, ut eam exequi possit. 279
- Acrium Ecclesia gaudet immunitate. 304
- B.**
- B**ancum habendi in Ecclesia jus potest habere secularis. 262
- Banni pena est meri imperii. p. 12
- Bannire non est idem quod deportare vel relegare. ibid.
- Bannitum occidendi lex non valet jure Pontificio. 92
- Bannitus ad Ecclesiam confugiens an gaudere debeat ipsius immunitate. 322
- Battuti, vide Disciplini.
- Becheti, id est, fratres tertii ordinis, post iudicium inchoatum coram iudice seculari, non possunt allegare exceptionem mutati fori & iudicis. 295
- Beneficia Ecclesiastica conferre possunt Reges & Principes ex privilegio Papa. 240
- Blasphemia atrocior prolata à iudeo est crimen vere Ecclesiasticum. 184
- Blasphemia est mixti fori. 189
- Blasphemus confugiens ad Ecclesiam ejus immunitate non gaudet. 317
- Blasphemus, qui ob aliud perpetratum delictum ad Ecclesiam confugit, ejus immunitate non gaudet. 321
- Bonorum possessionem dare, secundum tempus antiquum est mixti imperii. 21
- Secundum novum tempus, est jurisdictionis. 22
- Bonorum publicatio est meri imperii. 16
- Bona Clericorum non sunt exempta jure divino à jurisdictione & potestate seculari. 70. vide Clerici.
- Bona patrimonialia Clericorum non possunt ligari sennis Principum inferiorum & popularum. 98
- Bona immobilia Ecclesia (excepta Romana) prescribuntur etiam à laico cursu 40. annorum. 124
- Bona patrimonialia Clericorum non possunt collari. 286
- Ampliatum & limitatum. ibid. & seq.
- Bona refuga an & quando capi & vendi possunt. 326
- C.**
- C**æsar habet merum imperium.
- Canonicae seculares, si habent regulam approbatam à superiore, religiosa dici debent, & frui privilegiis clericorum. 89
- Cantor, vide Psalmista.
- Capitatio non potest imponi Clericis. 280
- Captus qui ducitur ad carceres, vel etiam ad patibulum transeundo per Ecclesiam vel Cemeterium, non gaudet Ecclesia immunitate. 324
- Carceratus cui licentia data est eundi ad missam, sub promissione redeundi ad carceres, an si maneat in Ecclesia gaudeat ipsius immunitate. 324
- Carceris pena, quando sit vel non sit meri imperii. 12
- Cardinalis obviam factus fugienti, immunem illum facit ne prehendatur. 299
- Carnifex à Curacalla incroptatur quod Papinianum securi, non gladio percussisset. 6
- Casus criminales pro quibus concessa est Ecclesia immunitas delinquentibus ad eam confugiens. 309
- Casus fortuitus quid. 310
- Castellantes Ecclesiam, non gaudent immunitate Ecclesia. 318
- Castra quando habeant vel non habeant merum imperium. 318
- Castra & signa militaria gaudebant immunitate si milites, alio pro delicto, quam militari ad ea confugiebant, ne scilicet in eis prehendendi possent. 299
- Casus mixti fori. 170. & seq.
- Casus quatuor excepti ab immunitate Ecclesia an taxative sint excepti. 307
- Causæ nullitatis sententiarum aliquando sunt meri, aliquando mixti imperii. 12
- Causa quovis modo ingressa summi Pontificis Consistorium supremumque Tribunal ab alio cognosci non potest. 42
- Causa omnes spirituales tam facti quam juris, an coram iudice Ecclesiastico tractari debeant, vel potius ea que facti sunt, peragi quoque possint coram iudice seculari. 130
- Causa civilis communis & individua inter Clericum & secularem cognoscitur & iudicatur à iudice Ecclesiastico. 176
- Causa civilis quando est dividua & separabilis inter Clericum & secularem uterque coram suo iudice respondere debet. 177
- Causa collegii cuius dimidia pars est Clericorum altera secularium, coram iudice Eccles. pertractari debet. ibid.
- Causa criminalis individua inter Clericum & secularem cognoscitur & iudicatur à iudice Ecclesiastico. 178.
- Causa dividua & separata, ab utrinque iudice separatim cognoscitur & iudicatur. 177
- Citatio in ius realis, quid. 196
- Citatio in ius verbalis quid. ibid.
- Citatio in ius, sive realis, sive verbalis operatur preventionem jurisdictionis. ibid. Excipiuntur casus, ibid.
- Citatio iudicis Eccles. prevalet contra secularem quando non constat que fuerit prima vel secunda. 197
- Citatio iudicis superioris inter seculares prevalet quando non constat que fuerit prima vel secunda. ibid.
- Civitates liberae, & qua loca Provinciarum habentur, merum

& Quæstionum.

| | | | |
|--|--------------|---|--------------|
| <i>merum habent imperium.</i> | 8 | | <i>ibid.</i> |
| <i>Claves & gladius cur Petro dantur.</i> | 56 | <i>Clericus non potest actionum cessionem facere nobili.</i> | 108. |
| <i>Clastrum Ecclesie gaudet immunitate.</i> | 304 | <i>Clerici possunt retrahere immobilia ab ipsorum sanguine conjunctis alienata.</i> | 119 |
| <i>Clerici, qui & unde dicti.</i> | 85 | <i>Clerici emptores tenentur æque ac seculares revendere immobilia empta consanguineo venditoris pretium offerenti.</i> | <i>ibid.</i> |
| <i>eorum gradus & nomina.</i> | <i>ibid.</i> | <i>Clericus filiusfamilias testari nequit de bonis patrimonialibus.</i> | 120 |
| <i>Clericorum persone in his que merè spiritalia & Ecclesiastica sunt, jure divino exemptæ sunt à potestate & jurisdictione Principis secularis.</i> | 65 | <i>Clericus filiusfamilias testari potest de bonis post susceptos ordines acquisitis.</i> | <i>ibid.</i> |
| <i>Clerici an jure divino vel humano exempti sint à jurisdictione, imperio & potestate Principis secularis, quoad temporalia profanaque crimina.</i> | 86 | <i>Clericus filiusfamilias promotus ad Episcopatum omnino testari potest.</i> | <i>ibid.</i> |
| <i>Clericorum res & bona jure divino non sunt exempta à jurisdictione & potestate seculari.</i> | 70 | <i>Clericus filiusfamilias cum consensu patris testari potest ad pias causas.</i> | <i>ibid.</i> |
| <i>Clericorum persona & bona potuerunt per Pontificem maximum eximi à jurisdictione, imperio & potestate seculari, sine consensu & licentia Principis secularis.</i> | 71 | <i>Clericus testari potest sine presentia Parochi.</i> | <i>ibid.</i> |
| <i>Clericus heres, tenetur inventarium conficere alias cogitur, æque ac secularis, as alienum hereditarium solvere, etiam ultra vires hereditarias.</i> | 93 | <i>Clericus comprehenditur in statuto excludente feminas ab hereditate superstitis masculis.</i> | 123 |
| <i>Clerici ligantur legibus Principum secularium juri Pontifici non repugnantibus, qua statuerunt aliquid circa Contractus, ut emptionis, & venditionis, locationis & conductionis, societatis, modum succedendi &c.</i> | 93 | <i>Clerici ligantur legibus Principum secularium editis super prescriptionibus, si fuerint à summo Pontifice approbata.</i> | 125 |
| <i>Clerici quibus in casibus teneantur ad excubias.</i> | 102 | <i>Clericus non comprehenditur statuto, quod alicujus delinquentis bonis publicatis vel vacantibus morte ejus, qui nullum reliquit heredem, Fisco delatui, si quis pretendat in eis aliquod jus, compareas coram Judice qui de causis inter Fiscum & privatos jus reddat, intra certum tempus ad contradicendum, alioqui sit perpetuo exclusus.</i> | <i>ibid.</i> |
| <i>Clerici an teneantur ad collectas & contributiones tempore necessitatis à Principe seculari impostas.</i> | 103 | <i>Clerici originarii Civitatis, vel in ea habitantes, an dicantur cives & de populo, districtuales, & de subditis Principis secularis illius Civitatis Domini.</i> | 135 |
| <i>Clerici an teneantur conferre ad refectorem vel adificationem manium Civitatis.</i> | <i>ibid.</i> | <i>Clerici dicuntur cives &c. dum versamur in favorabilibus.</i> | <i>ibid.</i> |
| <i>Clerici an teneantur conferre pro impensâ refectorem viarum publicarum & pontium.</i> | 105 | <i>Clerici non comprehenduntur inter cives quando agitur de odiosis.</i> | <i>ibid.</i> |
| <i>Clerici tenentur collecta indicta pro conservanda pace inita cum alio Principe.</i> | <i>ibid.</i> | <i>Clerici dicuntur cives &c. quando versamur in materia & actibus indifferentibus.</i> | 136 |
| <i>Clerici tenentur collectæ imposta pro expellendis hostibus à territorio, in quod venerunt, ut animalia etiam Clericorum derobarent aliâve damna inferrent.</i> | <i>ibid.</i> | <i>Clerici hæreseos damnati, bona cui acquirantur.</i> | 147 |
| <i>Clerici subsunt legi & edicto quibus datur forma & modus adificiorum, ut puta, quod edificantes Porticum, immittant viam tanta latitudinis.</i> | <i>ibid.</i> | <i>Clerici in causis civilibus & pecuniariis an possint conveniri coram Judice seculari.</i> | 148 |
| <i>Clerici subsunt edictis pro aëris salubritate ad evitandam vel curandam pestem.</i> | <i>ibid.</i> | <i>Clericus si obtineat feudum à principe seculari & contentio civilis oriatur inter ipsos vassallos, quorum unus vel omnes sint Clerici, hoc casu Princeps feudi dominus directus, cognoscit.</i> | 149 |
| <i>Clerici tenentur edicto à Principe seculari lato, nè plus à se statuto pretio vendatur annona.</i> | <i>ibid.</i> | <i>Clericus si commisit delictum quo feudo privari potest, an Dominus feudi, vel Judex Ecclesiasticus cognoscere debeat.</i> | <i>ibid.</i> |
| <i>Clerici tenentur edicto, ne quis viticium à se emptum revendere valeat.</i> | 106 | <i>Clericus si reconveniat in causa civili coram Judice seculari, coram quo ipse agere cepit contra secularem, Judex ipse secularis cognoscere, & jus dicere contra Clericum potest.</i> | 150 |
| <i>Clerici ligantur edicto tempore penuria edito, ne quis extra civitatem, ejusque territorium blada deferat.</i> | <i>ibid.</i> | <i>Clericus, qui rem vendidit, si vocetur in jus, causâ evictionis mota contra emptorem secularem, Conveniri potest coram Judice seculari.</i> | 150 |
| <i>Clerici ligantur edicto de custodiendis vineis, pascuis & nemoribus.</i> | <i>ibid.</i> | <i>Clericus, ob id, quod factus est heres secularis, coram quo Judice debeat respondere.</i> | 151 |
| <i>Clerici subsunt edicto, quo sancitum quod aqua duci & derivari possit per fundum alienum, soluto pretio pradii, per quod ducitur ipsa aqua.</i> | <i>ibid.</i> | <i>Clericus hæres potest citari à laicis & secularibus legatariis coram vicario Capitanei civitatis ad videndum fieri testamenti insinuationem.</i> | 152 |
| <i>Clerici sine justa causa recusantes parere legibus à Principe seculari pro communi bono & utilitate latis cogi & compelli debent à Judice Ecclesiastico.</i> | 106 | <i>Clericus cui legatum factum est, potest vocari coram Judice seculari ab hærede seculari ad publicationem testamenti.</i> | <i>ibid.</i> |
| <i>Clerici inobedientes prædictis legibus plectuntur pœnis à Principe seculari indictis.</i> | 107 | <i>Clericus tanquam tertius possessor rei super qua lata est sententia à Judice seculari inter seculares, volens impedire executionem debet comparere coram Judice seculari.</i> | 153 |
| <i>Clerici & Ecclesiastici an & quando ligentur legibus & statutis Principis secularis circa actus judiciales coram Judice seculari.</i> | <i>ibid.</i> | <i>Clericus creditor vel legatarius secularis cujus alius secularis est hæres, debet stare coram Judice seculari in confectione inventarii.</i> | <i>ibid.</i> |
| <i>Clericus si agat coram Judice seculari recipiet ibidem causâ instantia peremptionem.</i> | <i>ibid.</i> | <i>Clericus succedens prædoni in fraudem jurisdictionis, coram Judice seculari conveniri potest.</i> | <i>ibid.</i> |
| <i>Clericus litigans coram Judice seculari, non potest appellare ante sententiam nisi in casibus, in quibus jura civilia admittunt appellationem.</i> | <i>ibid.</i> | <i>Clericus depositarius factus secularis ex Judicio seculari ordinari-</i> | <i>ibid.</i> |
| <i>Clericus agens contra laicum coram Judice seculari ligatur statuto Principis secularis disponente de exhibitione mandati.</i> | 108 | | |
| <i>Clericus potest probare creditum per testes.</i> | <i>ibid.</i> | | |
| <i>Clerici non ligantur statuto, quod creditur libris mer-</i> | | | |

Index Rerum

- ordinatione, potest ab eodem iudice cogi ad restitutionem.* ibid.
- Clericus si compromisit cum laico in arbitrum secularem, à cuius laud. petita est reductio, potest conveniri coram iudice seculari cognitore ipsius reductionis.* ibid.
- Clericus obligatus erga secularem ex scheda sua manu subscripta, coram quo iudice conveniri debeat.* ibid.
- Clericus communi opinione habitus pro seculari, & dubium est probabile, an sit vel non sit Clericus, si in ius vocetur coram iudice seculari debet comparere & allegare privilegium fori.* 154
- Clericus perturbator vel spoliator potest cum agitur de retinenda vel recuperanda possessione, coram iudice seculari conveniri.* ibid.
- Clericus cui collatum est aliquod beneficium à Principe seculari, coram iudice seculari conveniri potest, de causa petitoris, sicutque proprietatis.* ibid.
- Clerici à quo iudice compelli possunt ad tributorum & censuum prestationem.* ibid.
- Clericus negotiator, non gaudet privilegio fori.* ibid.
- Clericus contumax & condemnatus à iudice seculari, condemnari potest & debet in expensis ab eodem iudice.* ibid.
- Clericus conveniendus nomine seculari, conveniri potest coram iudice seculari.* 155
- Clericus non potest obligari.* 156
- Clericus, positio quod sibi iurare possit pro seculari, conveniendus esset coram iudice Ecclesiastico.* ibid.
- Clerici coram iudicibus secularibus nec de crimine accusari, nec ab eis puniri possunt.* ibid.
- Clericus coram iudice seculari accusatus, qui non opposuit declinatoriam usque ad sententiam, condemnari debet in expensis.* 157
- Clericus prime tonsuræ non incedens in habitu, non gaudet privilegio fori.* ibid.
- Clericus conjugatus itidem.* ibid.
- Clericus quibus in casibus possit accusari de crimine coram iudice seculari & ab eo puniri.* 160
- Clericus actor quibus in casibus convenire debeat Laicum coram iudice seculari.* 168
- Clericus agens de novi operis nuntiatione contra Laicum, coram quo iudice agere debeat.* 172
- Clericus qui habitum & tonsuram deseruit si preventus fuit à iudice seculari, antequam ipsum habitum & tonsuram resumeret, iudicandus est ab ipso iudice seculari.* 199
- Clericus an possit iudicari & pœna affici à iudice seculari pro delicto commisso antequam ad Clericatum promotus esset.* 203.204.
- Clericus conveniens in causa civili & pecuniaria ante clericatum coram iudice seculari, tenetur post susceptum respondere coram eodem iudice.* 205.
- Clericus in minoribus constitutus, qui postea duxit uxorem, si antehac citatus fuerit per iudicem Eccles. tenetur coram illo respondere, & iudicium mutare nequit in præiudicium actoris.* 205
- Clericus illegitimè natus ex patre seculari potest à Principe seculari legitimari quoad res profanas & mœnere civilia.* 236
- Clericus an possit esse delegatus Principis secularis.* 252
- Clericus non potest esse Vicerex, vel iustitiarius Principis secularis.* 255
- Clericus potest esse Consiliarius Principis secularis.* ibid.
- Clericus potest esse delegatus Principis in causis civilibus & pecuniariis.* 256
- Clericus an tutela munus suscipere & gerere possit.* ibid.
- Clericus an possit fungi officio & munere Notarii & Tabellionis.* 257
- Clericus an possit esse Advocatus vel Procurator.* 259
- Clerici non possunt gravari capitatione.* 280
- Clerici an & quando possint gravari Collecta.* 281
- Clerici an & quando tributum solvere pro pradiis cogi possint.* 280
- Clericus emphyteuta Principis secularis potest collectari.* 289
- Clericus, homicida vel fur &c. an gaudeat immunitate Ecclesia ut inde non possit extrahi.* 319
- Clerici non possunt armis temporalibus tueri & defendere refugam, ne ab Ecclesia à iudice seculari extrahatur.* 330
- Cæmeterium, sive annexum sive separatum sit ab Ecclesia, ejus nomine continetur, ut gaudeat ejus immunitate.* 303
- Collatio Beneficii Ecclesiastici est potestatis & jurisdictionis voluntaria.* 234
- Collectam indicere est Potestatis.* 28
- Collecta an & quando possit gravari Ecclesia.* 281
- Collectari an & quando possint bona patrimonialia Clericorum.* 288
- Collector oblationum potest esse secularis.* 255
- Coloni bonorum Ecclesia an gaudeant immunitate ipsi concessa.* 291
- Concubinatus inter secularis est crimen mixti fori.* 191
- Concubina Clericorum à quo iudice puniri possunt.* 100. & 192.
- Concussionis accusatio non prescribitur.* 217
- Conductores bonorum Ecclesia an gaudeant immunitate ipsi concessa.* 291
- Confessio Clerici coram iudice seculari pro tribunali sedente facta, indicium facit ad torturam coram iudice Ecclesiastico.* 167
- Confessio quam reus facit de crimine coram iudice, nullà factà citatione, operatur preventionem.* 198
- Confessionem sacramentalem audiri à Sacerdote Parocho est voluntaria jurisdictionis.* 1234
- Confugiens ad Principis stam, vel domum, vel figuram, an & quando gaudeat immunitate ne possit extrahi.* 298
- Consentiens ab Ecclesia extrahi, non gaudet ejus immunitate.* 324
- Conservatoris munus quid sit.* 292
- Conservator quomodo differat à delegato.* ibid. & seq.
- Consiliarius Principis potest esse Clericus.* 255
- Consuetudine quando dicatur iudex Eccl. jurisdictionem acquirere adversus iud. secul. in casibus ad forum secul. spectantibus.* 220
- Consuetudo valet ad tribuendam jurisdictionem & nemerum & mixtum imperium.* ibid.
- ad Consuetudinem introducendam que requirantur.* ibid.
- Consuetudo & prescriptio quomodo differant.* 221
- Consules habuerunt merum imperium.* 7
- Consules habuerunt mixtum imperium.* 17
- Contractus an sit fœneratitius nec ne cognoscit solus iudex Ecclesiasticus.* 137
- Conversi, qui se Ecclesia servitio dedicaverunt, & professionem trium votorum emiserunt, Clerici & Religiosi dicuntur, eorumque privilegii fruuntur.* 88
- Crimen merè prophanum, merè Ecclesiasticum, non merè Eccles. & mixtum, quid sit.* 184
- Crimen mixti fori.* 185
- Crimen quo querellari solent in syndicato Magistratus tollitur prescriptione & cursu quinquaginta dierum.* 216.

D.

- D**amnatio in metallum est meri imperii. 12
- Debitor cuius debitum est privatum immunitate Ecclesia gaudere potest si ad eam confugiat. 308
- Debitor decollari an gaudeat immunitate Ecclesia, distinguatur. 309
- Debitor publicus non gaudet immunitate Ecclesia. ibid.

& Quæstionum.

| | | | |
|--|-------------|--|-------|
| Decaprotium munus quid. | 285 | Ecclesiastico convenire. | 171 |
| de Jure Decimandi cognoscit Index Ecclesiasticus. | 136 | Ecclesia nondum consecrata, si tamen cultui & ministro divino dicata est in qua divina celebrentur mysteria Ecclesia nomine continetur & gaudet ejus immunitate. | 302 |
| Decimas prestare an quis teneatur cognoscit Index Ecclesiasticus. | ibid. | Ecclesia non consecrata, in qua divina mysteria celebrata non sunt, an gaudeat immunitate. | ibid. |
| Decimas solverere recusans potest coram iudice Ecclesiastico conveniri. | ibid. | Ecclesia destructa, sine Episcopi licentia, vel etiam ejus auctoritate, sub spe restitutionis, gaudet immunitate. | ibid. |
| Decimas Ecclesiasticas percipiendi jus an possit habere secularis. | 262 | Ecclesia interdicta gaudet immunitate. | ibid. |
| Decoctorum quatuor species. | 309 | EffraCTOR carcerum ad Ecclesiam confugiens gaudet illius immunitate. | 312 |
| Decretum in manumissione est solius potestatis. | 25 | Emancipare est solius potestatis. | 26 |
| Decretum interponere in alienatione bonorum minoris est Potestatis. | ibid. | Emancipatio est voluntaria jurisdictionis. | 233 |
| Defensores Civitatum an habuerint mixtum imperium. | 17 | Emphytheusis Ecclesiastica qua ad fiscum pervenit non incurrit prescriptionem biennii. | 125 |
| Degradatus gaudet immunitate Ecclesia si ad eam confugas. | 322 | Emphyteuta Ecclesia non potest collectari. | 288 |
| Delegatus Principis secularis an possit esse Clericus. | 252 | Emptor rerum & bonorum Ecclesia, an & quando gaudeat immunitate ipsi concessa. | 289 |
| Delictum commissum à Clerico & seculari quod est unicum & connexum & inseparabile cognoscitur à iudice Ecclesiastico. | 178 | Episcopus inter Clericos numeratur & eorum privilegiis fruitur. | 88 |
| Delictum mere prophanum, mere Ecclesiasticum, non mere Eccles. & mixtum quid sit. | 184. & 185. | Episcopi tamen non continentur in odiosis appellationibus clericorum. | ibid. |
| Delictum naturâ suâ seculare, commissum in Ecclesia, sit mixti fori. | 193 | Episcopus habet fiscum quando in suo Episcopatu & Diocesi habet jura Principis secularis. | 143 |
| Delictum mere prophanum in hospitale commissum an sit mixti fori. | 194 | Episcopus habet etiam fiscum in spiritualibus licet sit solummodo Episcopus. | ibid. |
| Delictum mixti fori punitum ab uno iudice an possit ab altero puniri. | 208 | Episcopus habens jurisdictionem temporalem potest habere familiam armatam. | 264 |
| Delinquens in Ecclesia, non gaudet ejus ad quam confugit immunitate. 313. Extenditur. 314. Declaratur. | 315 | Episcopus habens solum jurisdictionem spirituales non potest habere familiam armatam. | ibid. |
| Delinquens visus & insequutus à familia magistratus, si ad Ecclesiam confugerit gaudet ipsius immunitate. | 324 | Episcopus jure extrahens refugam ab Ecclesia, an possit eum damnare, ut in Monasterium reducat ad agentiam penitentiam. | 332 |
| Delinquens à familiâ captus, & qui ab ejus manibus se exemit, si ad Ecclesiam confugiat, gaudet ipsius immunitate. | 325 | Eremitæ quibus in casibus Clericorum privilegiis frui possint. | 88 |
| D. populator agrorum nocturnus non gaudet immunitate Ecclesia si ad eam confugit. | 313 | Eucharistia sacrosancta, qua à Sacerdote extra Ecclesiam deservitur, gaudet immunitate ut ad eam confugiens inde inuitus extrahi non possit. | 306 |
| Deportationis pœna est meri imperii. | 11 | Exceptionis de crimine nulla est prescriptio. | 217 |
| Depositarius non potest quinquennio prescribere depositum quoad Clericos, licet quoad laicos de facto observari contingat. | 125 | Excommunicare est mixti imperii. | 23 |
| Diaconus est Clericus & gaudet privilegiis clericorum. | 86. | Excommunicatus, qui pro alio delicto simplici ad Ecclesiam confugit, an gaudeat ejus immunitate. | 322 |
| ejus officium. | ibid. | Exulari à pœna an aliquando possit qui refugam ab Ecclesia extraxit. | 326 |
| Dictatores habuerunt merum imperium. | 7 | Exorcista est Clericus & fruitur privilegiis Clericorum. | 88 |
| Disciplini, quos vulgus Baltucos appellat, an inter Clericos annumerantur. | 89 | Extrahere ab Ecclesia refugam qui possint. | 326 |
| Dispensatio ad beneficia Ecclesiastica, est voluntaria jurisdictionis. | 234 | Extrahere ab Ecclesia refugam gaudentem immunitate ejus potest Pontifex. Max. | 320 |
| Domus Principis ad quam quis confugit, gaudet immunitate ne inde inuitus & sine Principis licentia extrahi possit. | 298 | Extrahere ab Ecclesia refugam ejus immunitate gaudentem potest legatus à latere. | ibid. |
| Domus Canonorum edificata intra septa Ecclesia vel intra 30. vel 40. passus, gaudet immunitate. | 306. | Extrahere ab Ecclesia refugam ejus immunitate non gaudentem an possit iudex secularis. | ibid. |
| Domus edificata intra 30. vel 40. passus Ecclesia, si in iis habitant Clerici gaudet immunitate. | ibid. | Extrahere ab Ecclesia refugam ob delictum Ecclesiasticum in ipsa Ecclesia commissum non gaudentem ejus immunitate, solus iudex Eccles. potest. | 327 |
| Dormitorium Ecclesia gaudet immunitate. | 304 | Extrahere ab Ecclesia refugam reum delicti mixti in ipsa Eccles. commissi & non gaudentem immunitate Ecclesia, solus potest iudex Ecclesiasticus. | ibid. |
| Dotis causa coram quo iudice pertractanda. | 175 | Extrahere ab Ecclesia refugam reum delicti mixti in ipsa Ecclesia admissi, & jure Pontificio, non vero Casareo, immunitate Ecclesia gaudentem Iudex Ecclesiasticus potest. | ibid. |
| Dotis amissio ob adulterium uxoris, vel restitutio ob adulterium viri, est foris secularis. | 191 | Extrahi ab Ecclesia refuga reus criminis mere secularis in Ecclesia perpetrati & gaudens immunitate ejus, an possit. | ibid. |
| Duces jure imperii obtinentes, habent merum imperium. | 7 | Extrahere violenter ab Ecclesia refugam quis dicetur. | 328. |
| Duellum jure Pontificio damnatur. | 92 | Extrahendo refuga ab Ecclesia que minus rectè facta est, non potest justificari ex informationibus deinde sumptis. | 331 |

E.

Ecclesia & Clerici possunt etiam post quadriennium rem suam à fisco vel à principe alienatam, jure repetere. 125
 Ecclesia laica in contractu civilico, & ob id restrictionem in integrum petens, potest illum coram iudice

Index Rerum.

Extractus ab Ecclesia an puniri: & qua pena possit. ibid.

H.

F.

- F**abricensis Ecclesia potest esse secularis. 255
Falsarius deportatione punitur. 6
Falsi crimen commissum in literis Apostolicis est mixti fori. 192
Falsi crimen commissum à seculari coram Iudice Ecclesiastico est mixti fori. ibid.
Falsi accusatio tollitur prescriptione & cursu viginti annorum. 216
Falsum contra Ecclesiam commissum, nunquam prescribitur. 217
Familiam armatam potest habere Pontifex Max. 263
Familiam armatam potest habere legatus à latere. ibid.
Familiam armatam potest habere Inquisitor hereticae pravitatis. ibid.
Familiam armatam potest habere Archiepiscopus vel Episcopus habens etiam jurisdictionem temporalem. 264
Familiam armatam non potest habere Archiepiscopus vel Episcopus habens solam jurisdictionem spirituales. ibid.
Fratres & sorores tertii ordinis Sancti Francisci, qui ab aliquibus penitentes dicuntur, si ipsi religioni Franciscanae inserviunt, vel eorum regula approbata est à Papa vel Episcopo, & uxores non habent, Clericorum olim nomine continebantur, ut eorum fruuntur privilegiis. 88
Secus si domi sua agerent. ibid.
Bodie inter seculares numerantur. ibid.
Fidei iussor secularis, vide Secularis.
Fidei iussor Clericus, vide Clericus.
Fides cui adhibenda, si Prætoris familia dixit se prehendisse aliquem extra Ecclesiam, & prebensus negat. 329
Filius secularis illegitime natus ex patre Ecclesiastico legitime natus potest à Principe seculari, ut sit apud & idoneus quoad munera civilia & res prophanas. 334
Fiscum an habeant Pontifex, & Episcopi. 143
Fiscus Pontificis vel Episcopi in locis ubi sunt domini temporales consequitur bona delinquentium secularium publicata. 146
Fiscus Pontificis vel Episcopi, in locis ubi solummodo sunt domini spirituales, recipit bona publicata secularium delinquentium, quando est delictum quod ab ipsis potuit condemnari & pena publicationis bonorum affici. ibid.
Fœnus est crimen Ecclesiasticum. 137. 185. & seq.
Fœnus, quomodo sit mixti fori. 188
Fornicatio est crimen vere Ecclesiasticum. 184
Forum in quo agunt Advocati, eis præstat immunitatem, ne in eo præbendantur. 299
Fori mixti casus. 170
Funeri in Ecclesia ius potest habere secularis. 262
Furtum simpliciter committens gaudet immunitate Ecclesia ad quam confugit. 310
Fur extractus ab Ecclesia ad quam confugit & traditus ab eius Prælato vel Iudice Eccles. Iudicis seculari, pena corporali puniri non potest. 331

G.

- G**abellam indicere est potestatis. 28
Gladii potestas, ab ordinatione Augusti originem habet. 5
Gladius & securis differunt. ibid.
Gladius temporalis auxiliari debet gladio spirituali. 30
Gladius & claves Petro cur data. 56
Gladii duo, quid significans. ibid.
Græcorum clerici & sacerdotes non uxores gaudent privilegiis clericorum. 90

- H**ereticus, quis proprie dicatur. 241
Hereticos crimen est vere Ecclesiasticum. ibid.
Heretici secularis damnati bona cui deserantur & acquirantur. 146
Heretici clerici damnati bona cui acquirantur; respondetur distinguendo. 147
Hereticos accusatio & inquisitio non tollitur minori prescriptione & cursu quam 40. annorum. 217
Hereticos crimen quando committere dicatur Iudens. 227
Hereticus ad Ecclesiam confugiens non gaudet eius immunitate. 317
Hereticus, qui pro alio delicto quam heresis ad Ecclesiam confugit, an gaudeat eius immunitate. 328
Hierosolymitani milites, quos hodie Equites Melitenses appellamus, Clericorum nomine veniunt, & ob id eorum fruuntur privilegiis. 89
Homicidii accusatio tollitur prescriptione & cursu viginti annorum. 216
Homicida casu, qui vel per ebrietatem, vel per iracundiam, de rixa de improvviso exortus, homicidium commisit, confugiens ad Ecclesiam, eius immunitate gaudet. 310
Homicida, qui per insidias & industriam occidit, non gaudet immunitate Ecclesia etsi ad eam confugiat. 315
Homicida, proditorie occidens, & ad Ecclesiam confugiens, non gaudet eius immunitate. ibid.
Homicida, consulto & ex proposito ad Ecclesiam confugiens, non gaudet eius immunitate. 317
Homicida gaudens immunitate Ecclesia, si ab ea extrahatur vel tradatur Iudici seculari ab Eccles. pena corporali plecti non potest. 331
Hospitalarii, hoc est, rectores Xenodochiorum, qui aliquam profitentur regulam auctoritate Papa vel Episcopi, Clericorum nomine & privilegiis gaudent. 89
Secus si omnino seculares sunt. ibid.
Hospitale, quando locus sacer dicatur. 194
Hospitale presumitur auctoritate Papa vel Episcopi edificatum & fundatum quando habet altare & campanile cum campanis. ibid.
Hospitale auctoritate Episcopi erectum Ecclesia nomine venit, & gaudet immunitate. 302

I.

- I**esuitæ Religiosi dicuntur, & Clericorum nomine continentur, ut eorum privilegiis fruuntur. 88
Immobilia an possint acquiri à Clericis. 109
Immobilia alienata à sanguine coniunctis Clericorum possunt ab ipsis retrahi. 119
Immobilia à Clericis empti possunt retrahi à consanguineis venditoris. ibid.
Immunitas concessa Ecclesie & Clericis an eorum vassallis & emphyteutis prodesse possit. 888
Immunitas Eccl. an & quando prodest secularibus eorum bonorum emptoribus.
Immunitas Eccl. an & quando prodest colonis & conductoribus bonorum Ecclesia. 291
Immunitas Ecclesia pro ad eam confugientibus est juris divini antiqui. 296
Immunitas Ecclesia Eccl. est de jure Pontificio, gentium & Cæsareo. 297. Eccl.
Immunitas quando favorabilis vena odiosa dicitur. 306
Imperator recognoscit jurisdictionem, imperium & potestatem Pontificis Romani circa vere spiritualia 59. & 64.
Imperator recognoscit etiam jurisdictionem Eccl. Pontificis temporalem ad finem aeternae salutis animarum atque ita ad executionem & observationem potestatis spiritualis.

& Quæstionum.

| | | | |
|---|----------------|---|-----------|
| <i>Spiritualis.</i> | ibid. & q. 64. | <i>Judex potest cognoscere de crimine, non obstante trans-</i> <i>actione imita inter reum & accusatorem.</i> | 212 |
| <i>Imperator an recognoscat Papam quando agitur de Ju-</i> <i>risdictione & temporalis & profana, hujus sunt dua</i> <i>DD. opiniones.</i> | ibid. | <i>Judex Eccles. vel secularis, cognoscere quis debeat,</i> <i>quando dubitatur ad quem pertineat Jurisdictio.</i> | 230. |
| <i>Prima affirmantium.</i> | ibid. | <i>Judex delegatus an invocare & impetrare possit auxi-</i> <i>lium brachii secularis.</i> | 278 |
| <i>Secunda negantium, qua verior.</i> | 61. 64 | <i>Judex quis sit, quando dubitatur, an refusa gaudere</i> <i>debeat, vel non immunitate Ecclesia.</i> | 329 |
| <i>Respondetur ad argumenta contraria.</i> | ibid. & 65. | <i>Judex Ecclesiasticus non potest exercere merum Imper-</i> <i>rium, h. e. potestatem gladii indicendo poenam san-</i> <i>guinis.</i> | 63 |
| <i>Imperator, & alii monarcha non recognoscunt Papam in</i> <i>mere temporalibus.</i> | 36 | <i>Judex Ecclesiasticus potest exercere poenam verbera-</i> <i>tionis & sigillationis.</i> | 64 |
| <i>Imperium latissime sumptum quid sit.</i> | 4 | <i>Penam excommunicationis itidem.</i> | ibid. |
| <i>quomodo differat & non differat à jurisd. Etione</i> <i>ibid.</i> | ibid. | <i>Po est imponere poenam perpetui carceris.</i> | ibid. |
| <i>latissime sumpta.</i> | 5 | <i>Penam treremium.</i> | ibid. |
| <i>Imperii late sumptis definitiones varia rejicienda.</i> | ibid. | <i>Penam detractionis in monasterium.</i> | ibid. |
| <i>Definitio Authoris.</i> | ibid. | <i>Penam gabis.</i> | ibid. |
| <i>Imperium merum cur sic dictum varia Doctorum opinio-</i> <i>nes.</i> | ibid. | <i>Penam mithra ad infamiam majorem.</i> | ibid. |
| <i>Imperii meri varia definitiones.</i> | ibid. | <i>Penam degradationis.</i> | ibid. |
| <i>Definitio Authoris.</i> | 7 | <i>Judex Ecclesiasticus quibus remediis uti possit ad tollen-</i> <i>dum leges & statuta secularium contra libertatem Ec-</i> <i>clesiasticam.</i> | 134 |
| <i>Imperium merum apud quos olim fuerit.</i> | ibid. | <i>Judex Ecclesiasticus cognoscit de Jure omnium causa-</i> <i>rum spiritualium.</i> | 136 |
| <i>an sit propriè vel ad usum tantum in illis Magi-</i> <i>stratibus quibus concessum est.</i> | 8 | <i>Judex Ecclesiasticus cognoscit de matrimonio an valeat</i> <i>vel non ob aliquod impedimentum.</i> | 136 |
| <i>Imperium mixtum cur sic dictum.</i> | 16 | <i>Judex Ecclesiasticus cognoscit de jure decimandi, & an</i> <i>quis teneatur decimas prestare, &c.</i> | ibid. |
| <i>Varia super hoc Doctorum opiniones.</i> | ibid. | <i>Judex Ecclesiasticus cognoscit solius an contractus sit fu-</i> <i>nerationis, vel non.</i> | 137 |
| <i>Imperii mixti varia definitiones.</i> | 17 | <i>Judex Ecclesiasticus cognoscit de questione spirituali in-</i> <i>cidente in causa principali incepta, pertinente ad Ju-</i> <i>dicem secularem, qui interea supersedere debet à co-</i> <i>gnitione causa principalis.</i> | ibid. |
| <i>Imperium mixtum apud quos olim fuerit.</i> | 17 | <i>Judex Ecclesiasticus cognoscit solus de Jure & de facto</i> <i>causarum spiritualium, quando questio facti est in-</i> <i>separabilis à questione juris.</i> | 140 |
| <i>apud quos nunc temporis.</i> | ibid. | <i>Judex Ecclesiasticus indicare potest multam Clerico de-</i> <i>linquenti à lege ipsa impositam.</i> | 144 |
| <i>Imperium Ecclesiasticum seculari conjunctum esse potest.</i> <i>30.</i> | 30. | <i>Judex Ecclesiasticus non potest indicare multam ad-</i> <i>versus Clericum, quando lex certam aliam poenam</i> <i>imponit.</i> | ibid. |
| <i>Imperium & potestas omnis in spiritualibus tributa est</i> <i>summo Pontifici à Deo salvatore nostro.</i> | 32 | <i>Judex Ecclesiasticus indicare potest multam Clerico de-</i> <i>linquenti, quando pro eo delicto nulla certa poena à</i> <i>lege, vel consuetudine est indicta.</i> | ibid. |
| <i>Incendiaris ad Ecclesiam confugiens non gaudet ejus</i> <i>immunitate.</i> | 318 | <i>Judex Ecclesiasticus indicare potest multam seculari</i> <i>pro delicto, de quo ipse Judex cognoscere & poenis af-</i> <i>ficere potest ipsum secularem, quando nulla certa</i> <i>pana est indicta à lege, vel consuetudine.</i> | ibid. |
| <i>Incestus est crimen mixti fori.</i> | 192 | <i>Judex Ecclesiasticus pauperibus, piisque locis addicere</i> <i>atque applicare debet multam indictam delinquenti</i> <i>à se condemnato.</i> | 145 |
| <i>Injuriarum actio Pratoria tollitur prescriptione & car-</i> <i>su anni.</i> | 216 | <i>Judex Ecclesiasticus potest contra secularem agere</i> <i>quando Judex secularis est negligens.</i> | 155. 172. |
| <i>Inquisitor heretica pravitatis potest habere familiam ar-</i> <i>matam.</i> | 269 | <i>Judex Eccles. quomodo dicatur negligens.</i> | 155 |
| <i>Instituere à beneficio presentatum à Patronis, est vo-</i> <i>luntaria jurisdictionis.</i> | 234 | <i>Judex Ecclesiasticus quando & quomodo inhibere possit</i> <i>judici seculari ne de causa adversus Clericum, vel</i> <i>secularem cognoscat, vel in ea procedat.</i> | 164 |
| <i>Instrumenti receptio & confessio inter contrahentes, est</i> <i>voluntaria jurisdictionis.</i> | ibid. | <i>Judex Ecclesiast. cognoscit de judicio possessorio ad ipis-</i> <i>senda rei beneficiaria Ecclesia.</i> | 174 |
| <i>Interdictus ab Ecclesia, si commisso aliquo delicto ad</i> <i>eam confugiat, non debet gaudere ejus immunitate.</i> <i>322.</i> | 322. | <i>Judex Ecclesiasticus in causa civili communi & indi-</i> <i>vidua inter Clericum & secularem cognoscit & ju-</i> <i>dicat.</i> | 178 |
| <i>Inventarium conficere tenetur Clericus heres aque ac</i> <i>secularis.</i> | 93 | <i>Judex Ecclesiasticus cognoscit de causa communi & in-</i> <i>dividua inter Clericum & secularem.</i> | 176 |
| <i>Inventarium Clerici cujus secularis est heres, debet</i> <i>confici coram Judice Ecclesiastico.</i> | 153 | <i>Judex</i> | |
| <i>Judex in causa civili & pecuniaria habet judicem se-</i> <i>cularem.</i> | 226 | | |
| <i>Judex in causa criminali quando delictum est merè</i> <i>prophanum & temporale habet Judicem secularem.</i> <i>227.</i> | 227. | | |
| <i>Judex in causa criminali mixti fori habet judicem se-</i> <i>cularem.</i> | ibid. | | |
| <i>Judex subest judici Ecclesiastico in causa criminali fo-</i> <i>rimerè Ecclesiastico.</i> | ibid. | | |
| <i>Judex quando hereseos crimen committere dicatur.</i> <i>ibid.</i> | ibid. | | |
| <i>Judex in causa criminali mixti fori an subit poena in-</i> <i>dicta per legem genera'em Pontificis, & puniri possit</i> <i>à Judice Ecclesiastico.</i> | 228 | | |
| <i>Judex confugiens ad Ecclesiam, jure Casareo non gau-</i> <i>det ejus immunitate.</i> | 320 | | |
| <i>Judex qui alium prevenit, non tenetur ad eum causam</i> <i>remittere, etiam se majorem.</i> | 199. | | |

Index Rerum

- Judex Ecclesiasticus cognoscit de causa collegii cuius dimidia pars est Clericorum altera secularium.* 177.
- Judex Ecclesiasticus cognoscit solus de peccatis mere Ecclesiasticis.* 184
- Judex Ecclesiasticus sive secularis quando prevenisse dicatur alterum in cognitione cause civilis vel criminalis mixti fori.* 195
- Judex Ecclesiasticus quando usu & consuetudine dicatur acquirere jurisdictionem adversus seculares &c.* 220
- Judex Ecclesiasticus quando dicatur prescripisse jurisdictionem in seculares.* 222
- Judex Ecclesiasticus, vel spoliatus, vel perturbatus in quasi possessione jurisdictione Regia, & ad iudicem secularem pertinentis an restitui, redintegrarique jure possit, & ne perturbetur experiri.* 224.
- Judex Ecclesiasticus vel potius secularis an jurisdictionem & imperium exercent in Iudeos.* 226
- Judex Ecclesiasticus cognoscit de causis criminalibus Iudeorum fori meri Ecclesiastici.* 227
- Judex ordinarius Ecclesiasticus quando invocare & consequi possit auxilium brachii secularis.* 268.
- Judex Ecclesiasticus potest solus extrahere ab Ecclesia refugam ob delictum Ecclesiasticum in ipsa Ecclesia commissum, & gaudentem ejus immunitate.* 327
- Judex Ecclesiasticus potest extrahere ab Ecclesia refugam rei delicti mixti fori in ipsa Ecclesia commissi, & non gaudentem ipsius immunitate.* ibid.
- Judex Eccles. potest extrahere ab Ecclesia refugam reum delicti mixti in ipsa Eccl. commissi, & jure Pontificio, non vero Casareo, Ecclesia immunitate gaudentem.* ibid.
- Judex secularis an cognoscere possit de questione facti de re alioquin spirituali.* 137
- Judex secularis potest contra Clericum reum conveniunt cognoscere, quando Judex Ecclesiasticus est negligens.* 154
- Judex secularis non potest audire accusationem contra Clericum.* 156
- Judex secularis non potest absolvere Clericum de crimine coram se accusatum.* 160
- Judex secularis quibus in casibus possit de crimine cognoscere contra Clericum & eum punire.* ibid.
- Judex secularis quomodo dicatur negligens.* 155.
- Judex secularis cum agitur de iudicio possessorio reivinenda & recuperanda possessionis beneficiaria, cognoscit contra Laicum perturbatorem.* 174.
- Judex secularis citius jus reddit quam Ecclesiasticus.* ibid.
- Judex secularis an possit cognoscere causa laici qui post citationem de eo factam effectus est Clericus.* 203.
- Judex secularis an possit panis afficere laicum propter delictum perpetratum antequam efficeret Clericus, cum jam ad Clericatum promotus est.* 204.
- Judex secularis iudicat de causis civilibus & pecuniariis Iudeorum.* 226
- Judex secularis iudicat de causis criminalibus Iudeorum, quando delictum est mere prophanum & temporale.* 226
- Judex secularis cognoscit & iudicat de causis criminalibus mixti fori Iudeorum.* 227
- Judex secularis quando possit jurisdictionem voluntariam exercere in terris & personas Eccles.* 233.
- Judex secularis, qui contra Clericum sententiam tulit, an, ut eam exequi valeat, possit invocare auxilium brachii Ecclesiastici.* 279
- Judex secularis an possit extrahere refugam ab Ecclesia qui commisit delictum extra eam, propter quod non gaudet ejus immunitate.* 326
- Judex secularis potest extrahere ab Ecclesia refugam non gaudentem ejus immunitate, sine licentia Iudicis & Pralati Eccles. si sine causa licentiam recusavit iste.* 327
- Judex secularis extrahens sua auctoritate refugam ab Ecclesia cuius gaudet immunitate punitur, jure Casareo & Pontificio.* 328
- Juramenti prestiti observatio quomodo ad utrumque Iudicem Eccles. scil. & secularem pertineat.* 173.
- Jurisdiclio tribus modis sumitur.* 1
- Jurisdiclio late sumpta, aliquando sumitur in genere aliquando in specie.* ibid.
- Jurisdictioni late sumpta definitio.* 2
- Jurisdiclio strictè sumpta differt à notione.* 4.
- Jurisdiclio quando scribi possit cum vel sine C.* 4.
- Jurisdiclio Ecclesiastica seculari & profana conjungi potest.* 30
- Jurisdiclio omnis in spiritualibus tributa est summo Pontifici à Christo.* 32.
- Jurisdiclio voluntaria & contentiosa, quid.* 232.
- Jus Pontificium & Casareum differunt in plurimis 95. & seq.*
- Ins Pontificium, non Casareum spectandum est in definiendis controversiis confugientium ad Ecclesiam.* 306

L.

- L**æ Mæstatis reus ad Ecclesiam confugiens non gaudet ejus immunitate. 318
- Laicus, vide Secularis.*
- Laicus quando debeat conveniri coram Iudice seculari à Clerico.* 168
- Laicus quando possit conveniri in utroque foro à Clerico.* 170
- Laicus non negans probabiliter bona ab ipso occupata esse Ecclesia conveniri potest coram Iudice Ecclesiastico.* ibid.
- Laicus heres potest conveniri coram Iudice Ecclesiastico pro relegata Ecclesia* ibid.
- Laicus recusans solvere decimas potest conveniri coram Iudice Eccles.* ibid.
- Laicus conductor rei Ecclesia potest pro ejus recuperatione coram Iudice Eccles. conveniri.* ibid.
- Laicus emptor pradii potest à Clerico consanguineo venditio-*

& Quæstionum.

- venditoris retrahere volenti coram Iudice Eccl^e. conveniri. ibid.
- Laicus depositarius rei Ecclesia potest ad citationem coram Iudice Ecclesiastic. conveniri. 171
- Laicus qui bona Ecclesia administravit potest coram Iudice Eccl^e. conveniri. ibid.
- Laicus obtinens funam ab Ecclesia potest coram Iudice Ecclesiastico conveniri. ibid.
- Laicus occupator bonorum patrimonialium Clerici potest coram Iudice Ecclesiastico conveniri. ibid.
- Laicus qui proprio consensu prorogavit jurisdictionem iudicis Ecclesiastici, coram ipso iudice conveniri potest. ibid.
- Laicus à quo Ecclesia in contractu laesa est, potest coram Iudice Ecclesiastico conveniri ad restitutionem in integrum. 171
- Laicus qui commisit fraudem in rebus Ecclesia coram Iudice Eccl^e. conveniri potest. ibid.
- Laicus edificans in fundo Ecclesia coram quo iudice conveniri debeat. 172
- Laicus debitor in solidum cum Clerico, coram iudice Ecclesiastico conveniri debet. ibid.
- Laicus debitor alimentorum potest conveniri à paupere seculari coram Iudice Ecclesiastico. 175
- Laicus, qui post citationem de eo factam à Iudice seculari effectus est Clericus, conveniri an possit coram dicto Iudice seculari. 203.
- Laicus an puniri à Iudice seculari possit de delicto commisso ante Clericatum, cum sit ad Clericatum promotus. 204
- Latro publicus quis. 312
- Latro publicus non gaudet immunitate Ecclesia ad quam confugit. ibid.
- Lector est Clericus. 86
- ejus munus est ordo. ibid.
- Legatus à latere, qua facere & non facere possit. 245.
- Legatus à latere potest habere familiam armatam. 263.
- Legatus à latere potest extrahere, vel extrahi facere ab Ecclesia refugam ejus immunitate gaudentem. 326
- Legitimare est Potestatis. 24. vide. restituere natalibus & Princeps. 234
- Legitimare est voluntaria jurisdictionis. 24
- Legem condere est Potestatis. 24
- Leges Hispania, Lusitania & Neapolis edita ad repellendum & coercendum injurias & violentias Iudicum & Prælatorum Ecclesiasticorum adversus seculares, ac etiam Clericos, interpretentur. 74
- Leges Principum secularium superiorum, an quando & quomodo ligent Clericorum personas, res & bona. 90
- Lex Principis secularis quando disponit super Ecclesiis & personis Ecclesiasticis, nec jure Pontificio contrarium cantum legitur, non ligat Ecclesiasticos, nec Ecclesiam. 91
- nec etiam si Ecclesia & Clericis favorabilis esset nisi ab ipso summo Pontifice approbata. ibid.
- vel ratione naturali fundata. ibid.
- Lex Principis secularis quando loquitur generaliter, nullâ factâ mentione Ecclesia & Ecclesiasticorum, & non potest servari sine peccato, in neutro foro servanda. 92
- Extenditur etiam si solum peccatum veniale induceret. ibid.
- Lex Principis secularis non contradicens Canonis, quando est generalis, rationalis & favorabilis, debet servari etiam quoad Clericos. ibid.
- Lex Principis secularis licet sit generalis, si præjudicat Ecclesia, non debet servari quoad Clericos. 93
- Lex Principi secularis quando non apparet manifeste favorabilis, nec præjudicialis Ecclesia & Clericis, sed versatur in dubio, attamen servanda. ibid.
- Lex Principis secularis de rebus profanis & temporalibus promulgata quando differt à Pontificio, servatur quidem in foro civili, non verò in Ecclesiastico. 94.
- Varie super hac re declarationes. ibid.
- Lex Principis secularis quando disponit de his que ad Ecclesiam pertinent, non quidem de re illa vel facto disponenda, vel statuendo, sed tollendo lucrum, quod alias declarat, vel imponendo penam adversus facientem actum illum, an servari debeat, dubitatur, & exempla afferuntur. 95
- Lex Principis secularis, quando statuit circa accidentia temporalia & profana ad actum spiritualem, si non repugnat juri Pontificio, servari debet. 97
- Si vero contradicit, distingue. ibid.
- Lex Principis secularis, quando disponit circa aliquem actum spiritualem, presumendo, & lex pontificia repugnat, in neutro foro servanda. ibid.
- Lex Principis secularis quando disponit circa aliquem actum spiritualem, presumendo, & lex Pontificia non repugnat, in Pontificio servari debet, non verò lex ipsa civilis. ibid.
- Leges Principis secularis pro communi bono & utilitate Clericorum quam secularium edita, an & quando ligent etiam ipsos Clericos, eorumque res & bona. 100
- Lex Principis de excubiis & custodiis adhibendis in Civitate & oppido, quibus in casibus liget etiam Clericos. 102
- Libelli oblatio in causa civili non operatur preventionem jurisdictionis contra alterum iudicem. 195
- Pauper secularis potest propter alimonia sibi relicta convenire laicum coram Iud. Eccl^e. 175
- Peccatum mere profanum, mere Ecclesiasticum, non mere Ecclesiasticum. & mixtum quid. 184
- Peccata mixti fori. 185
- Partus suppositio nullâ temporis prescriptione tollitur & aboletur. 217
- Patronatus jus potest habere secularis. 262
- Paulinorum congregatio damnata fuit Mediolani. 88.
- Palatium Episcopi quando gaudeat immunitate, ut ad illud confugiens prehendi & extrahi inde non possit. 305.
- Papa, vide Pontifex Maximus.
- Parabolani, vel Parabulani, non sunt Clerici nec religiosi. 89.
- Parricida, graviore pena quam gladio vel securi pluitur. 6

Index Rerum

| | | | |
|--|-------|--|----------|
| <i>Libertas Ecclesia unde veniat.</i> | 127 | <i>Monachus novitius intra annum probationis Clericus dicitur.</i> | ibid. |
| <i>Libertas Ecclesia laditur, quando Ecclesia & Clericus auferitur, vel impeditur. id quod jure communi concessum est tam eis quam secularibus.</i> | 128. | <i>Moniales Sancta Brigita inter personas Religiosas enumerantur, & ibi id fruuntur privilegiis concessis clericis & religiosis.</i> | 86 |
| <i>Libertas Ecclesia laditur statuto, quod Cives omnes teneantur sub certa poena accedere ad molendum blada in molendinis ipsius civitatis, vel ad coquendum panem in ejus furnis.</i> | ibid. | <i>Monialis facta ugetur statuta excludente ab hereditate feminas superstitionibus masculis.</i> | 126 |
| <i>Libertas Ecclesia laditur statuto Perusino, quod quilibet conductor renunciare possit conductioni pro tempore futuro facta à Collegiis, & universitatibus, ac etiam ab Ecclesiis.</i> | 129. | <i>Excipies non dotata fuerit.</i> | 123 |
| <i>Libertas Ecclesia laditur statuto disponente quod Ecclesia vel Clericus non possit haeres institui.</i> | ibid. | <i>Multa differt à poena.</i> | 14. 144 |
| <i>Libertas Ecclesia laditur statuto, quod Clericus vel religiosus jam ingressus religionem vel monasterium non possit succedere alicui ab intestato morienti.</i> | 130 | <i>Multa maxima & minima qua olim.</i> | ibid. |
| <i>Libertas Ecclesia laditur quando statuitur contra privilegia ipsi concessa.</i> | 131 | <i>Qua nunc.</i> | 14. |
| <i>Qua requirantur ad hoc ut possit dici lesa libertas Ecclesia proveniens à privilegiis ipsi concessis.</i> | 132. | <i>Multam indicare quibus Magistratibus concessum.</i> | x. ibid. |
| <i>Libertas Ecclesiastica quibus remediis possit vindicari à legibus & statutis secularium.</i> | 134 | <i>Multam indicare quando sit meri vel non meri imperii.</i> | 15 |
| <i>Literarum ignorantia urgens est praesumptio aliquem non esse Clericum.</i> | 160 | <i>Multam indicare potest judex Ecclesiasticus.</i> | 144 |
| <i>Locus pius & sacer differant.</i> | 194 | <i>Munera, vide Onera.</i> | |
| | | <i>Municipia quando habeant vel non habeant merum imperium.</i> | 8 |

M.

| | |
|--|--------------|
| <i>Magistratus qui Provinciis praesunt habent merum imperium.</i> | 8 |
| <i>Magistratus Civitatum qua vel concessioibus Principum vel praescriptionibus imperium sunt consecuta, habent merum imperium.</i> | ibid. |
| <i>An proprium eorum sit, an autem solum exercitium.</i> | ibid. & seq. |
| <i>Manumissio servi est voluntaria jurisdictionis.</i> | 233. |
| <i>Matrimonium inter raptorem & raptam permittitur jure Pontificio non civili.</i> | 95 |
| <i>Matrimonium inter tutorem & pupillam valet Jure Pontificio non vero civili.</i> | ibid. |
| <i>Matrimonium interdicitur mulieri cum extero, statuto mediolancensi.</i> | ibid. |
| <i>Matrimonium contractum sine patris consensu an valeat.</i> | 96 |
| <i>Matrimonium an valeat, vel non, ab aliquod impedimentum, cognoscere debet judex Ecclesiasticus.</i> | 136. |
| <i>Melkenles equites fruuntur privilegiis clericorum.</i> | 89. |
| <i>Membris abscissio est meri imperii.</i> | 11 |
| <i>an sit poena capitalis.</i> | ibid. |
| <i>Missio in possessionem ex secundo decreto an sit mixti imperii vel jurisdictionis.</i> | 20 |
| <i>Missio in possessionem ex constitutione. l. ult. C. de edicto D. Adriani tollendo quando sit mixti imperii, quando vero jurisdictionis.</i> | 21 |
| <i>Monachus non continebatur olim sub nomine Clerici.</i> | 87 |
| <i>Monachi hodie Clerici nomine appellantur, & fruuntur privilegiis clericorum.</i> | ibid. |

N.

| | |
|---|-----|
| <i>Nobilitate est voluntaria potestatis & jurisdictionis.</i> | 233 |
| <i>Notarii & Tabellionis officio & munere an possit fungi Clericus.</i> | 257 |
| <i>Notio quid sit.</i> | 4 |
| <i>Nuptias secundas jus civile damnat, quas Pontificium permittit.</i> | 97 |

O.

| | |
|---|-------------|
| <i>Oblati, qui se, suaeque Ecclesia & Monasterio dedicarunt, Religiosi dicuntur & privilegiis concessis Religiosis fruuntur.</i> | 89 |
| <i>Oeconomus Ecclesia potest esse secularis.</i> | 234 |
| <i>Oeconomi Regii munus & officium.</i> | 294 |
| <i>Onera personalia. patrimonialia vel realia, & mixta, quid.</i> | 279, & seq. |
| <i>Oneribus personalibus non gravantur Clerici.</i> | ibid. |
| <i>Oneribus realibus an & quando graventur Clerici.</i> | 280. |
| <i>Oratorium auctoritate Episcopi constructum, in quo extat altare lapideum consecratum, & in quo aliquando divina celebrantur, nomine Ecclesia continentur, & gaudet immunitate.</i> | 302 |
| <i>Ortarius est Clericus & gaudet privilegiis Clericorum.</i> | 86. |
| <i>ejus officium est ordo.</i> | ibid. |
| <i>Ortium Ecclesia continetur nomine Ecclesia, ut ejus fruatur immunitate.</i> | 304. |

P.

| | |
|--|------|
| <i>Patium nudum parit actionem efficacem secundum jus Pontificium, non vero secundum civile.</i> | 94 |
| <i>Palatium regium in quo jus redditur gaudet immunitate, ut ad illud confugiens prehendi & extrahi inde non possit, sine judicis vel pratoris licentia.</i> | 299. |

PALA-

& Questionum.

Peculatus crimen adversus Principem secularem committens, si ad Ecclesiam confugiat gaudet ejus immunitate. 312

Peculatus accusatio tollitur praescriptione & cursu quinquennii. 216

Pensionem ex beneficio Ecclesiae praestandam potest habere secularis. 262

Perjucium est crimen mixti fori. 190

Perjurus, qui falsum juravit, si ad Ecclesiam confugiat non gaudet ejus immunitate. 318

Personae miserabiles quae. 174

Plenitudo potestatis est apud summum Pontificem. 33 & seq.

Poenae quae meri sunt imperii. 11

Poenae tres gradus. ibid.

Poenae corporalis loco pecuniariae est meri imperii. 16

Poenitentes, id est, damnati ad poenitentiam non sunt religiosi annumerandi. 90

Pontificis Maximi Ethnici non mediocri fuit auctoritas & potestas. 33

Pontifex Maximus Romanus merum habet imperium. 7

Pontifex Max. an aliquando erraverit in prophanis. 20 & 81.

Pontifex Max. & alii Praelati, Civitates, oppida & Castra tanquam Principes seculares habere possunt. 30

Pontifex Max. in spiritualibus & ad Religionem pertinentibus amplissimam habet potestatem. 34

Legibus & canonibus a se, vel ab alia editis non ligatur. ibid.

Intellige coactivè, non directivè. 35

Accusari & judicari à nemine potest. ibid.

Exceptis septem casibus. ibid.

Submittere se sua sponte alterius potestati, jurisdictioni & iudicio etiam Concilii universalis non potest. ibid.

Imperatores & Reges electos confirmat, approbat, consecrat & coronat. 36

Imperatores & Reges & alios Principes seculares iustis de causis abdicat, deponit & privat. ibid.

Regis potestas ab ipso impetratur. ibid.

Imperatoris & Regis defuncti personam sustinet, donec unus eligatur & creetur. ibid.

Appellat à sententia Imperatoris, Regis, alteriusve Principis non recognoscens superiorem. ibid.

Est Index competens inter supremos Principes seculares superiorem in temporalibus non recognoscens. ibid.

Exempla afferuntur. ibid.

Sanctos canonizat solus. ibid.

Episcopus creat solus etiam si minores sint aetate triginta annorum. ibid.

An etiam Cardinales solus creare possit varia sunt Doctorum opiniones. ibid.

Episcopus iustis de causis Episcopatu privat abdicat & deponit. ibid.

Episcopus & Presbyteros solemniter degradatos & depositos solus restituit. ibid.

Intellige si per gratiam fiat restitutio, secus per iustitiam. ibid.

Episcopatum renunciations solus ex potestatis sua plenitudo recipit & admittit. ibid.

Archiepiscopus, Episcopus & Abbates solus à suorum superiorum jurisdictione & potestate eximit & liberat. ibid.

Episcopus & Abbates ab eorum Ecclesiis ad alias transferre solus potest. ibid.

Fidei Catholicae causa & diffinitiones ad ipsius potestatis plenitudinem pertinent. ibid.

Indulgentiae, quae plenariae vocantur, ab ipso solo concedi possunt. ibid.

Abolutionem à peccatis gravissimis solus Pontifex concedere potest. 38

Votum Terre sanctae, & aliorum locorum solus Pontifex

mutare potest. ibid.

Simoniacum solus Pontifex dispensare potest, ut retinere possit beneficia Ecclesiae per simoniam contracta. ibid.

Distingue inter simoniam commissam in ordine, & commissam in beneficio. ibid.

Matrimonium per verba de praesenti contractum copula non secuta, solus Papa dispensare potest. ibid.

Ut & de matrimonio contrahendo inter sanguine conjunctos. ibid.

Juramentum an licitum vel illicitum sit vel non servandum declarat & dispensat. ibid.

Excommunicatos ab ipso, vel ejus legato ipsemet solus absolvit. ibid.

Hæreticum damnatum, ad honores & dignitates, & reliqua restituit solus, vel Cardinalium curis, ibid.

Irregularitatem solus tollit & dispensat. ibid.

Hæreticos divina communicantes solus absolvere potest. ibid.

Beneficia Ecclesiastica solus dispensat & confert. ibid.

Potest etiam auferre beneficium uni & alteri tradere & conferre. ibid.

Intellige, quando iusta causa subest, alias non. 39

Potest etiam conferre beneficia in prejudicium ordinariarum cum quibus concurrunt in eorum collationibus. ibid.

Ordines minores conferri posse ab inferioribus Presbyteris solus Pontifex dispensat & concedit. 40.

Confirmationes Sacramentorum conferri posse ab inferioribus Presbyteris dispensat & concedit solus Pontifex. ibid.

Ecclesiam pollutam reconciliari possit ab inferiori Presbytero dispensat Papa. ibid.

Pallium cuilibet potestati instanti concedere potest. ibid.

Episcopalia insignia Abbatibus concedere solus potest. ibid.

Crucem ante se deferre alicui potest concedere Pontifex, non tamen coram se, vel ejus legato. ibid.

Ordines Ecclesiasticos, sacrosque extra tempora conferre solus potest. ibid.

Dispensat solus super aetate ordinandorum ad sacros ordines, ibid.

Dispensat cum monacho, ne sine habitu maneat extra monasterium. ibid.

Sacerdotis filium dispensat solus Pontifex ut deservias in Ecclesia in qua ejus pater ministravit. ibid.

Secularibus exercere posse spiritualia concedit Pontifex solus. ibid.

Bona Ecclesiae, quae non sunt proprie spiritualia, ne potest praedia, &c. nullâ servatâ solemnitate alienare potest. ibid.

Afferuntur exempla. ibid.

Potestatem habet in universum terrarum Orbem. ibid.

Appellationes ex toto terrarum orbe ad ipsum devolutae possunt. 41

Potest in jus vocare quemcumque quocumque in loco existentem. ibid.

Pallium ubique lacorum deferre potest. ibid.

Potestatem habet in interiori & exteriori foro. ibid.

Punit in foro exteriori delinquentes quoad spiritualia. ibid.

Consuetudines aliquibus de rebus in Ecclesia, ecclesiasticisque rebus inventas abrogat, & tollit solus Pontifex. ibid.

Intellige, quando iusta causa adest, non autem pro sua libito. ibid.

Solemnitatem defectus in contractibus & iudiciis super summs ipso Pontifex. (

Legiti-

Index Rerum

| | | | |
|---|------------|---|-------|
| <i>Legitimat illegitime natos.</i> | ibid. | <i>Præbendam Ecclesiasticam an possit habere secularis.</i> | 262 |
| <i>Non tamen ut succedere possint in Hispania, Gallia.</i> | 85 | <i>Præfectus Augustalis habuit merum imperium.</i> | 7 |
| <i>Causam iudici mandas & committit appellatione remota.</i> | 42 | <i>Præfectus Urbis habuit merum imperium.</i> | ibid. |
| <i>Causa quovis modo ingressa summi Pontificis consistorium supremumque Tribunal ab alio cognosci non potest.</i> | ibid. | <i>Præscriptio triennalis cum mala fide, jure canonico damnatur.</i> | 92 |
| <i>Judex est in causa propria, si vult.</i> | ibid. | <i>Præscriptionibus quando ligantur Clerici & Ecclesia.</i> | 124. |
| <i>Appellari ab ipsius sententia non potest.</i> | ibid. | <i>Præscriptioni 40. annorum subjiciuntur res immobiliæ Ecclesiæ.</i> | 124 |
| <i>Rescriptum Apostolicum an super aliud revocatum solus Pontifex recognoscit.</i> | ibid. | <i>Præscriptioni triennis subjacent actiones circa res mobiles Ecclesiæ.</i> | ibid. |
| <i>Clericum coram se convenire immediate, omisso medio, nempe Episcopo iudice ordinario potest.</i> | ibid. | <i>Præscriptionibus semestribus & annalibus subsunt actiones prætoris & pœnales qua decurrunt contra Clericos & Ecclesiam.</i> | 125 |
| <i>Pontifex non est solutus à vinculis legis naturalis, aut gentium.</i> | ibid. | <i>Præscriptione centenaria ligantur res & bona Ecclesiæ Romanæ.</i> | ibid. |
| <i>Pontifex Maximus an lege divina consecutus sit jurisdictionem, imperium & potestatem quoad res temporales, qua sunt hujus seculi.</i> | 42 | <i>Præscriptio judicialis decem dierum concessa ad appellandum, locum habet contra Ecclesiam & Clericos.</i> | ib. |
| <i>Tres sunt super hac re DD. opiniones.</i> | ibid. | <i>Præscriptio introducta à lege & statuto civili qua non fuit comprobata à Summo Pontifice, non comprehendit nec ligat Ecclesiam & Clericos.</i> | ibid. |
| <i>Prima affirmantium.</i> | ibid. | <i>Præscriptio quadriennis contra dominum rei à Fisco seu Principe vendita tanquam sua non currit contra Ecclesiam & Clericos.</i> | ibid. |
| <i>Secunda, negantium.</i> | 48 | <i>Præscriptionem biennii non incurrit emphyteusis Ecclesiastica qua ad fiscum pervenit.</i> | ibid. |
| <i>Ter. sã conciliantium.</i> | 53 | <i>Præscriptionis tempora, an utilis vel continua sint.</i> | 217. |
| <i>Pontifex potest pun. re Principes seculares eos privando & deponendo à suis principatibus & liberando eorum subditos à vinculo juramenti fidelitatis.</i> | 54 | <i>Præscriptio nulla decurrit, quin de crimine & delicto possit excipi.</i> | ibid. |
| <i>Afferuntur exempla.</i> | ibid. | <i>Præscripsisse jurisdictionem in seculares quando dicatur Judex Ecclesiasticus.</i> | 222 |
| <i>Pontifex ligatur potestate, & lege directiva.</i> | 55 | <i>Præscriptione non modo acquiritur simplex jurisdictio, sed etiam merum & mixtum imperium.</i> | ibid. |
| <i>Pontifex habet potestatem coactivam.</i> | ibid. | <i>Præscriptioni ut sit locus qua requirantur.</i> | 223 |
| <i>Potest imponere pœnam temporalem exequendam tamen à Judice seculari.</i> | ibid. | <i>Prætores Provinciarum habebant merum imperium.</i> | 7 |
| <i>Pontifex non habet jurisdictionem, imperium & potestatem in Imperatorem & Reges in mere temporalibus.</i> | 61 | <i>Quando poterant, vel non poterant deportare.</i> | 11 |
| <i>Pontifex Maximus potest eximere Clericos & eorum bona à jurisdictione, imperio & potestate seculari & profana, sine consensu & licentia Principis secularis.</i> | 71. | <i>Habebant mixtum imperium.</i> | 17 |
| <i>Non potest conferre beneficium in Hispania extero.</i> | 85. | <i>Prætores habebant merum imperium.</i> | 7 |
| <i>Pontifex Maximus quando posuit in ditione Principis seculares leges condere & edicta promulgare, quibus laici delinquentes ligentur.</i> | 141 | <i>Habebant etiam mixtum imperium.</i> | 17 |
| <i>Pontifex Maximus habet fiscum in spiritualibus.</i> | 143 | <i>Præventioni est locus inter iudices seculares quando causa est civilis & pecuniaria.</i> | 194 |
| <i>Pontifex habet etiam fiscum, in civitatibus & castris in quibus habet jura temporalia.</i> | ibid. | <i>Præventioni est locus inter iudicem Ecclesiasticum & secularem, respectu causarum mixti fori civilis.</i> | 195 |
| <i>Pontifex non potest legitimare sibi subditum ut succedat in bonis profanis & temporalibus suis in ditione Principis secularis.</i> | 238 | <i>Præventioni an sit locus inter iudicem Ecclesiasticum & secularem quando causa est criminalis mixti fori</i> | ib d. |
| <i>Pontifex potest habere familiam armatam.</i> | 263 | <i>Prævenisse quando dicatur iudex sive Ecclesiasticus, sive secularis, in cognitione cause civilis vel criminalis mixti fori.</i> | 195 |
| <i>Pontifex potest extrahere vel extrahi facere ab Ecclesia refugam gaudentem ejus immunitate.</i> | 326 | <i>Præventio jurisdictionis quos effectus operetur.</i> | 198 |
| <i>Porticus Ecclesiæ, gaudet immunitate.</i> | 304 | <i>Præventioni non est locus in crimine hæreseos.</i> | 199 |
| <i>Potestas alia temporalis & secularis, alia spiritualis & Ecclesiastica.</i> | 23 | <i>Præventio ledit jurisdictionem aliorum iudicum, nisi non tollat in totum.</i> | 199 |
| <i>Potestas secularis tribus modis sumitur.</i> | ibid. | <i>Præventio fraude rei procurata non valet.</i> | ibid. |
| <i>Potestas strictè sumpta, quid sit.</i> | 24. | <i>Præventioni quando non est locus, quis utrorumque iudicum, Ecclesiastici nempe vel secularis prius procedere debeat in delictis mixti fori.</i> | ibid. |
| <i>Potestas spiritualis vel Ecclesiastica duplex.</i> | 28 | <i>Præbyteri sunt Clerici, & eorum privilegiis fruantur.</i> | 86 |
| <i>Potestas ordinis vel sacramentalis quid sit.</i> | ibid. | <i>Princeps secularis solutus est legibus à se latis.</i> | 35 |
| <i>Potestas jurisdictionis quid.</i> | ibid. | <i>Princeps secularis nec consuetudine nec præscriptione acquirere potest jurisdictionem adversus Clericos & personas bonas & personas.</i> | 76 |
| <i>Potestas spiritualis, major est & dignior potestate temporali.</i> | 29. & seq. | <i>Princeps secularis potest tueri & defendere seculares & Clericos adversus injurias & oppressiones Prælatorum Ecclesiasticorum ipsis illatas.</i> | 72 |
| <i>Potestas Ecclesiastica seculari & profana conjungi potest.</i> | 30 | <i>Princeps secularis quando possit jurisdictionem voluntariam exercere in territorio & personas Principis Ecclesiastico subditas.</i> | 233 |
| <i>Potestas omnis in spiritualibus concessa est immediate summo Pontifici à Christo.</i> | 32 | <i>Princeps secularis potest legitimare filium secularem illegitime natum ex patre Ecclesiastico, ut sit apertus & idoneus</i> | ibid. |
| <i>Potestas pontificia quomodo differat à divina.</i> | 34 | | |
| <i>In quibus consistat.</i> | ibid. | | |
| <i>Potestas Pontificis an sit quoad res temporales qua sunt hujus seculi.</i> | 42 | | |
| <i>Potestas Directiva quid sit.</i> | 38 | | |
| <i>hac ligatur Pontifex.</i> | ibid. | | |
| <i>Potestas Coactiva quid.</i> | ibid. | | |
| <i>illam habet Pontifex.</i> | ibid. | | |

& Quæstionum.

| | | | |
|---|-------|---|------------|
| <i>idoneum quoad munera civilia & res prophanas.</i> | 234 | <i>Refuga gaudens immunitate Ecclesie pœna pecuniaria loco corporalis, puniri potest.</i> | 332 |
| <i>Princeps secularis potest legitimare Clericum illegitimè natum ex patre seculari, quoad res prophanas & munera civilia.</i> | 236 | <i>Reges habent merum imperium.</i> | 7 |
| <i>Princeps secularis existens in terris alterius Principis, utpote Ecclesie, potest legitimare sibi subditum, ut succedat in bonis in sua ditione & territorio suis.</i> | 237. | <i>Reges Hispania & Gallia, non subsunt Imperatori.</i> | 65 |
| <i>Princeps existens in ditione & territorio alterius Principis, utpote Pontificis Max. potest legitimare sibi subditum, respectu etiam successionis bonorum existentium in ditione alterius Principis.</i> | 237 | <i>Reges qui possunt ex privilegio Papa. Beneficia Ecclesiastica conferre.</i> | 240 |
| <i>Princeps existens in sua ditione legitimare potest eum qui est subditus alterius Principis, respectu bonorum que possidet in territorio legitimantis.</i> | 237 | <i>Reges Sicilia an Privilegia beneficia Ecclesiastica conferendi consequuti sint.</i> | 248 |
| <i>Princeps secularis, etsi supremus, non potest legitimare etiam sibi subditum, quoad spiritualia & Ecclesiastica.</i> | 237 | <i>Relegationis pœna est meri imperij.</i> | 12 |
| <i>Princeps secularis, etsi supremus, non potest legitimare subditum alterius Principis, ut succedat in bonis prophanis suis in ditione & territorio illius Principis.</i> | 237. | <i>Religiosi nomen tribus modi sumitur.</i> | 83 |
| <i>Priores locorum piorum non dicuntur, religiosi.</i> | 89. | <i>Religionem vovens inter Clericos connumeratur & eorum privilegiis fruitur.</i> | 87 |
| <i>Privilegium, v.g. centenaria prescriptionis, concessum alicui Ecclesie, non comprehendit aliam Ecclesiam.</i> | 125. | <i>Restituere fama & honoris solius & Potestatis.</i> | 25 |
| <i>Privilegia multa concessa sunt Ecclesie & Clericis partim jure divino & pontificio, partim jure Casareo.</i> | 131. | <i>Restituere natalibus est solius Potestatis.</i> | 24 |
| <i>Proconsoles habuerunt merum Imperium.</i> | 7 | <i>Restitutio in integrum an sit mixti imperij, vel jurisdictionis.</i> | 19. & seq. |
| <i>Procurator Ecclesie potest esse secularis.</i> | 254 | <i>Revisio sententia per supplicationem ad Principem, pro diversis casibus est vel jurisdictionis, vel mixti imperij vel potestatis.</i> | 19 |
| <i>Psalmista, qui alias Cantor dicitur, inter Clericos numeratur ut gaudeat eorum privilegiis.</i> | 86 | <i>Reus contumax volens purgare moram solutis expensis actori vel accusatori, & oblato fidejussore de iudicio sisti, audiri an debeat contra actorem vel accusatorem ne forum & iudicium mutet.</i> | 201. |
| <i>Hoc officium non est ordo.</i> | ibid. | <i>Reus conventus & accusatus, quando mutato statu, mutare possit forum & iudicium.</i> | 203 |
| <i>Publicatio bonorum est meri Imperij.</i> | 15 | <i>Reus mixti criminis affectus pœnâ in foro conscientia vel Ecclesie non solutus est à pœna indicta in foro iudicis exterioris.</i> | 208 |
| <i>Punire quomodo differat ab Animadvertere.</i> | 6 | <i>Reus affectus pœnâ indicta à lege Pontificia tendente ad eundem finem ad quem Casarea, an possit etiam à Indice seculari puniri.</i> | 209 |
| | | <i>Rogerus Comes Sicilia quid obsinuerit circa Ecclesieastica à summo Pontifice.</i> | 240 |
| | | S. | |
| | | <i>Sacrilegium est crimen mixti fori.</i> | 185 |
| | | <i>Sacrilegium committens occidendo Clericum non gaudet immunitate Ecclesie etsi ad eam confugiat.</i> | 318 |
| | | <i>Sacrilegus, qui ob aliud delictum ad Ecclesiam confugit, an gaudeat ipsius immunitate.</i> | 321 |
| | | <i>Sacrilegium in ipsa Ecclesia committens, ab ipsa à Iudice Ecclesiastico extrahi potest.</i> | 326 |
| | | <i>Scalæ Ecclesie, gaudent immunitate.</i> | 304 |
| | | <i>Scholæ an immunitatem habeant, ne scholares in his prehendantur.</i> | 299 |
| | | <i>Secularis fidejussor Clerici causa contractus inchoati ab ipso Clerico, conveniri debet coram iudice seculari.</i> | 155. |
| | | <i>Secularis fidejussor Clerici de iudicio sisti non gaudet privilegio fori.</i> | 156 |
| | | <i>Secularis fidejussor Clerici iudicatum solvi, potest frui privilegio fori.</i> | ibid. |
| | | <i>Secularis, quæ & quando negotia spiritualia & Ecclesiastica suo quidem jure & nomine tractare, cognoscere & expedire possit.</i> | 239 |
| | | <i>Secularis non potest iudicare causas Ecclesiasticas fori iudicialis.</i> | 250 |
| | | <i>Secularis arbiter electus cum Clerico cognoscere & iudicare potest de re & causa spirituali.</i> | 252 |
| | | <i>Secularis potest esse Assessor Episcopi.</i> | 254 |
| | | <i>Secularis potest esse Syndicus & Procurator Ecclesie & Clericorum.</i> | ibid. |
| | | <i>Secularis potest esse Oeconomus bonorum Ecclesie.</i> | ibid. |
| | | <i>Secularis potest esse fabricensis Ecclesie.</i> | 255 |
| | | <i>Secularis potest esse Rector hospitalis.</i> | ibid. |
| | | <i>Secularis potest esse Custos Ecclesie.</i> | ibid. |
| | | <i>Secularis potest esse collector oblationum tanquam nudus minister.</i> | ibid. |
| | | <i>Secularis potest esse tutor testamentarius Clerici.</i> | ibid. |
| | | <i>Secularis an possit habere Præbendam Ecclesiasticam.</i> | 262. |
| | | <i>Secularis potest habere pensionem ex beneficio Ecclesiastico præstandam.</i> | ibid. |
| | | <i>Secularis potest habere</i> | |

Index Rerum

- habere jus Patronatus.* ibid.
- Secularis potest habere jus funerandi & sepulcrum habendi in Ecclesia.* ibid.
- Secularis potest habere jus habendi sedem & bancum in Ecclesia.* ibid.
- Secularis an possit habere jus Decimas Ecclesiasticas percipiendi.* ibid.
- Securis differt à gladio.* 6
- Septa Ecclesiæ vel Cœmeterii, gaudent immunitate.* 304
- Servicofugientes ad Ecclesiam gaudent hac immunitate ne inuisi ex ea extrahantur.* 320
- Servi quando possunt extrahi & reddi domino.* ibid.
- Siciliæ Regum Privilegia in rebus Ecclesiæ.* 240. & seq.
- Simonia est crimen mere Ecclesiasticum.* 184
- Simoniacus non gaudet immunitate Ecclesiæ ad quam pro alio delicto confugit, nisi de peccato ipso Simonia fuisset absolutus.* 321
- Simoniacus a solo Pontifice absolvi potest.* 87
- Sodomia est crimen mixti fori.* 195
- Sodomita ad Ecclesiam confugiens non gaudet ejus immunitate.* 318
- Sortilegium est crimen mixti fori.* 192
- Statua Principis an immunem reddat ad eam confugiens.* 299
- Statuta Principum secularium inferiorum & populorum, an & quando ligent Clericos.* 98
- Statutum hujusmodi quando specificè disponit & statuit de ipsis Clericis & eorum rebus & bonis, non valet defectu potestatis.* ibid.
- Statutum quando ladis libertatem Ecclesiasticam & Clericorum, non valet.* 99
- Statutum generaliter disponens nullâ factâ specifica mentione Ecclesiæ vel Ecclesiasticorum, quando est editum ante Clericatum; ligat hoc jam etiam Clericos.* ibid.
- Statutum generaliter loquens quando editum & promulgatum fuit post Clericatum, & agitur de damno & prejudicio Clerici, non ligat Clericum.* ibid.
- Statutum generaliter loquens quando editum & promulgatum fuit etiam ante Clericatum, & agitur de commodo & utilitate ipsius Clerici, valet pro Clerico.* ibid.
- Statutum generaliter loquens de contractibus, vel quasi, etsi fuit editum & promulgatum ante Clericatum vel post, attamen obligatio & jus agendi oritur ex facto, vel quasi, ex contractu vel quasi; comprehendit etiam ipsum Clericum.* ibid.
- Statutum per indirectum ledens famam & honorem Clerici, an valeat.* ibid.
- Statutum Principis secularis circa actus judiciales coram iudice seculari, an & quando liget Clericos & Ecclesiasticos.* 107
- Statutum Principis secularis, quod de nullitate sententia obijci non possit post certum tempus, ligat Clericos.* 107
- Statutum, &c. quod fieri debeat compromissum inter litigantes, an comprehendat Clericos.* ibid.
- Statutum, &c. quò sancitum quod creditor probare non possit creditum per testes, sed solis instrumentis, non ligat Clericos, creditores.* 108
- Statutum, &c. quod creditur libris mercatorum non ligat Clericos.* ibid.
- Statutum &c. de servanda certa solemnitate & forma in conscribendis & celebrandis contractibus, an & quando liget Clericos.* 108
- Statutum &c. quod nobilis accipere non possit cessionem actionum à populari & plebeio, comprehendit etiam Clericum & Ecclesiam, ut cessio ab eis facta nobili non valeat.* ibid.
- Statutum, &c. quod investitura debeat fieri certâ formâ & solemnitate observata comprehendit & ligat etiam Clericum, cui à laicis investiturum.* 109
- Statutum &c. requirens certam formâ & solemnitatem, ut puta insinuationem in donationibus, qua à seculari fieri contingunt, comprehendit & ligat etiam Clericos, quibus fiunt ipsa donationes.* ibid.
- Statuta Principis vel Civitatis prohibentia alienari immobilia in non subditos ipsius Principis vel Civitatis, & qui non sustineant onera, an & quando comprehendant & ligent Ecclesiam & Clericos fusi.* ibid.
- Statuta Principis secularis de servanda certa forma & solemnitate in conscribendis ultimis dispositionibus an comprehendant & ligent Clericos.* 120
- Statuta Principis secularis circa successiones morientis sine testamento, an & quando comprehendant Ecclesiam & Clericos.* 125
- Statutum &c. excludens feminas propter masculos à successione agnati vel cognati ab intestato defuncti, an excludat illas si defunctus fuerit Clericus.* 123
- Statutum &c. circa Prescriptiones an & quando comprehendat & liget Clericos.* 125
- Statutum &c. quod nisi emptor intra certum tempus apprehendat possessionem rei emptæ, contractus presumatur simulatus, non ligat Clericum emptorem.* ibid.
- Statutum &c. quod bonis alicujus delinquentis publicatis, vel vacantibus morte ejus, qui nullum reliquit heredem, Fisco delatis, si quis pretendat in eis aliquid jus, compareat coram iudice, qui de causis inter Fiscum & privatos jus reddit, intra certum tempus ad contradicendum, & de jure suo docendum, alioquin sit perpetuo exclusus, non comprehendit Ecclesiam & Clericos.* ibid.
- Declaratur comprehendere quando Ecclesia vel Clericus uti vult aliqua in parte hoc statuto.* 126
- Declaratur comprehendere etiam Clericos pro bonis eorum patrimonialibus.* 126
- Statutum &c. quod si per conductorem vel locatorem non fuerit protestatum per tres menses ante finem locationis, vel conductionis, quod non intendit ulterius perseverare in locatione vel conductione intelligatur facta relocatio vel reconductio pro eodem tempore, & cum iisdem conditionibus non comprehendit Ecclesiam & Clericos.* 129
- Statutum, &c. quod Ecclesia vel Clericus non possit habere institui, declaratur.* ibid.
- Statutum, &c. quod Clericus vel religiosus jam ingressus religionem & monasterium non possit succedere alicui ab intestato morienti, est contra libertatem Ecclesiasticam.* 130
- Subdiaconus est Clericus & gaudet privilegiis clericorum.* 86
- ejus officium.* ibid.
- Syndicus Ecclesiæ potest esse secularis.* 254

T

- T**ERRÆ spatium, quod est circum circa Ecclesiam matricem per 40. passus, nomine Ecclesiæ veniunt ejus gaudere immunitate. 303
- T**estamentum nuncupativum coram duobus testibus & Parocho, valet jure Pontificio, non vero civili. 94
- T**estamentum condere an & quando possint Clerici. 120
- T**estamentum secularis ita clausum, ut non possit videri, an Ecclesiæ atque causa relicta aliquid fuerit, aperiri publicari & insinuari debet apud iudicem secularem. 152
- T**estamentum secularis qui reliquit aliquid pie causa, & constat sic reliquisse, debet publicari & insinuari coram iudice Ecclesiastico. ibid.
- Testa-

& Quæstionum.

| | |
|--|---|
| <p><i>Testamentum secularis in quo Clericus hæres est institutus, & legata facta secularibus, qui petunt testamentum publicari; coram iudice seculari insinuari debet, citatò Clerico.</i> ibid.</p> <p><i>Testamentum Clerici in quo secularis hæres est institutus, coram iudice Ecclesiastico publicari & insinuari debet.</i> ibid.</p> <p><i>Testamentum Clerici hæredem Ecclesiam vel aliam piam causam instituentis, coram iudice Ecclesiastico publicari & insinuari debet.</i> 153</p> <p><i>Theodosii constitutio de suspendenda pœna per 30. dies post latam sententiam.</i> 83</p> <p><i>Thesauri inventi Attico Nerva usus reliquit.</i> 10</p> <p><i>Tonsuratus est Clericus.</i> 87</p> <p><i>non habet ordinem.</i> ibid.</p> <p><i>non Tonsuratus, sed inserviens Ecclesie ut Clericus efficiatur, Clerici nomine continetur.</i> ibid.</p> <p><i>Tortura, quo in casu sit meri & non meri imperii,</i> 13</p> <p><i>Transfuga si ad Ecclesiam confugerit non gaudet ipsius immunitate.</i> 318</p> <p><i>Tributum solvere pro prædiis quando possent cogi Clerici.</i> 280.</p> | <p><i>Tutelæ datio est voluntaria jurisdictionis</i> 238</p> <p><i>Tutela munus an suscipere & gerere possit Clericus.</i> 256</p> <p><i>Tutorem dare est solius & simplicis Potestatis.</i> 25</p> <p><i>Tutorem removere ab administratione tutela, diverso respectu est meri vel mixti imperii.</i> 23</p> <p><i>Tutor Testamentarius Clerici potest esse secularis.</i> 258.</p> |
|--|---|

V.

V Erba quatuor modis componuntur.

| | |
|---|-------------|
| <i>Vicerex Principis secularis non potest esse Clericus.</i> | 258 |
| <i>Viduz recensentur inter miserabiles personas.</i> | 174 |
| <i>Ursulinx religiosa non sunt, sed sub jurisdictione & potestate seculari.</i> | 88 |
| <i>Usurarum causa vrdinarie procedit coram iudice seculari, summarie coram Ecclesiastico.</i> | 107. |
| <i>Usura, quoad quæstiones juris, est crimen vere Ecclesiasticum.</i> | 185. & seq. |
| <i>Usura, quoad quæstionem facti, est mixti fori.</i> | 188 |
| <i>Uxor sequitur forum domicilii mariti.</i> | 205 |
| <i>Uxor ampliatur & limitatur.</i> | 206. & 207. |

F I N I S.



Faint, illegible text at the top of the page, possibly bleed-through from the reverse side.

Handwritten mark or scribble at the top left of the page.

Österreichische Nationalbibliothek



+Z197077905

